DC 1301

Reg. 98232
Marc. 34337
Fond 41666
Clas
N. Or.
Co/Or.
Part
Pres 102245

BIBLIOTECA
LIBURUTEGIA

1301

# DE TRANSMISSIONE TRACTATVS

NICOLAI NOALIS IVRISCONSVLTI VENETI.

In quo agitur

DE TRANSMISSIONE FIDEICOMMISSORVM, LEGATORVM,

Subſtitutionum directarum, Hæreditatis, Contractuum, & aliarum materiarum.

*Nunc ab Autore ſumma diligentia expurgatus, & pluribus Additionibus auctus.*

EDITIO TERTIA.

*CVM INDICE LOCVPLETISSIMO.*

SVPERIORVM LICENTIA, ET PRIVILEGIO.





VENETIIS, MDCXXX.

Sumptibus Altobelli Boni.



# ILLVSTRISSIMO,

## ET REVERENDISS.^MO^ D. IOANNI BAPTISTAE COCCINO

ROTAE ROMANAE DECANO,
& Sacræ Pœnitentiariæ Regenti meritiſſimo.

NICOLAVS NOALIS
*Iuriſconſultus Venetus.*

HVNC meum tranſmiſſionis partum nunc accuratè expurgatum, & plurimis additionibus auctum inſigni ac præclaro nomini tuo Præſul Ampliſſime anxius fui dicare & conſecrare, pro certo habens quòd ex decore tuæ perſonæ, & ſplendore tuę familię non modicum numen reciperet: Tu quippe nobiliſſimis natalibus ortus, præclaris virtutibus inſignitus, probatiſſimis moribus præditus in Dei cultu & in iuriſprudentia adeò polles vt alta tibi regimina tám interni quàm externi fori cælitus commendata fuerint, Hisqué ſemper grato maximorum Pontificum nutu, magna hominum admiratione, ſumma tua cum laude, ac Veneti nominis gloria, functus es. Non eſt hìc propoſitum meum im-

menſa prçconia tua recenſere, magis enim patent, quàm exprimi poſſint; Hoc vnum dicam, quod coquina virtutum, decus, & ornamentum patriæ meritò appellaris, ſummoquè omnium voto ad dignitatis apicem expectaris, quó merita tua iamdiú te extulerunt. Accipe igitur vir Illuſtriſſime hoc meç erga te deuotionis perpetuum monumentum, Deumqué prçcor, vt Amplitudinem tuam Vrbi, & Orbi diú incolumen ſeruet: Vale.

# INDEX CASVVM.

Differentiæ inter tranſmiſſionem, & vocationem, earum diffinitio, & an tranſmiſſio ſit fauorabilis vel odioſa. fol. 1

CASVS PRIMVS.

Fideicommiſſorum, & legatorum conditionalium tranſmiſſio plena manu examinatur. 4

CASVS II.

Fideicommiſſorum, & legatorum purè relictorum tranſmiſſio explicatur. 28

CASVS III.

Fideicommiſſorum, & legatorum tranſmiſſio diſcutitur, quæ relicta ſunt in diem. 33

CASVS IIII.

Fideicommiſſorum, & legatorum tranſmiſſio tractatur quæ relicta ſunt ſub modo. 35

CASVS V.

Contractus conditionalis tranſmiſſio differitur. 35

CASVS VI.

Ius & facultas implendi conditionem tàm in vltimis voluntatibus, quàm in contractibus, an tranſmittatur. 36

CASVS VII.

Subſtitutionum directarum tranſmiſſio tractatur. 37

CASVS VIII.

Hæreditatis tranſmiſſio plenè diſcutitur. 41

CASVS IX.

Infans decedens in infantia tranſmittit hæreditatem extraneorum aditam eius nomine à tutore; furioſus autem non tranſmittit hæreditatem aditam eius nomine à curatore, & quare. 60

CASVS X.

Legitimam, & ſupplementum legitimæ, ac falcidiam, & trebellianicam non agnitã petendi ius, an ad hæredes, & alios tranſmittatur. 61

CASVS XI.

Ius dicendi teſtamentum nullum, an tranſmittatur. 65

CASVS XII.

Ius querelandi teſtamentum de inofficioſo, an tranſmittatur, & quomodo. 66

CASVS XIII.

Ius querelandi teſtamentum, donationem, vel aliam parentum diſpoſitionem de exceſſiuitate ex l. hac ædictali, vtrũ tranſmittatur. 68

CASVS XIV.

Prohibitio & licentia alienandi, an & quando ad

ad alios tranſitoria ſit. 69

CASVS XV.

Iuris accreſcendi tranſmiſſio examinatur. 71

CASVS XVI.

Ius, & facultas declarandi voluntatem defuncti, an tranſmittatur ad hæredes, vel alios. 73

CASVS XVII.

Legatum relictum pro dote, an ante ſecutum matrimonium tranſmittatur: plenè explicatur. 75

CASVS XVIII.

Ius petendi ſupplementum dotis, an ad hæredes, vel alios tranſmittatur. 80

CASVS XIX.

Dotis, & actionis dotis tranſmiſſio. 81

CASVS XX.

Maritus an tranſmittat ad hæredes lucrum dotis debitum ex forma ſtatuti, vel conſuetudinis ſi illud in vita non agnouit. 83

CASVS XXI.

Extante ſtatuto, quòd ſtantibus maſculis filia non ſuccedat ſed dotari debeat, an facultas illam dotandi ad effectum eam excludendi à ſucceſſione tranſmittatur ad hæredes. 83

CASVS XXII.

Ius quod habet mulier conſequendi dotem in bonis fideicommiſſo ſubiectis an ad alios tranſmittat. 84

CASVS XXIII.

Priuilegia an, quando, & quomodo ad alios trãſeant, & tranſmittantur. 85

CASVS XXIV.

Actionum ciuilium tranſmiſſio pertractatur. 88

CASVS XXV.

Actiones perſonales, an tranſeant in ſucceſſorem vniuerſalem. 89

CASVS XXVI.

Exceptiones, an & quando ad alios tranſeant & tranſmittantur. 90

CASVS XXVII.

Actionum criminaliũ tranſmiſſio explicatur. 91

CASVS XXVIII.

Contractuum, pactorum, promiſſionum, & obligationum tranſmiſſio plenè diſcutitur. 94

CASVS XXIX.

Nobilitas maiorum, vtrum, & quomodo tranſmittatur in poſteros. 108

CASVS XXX.

Ignobilitas, & infamia maiorum, vtrum in filios & poſteros tranſmittantur. 111

CASVS XXXI.

Macula, & infamia proueniens ex adulterio vel fornicatione, an tranſeat ad illos qui ſunt de cognatione vel affinitate. 112

CASVS XXXII.

Ciuilitas per patrem acquiſita quando tranſmittatur in filios & alios deſcendentes. 113

CASVS XXXIII.

Arma & inſignia domorum, vtrum tranſmittantur ad deſcendentes de agnatione. 114

CASVS XXXIV.

Tranſactio, quando ad alios tranſeat, vel alijs præiudicet. 115

CASVS XXXV.

Compromiſſum an & quando tranſeat ad heredes, vel ſucceſſores compromittentium, vel arbitrorum. 119

CASVS XXXVI.

Ius & facultas arbitrandi data in compromiſſo, an tranſeat ad hæredes, vel ſucceſſores arbitri, vel

tri, vel arbitratoris, ſiue ad alios. 122

CASVS XXXVII.

An ius, & facultas eligendi quam quis habet in alternatiuis, ad hæredes tranſmittat. 126

CASVS XXXVIII.

Melioramenta facta in bonis feudalibus, Emphyteoticis, Eccleſiaſticis, fideicommiſſarijs, dotalibus, conductis, vſufructus, & primogenituræ; an tranſmittantur ad hæredes, vel alios. 128

CASVS XXXIX.

Poſſeſſio capta, an tranſeat ad hæredes ſine noua appræhenſione. 131

CASVS XL.

Poſſeſſorij adipiſcendę remedia an tranſmittantur. 135

CASVS XLI.

Poſſeſſorium retinendæ, an tranſmittatur. 139

CASVS XLII.

Poſſeſſorij reintegrandæ remedia, an tranſmittantur & quomodo. 140

CASVS XLIII.

Nunciatio noui operis, an tranſeat ad hæredes nunciantis, vel contra hæredes eius cui nunciatur. 142

CASVS XLIV.

Beneficium reſtitutionis in integrum alicui competens, vtrum ad hæredes, vel alios tranſmittatur. 143

CASVS XLV.

Donatio quando ad hęredes donatarij tranſmittatur, plenè diſcutitur. 145

CASVS XLVI.

Donator poteſt certis caſibus reuocare donationem: Modò ſi contingat quòd eam non reuocauit in vita, vtrum poſt mortem trãnſmittat ius illam reuocandi ad hæredes. 148

CASVS XLVII.

Maritus, cui competit ius accuſandi mulierem ſiue ei opponendi de adulterio ad effectum lucrandi dotem, an ius iſtud ad hæredes ſuos tranſmittat. 149

CASVS XLVIII.

Dominus feudi, qui ob ingratitudinem, vel fælloniam vaſſalli, poteſt illum priuare feudo; ſi illum non priuauit in vita, an ius iſtud ad hæredes vel contra hæredes tranſmittat. 151

CASVS XLIX.

Dominus Emphiteoſis, qui certis in caſibus poteſt declarare caducitatem ab Emphiteoſi, vtrum ius & facultatem iſtam declarandi caducitatem tranſmittat ad hæredes. 153

CASVS L.

Si penſionario reſeruatus eſt regreſſus ad beneficium in caſu non ſolutæ penſionis, vel petitæ reductionis, vel oppoſitæ nullitatis à titulari, an iſtud ius declarandi ſe velle vti regreſſu tranſmittatur contra ſucceſſores eiuſdem titularis in beneficio. 154

CASVS LI.

Delegatio, & commiſſio cauſarum, an & quando trãſeat ad ſucceſſores; latè explicatur. 154

CASVS LII.

Officium executoris teſtamenti, Bullarum, & aliorum mandatorum, quando ad hæredes, vel ſucceſſores tranſeat. 158

CASVS LIII.

Reſcriptum impetratum an trãſeat ad hæredes, & ſucceſſores impetrantis: vel contra hæredes & ſucceſſores illius contra quem eſt impetratum. 159

CASVS LIV.

Conceſſio facta ad beneplacitum concedentis numquid tranſeat ad hæredes, vel ſucceſſores. 160

CA-

CASVS LV.

Iuramentum quando & quomodo tranſeat vel tranſmittatur ad heredes, vel ſucceſſores. 162

CASVS LVI.

Facultatem iurandi competentem à lege, ſtatuto, iudice, vel ab homine an quis ad hæredes vel ſucceſſores tranſmittat, ſi is in vita non iurauit. 164

CASVS LVII.

Inſtantia cauſæ incæpta cum aliquo litigatore, an tranſeat ad hæredes eiuſdem litigatoris, & quomodo. 166

CASVS LVIII.

Pactum redimendi reſeruatum venditori in venditione, an tranſmittatur ad hæredes ipſius venditoris. 168

CASVS LIX.

Pactum retrouendendi, an tranſeat & tranſmittatur ad hæredes emptoris. 170

CASVS LX.

Societas, an & quando ad hæredes ſociorum tranſeat. 171

CASVS LXI.

Sepulchra, & iura ſepulchrorum an tranſeant ad hæredes vel alios. 173

CASVS LXII.

Iuſpatronatus Eccleſiæ quomodo, & quando tranſmittatur. 174

CASVS LXIII.

Feudum an, & quando tranſmittatur in fideicommiſſarium. 175

CASVS LXIV.

Emphiteoſis an, & quando in fideicommiſſariū tranſmittatur. 176

CASVS LXV.

Ius petendi, & onus reddendi rationem adminiſtrationis, an ad hæredes tranſeat. 177

CASVS LXVI.

Vſusfructus, vtrum ad hæredes, vel alios tranſmittatur. 178

CASVS LXVII.

Vſus, vel habitatio, an ad alios tranſeat, & tranſmittatur. 180

CASVS LXVIII.

Seruitutes tam perſonales, quam reales an tranſmittantur. 180

CASVS LXIX.

Acquiſita per Clericos ex bonis, vel pecunia Eccleſiæ an tranſmittantur ad hæredes, vel alios. 181

CASVS LXX.

Fructus beneficiorum non exacti, quomodo ad hæredes, & ſucceſſores tranſmittantur. 182

CASVS LXXI.

Penſiones Eccleſiaſticæ, an & quomodo ad hæredes tranſmittantur. 184

CASVS LXXII.

Confeſſio Preceſſoris an & quando tranſeat ad ſucceſſores, & eis preiudicet. 185

CASVS. LXXIII.

Renunciatio, vel conſenſus, an noceat vocatis in eorum proprio iure, ſi renunciantis vel conſentientis heredes ſunt, & an ad eos ac contra eos tranſeat. 186

CASVS LXXIV.

Sententia an & quando proſit vel preiudicet ſucceſſoribus, & an ad eos ac contra eos tranſeat. 187

IN-

# INDEX.

A

ACcidens immutare non poteſt ſubſtantiam rei.caſ.36.num.10.fol. 124
Accuſatore mortuo, vel deſiſtente, iudex poteſt proſequi inſtantiam ex officio.caſ. 57. nu.10. mortuo autem reo regulariter perit inſtantia. num. 17. fol. 167
Acquiſita ex beneficijs facta per eos, qui ſimpliciter, & perſonaliter beneficiati ſunt, vt Canonici, & capellani, ad hæredes ex teſtamento tranſmittuntur.caſ 69. num.5. 182
Acquiſita per Clericos ex bonis, & pecunia Eccleſiæ ad hæredes non tranſmittuntur.caſ.69.num.1. Ampliatur & declaratur num.2.& ſeqq. 181
Acta ordinatoria facta coràm arbitro non expirant per mortem quoad actus præteritos.caſ.35.num.11. Idem de actis factis coràm arbitro electo ex neceſſitate ſtatuti.12.vel de conſenſu partium.13. 119
Acta quæ ſortita ſunt effectum non infirmantur ex euentu ſuperuenienti, & dantur exempla.caſ. 45.num. 5. fol. 145
Actio in dote iam conſtituta à patre ad hæredes filiæ, & contra hæredes patris tranſmittitur.caſ.19.nu.1.Ampliatur & declaratur num.ſeqq. 81
Actio pænalis ad ſucceſſores non tranſit.caſ. 27. num. 1. neque actiuè neque paſſiuè, & adducuntur exempla. num.2. 91
Actio pænalis in caſibus in quibus tranſire poteſt in aliũ de iure commum, poteſt etiam cedi; at ſi tranſire poteſt ex priuilegio diſtinguitur caſ.27.num.16. 93
Actio pænalis quoad damna paſſa tranſit contra hæredes damnum dantis, inquantum ad eos peruenit. caſ. 27.num.9 intellige vt num.ſeqq. 92
Actio pænalis quoad pænam quæ competit ad meram vindictam non tranſit ad hæredes, nequè contra hæredes.caſ.27.num.7.& num 14.ſed quoad damna paſſa ex delictis tranſit ad hæredes eorum, qui damna paſſi ſunt, & dantur exempla.num.8. 92
Actio petendi alimenta tranſit contra omnes, ad quos per ueniunt bona, ex quibus alimenta debentur.caſ.24.nu. 5.Idem de annuis anniuerſarijs, quæ relinquuntur Eccleſiæ pro defunctis.6. idem de actione pro decimis & oblationibus debitis de præterito.7.Idẽ de tributo Principis, & vectigali debito à venditore.num.8. 89
Actio perſonalis in rem ſcripta tranſit in ſingularem ſucceſſorem; & quæ ſit, adducuntur exempla.caſ.24.numer.3. 89
Actio perſonalis non eſt tranſitoria in ſingularem ſucceſſorem, nec contra eum.caſ.24.num.1.fol. 88. in hæredem autem, & vniuerſalem ſucceſſorem ſic & dantur exempla.caſ.25.num.1. 89
Actio perſonalis non tranſit contra donatarium omnium bonorum.caſ.25.num.5.Fallit num.6.& 7. 90
Actio perſonalis tranſit ad hæredes & in actione natiua, & in datiua.caſ.25.num.3. 90
Actio perſonalis tranſit ad hæredes, quando conſuetudo vel ſtatutum hoc admittit.caſ.24.num.4. 89
Actio perſonalis tranſit in ſubſidium contra poſſeſſores bonorum, vbi agitur de fauore publico ciuitatis, vel Reipublicæ.caſ.24.num.9. Idem de Eccleſia.num. 10. fol. 89
Actiones perſonales non egrediuntur perſonam obligati, ſicut lepra leproſum caſ.24.nu.2. 89
Actiones perſonales cedi poſſunt quoad actiones vtiles, ſecus quoad directas: Reales autem liberè cedi poſſunt. caſ.24.num.14. 89
Actio pro dote conſtituenda tranſit contra hæredes patris. caſ.19.num.5.idem eſt in alimentis num.6.idem ſi extat ſtatutum quod filia non ſuccedat.num.7.idem ſi filia eſt maritata.8.Amplia etiam vt num.ſeqq. 81
Actio pro lucris, & damnis præteritæ ſocietatis tranſit ad hæredes.caſ.60.num.12.idem pro reddenda ratione administrationis.num.13. 172
Actio realis ſequitur rem, & illius poſſeſſorem.caſ. 24. num.12. 89
Actiones Prætoriæ ſunt annales, & non tranſeunt contra hæredes, niſi ſint rei perſecutoriæ.caſ. 25. numer.4. fol. 90
Actionis appellatione venit etiam officium iudicis.caſ. 55.num.10. 163
Actionis perſonalis, & realis diffinitio: remiſſiuè.caſ. 24. num.13. 89
Actum aliquem gerentes cenſentur ſe aſtringere legibus de ipſo actu loquentib.caſ.47.num.3. 149
Actum non vitiant ea quæ fiunt ex abundanti.caſ. 36. num.15. 125
Actùs vbi poteſt vnum, vel duo operari contra ius commune, tenendum eſt vt vno tantùm operetur caſ.71. num.7. 185
Actus vt ſaluetur, præſumitur prius illud quod eſt poſterius.caſ.51.num.22. 156
Actus non irritatur ex euentu ſuperuenienti caſ.45.nu.5. fol. 145
Aditione opus non eſt ad tranſmittendum ea quæ competunt ex beneficio legis, ſiue ex titulo ſingulari; & quid in his quæ deferuntur ex iure ſpeciali vel ex conceſſione Principis, vel ex conſuetudine, vel ex ſtatuto vide in verb.ea quæ.
Adminiſtrationis petendi ius & onus reddendi rationem adminiſtrationis ad hæredes tranſit.caſ.65, nu.1.fol. 177.& durat vſquè ad triginta annos.nu.2.
Adminiſtrationem beneficij quis habere dicatur.caſ. 69. num.6. 182
Adminiſtratio non tranſit ad hæredes.caſ.28.num.14. fol. 104
Adoptionis vinculum fragile eſt.caſ.29.nu.17. 108
Adoptiui non comprehenduntur in ſtatutis loquentibus de filijs caſ.29.num.15. 108
Adulterij, vel fornicationis macula, & infamia tranſit ad illos qui ſunt de cognatione, vel affinitate: caſ. 31. num.1.fol.112.Contrarium verius eſt.4.& ſeq. intellige ſi ea improbarunt, vel de eis conqueſti ſunt.numer.6.
Adulterium opponendi ius ad effectum lucrandi dotem

# INDEX.


in caſibus, quibus trāſmiſſibile eſt ad hæredes, eſt etiam ceſſibile. caſ. 47. num. 20 — 151

Affectio maior naturaliter eſt in nepotes, quàm in filios. caſ. 8. num. 93 — 50

Agere non poteſt, qui non poteſt alienare. caſ. 74. num. 3. & 6 — 187

Agere & conueniri poteſt qui habet adminiſtrationem. caſ. 74. num. 7 — 188

Agnatio conſeruatur per maſculos, non per fæminas. caſ. 21. num. 5 — 84

Agnationis honeſtas conſeruatur per diuitias, & perit per inopiam. caſ. 21. num. 5 — 84

Agnationem ſuam conſeruari vnuſquiſque naturaliter ſtudet. caſ. 21. num. 4 — 84

Alienandi licentia an tranſeat ad hæredes. caſ. 14. num. 17. & ſeqq. — 70

Alienandi prohibitio facta filijs non tranſit ad nepotes, nec eos afficit. caſ. 14. num. 12. Fallit. nu. 14. & 15. — 70

Alienandi prohibitio facta hæredi non tranſit ad hæredes hæredum, nec eos compræhendit, vbi apparet eſſe reſtrictam ad hæredes tantùm. caſ. 14. nu. 7. 8. 9 — 70

Alienandi prohibitio facta hæredi tranſit ad hæredes ipſius hæredis, & eos capit. caſ. 14. nu. 1. Fallit num. 4. 5. 6. fol. — 69

Alienandi prohibitio facta hæredi tranſit ad hæredes ipſius hæredis vſque ad quartum gradum poſt teſtatorē, & non vltra. caſ. 14. nu. 16 — 70

Alienandi prohibitio facta ſub pæna non tranſit ad hæredes. caſ. 14. nu. 11 — 70

Alienandi prohibitio non impedit translationem dominij in contractibus, in lege autem vel teſtamento ſic. caſ. 58. num. 4 — 169

Alienatio rei eccleſiæ non tenet neque quoad alienantem caſ. 35. num. 40 — 122

Alienatione prohibita, non cenſetur prohibita alienatio neceſſaria. caſ. 37. nu. 13 — 127

Alienatio ſequi poteſt ex compromiſſo. caſ. 35. num. 27. fol. — 120

Alimenta legata ad certum & limitatum tempus; legatario decedente ante illud tempus, non tranſmittuntur pro reſiduo temporis. caſ. 1. num. 48 — 8

Alimenta petendi actio tranſit contra poſſeſſores bonorum: vide in verb. actio.

Alimenta præterita ad hæredes tranſmittuntur, ſi debentur iure actionis, Futura nequaquam caſ. 66. num. 11. fol. 179 ſecus ſi officio iudicis: declaratur. 18

Alimenta finiuntur cum vita. caſ. 66. nu. 17. — 179

Alimentorum onus ex parte eius qui ea preſtare tenetur, eſt reale, & tranſit ad hæredes. caſ. 19. num. 16. ex parte recipientis eſt perſonale, & non tranſmittitur: idem de vſufructu. num. 17 — 82

Amicitia, & confidentia eſt perſonalis & ad hæredes non tranſmiſſibilis. caſ. 36. num. 2 — 123

Animi motiuum tranſmitti non poteſt. caſ. 36. num. 33. fol. — 126

Annua præſtatio gratuita ad hæredes non tranſit, niſi pro tempore præterito, vel niſi expreſsè actum ſit. caſ. 28. num. 155 — 105

Appellare poſſunt etiam ſucceſſores. caſ. 74. numer. 20. & ſeqq. — 189

Approbatio, vel conſenſus ex actu neceſſario non inducitur. caſ. 44. num. 19 — 144

Approbatio tacita quibus modis inducatur, dantur exempla. caſ. 44. num. 27. — 144

Arbitrandi facultas non tranſit ad hæredes, ſucceſſores, vel alios. caſ. 36. num. 1. fol. 122. idem eſt in remiſſione multæ vel pænæ. nu. 3 — 123

Arbitrandi facultas non tranſit ad alios, neque per viam ceſſionis. caſ. 36. nu. 29. & ſeqq. — 126

Arbitrandi ius tranſit ad iudicem ſi contrahentes fuerunt in cauſa, ne arbitrator electus ſuum protulerit iudiciū. caſ. 36. num. 8 — 123

Arbitrandi ius tranſit ad iudicem, ſi remiſſum eſt negotium in aliquem ex contrahentibus, & is non arbitretur caſ. 36. nu. 21. Ampliatur. nu. 22 — 125

Arbitrandi ius tranſit ad iudicem vbi remiſſa ſunt accidentalia, vel acceſſoria contractus. caſ. 36. num. 9. fol. 123. & dantur exempla. nu. 11. 12. 13

Arbitrium eſt inſertum perſonæ, & videtur electa eius fides, & probitas. caſ. 36. nu. 2. — 123

Arbitrio alicuius commiſſa quantitate, diſpoſitio non eſt conditionalis. caſ. 17. num. 62. commiſſa autem ſubſtantia diſtinguitur. num. 64. — 80

Arbitria ſunt ſtricti iuris. caſ. 35. nu. 2 — 115

Arma, & inſignia conceſſa pro ſe, & filijs, ſeu familia, vel agnatione, tranſeunt ad filios, & deſcendentes de illa familia, & agnatione; non ad cognatos, vel affines. caſ. 33. num. 3. & ſeqq. — 144

Arma, & inſignia aſſumpta propria autoritate tranſibilia ſunt in quoſcunque etiam per viā ceſſionis. caſ. 33. num. 11. idem de armis & inſignijs emptis ab alio. num. 12 — 114

Arma & inſignia conceſſa pro ſe, & filijs, ſeu familia, & agnatione, non ſunt ceſſibilia ad extraneos. caſ. 33. nu. 6 — 114

Arma, & inſignia domus propria autoritate aſſumpta, vel empta, vel competentia à tempore immemorabili tranſire poſſunt ad hæredes extraneos. caſ. 33. num. 17. fol. 114. & ad fideicommiſſarium. 18. etiam particularem. nu. 21

Arma, & inſignia domorum conceſſa pro ſe, & filijs, ſeu familia, & agnatione tranſeunt ad deſcendentes de illa familia, & agnatione etiam ſi non ſint hæredes patri, vel auo. caſ. 33. nu. 9 — 114

Arma, & inſignia domorum portare, eſt honor, & nobilitas. caſ. 33. num 1 — 114

Arma, & inſignia domorum tranſmittuntur ad deſcendentes de illa agnatione. caſ. 33. nu. 2 — 114

Arma, & inſignia, quæ competunt alicui ratione familiæ, & agnationis à tempore immemorabili, tranſmiſſibilia ſunt. caſ. 33. nu. 14 — 114

Arma, & inſignia, quæ competunt ratione dignitatis, & officij, non tranſeunt niſi ad illos, qui habent illam dignitatem, vel officium. caſ. 33. nu. 13 — 114

Arma, & inſignia ſibi aſſumere propria autoritate vnicuiq; licitum eſt. caſ. 33. nu. 10 — 114

Arma & inſignia teſtatoris deferre, poteſt hæres obligari. caſ. 33. num. 20 — 115

Arma & inſignia tranſmittere non poteſt, qui pro delictis priuatus, vel priuandus eſt. caſ. 33. nu. 16. — 114

Armorum, & inſignium tranſmiſſioni vbi locus eſt, ea tranſmittuntur in totum, & diuidi non debent. caſ. 33. num. 15 — 114

Arrogatus quartā non agnitā, nec petitā ab eo quomodo tranſ-

# INDEX:


tranſmittat: vide in verb. quarta.

Atteſtationes receptæ coràm arbitratore non probant coràm alio iudice. caſ. 35. num. 14 fol. 119. idem eſt de confeſſionibus. 15. & idem de. alijs actis numero 16

Augmentum dignitatis non mutat priſtinum honorem. caſ. 51. nu. 8 — 155

Augmentum dotis eodem iure cenſetur quo ipſa dos. caſ. 18. nu. 5. & ſeq. — 80


## B


BAnni ſuſpenſio facta ad beneplacitum morte finitur. caſ. 54. num. 2 — 160

Baſtardi non compræhenduntur ſub appellatione nobiliũ. caſ. 29. num. 34 — 109

Baſtardi non ſunt de domo, vel familia, ſeu agnatione. caſ. 29. num. 33 — 109

Baſtardi non ſunt hominibus honorabiles, nec Deo amabiles, & cenſentur infames infamia facti. caſ. 29. numer. 35 — 109

Beneficiati acquiſita quomodo ad hæredes tranſmittantur. vide in verb. acquiſita.

Beneficium cum adminiſtratione quis habere dicatur. caſ. 69. num. 6 — 182

Benemerita faciunt priuilegium reale, & tranſmiſſibile quoad partem æquiualentem, non aliàs. caſ. 23. nu. 18. & ſeq. — 87

Beneplacitum an tranſeat ad ſucceſſores. vide in verb. conceſſio.

Bona damnatorum, quæ applicantur ex authentica bona damnatorum. C. de bonis damnat. tranſmittuntur ad hæredes etiam non agnita. caſ. 8. numero 174. fol. — 59

Bona empta ex pecunia Eccleſiæ, ſunt ipſius Eccleſiæ non autem ementis, & eſt ſpeciale in Eccleſia. caſ. 69. num. 3 — 181

Bonorum poſſeſſio, & hæreditas à pari procedunt. caſ. 8. num. 109 — 52

Bonorum poſſeſſio non agnita non tranſmittitur. caſ. 8. nu. 2. declara, vt in num. ſeqq. — 41

Bonorum poſſeſſio tranſmitti non poteſt neque per viam ceſſionis. caſ. 8. num. 8. — 42

Bonorum poſſeſſionem ſecundum tabulas, & contratabulas ius petendi tranſmittitur ab hærede inſtituto etiã decedente antequàm præteritus petat contratabulas. caſ. 8. nu. 7 — 41

Bono viro non conuenit, vt quod ſemel dixit poſtea reuocet. caſ. 35. num. 9 — 119


## C


CAduca, & pro non ſcripta legata, & hæreditates tranſmittuntur ad ſubſtitutos, & coniunctos. caſ. 8. num. 171 — 59

Caducitatem ab emphiteoſi ius declarandi non tranſit neque ad hæredes Domini neque contra hæredes emphiteotæ. caſ. 49. numer. 1. dummodo Dominus ſcierit, & potuerit caducitatem declarare, non aliàs. numer. 2. fol. — 153

Caducum, ſiue quaſi caducum & conſequenter non tranſmiſſibile ſit legatum, vel fideicommiſſum moriente legatario, vel fideicommiſſario ante teſtatorem euident. num. 10. fol. 2. & caſ. 2. num. 28. fol. 31. Fallit contrarijs exiſtentibus coniecturis teſtatoris. numer. 11. eod. fol. 2. & caſ. 1. num. 83. & caſ. 2. numer. 29. Fallit item in ſucceſſione quæ fit ex propria perſona, & iure propriæ vocationis. num. 9 fol. 2. vt in ſubſtitutis, & coniunctis caſ. 8. num. 171. fol. 59. Fallit item in fideicommiſſo facto in contractu. d. caſ. 2. num. 33 — 32

Caducum, vel quaſi caducum legatum, & fideicommiſſum tranſmittitur ſi ex coniecturis apparet talem eſſe mentem teſtatoris. caſ. 1. num. 83. fol. 11. & caſ. 2. nu. 27. & ſeqq. — 31

Caducata vna ſubſtitutione, quando admittatur ſequens ſubſtitutus: remiſſiuè. caſ. 8. nu. 172 — 59

Cameralis obligatio non poteſt exequi contra ſingularem ſucceſſorem caſ. 40. nu. 43 — 138

Cap. ſtatutum. §. ſancimus. de reſcript. in 6. non procedit de iure Ciuili. caſ. 51. nu. 35 — 158

Carcerandi, vel capiendi debitorem ius poteſt tranſmitti etiam per viam ceſſionis. caſ. 28. nu. 106 — 106

Carceratio inducta à ſtatuto an tranſeat ad hæredes. vide in verb. obligatio.

Carceratio vigore pacti, an valeat, & tranſeat ad hæredes: vide in verb. pactum.

Caſus omiſſus à teſtatore remanet in diſpoſitione iuris cõmunis. caſ. 1. nu. 133 — 18

Cedi non poteſt alteri ius adeundi hæreditatem: hæreditas autem adita ſic. caſ. 8. nu. 178 — 60

Cedi non poteſt bonorum poſſeſſio ex conuentione. caſ. 8. num. 8 — 42

Cedi non poſſunt legata, & fideicommiſſa conditionalia vel in diem incertam relicta, ante euentum cõditionis, vel diei. caſ. 1. num. 260. & ſeq. declaratur. num. 263. fol. — 28

Cedi non poſſunt titulo ſingulari fideicommiſſa vniuerſalia pura, vel in diem certam relicta non agnita. caſ. 2. nu. 41. Declaratur num. ſeqq. — 33

Cedi poſſunt legata, & fideicommiſſa particularia purè relicta etiam non agnita. caſ. 2. nu. 14 — 30

Ceſſio in incorporalibus tranſmittit quaſi poſſeſſionem in ceſſionarium abſque corporali appræhenſione, vel traditione. caſ. 39. nu. 7 — 132

Ceſſio non poteſt fieri in eum qui non habet qualitatem requiſitam in cedente. caſ. 23. nu. 4 — 86

Ceſſio qualitatis fieri non poteſt. caſ. 23. numero 4. fol. — 86

Ceſſibilia non ſunt, quæ non ſunt tranſmiſſibilia. caſ. 23. num. 27. & dantur exempla. — 88

Ceſſibilia quæ ſint: vide in locis ſuæ materiæ.

Ciuilitas acquiſita ex pacto, & conuentione inita cum ciuitate ad filios, & deſcendentes tranſit, ſi verba conuentionis non repugnant. caſ. 32. num. 4 — 113

Ciuilitas acquiſita ex priuilegio, intantum tranſmittitur, inquantum tranſmittitur priuilegium ipſum. caſ. 32. num. 8 — 113

Ciuilitas acquiſita mediante domicilio, ſeu incolatu non tranſit ad aliquos deſcendentes. caſ. 32. numer. 3. fol. — 113

Ciuilitas acquiſita per patrem ratione originis tranſit ad filios; ad nepotes autem ſecus. caſ. 32. nu. 1. fol. 113. ſi tamen ijdem nepotes nati ſunt viuo auo, etiam ad eos tranſit. nu. 2

# INDEX.


Ciuilitas patris adoptantis tranſmittitur ad filios, & deſcendentes.caſ.32.num.5.idem eſt de liberto.num.6.intellige de ciuilitate acquiſita ratione originis.num.7.fol. 113
Clauſula; per te cognoſcas; non operatur electionem induſtriæ perſonæ caſ.28.num.184. 107
Clauſula; ſi volet; facit conditionem.caſ.1.num 20 5
Clauſulæ; ex certa ſcientia, & non obſtante; habent vim ſpecialis derogationis.caſ.70.nu.4. 182
Clauſulæ omnes in quacunque parte inſtrumenti, cenſentur appoſitæ de voluntate partium.caſ.45.nu.13. 146
Clericus Beneficiatus habens patrimonialia, poteſt ea conſeruare & viuere de beneficio.caſ.28.nu 69. 98
Clericus ſuccedens laico poſt litem conteſtatam coram iudice ſæculari, tenetur cauſam proſequi coram eo.caſ.40 num.35.fol.137.& caſ.57.nu.12. 167
Clericus venditor tenetur emptorem defendere in foro illius emptoris caſ.40.nu.36. 137
Colonus, ſi defuncto domino retineat poßeſſionem nomine hæredis, operatur tranſmiſſionem poſſeſſionis in eum ſine alia apprehenſione.caſ.39. num. 29. requiritur tamen eius mandatum, ſeu ratificatio ſaltem tacita, 30. & idem quod de colono, dicitur de commodatario, & depoſitario.num.31. 134
Commendatarij noſtri temporis ſunt verè titulares.caſ.28 num.56. 97
Compenſationis exceptio tranſit ad emptorem, vel ceſſionarium ac etiam contra eum.caſ.26.num.14. 91
Compromiſſum expirat morte arbitri, & non tranſit in eius ſucceſſorem caſ 36. num. 1. & ſeqq.etiam ſi factũ ſit in Regem, Epiſcopum, vel alium ſub nomine dignitatis num.6.fol.122. intellige ſi compromittentes habebant notam perſonam ipſius arbitri aliàs ſecus.nu.7.
Compromiſſum expirat morte compromittentium, vel alterius ex eis, etiam ſi mors occurrat poſt concluſionem in cauſa, vel poſt terminum ad ſententiam, non ſic poſt ſententiam ante factam executionem.caſ.35.numer.7.fol. 119
Compromiſſum factum ab vniuerſitate vel collegio non extinguitur per mortem compromittentium.caſ.35.numer.20.fol.120. per deſtructionem autem vniuerſitatis, vel collegij iure factam ſic.num.24.
Compromiſſum factum in arbitratore non expirat per mortem ſed tranſit in hæredes.caſ.35.num.19. 120
Compromißum in quo ab vtraque parte facta eſt mentio hæredum non finitur per mortem, ſed ad hæredes tranſit.caſ.35.num.18. 120
Compromiſſum non tranſit ad hæredes, vel ſucceſſores, ſed ſoluitur morte compromittentium caſ.35. num.1.fol.119 ampliatur, & declaratur 8.& ſeqq.
Compromißo ſoluto per mortem expirant atteſtationes teſtium viuorum volente reo, atteſtationes mortuorum vel confeſſiones non expirant.caſ.35. num.8 119
Acta inſtructoria cauſæ pariter non expirant, ordinatoria ſic.num.10.
Compromißa tot eſſe dicuntur, quot ſunt compromittentes in cauſa diuidua.caſ 35.nu.5. 119
Compromittendi pactum morte non expirat, ſed ad hæredes tranſit.caſ.35.num.25. 120
Compromiſſum vel laudum non præiudicat ſucceſſoribus vocatis.caſ.35.nu.26.& ſeqq.declaratur 31.& ſeqq.fol. 120.121
Compromiſſum ſuper rebus Eccleſiaſticis valet in præiudicium compromittentis.caſ.35.nu.40. 122
Compromittere non poteſt qui nõ poteſt alienare. caſ.34.num.23. 117
Conceptus poſt mortem teſtatoris non admittitur ex perſona ſua, ſed ex perſona parentum.euident.nu.14. 3
Cõpromittere in lite intricata partes cogi poſſunt caſ.34.num.36. 118
Conceſſio facta ad beneplacitum concedentis non tranſit ad hæredes, nec ſucceſſores.caſ.54.num.1.fol.160.ſed finitur morte vel dimiſſione officij, & dignitatis ipſius.4.ac item morte illius cui facta eſt.5.& procedit etiam in contractibus.num.14.
Conceſſio facta ad beneplacitum relatum ad officium, & dignitatem quæ perpetua eſt & habet ſucceſſorem, ad ſucceſſores tranſit, nec expirat per mortem. caſ.54. nu.6.fol.161.idem eſt in materia publica, & fauorabili.num.7.
Conceſſio facta ad beneplacitum concedentis verbis denotantibus poſitionem nouæ voluntatis non finitur morte, ſed requiritur poſitio nouæ voluntatis & dantur exẽpla.caſ.54.nu.9.& ſeqq. 161
Conceſſio an præſumatur realis vel perſonalis.caſ.23.nu.25. 88
Conceſſio facta ad certum tempus, tempore finito res conceſſa reuertitur ad hæredes concedentis præmortui. caſ.1.num.42. 8
Conceſſum ad tempus videtur poſt illud eſſe probibitum.caſ.1.num.43. 8
Concordata inita ad beneplacitum finiuntur morte. caſ.54.num.3. 160
Condictio ex lege, vel ſtatuto tranſmittitur ad hæredes.caſ.19.nu.23. 82
Conditionem facit clauſula: ſi volet.caſ 1.nu.20. 5
Conditionem acceßoriam contractui puro ius implendi ad hæredes tranſmittitur.caſ.6.nu 9. 37
Conditio caſualis verè non impleta deficit, qualitercunquè ea deficiat.caſ.1.num.204.fallit num.ſeqq. 24
Conditiones conceptæ in hærede dicuntur impleri in hærede hæredis.caſ.14.num.2. 69
Conditio debet impleri in forma ſpecifica.caſ.6 nu.7. 37
Conditio defecta impedit tranſmiſſionem caſ.1. num.59. Fallit extantibus coniecturis teſtatoris.66.147.191
Conditione deficiente, perinde eſt ac ſi diſpoſitio facta non eßet.caſ.17.num.23. 77
Conditio deficiens ex facto implere debentis, nunquàm habetur pro impleta.caſ.1.num.232. 26
Conditionalia dicuntur iura quę competitura ſunt poſt mortem alterius; ideo non tranſmittuntur caſ.10.num.15. 62
Conditionalis diſpoſitio non dicitur, niſi verba importent conditionem, etiam ſi teſtator dicat; ſub hac conditione.caſ.1.nu.258. 27
Conditio eſt indiuidua, & importat formam. caſ.1.num.241. 26
Conditio expreſſa quibus verbis inducatur: remiſſiue.caſ.1.num.31. 6
Conditione implenda in perſonam alicuius, an is in cuius perſonam implenda erat & per quem ſtat quin impleatur, poſſit pænitere, & facere deficere conditionem, diſtinguitur.caſ.1.nu.256. 27
Conditio iuris, quæ exprimitur ab homine, non dicitur conditio hominis, ſed iuris, caſ.1.num.17. 5
Conditionem implendi ius, & facultas in vltimis voluntatibus


tatibus

# INDEX.

tatibus ad hæredes actiuè non tranſmittitur.caſ.1.nu.7.fol.5.& caſ.6.nu.1 fol.36. Fallit ſi implere debens non fuit in mora ſed paratus fuit implere d. caſ. 6. nu. 2.paſſiue autem diſtinguitur.num.3.& 4. 36
Conditio implenda in perſonas hæredis poteſt impleri in perſonas hæredum hæredis.caſ.6.num.3.non ſic quãdo implenda eſt in perſonam legatarij.nu.4. 36
Conditionem ius implendi in contractibus tranſit ad hæredes actiuè,& paſſiuè, ſicut contractus; ſi conditio eſt caſualis.caſ.6.num.5.fol.37.ſecus ſi eſt poteſtatiua.6. & ſeqq.
Conditio impedit tranſmiſsionem legatorum,& fideicommiſſorum,etiam ſi certum ſit eam omnino extituram. caſ.1.num.55. 9
Conditio mixta,ſi eſt facilis,reputatur poteſtatiua.caſ.1. num.251.& poteſtatiua multũ difficilis dicitur mixta.num.252. 27
Conditio mixta non impleta ex facto eiuſdem teſtatoris, pro impleta non habetur.caſ.1.nu.229 ſecus ſi impedimentum prouenit ex eius culpa ad hoc non ordinata. num.230. 26
Conditio mixta:alia eſt quæ pendet à caſu & voluntate: Alia quæ à voluntate duorum.caſ.1.nu.220. 25
Conditio mixta deficiens ex facto tertij,ſi impedimentum aſcribitur culpæ caſus,& fortunæ, regulatur vt conditio caſualis,ſi culpæ hominis, vt conditio poteſtatiua. caſ.1.nu.228. 25
Conditio mixta,ſi non impleatur per culpam illius in cuius perſonam debet impleri,habetur pro impleta:ſed ſi per caſum,vel mortem ſecus.caſ.1.nu.221. Fallit nu. 222.& ſeqq. 25
Conditionem important verba appoſita ſubſtantiæ legati, ſecus ſi præſtationi, & executioni. vide in verb. dies.
Conditio non dicitur impleta, ſi naturaliter impleta non eſt.caſ.1.num.250. 27
Conditio quando habeatur pro impleta. caſ.1.num.231. & ſeqq. 26
Conditio poteſtatiua,ſi is cuius intereſt in cauſa eſt, vt nõ impleatur,habetur pro impleta.caſ.1.nu.208.fol.24. Ampliatur num.ſeqq.Fallit nu.215.& ſeqq.
Conditio,quæ tacitè ineſt ex natura rei legatæ vel ex legis diſpoſitione non facit legatum,vel fideicommiſſum conditionale nec impedit tranſmiſsionem. caſ.1.nu.9. ampliatur & declaratur.nu.15.& ſeqq. 5
Conditio quæ habetur pro non ſcripta, vel non appoſita quænam ſit.caſ.1.nu.259. 28
Conditioni ſatisfit,ſi iuſſus dare hæredi,dat hæredi hæredis.caſ.6 num.3.& 4.fol.36 & caſ.40.nu.3. 135
Conditioni de matrimonium contrahendo ſatisfit per emiſſionem profeſsionis caſ.17.nu.59. 79
Conditionem facit dies incertus caſ.1.nu.46. 8
Conditio;ſi ſtuduerit in legibus;intelligitur ſi Doctor euaſerit.caſ.1.num.244. 26
Conditio; ſi Titius nupſerit Seiæ legatariæ: eſt caſualis. caſ.1.num.253. 27
Conditio ſufficit,quod momento impleta ſit licet implementum non duret.caſ.1.num.254.Fallit nu.255. 27
Conditio tacita quomodo dicatur ineſſe ex natura rei legatæ vel ex legis diſpoſitione.caſ.1.nu.11.& ſeqq. 5
conductor ad longum tempus ceſſans in ſolutione per biennium,vel triennium cadit à conductione, ſicut emphiteota.caſ.38.num.24. 129
conductorem expellendi ius an tranſeat in ſingularem ſucceſſorem caſ.67.num.2. 180
confeſſio preceſſoris an & quando præiudicet ſucceſſoribus, vel hæredibus.caſ.72.nu.1.& ſeqq. 185
confeſſio & ſententia æquiparantur caſ.72.nu.2. 185
confeſſio nocet ſucceſſori in poſſeſſorio ſummariiſſimo caſ. 72.num.4. 186
confirmatio quæ fit ex interuallo debet fieri à ſuprema autoritate,vt ex certa ſcientia.caſ.28.nu.95 96. 101
confidentia ad alios non tranſmittitur.caſ.36.nu.34. 126
confirmatio operatur vt actus ſit realis, & tranſibilis ad ſucceſſores caſ.34.num.10. 116
coniecturæ teſtatoris operantur, vt verba quæ important conditionem,importent diem.caſ.2.nu.32. 32
coniecturæ teſtatoris præualent rationi recti ſermonis.caſu primo.num.73. 11
coniecturæ requiſitæ ad tranſmiſſionem legati, & fideicommiſſi conditionalis poſſunt colligi ex verbis teſtamenti, & etiam ex tacita mente teſtatoris aliundè reſultante.caſ.1.num.86.fol. 12. requiritur tamen quòd ſint neceſſariæ aut multum probabiles.nu.88.
coniecturæ.31.recitantur quæ tranſmiſſibile faciunt legatum & fideicommiſſum conditionale:caſ. primo num. 88.vſque ad num.189. 12
conſcientia vnius ad alios tranſmitti non poteſt.caſ.36. num.32.nec animi motiuum.num.33. 126
conſenſus ex actu neceſſario non inducitur caſ.44.num.19. fol.144.& caſ.39 num.32. 134
conſenſum nõ inducit taciturnitas & pacientia in his quæ contradicendo non poteſt quis impedire.caſ.13.nu. 12. fol. 69
conſuetudo contra ius Canonicum inducitur ſpatio quadraginta annorum.caſ.70.num.2. 182
continuatio facilius inducitur,quàm noua acquiſitio. caſ. 1.num.118. 16
contractus,pacta, promiſſiones, & obligationes ad hæredes tranſmittuntur.caſ.28.nu.1.fol.94.Ampliatur nu. 2.10.11.18.Fallit.15.16.17.143.& ſeqq.
contractus conditionales tranſmittuntur ad hæredes actiuè & paſſiuè,caſ.5.num.1 fol.35.& caſ.58.num.5.fol. 169.& ratio differentiæ inter contractus, & vltimas voluntates.d.caſ.5.num.2.3.
contractus conditionalis non tranſmittitur ad hæredes, ſi eſt perſonalis,vel actum eſt de iure perſonali.caſ.5.nu. 6.nequè ſi eſt initus ſuper materia non tranſmiſſibili. num.7. vel ſub conditione poteſtatiua,ſiue mixta nu. 8. 36
contractus prædeceſſoris in factis cohærentibus perſonæ non tranſeunt in ſucceſſorem & dantur exempla.caſ. 28.num.143 fol.104.Idem in his quæ ſunt perſonalia ex parte vnius, ex parte vero alterius in rem: & quæ ſint iſta.num.144 145.
contractus an ſit emptionis vel permutationis dignoſcitur ex re principaliter data.caſ.68.num.6. 181
contractus factus nomine Reipublicæ ſemper durat.caſ. 35.num.23. 120
contractus tranſit ad hæredes cum ſua qualitate iuramenti.caſ.55.num.14. 163
contractus reſcindendi ius etiã ex leg 2.C.de reſcin. vend. ad hæredes tranſmittitur.caſ.28.nu.141. 104
contrahentes præſumuntur hæredibus ſuis prouidere, & contractus ad eos tranſmitti velle.caſ.28.num.3. 94
cor eſt imperator linguæ, & habet eam ſicut mancipium

cor eſt

# INDEX.


ſub iuriſdictione ſua.caſ.1.num.54. 9

Cordium ſcrutator eſt ſolus Deus caſ.16.nu.2. 73

Creditores non poſſunt exercerè ius hæreditarium antequam illud quæſitum ſit debitori mediante aditione caſ.8.num.18. 42

D

DEcimæ,collectæ,& alia onera realia decurſa,& non ſoluta tempore præceſſorum ſoluenda ſunt, & ad id conueniri poſſunt tàm ipſi præceſſores,vel eorum hæredes:quàm etiam ſucceſſores,qui tamen ſucceſſores regreſſum habent aduerſus eos, ſi ſoluere potuerunt. caſ. 28.num.83. 100

Declarandi ius cedi non poteſt.caſ.36.num.31. 126

Declarare contractus initos ex cauſa lucratiua hæredes poſſunt.caſ 16.num.13. 74

Declarare poteſt hæres ambiguitatem,quæ conſiſtit in iure.caſ.16.num.17. 74

Declaratione dotis cõmiſſa arbitrio alicuius,an dos conditionalis ſit & tranſmittatur caſ.17.num.62. 80

Declaratio cadit in obſcuro vel dubio, electio in incerto caſ.16.num.6.fol.73.& caſ.37.num.1. 126

Declaratoria non requiritur, vbi pæna impoſita eſt ipſo iure.caſ.48.num.8. 152

Defunctus poteſt eſſe homo bonus, hæres autem nequam. caſ.55.num.2. 162

Delegantis morte re integra expirat delegatio,& quando dicatur res integra.caſ.51.num.30. 157

Delegatio facta ad beneplàcitum delegantis expirat morte ipſius,niſi facta ſit per poſitionem nouæ voluntatis. caſ.54.num.8. 161

Delegatio facta ſub nomine proprio non tranſit ad ſucceſſorem.caſ.51.num.33.& pluribus ſeqq. Fallit nu.40. 42.43.6. 7

Delegatio facta ſub nomine dignitatis non expreſſo nomine proprio tranſit ad ſucceſſorem in ipſa dignitate.caſ. 51.num.1.fol.154. Ampliatur num.2.3.7. Fallit nu. 14.15.32.28.12.

Delegatio facta expreſſo nomine proprio, & nomine dignitatis ſimul an ſit perſonalis vel realis caſ.51.numer. 16.& ſeqq. 156

Delegatione facta vni ſub nomine plurium dignitatum quas habet; ſuccedentes in dignitates illius ſuccedunt quoque in delegatione etiam ſi plures ſint.caſ.51.num. 9 fol.155.idem è contra,ſi vnus ſuccedat in dignitatibus plurium.num.10.

Delegatio facta Epiſcopo, ſiue Poteſtati tranſit etiam in Locumtenentem vel Vicegerentem creatum à ſuperiore; ſecus ſi ab eodem Epiſcopo, vel Poteſtate.caſ.51. num.11. 156

Delegatio facta Vicario ſub nomine dignitatis tranſit ad ſucceſſorem in Vicariatu.caſ.51.nu.4.fol.155.& multomagis ſi facta eſt alternatiuè Epiſcopo,ſiue Vicario. num.5.

Delegatio facta iudici incerto non valet.caſ.51. num. 13. fol. 156

Delictum morte delinquentis extinguitur.caſ.48. num.3. fol. 151

Dictio,alius,ſeu,alter,eſt relatiua,& repræſentatiua eiuſdem qualitatis,cuius erat ille, de quo eſt facta mentio. caſu primo num.81. 11

Dictio,cùm,deſignat rem in potentia naturali.caſ.3.num. 10. 34

Dictio,in totum,denotat integritatem ſucceſſionis,non excluſionem tranſmiſſionis.caſ.1.num.79 11

Dictio;ipſi,appoſita in contractu non impedit tranſmiſſionem contractus ad hæredes.caſu.28.num.179. extenditur,& declaratur.num.ſeqq. 107

Dictio ipſe, hic, hæc, hoc,eſt demonſtratiua ad oculos.caſ. 14.num.10 70

Dictio,penitus,nullam limitationem, ſeu modificationem recipit.caſu primo num.80 11

Dictio,poſt,deſignat rem in actu.caſ.3.nu.10 34

Dictio,ſi,iuncta verbo futuri temporis in his quæ ſunt incerta,facit conditionem.caſ.17.nu.39 78

Dictio;tamen;iuncta cum dictione,ita,vel dictione,ſi,ſtat taxatiuè caſ.3.nu.11 34

Dictio: tantùm: non ſolet perſonas ſimiles excludere.caſ. 28.num.14 94

Diei appoſitio operatur renunciationem poſt illum.caſ.12. num.15 67

Dies cedit regulariter à morte teſtatoris in his,quæ ad hæredes tranſmiſſibilia ſunt caſu 2.num.13 30

Dies certæ ætatis facit legatum, & fideicommißum conditionale vbi appoſita eſt ſubſtantiæ; at vbi appoſita eſt executioni diſtinguitur.caſ.3.nu.13.fol.34.& caſ. 17.num.48.& ſeqq. 78

Dies certæ ætatis non facit conditionem, nec impedit tranſmiſſionem propter fauorem legatarij & fideicommiſſarij;ſed reprobatur.caſ.3.num.16 35

Dies incerta omni incertitudine appoſita executioni legati ſeu fideicommiſſi puri,facit illud conditionale & impedit tranſmiſſionem.caſ.3.num.4 33

Dies,quam incertum eſt,eſſe extituram in vita legatarij, ſeu fideicommiſſarij,facit conditionem & impedit trãſmiſſionem etiam ſi appoſita non eſt ſubſtantiæ,ſed executioni.caſ.3.num.6. ac etiamſi appoſita eſt in perſonam tertij non habentis intereſse.num.7 34

Dies legati,& fideicommiſſi relicti ſub conditione,quæ tacite reſultat ex teſtamento,ſeu ex teſtatoris diſpoſitione cedit à die impletæ conditionis.& dantur exempla. caſu primo.num.27 6

Dies quando dicatur adiecta ſubſtantiæ.vel executioni caſ.3.nu.15.fol.34.& caſ.17 nu.52.& ſeqq.

Dignitatis augmentum non mutat priſtinum honorem caſ.51.num.8 155

Dignitatis expreſſio non facit delegationem tranſibilem ad ſucceſſorem, vbi ſubiecta materia aliud ſuadet. caſ. 51.num.25.fol.157.idem ſi cauſa eſt grauis,& ardua. 27.idem ſi apparet de mente delegantis.nu.31

Dignitas operatur nobilitatem permanentem etiam poſt illam finitam.caſ.51.num.36 158

Diſpoſitio concernens fauorem certæ perſonæ intelligitur ipſa volente & declarante, ſed non facta declaratione non intelligitur propterea iuri ſuo renunciare. caſ.48. num.9 152

Diſpoſitio hominis facit ceßare diſpoſitionem legis; quomodo intelligatur.caſ.8.nu.111 53

Doctores ſæpius probantes vnam opinionem, illa dicitur illorum opinio licet quandoque contrarium tenuerint. caſ.1.num.135 18

Domini duo inſolidum eße non poßunt.caſ.11.nu.4 65

Dominium ſine traditione non tranſit.caſ.39.nu.12.Fallit in caſibus recitatis.num.14.

Donatarius ex donatione cauſa mortis præmoriens donanti non


ti non

# INDEX.


ti non tranſmittit bona donata ad hæredes, ſed ea redeunt ad donantem.caſ.45. num.1.fol.145.ſecus ſi ex donatione inter viuos.3.& ſeqq.

Donatarius omnium bonorum non dicitur ſucceſſor vniuerſalis, ideo contra eum non datur regulariter actio perſonalis.caſ.25.nu.5.& ſeqq. 90

Donationem cauſa mortis ius reuocandi non tranſmittitur.caſ.46.nu.13 149

Donatio cauſa mortis, quam donator promiſit non reuocare, tranſit in donationem inter viuos, & ad hæredes tranſmittitur.caſ.45.num.10.fol.146. Ampliatur nu.12.& ſeqq. Fallit nu.17. & ſeqq. Promiſſio autem non reuocandi reſultat multis modis recitatis.nu.11

Donatio cauſa mortis facta in teſtamento, vel codicillis reuocatis non tranſmutatur in donationem inter viuos ex promiſſione eam non reuocandi. caſ.45.nu.22. fol. 147

Donatio cauſa mortis facta pro ſe, & hæredibus; tranſit in donationem inter viuos, ideo donatarius præmoriens tranſmittit. caſ. 45.num.25 147

Donationem reuocandi facultas ex cauſa ingratitudinis non tranſmittitur ad hæredes donatoris.caſ.46.num.1. fol.148.ampliatur num.2.3.Fallit nu.4.5.7

Donationem reuocandi ius ex cauſa ingratitudinis tunc tranſmittitur, ſi quærimonia donatoris fuit iudicialis, non aliàs.caſ. 46.nu.8 148

Donationem reuocandi, ius ob ſuperuenientiam liberorum tranſmittitur à donatore etiam non facta per eum declaratione.caſ. 46.num.10. fol.149. quæ declaratio dato quod neceſſaria ſit, tamen excuſatur ſi non habuit tempus, vel ignorauit filios eſſe natos.num.11. non tamen tranſmittitur quando conſtat donatorem cogitaſſe de filijs.num.12

Donationem cauſa mortis reuocandi ius non tranſmittitur.caſ.46.nu.13 149

Donatio remuneratoria non eſt propriè donatio, & eſt irreuocabilis, & ad hæredes tranſmittitur. caſ.45. num. 9 146

Donatio quando inter viuos, & quando cauſa mortis cenſenda ſit; remiſſiuè.caſ.45.nu.27 148

Donatione facta agnato ea conditione, vt bona donata poſt eius mortem vadant ad extraneum, decedens agnatus cum liberis tranſmittit bona ad eius liberos excluſo extraneo ſubſtituto, ſi apparet donatorem habuiſſe rationem conſeruandæ agnationis, aliàs non.caſ. 45.num.26 147

Donatio non præſumitur, & potius omnis alia præſumptio ſumenda eſt.caſ.38.nu.13.fol.129. & caſ.48. nu. 9 152

Dos quæ ſuccedit loco legitimæ tranſmittitur, & dantur exempla.caſ.19.nu.19 82

Dos commiſſa arbitrio alicuius an ſit conditionalis, & tranſmittatur ante latum arbitramentum vel liquidationem factam.caſ.17.nu.62 80

Dos ſuccedit loco legitimæ.caſ.18.num.1.fol.80.quomodo intelligatur.caſ.8.nu.84 49

Dos non poteſt eſſe ſine matrimonio. caſ.17.numer.2. fol. 75

Dotandi filiam ad effectum illam excludendi à ſucceſſione vigore ſtatuti quòd ſtantibus maſculis filia fæmina non ſuccedat, ſed dotari debeat, ius & facultas tranſmittitur ad hæredes ipſorum filiorum maſculorũ. caſ.21.num.1.fol.4.ac etiam ad hæredes fœminas.8.ſecus ſi ſtatutum diceret, quod filia dotata non ſuccedat. num. 9. quod procedit etiam ſi non ſtetit per patrem. num.10.11

Dotata dicitur filia per ſolam dotis conſtitutionem etiam non effectualiter ſolutam ad effectum vt excludatur à ſucceſſione vigore ſtatuti ac etiam ſi nuptui tradita nõ ſit.caſ.21.nu.10 84

Dotationis mentio operatur, vt ea quæ dicitur dotatá trãſmittit relictum etiam decedens antequàm nubat. caſ. 17.nu.57 79

Dotem promiſſam ſponſa non dante; licitum eſt recedi à ſponſalibus.caſ.36.num.17 125

Dotem liquidandi ius, non liquidante arbitratore electo ſuper liquidatione tranſit ad iudicem.caſ.36. num.18. fol. 125. Idem eſt in cauſa alimentorum, vel alia pia cauſa.19.& de æquitate Canonica idem eſt in omnibus contractibus: ſed contra.nu.20

Dotem ſtipulatam filia decedens ante contractum matrimonium non tranſmittit, imò ſolutam reſtituit. caſ.17. numer. 1. fol. 75. niſi animo donandi promiſſa eſſet. num.3

Dotis augmentum eodem iure cenſetur quo ipſa dos. caſ. 18.num.5.& 6. 80

Dotis congruæ ſupplementum ius petendi tranſmittitur ad hæredes in terminis iuris communis, ſecus ſi extat ſtatutum quod ſtantibus maſculis fœminæ non ſuccedant.caſ.18.num.8.fol.80. Ampliatur etiam ſi ſtatutum ſit ſuſpenſiuum donec extant maſculi, ſed in hoc diſtinguuntur tres caſus nu.10.& ſeqq.

Dotis conſtituendæ actio, ſiue officium iudicis competens filiæ non tranſmittitur ad hæredes ipſius filiæ. caſ. 19. num.15.fol.82. ius tamen petendi legitimam tranſmittitur. 19. item tranſmittitur actio pro dote conſtituenda, quando viuens inchoauit iudicium.20. item quando iam dos conſtituta eſt.nu. 1.& ſeqq. & nu. 21. idem ſi extat ſtatutum, quod filia dotari debeat. numer.22

Dotis conſtitutio non poteſt conferri poſt mortem.caſ.18. num.6 80

Dotis conſtituendæ rationes ceſſant matrimonio diſſoluto; & quæ ſint hæ rationes.caſ.19.nu.18 82

Dotis conſtituendę ius tranſmittit virgo deflorata.caſ. 19. num.24. 82

Dotis legatum: vide in verb. legatum.

Dotis lucrum, quod defertur marito ſuperuiuenti ex forma ſtatuti, tranſmittitur ad hæredes eiuſdem mariti etiam antequàm illud acceptauerit, vel agnouerit, caſ. 20. numero 1. fol. 83. Idem ſi non deferatur ex forma ſtatuti, ſed vigore conſuetudinis.num. 3. ſecus ſi iure hæreditario.nu.4.& ſeqq. vbi dantur exempla.

Dotis priuilegium tranſit ad quemcunque hæredem mulieris.caſ.22.nu.2. 84

Dotis priuilegium, vt poſſit conſtitui ſuper bonis fideicommiſſarijs & de eis reſtitui, tranſmittitur ad hæredes mulieris.caſ.22.nu.1.fol.84. etiam extraneos. num. 3. etiam via ceſſionis. 6. intellige ſi ceſſio concernit commodum mulieris cedentis, ſecus ſi commodum ceſſionarij, num.7.

Dotis priuilegium quoad prælationem trãſit ad ſolos filios eiuſdem matrimonij, quoad tacitam hypotecam ad quoſcunque hæredes etiam extraneos ac etiam via ceſſionis, ad dotantes non.caſ.23.num.12.& ſeqq. 86

# INDEX.


*Dotem conſequendi ius ſuper bonis fideicommiſſarijs tranſmittitur tantùm vbi tranſmittitur ius conſequendi dotem ſimpliciter.caſ.22.num.8* 85

*Dotis ſupplementum petendi ius ad hæredes tranſmittitur.caſ.18.num.1.fol.80.etiam ante agnitionem, & petitionem,num.7*

E

E*A quæ cauſa dubitationis tollendæ inſeruntur ius commune non lædunt,caſ.38.nu.10* 129

*Eaquæ defferuntur ex beneficio legis, vel ex conceſſione Principis, vel ex conſuetudine tranſmittuntur ſine agnitione.caſ.10.num.3.idem ſi ex ſtatuto.caſ.19.num.23,idem ſi ex titulo ſingulari d.caſ.10.num.3.& caſ.20.num.2.& ſeqq.idem denique ſi defferuntur titulo non hæreditario caſ.8.num.174* 59

*Ea quæ competunt ex conceſſione Principis tranſmittuntur etiam conditione pendente.caſ.1.num.8.* 5

*Ea quæ defferuntur ex iure ſpeciali non tranſmittuntur ſine agnitione.caſ.8.num.31.* 44

*Ea quæ ex abundanti fiunt, non vitiant contractum.caſ.36.num.25* 125

*Eccleſia ſuccedens priuato vtitur iure priuati caſ.40.nu.38* 137

*Eccleſiæ ſunt bona empta ex pecunia eiuſdem Eccleſiæ, non autem ementis, & eſt ſpeciale in eccleſia.caſ.69.num.3* 181

*Egeſtate ſordentibus vita eſt ſupplicium, & mors ſolatium.caſ.21.num.6* 84

*Electio & declaratio differunt inter ſe.caſ.16.num.6.fol.73.& caſ.37.num.1.* 126

*Electorem cogendi ius, vt eligat ad hæredes tranſmittitur.caſ.37.num.3.* 127

*Eligendi facultas in alternatiuis duplex eſt; vna iure ſuo,alia iure alieno.caſ.37.num.1.* 126

*Eligendi facultas,quam quis habet iure ſuo, eſt pura, & ad hæredes tranſmittitur.caſ.37.nu.2.fol.126.intellige num.5*

*Eligendi facultas,quam quis habet iure alieno,non tranſmittitur ad hæredes, ſed defertur ad eum in cuius commodum fienda erat electio.caſ.37.num.18.fol.127.is autem facultatem ipſam eligendi tranſmittit ad hæredes ſuos ſtatim quod præterijt tempus datum ad eligendum,& non elegit;& dantur exempla.nu.19*

*Eligendi facultas mortuo ſtipulatore eſt realis & tranſmittitur non ſolùm ad hæredes, ſed tranſmiſſa poteſt etiam cedi ab eis.caſ.37.nu.7* 127

*Eligendi facultas in alternatiuis, viuente ſtipulatore eſt perſonalis, & non poteſt cedi, vel tranſmitti.caſ.37.num 6.Fallit vt num.12.& ſeqq.* 127.

*Eligendi ius quod habent pupilli quem ex ſuis tutoribus conueniant,tranſmittunt ad hæredes caſ.37.numer.4.fol.* 127

*Emancipati hodie ſuccedunt ad ſimilitudinem ſuorum, quò ad ſucceſſionem ab inteſtato, non quò ad alia.caſ.8.num.103* 51

*Emancipatus non retinet ſuitatem, ideo hæreditatem non aditam non tranſmittit iure ſuitatis ad extraneos.caſ.8.num.91.fol.50 ſed tantùm ad deſcendentes vigore leg.vnic.C.de his qui ant.apert.tab.d.caſ.8.numer.102* 51

*Emphiteota non debet eſſe deterioris conditionis,quàm colonus.caſ.38.num.28* 130

*Emphiteoſis conceſſa à priuato tranſit in fideicommiſſarium vniuerſalem.caſ 64.num,1.fol.176.in ſingularem autem ſecus 3.idem in emphiteoſi conceſſa à ciuitate,num 2.*

*Emphiteoſis recepta ab eccleſia in caſibus, quibus tranſit ad hæredes extraneos, tranſit etiam in fideicommiſſarium.caſ.64.num.4.fol.176.& recitantur decem modi,quibus ad hæredes extraneos tranſit.nu.5*

*Emphiteoſis, & feudum ſunt eiuſdem naturæ, & de vno ad alterum valet argumentum.caſ.49 nu.3* 153

*Emphiteoſis, & feudum ſeptem tantùm modis differunt.caſ.49.num.4* 154

*Epiſcopi non ſunt in patria poteſtate;retinent tamen iura ſuitatis.caſ.8.nu.53* 46

*Aetas tranſmitti,vel cedi non poteſt.caſ.23 nu.4.* 85

*Aequiparatorum eadem eſt ratio caſ.35.num.39.* 122

*Exceptio compenſationis tranſit ad emptorem, vel ceſſionarium,ac etiam contra eum.caſ.26.nu.14* 91

*Exceptiones merè perſonales ad alios non tranſmittuntur.caſ.26.num.1.fol.90.neque ad hæredes 2.ſed contra ſucceſſores ſingulares diſtinguitur.5.Contra ſucceſſorem vniuerſalem tranſeunt indiſtinctè.6.Durante autem vita tranſmittentis tranſeunt etiam in ſingularem ſucceſſorem,num.3.4*

*Exceptiones cõpetentes principali competunt etiam fideiuſſori,caſ.27.nu.3.* 92

*Exceptiones reales tranſeunt in ſucceſſores etiam ſingulares;& contra eos,& dantur exempla.caſ.26,num.7.8.fol.91.& procedit etiam ſi incæperunt competere poſt ſecutam tranſlationem dominij.num.10.intellige ſi eſt eadem ratio;ſecus ſi diuerſa.11.*

*Exceptiones reales tranſeunt etiam in ſucceſſorem beneficij eccleſiaſtici,caſ.26 nu.9.* 91

*Exceptiones mixtæ ad hæredes tranſmittuntur, & dantur exempla.caſ.26.nu.12* 91

*Exceptio firmat regulam in contrarium.caſ.8.nu.99.* 51

*Exceptio rei iudicatæ non retranſit in venditorem, ſi res vendita in eum reuertitur ſine titulo;ſed ſi ex titulo ſic.caſ.26,nu.13* 91

*Excommunicari non poteſt vnus pro altero;nec alia pæna puniri, qua amittitur æterna gloria.caſ.30.numer.2.fol.* 111

*Executoris officium mandatorum Papæ, vel alterius Principis tranſit eo modo,quo trãſit delegatio.caſ.52.num.13.* 159

*Executoris teſtamentarij officium datum ſub nomine officij,dignitatis, vel nomine appellatiuo tranſit ad ſucceſſores in officio,vel dignitate caſ.52.num.1.fol.158.niſi ipſe executor ſit affinis teſtatori.numer.3.ſi autem officium iſtud datum eſt ſub nomine proprio,non tranſit.num.2.*

*Executoris teſtamentarij officium ad hæredes executoris non tranſit;caſ.52.nu.4* 158

*Fallit quando competit iure obligationis continentis onus burſale.6.Fallit item in legatario habente onus aliquid agendi.nu.5*

*Executoris teſtamentarij officium alteri cedi non poteſt.caſ.52.nu.7.declaratur num.ſeqq.* 159

*Exempla non reſtringunt regulam.caſ.60.num.6.* 171

*Exhæredato filio nominatim competit ius querelandi de*


inoffi-

# INDEX:


inofficioſo, illudque ſupponit validitatem teſtamenti. caſ.12.nu.1 66

Expenſas taxandi facultas tranſit ad ſucceſſorem quamuis ea reſeruata ſit iudici ſub nomine proprio. caſ.51. nu.41 158

Expenſas ſoluendi onus factas in litigando, & ius eas repetendi ab aduerſario præceſſoris tranſit in ſucceſſorē. caſ.28.nu.81.82 100

Expreſſio eorum, quæ tacitè inſunt, nihil operantur. caſ. 38.num.11 129

Expreſſum facit ceſſare præſumptum caſ.1.nu.20

Expreſſa nocent quandoque, quæ omiſſa non nocerent. caſ. 1.nu.198 23

F

Facti quæ ſunt, tranſeunt ad hæredes, ſi factum eſt executiuum iuris præambuli. caſ.28.nu.153 105

Factum defuncti ad hæredes tranſit, & dantur exempla. caſ.28.nu.142 104

Factum hæredis reputatur factum defuncti. caſ.28.num. 113 94

Facta quæ cohærent perſonæ non ſunt tranſmiſſibilia. caſ. 28.num.143 104

Falcidia, & Trebellianica tranſmittuntur etiam non agnitæ, nec acceptatæ. caſ.10.nu.24 64

Fatuus præſumitur filius natus ex patre fatuo. caſ.30.numero 13 112

Fellonia, vel ingratitudinis exceptio aduerſus Vaſſallum ad effectum illum priuandi feudo tranſit ad hæredes. caſ.47.nu.8 150

Fœminas excludendi ius competens maſculo ex forma ſtatuti ad hæredes tranſmittitur. caſ.8.nu.30 44

Fœmina ſemel excluſa à ſucceſſione patris vigore ſtatuti propter maſculos, remanet ſemper excluſa etiam mortuis maſculis. caſ.8.nu.33.fol.45.& caſ.11.num.11. fol. 65

Feudum antiquum alienatum ſine conſenſu Domini aperitur agnatis ad id vocatis. caſ.29.numer.27.fol.109. Idem ſi inueſtituræ renouatio petita non fuerit. numero 28

Feudo in antiquo, & auito non poteſt pater præiudicare filijs. caſ.29.nu.26 109

Feudo priuari non poſſunt hæredes vaſſalli à Domino ob feloniam, ſiue ingratitudinem eiuſdem vaſſalli. caſ.48. num.2 151

Feudo hæredes Domini priuare non poſſunt vaſſallum ob feloniam, ſiue ingratitudinem commiſſam in vita eiuſdem Domini, ſi is notitiam habuit de ea, & non eſt conqueſtus. caſ.48.num.1.fol.151.fallit num.4. & ſeqq.

Feudo vaſſallum priuandi ius, quod habet Dominus, qui habuit notitiam de felonia, ſiue ingratitudine per eum commiſſa, & de qua conqueſtus eſt; ad hæredes, & contra hæredes tranſmittitur. caſ.48.numer. 18 153

Feudum reuocandi ius tranſmittitur ad hæredes, & contra hæredes, ſi Dominus in vita ſua, vel vaſſalli ignorauit culpam eiuſdem vaſſalli. caſ.48.num.19. fol.159. Si tamen ignorantia eſſet ſupina haberetur pro ſciente. nu.20

Feudum non tranſit in fideicommiſſarium. caſ.63.num.1. fol.175. fallit quando fideicommiſſarius eſt de comprehenſis in inueſtitura: quod intellige cū tribus reſtrictionibus. num.3

Feudum quod ad hæredes extraneos tranſitorium eſt, in fideicommiſſarium quoque tranſit. caſ.63.num.5.fol. 176. ac etiam in legatarium. 7. & alium ſingularem ſucceſſorem, nu.8

Feudum quando ad hæredes extraneos tranſibile ſit. caſ. 63.num.4 175

Feuda ex pacto, & prouidentia obtineri poſſunt repudiata hæreditate. caſ.28.nu.110.fol.102.& num.139

Feudum conceſſum pro ſe, & hæredibus qui vult habere, oportet quod ſit hæres caſ.1.nu.91 12

Feudum de quo inueſtita fuit fœmina tranſit ad alias fœminas caſ.1.nu.96 13

Feudi ſucceſſio non fit ex iudicio teſtatoris, ſed beneficio cōcedentis. caſ.63.nu.2 175

Feudo conceſſo alicui, & ſuis liberis, pater non poteſt liberis non hæredibus, vel hæredibus cum inuentario præiudicare. caſ.29.num.22.fol.109. Idem eſt in emphiteoſi conceſſa pro ſe, & filijs.23. Idem eſt in ſubſtitutione fideicommiſſaria. nu.24

Feudi ſucceſſor an teneatur ad æs alienum contractum à præceſſore, vide in verb. ſucceſſor in feudo.

Feudalium bonorum poſſeſſio ad hæredes, ſiue ſui ſiue extranei ſint, ſine noua appræhenſione non tranſit. caſ.39. nu.16 133

Feudum, & emphiteoſis ſeptem tantum modis differunt. caſ.49.nu.4 154

Fictio non egreditur caſum ſuum. caſ.8.nu.90 50

Fideicommiſſum, & legatum quoad effectum tranſmiſſionis inter ſe nihil differunt euident. num.15 3

Fideicommiſſa, & legata conditionalia cedunt à die impletæ conditionis. caſ.1.nu.1 4

fideicommiſſa, & legata conditionalia ante implementum conditionis ad hæredes non tranſmittuntur. caſ.1. num.2.fol.4. neque ad liberos. num.32. & caſ.8.num. 101.fol.51. etiam ſi hæres promiſerit ea adimplere in contractu. caſ.1.num.57. neque per viam ceſſionis num. 261. & ſeqq. idem eſt de hæreditate 33. Ampliatur num.34. & ſeqq.

fideicommiſſa, & legata conditionalia confiſcatis bonis legatarij, & fideicommiſſarij ante aduentum conditionis; non tranſmittuntur in fiſcum. caſ.1.numer.60. fol. 9

fideicommiſſa, & legata relicta ſub conditione, vel die incerta tranſmittuntur ab euentu conditionis, vel diei, nec attenditur in eis aditio hæreditatis: relicta purè, vel in diem certam à die mortis teſtatoris etiam ſi ſint fideicommiſſa vniuerſalia. caſ.8.num.156.fol. 57. Amplia num.157.159.160. & caſ.1.numero 10. fol. 5

fideicommiſſa, & legata conditionalia tranſmittuntur ad hæredes fideicommiſſarij decedentis ante conditionis euentum, ſi teſtator hoc ordinauit, vel ex coniecturis conſtare poteſt de eius voluntate. caſ.1.numer.63. 66. & num.74. & ſeqq. coniecturæ autem recitantur nu.88. & ſeqq.

fideicommiſſum hæreditate non adita nō extinguitur, vbi ea tranſmittitur ſine aditione. caſ.8.num.159 57

fideicommiſſum, & legatum conditio facit non tranſmiſſibile, etiamſi eſt conditio poteſtatiua. caſ.1.num. 58 9

fideicommiſſorū, & legatorum tranſmiſſio impeditur per conditionem etiam omninò extituram. caſ.1.nu.55 9

# INDEX.


Fideicommiſſum conditionale inſtitutũ in contractu tranſmittitur etiam ante conditionis euentum. caſ.1. num. 197.198. ac etiã ſi fideicommiſſarius decedat viuo teſtatore. caſ.2.nu.32. vel ſubſtitutus prædecedat grauato. caſ.5.nu.5. vel factum ſit in donatione. caſ.45.nu.8

Fideicommiſſa, & legata conditionalia tranſmittuntur, quando vnita ſunt cum iure accreſcendi. caſ.1.nu.192. declaratur tamen, vt num. ſeqq.

Fideicommiſſa, & legata conditionalia tranſmittuntur, quando conditio eſt purificata, & impleta. caſ.1.num. 202. vel habetur pro impleta. nu.203. & ſeqq. vel pro non appoſita. nu.259

Fideicommiſſi, & legati tranſmiſſio dicitur fieri vt fideicommiſſum agnoſcendum, non autem vt agnitum. fol. 1. nu.8 & caſ.1.num.65 — 10

Fideicommiſſi, & legati dies cedit, & tranſmittitur à die mortis teſtatoris, dum conditio habetur pro non ſcripta, vel non appoſita. caſ.1.nu.249 — 26

Fideicommiſſum, vel legatum relictum ad tempus tranſmittitur ab hærede teſtatoris prædefuncto, caſ.1.nu.4. Ampliatur, & declaratur, vt nu.44. & ſeqq.

Fideicommiſſa, & legata particularia purè relicta quoad tranſmiſſionem cedunt à die mortis teſtatoris. caſ.2.nu. 4. fol.29. Quoad obligationem à die aditæ hæreditatis, num.6. Quoad tranſlationem dominij verè ab adita hæreditate, fictè à die mortis teſtatoris, num.7. Ampliatur, & declaratur, vt num. ſeqq.

Fideicommiſſa, & legata particularia purè relicta etiam non agnita cedi poſſunt. caſu 2. nu.14 — 30

Fideicommiſſa, & legata particularia etiam ignoranti quæruntur. caſ.2.num.5 — 29

Fideicommiſſa, & legata particularia in quibus differant ab vniuerſalibus. caſ.2.nu.3 — 29

Fideicommiſſa vniuerſalia purè relicta quoad tranſmiſſionem cedunt à die mortis teſtatoris. caſ.2.nu.15. fol. 30. Ideo tranſmittuntur ad hæredes, ſiue fideicommiſſarius deceſſerit poſt aditam hæreditatem, ſiue ante. nu.18. Ampliatur. nu.20.21.26

Fideicommiſſa vniuerſalia pura, vel in diem certam relicta, non agnita, non poſſunt cedi titulo ſingulari, ideo ceſſionarius non poteſt cogere hæredem adire, & reſtituere ex Trebelliano. caſ.2.num. 41. fol. 33. Declaratur, vt num. ſeqq.

Fideicommiſſario vniuerſali ſtatim ſecuta morte teſtatoris competit officium nobile ad cogendum hæredem inuitum adire, & ſibi reſtituere. caſ.2.nu.16 — 30

Fideicommiſſum, & legatum purum tranſmittitur à die mortis teſtatoris, ſiue ſit particulare, ſiue vniuerſale. caſ.1.nu.10. & caſ.2.nu.4. & ſeqq. & nu.15. & ſeqq.

Fideicommiſſum, & legatum in diem certam relictum, quoad tranſmiſſionem cedit à die mortis teſtatoris, quoad obligationem, & tranſlationem dominij die adueniente. caſ.3.nu.1 — 33

Fideicommiſſum, & legatum relictum in diem incertam omni incertitudine nullatenus cedit, nec conſequenter tranſmittitur, niſi die adueniente. caſ.3.nu.2 — 33

Fideicommiſſum, & legatum relictum in diem, quam certum eſt eſſe venturam; ſi certum eſt venturam eſſe in vita legatarij, tranſmittitur ad hæredes, ſi incertum, non tranſmittitur, niſi die adueniente. caſ.3.nu.5. — 34

Fideicommiſſum, & legatum relictum in diem non incertam omni incertitudine, dicitur conditionale, & non tranſmittitur. caſ.3.nu.8 fol.34. Siue adiecta ſit perſonæ honorati, ſiue in perſonam grauati. 9. & ſeqq. ſiue in perſonam tertij. nu.12

Fideicommiſſum, & legatum relictum ad certum tempus limitatum non eſt conditionale, ſed tranſmittitur. caſ. 3.nu.17 — 35

Fideicommiſſum, & legatum conditionale, vel etiam in diem, poſtquam eſt purificatum, vel dies ceſſit, tranſmittitur etiam ante acceptationem. caſ.2.nu.23 — 31

Fideicommiſſum, & legatum relictum ſub modo tranſmittitur ad hæredes, ſi modus per eos impleri poteſt. caſ. 4.num.1. fol.35. ſecus ſi impleri non poteſt. nu.4

Fideicommiſſum, & legatum relictum ſub modo, quoad tranſmiſſionem dicitur purum, quoad petitionem dicitur modale. caſu 4.nu.2 — 35

Fideicommiſſum, & legatum relictum ſub modo impoſſibili eſt purum, & tranſmiſſibile. caſ.4. nu.5 — 35

Fideicommiſſarius conditionalis non dicitur eſſe creditor. caſ.1.nu.4 — 5

Fideicommiſſum, & legatum caducum, vel quaſi caducũ, vide verb. caducum.

Fideicommiſſorum poſſeſſio non tranſit in fideicommiſſarium abſque appræhenſione. caſ.39.nu 11 — 133

Fideicommiſſarius vniuerſalis dicitur hæres. caſ.39.num. 15. & caſ.8.nu.158 — 57

Fideicommiſſum inſtitui poteſt in contractu. caſu 2. num. 33 — 3

Fideicommiſſum vniuerſale magis aſſimilatur hæreditati quàm particulare. caſ.2.nu.19 — 30

Fideicommiſſum: vide alia in verbo: legatum.

Fideiuſſio facta pro maleficio extinguitur morte fideiuſſoris, Ita quod actio ad hæredes, vel contra eos non tranſit. caſ.27.nu.3. fol.92. ſecus eſt de fideiuſſione facta pro pæna pecuniaria. nu.5.

Fideiuſſio eſt acceſſio principalis obligationis, & aſſumit ſibi naturam eius. caſ.27.nu.4 — 92.

Fideiuſſoria obligatio tranſmittitur ad hæredes. caſ. 28 num.44. Fallit nu.45.46.47 — 97

Fides perſonæ ad alios nõ tranſmittitur. caſ.36.nu.6. — 123

Filia naturalis vel ſpuria non tranſmittit relictum pro dote neque ad liberos. caſ.17.nu.17 — 76

Filia dotata præterita, vbi extat ſtatutum, quòd non ſuccedat an rumpat teſtamentum, & ius rumpendi tranſmittat caſ.11.nu.7. & ſeqq. — 65

Filius in poteſtate cenſetur eadem perſona cum patre, ſecus eſt in filio emancipato. caſu 8.nu.103 — 51

Filius natus ex patre fatuo, præſumitur fatuus. caſ. 30. nu.13 — 112

Filiatio non poteſt cedi vel tranſmitti. caſ.23.nu.4 — 85

Filiationem probare tenetur qui agit contra aliquem vti filium. caſ.8.nu.175 — 59

Filij poſiti in conditione videntur prædilecti ſubſtitutis. caſ.1.nu.105 — 15

Filij poſiti in conditione, an intelligantur ſubſtituti per fideicommiſſum, vel ſolummodo parẽtibus ſuis ſuccedãt ab inteſtato: remiſſiue. caſ.1.nu.106 — 15

Filij Regis, & Senatoris dicuntur hi qui nati & concepti ſunt durãte dignitate Regia, vel Senatoria. caſ.29.nu. 9. fol.108. Idem ſi concepti ſunt durante dignitate, ſed nati poſt finitã dignitatem Regiã, vel Senatoriã. nu.10

Filij Regis, vel Senatoris non dicuntur hi qui concepti, & nati ſunt ante adeptam dignitatem Regiam, vel Senatoriam caſu 29.nu.11 — 108

Filij Regis, vel Senatoris dicuntur hi qui concepti ſunt


ante

# INDEX.

ante adeptam dignitatem, ſed nati durante dignitate. caſ.29.nu.12 108

Filij Regis, vel Senatoris non dicuntur hi qui concepti ſunt poſt dimiſſam dignitatem. caſ. 29. numero 13. fol. 108

Filius vigore ſuitatis tranſmittit ad quoſcunque portionem ei obuentam vigore ſtatuti. caſ.8. num.30 44

Filius dicitur quodammodo Dominus in vita patris. caſ. 11.num.3 65

Filio præterito competit ius dicendi teſtamentum nullum, & ſupponit nullitatem teſtamenti. caſ. 12. numero 1. fol. 66

Filiorum appellatione non continentur propriè nepotes, ſed ex quadam interpretatione. caſ.14.nu.13 69

Filiorum appellatione nomine proprio nominatorum non veniunt nepotes. caſ.1.nu.101 14

Filius primi matrimonij tranſmittit omnia bona acquiſita parenti ſecundò nubenti ex ſubſtantia primi coniugis excepto vſufructu in diem vitæ ſuæ caſ.13.num.6. etiam ad extraneos hæredes.7. ac etiam ſi de dicto tranſitu ad ſecunda vota non ſit conquæſtus in vita. 11. fol. 68

Filius, ergo hæres quomodo intelligitur, caſ 8.num.17. & 175.

Filius non eſt in poteſtate matris, nec hæreditatem maternam non aditam tranſmittit iure ſuitatis. caſ.8. num. 48 46

Fiſco tranſmittitur reſtitutio in integrum. caſ.44. nu.20. quid de iuribus futuris.21. & ſeqq. 144

Fiſco non tranſmittitur ius dicendi de nullitate teſtamenti. caſ.11.nu.17 66

Fiſco non tranſmittuntur legata, vel fideicommiſſa conditionalia, ſi bona legatarij, vel fideicommiſſarij conditionalis confiſcantur ante euentum conditionis. caſ. 1. num.60 9

Fiſco tranſmittitur ius detrahendi legitimam, ſi filius delinquat poſt mortem Patris. caſ.10.nu.6 61

Fiſcus eſt ſucceſſor vniuerſalis in omnib. actionibus actiuis, & paſſiuis. caſ.44.nu.22 144

Fiſcus ex bonorum confiſcatione ſuccedit tantùm in eo, in quo ſuccederet hæres extraneus ex vniuerſali ſucceſſione. caſ.1.nu.61 10

Fiſcus exceptis caſibus, vbi reperitur expreſsè priuilegiatus vtitur iure priuatorum. caſ.1.nu.62 10

Forma debet ad vnguem ſeruari, aliàs vitiatur actus. caſ. 1.nu.242 26

Forma quæ eſt agens eſt potentior, quàm materia quæ eſt patiens. caſ.29.nu.54 110

Fratalea non diſſoluitur morte ſociorum. caſ.60. num.10. fol. 172

Fructus beneficiorum non exacti quando ſpectent ad hæredes, & quando ad ſucceſſores. caſ.70.numer.1. & ſeqq. fol. 182

Fructus eccleſiæ ſunt deputati pro oneribus totius anni. caſ.70.nu.10 184

Fructus locati dicuntur ſeparati à ſolo, quando venit tempus perceptionis, licet non venerit dies ſolutionis. caſ. 66.nu.11.fol.178. & caſ.70.nu.8. 183

Fructus pendentes dicuntur pars fundi. caſ.66.nu.15. 179

Fructus quando dicantur ſeparati à ſolo & quando tranſmittantur ad hæredes. caſ.66.nu.11. & ſeqq. 178

Fructuum portio ſucceſſori relinquenda eſt pro victu, & alijs oneribus ſupportandis vſque ad nouos reditus. caſ.70.num.9 184

Furioſus legata non agnita tranſmittit, & quæ ſit ratio. caſ.9.nu.4 60

Furioſus non tranſmittit ad hæredes hæreditatem extraneorum aditam eius nomine à tutore, niſi fortè aditionem approbauerit, poſtquam reſipuit, caſ.9.nu.2. ſecus tamen eſt de hæreditate patris. nu.5 60

Furor, affinitas, vel alius euentus ſuperueniens non infirmat acta quæ ſortita ſunt effectum. caſ.45.nu.5. 145

G

GEminatio operatur plenam deliberationem, & teſtatoris voluntatem præciſam, & enixam. caſ.1. nu. 77 11

Gratia facta ad beneplacitum concedentis, an obliget hæredes, vel ſucceſſores. caſ.54.nu.1. & ſeqq. quid ſi eſt facta ſine ſpecificatione beneplaciti. caſ.53.nu.7. & ſeqq. & quid in gratia facienda. 11. & ſeqq.

H

HAbitatio non eſt tranſmiſſibilis ad hæredes, ſed extinguitur morte. caſ.67.nu.2. nec ceſſibilis eſt ex titulo donationis, at benè locari poteſt. nu.3 180

Hæreditaria onera ſuſtinentur ab hærede vniuerſali. caſ. 28.nu.111 103

Hæreditas, & bonorum poſſeſſio à pari procedunt. caſ.8. num.109 52

Hæreditas adita poteſt alteri cedi, ius autem adeundi non. caſ.8.num.178 60

Hæreditas non adita non tranſmittitur; & adducitur ratio. caſ.8.num.1. Ampliatur nu.2.9.10.11.16.17.18. 19.20

Hæreditas non adita non tranſmittitur, neque in fiſcum. caſ.8.nu.9 42

Hæreditas non adita non tranſmittitur, neque à Clerico. caſ.8.nu.10.fol.42. neque à patre. 16

Hereditas tranſmittitur non tanquàm adita ſed tanquàm adeunda caſ.8.nu.32. & 175. intellige, vt nu.37

Hereditas in ſuo habetur pro adita & quomodo id intelligatur. caſ.8.nu.96. & 175

Hereditas non delata nec adiri nec tranſmitti poteſt. caſ.8. nu.150.fol.56. Fallit num. ſeqq.

Hereditatem patris non aditam filius tranſmittit. caſ 8. num.21.fol.43. Et ſi eſt ſuus tranſmittit iure ſuitatis ad quoſcunque, Etiam extraneos heredes. num.22. Ac etiam excluſis fratribus nu.38

Hereditatem ab herede vniuerſali repudiatam filius inſtitutus in re certa tranſmittit iure ſuitatis etiam non agnitam. caſ.8.nu.40 45

Hereditatem adire impeditus, interim decedens tranſmittit, ſed diſtinguitur. caſ.8.nu.165 58

Hereditas non adita tranſmittitur, cùm talis eſt voluntas teſtatoris, & de ea apparet, ſiue expreſsè, ſiue tacitè ex coniecturis. caſ.8.nu.173 59

Hereditatem paternam non aditam filius infans vigore ſuitatis tranſmittit ad quoſcunque. caſ.8.nu.24 43

Hereditatem non aditam nedum paternam, ſed etiam fraternam ex teſtamento patris delatam filius iure ſuitatis ad quoſcunque tranſmittit. caſ. 8. numero 29. fol. 44. idem eſt de portione obuenta vigore ſtatuti. numero 30. & eandem hereditatem, ac portionem

# INDEX.


tranſmittit filius non ſuus iure ſanguinis.num.113. & ſeqq.

Hęreditatem maternam non aditam filius non tranſmittit niſi iure ſanguinis.caſ 8.num.48 46

Hæreditatem infans quomodo tranſmittat, vide in verb. infans.

Hæreditatem non aditam filius non ſuus, vel emancipatus non tranſmittit iure ſuitatis ad extraneos.caſ. 8. num. 91.fol. 50.Sed tantùm ad deſcendentes vigore ſanguinis ex leg.vnic.C.de his qui ant. apert.tabul.numer. 102

Hæreditatem aſcendentium non agnitam deſcendentes qui non ſunt in poteſtate tranſmittunt ad eorum deſcendentes iure ſanguinis benef.leg. vnic. C. de his qui ant. apert.tab.caſ 8.num.97.ampliatur num.101.& ſeqq. Non autem ad aſcendentes num.98. niſi ſint aſcendentes vtriuſque.num.100.& pariter non tranſmittunt ad extraneos num.10

Hæreditatem aſcendentium non aditam à nepote neque à ſe, neque à patre ſuo tranſmittit idem nepos ad deſcendentes benef.leg.vnic.C.de his qui ant. apert. tab. caſ. 8.num.176 60

Hæreditatis aſcendentium non aditæ tranſmiſſio ex potentia ſanguinis vigore leg. vnic. C. de his qui ant. apert. tab.competit non ſolùm filijs, & deſcendentibus legitimis,& naturalibus,ſed etiam naturalibus tantùm,& in naturales tantùm.caſ 8.nu.106. 52

Hæreditatem aſcendentium non aditam filius, vel alius deſcendens, qui non eſt in poteſtate tranſmittit ad eius deſcendentes vigore ſanguinis ex leg.vnic.etiam nondum natos, nec conceptos viuentibus eiſdem aſcendentibus.caſ.8.num.107. 52

Hæreditatem non aditam monachus tranſmittit ad monaſterium,& ſi non iure ſuitatis,caſ.8.num.88.fol.50. tamen vigore leg.vnic.C.de his qui ant.apert.tab.nu. 105

Hæreditas delata de iure prætorio,non agnita tranſmittitur in deſcendentes vigore leg. vnic. C. de his qui ant. apert. tab. ad inſtar hæreditatis delatæ de iure Ciuili. caſu 8.num.108 52

Hæreditas delata ſub conditione,pendente conditione non tranſmittitur neque vigore leg.vnic.ad liberos,vel deſcendentes.caſu 8.numer. 123. & ſeq. 54

Hæreditas non adita, & recuſata, nullo modo tranſmittitur.caſ.8.nu.127. 54

Hæreditas dari non poteſt in contractu.caſ.28. num. 117 fol. 103

Hæreditate ad certum tempus dilata à teſtatore,hæres interim decedens actionem tranſmittit ad hæredes.caſ.8. num.152 56

Hæreditas caduca:vide in verb.caduca.

Hæreditatis aditione omiſſa,an maior 25.annis ius petendi reſtitutionem in integrum tranſmittat,diſtinguitur. caſ.8.num. 68 59

Hæreditatis non aditæ tranſmiſſio eſt commodum & fauor filij.caſ.8.num.23 43

Hæreditatis aditio multis modis inducitur:remiſſiuè, caſ. 8.num.128 54

Hæreditatis deuolutionis pæna non tranſit ad hęredes hęredis decedentis intra tempus ei præfixum.caſ.27. nu. 6.fol. 92

Hæreditatem aditam qui dicit probare debet.caſ.8. num. 180 69

Hæredem nullum habere, vel talem habere, qui non ſit hęres, paria ſunt.caſ.15.nu.7. 7

Hæredes legatarij, vel fideicommiſſarij ſuccedunt magis ex diſpoſitione legis, quàm ex iudicio teſtatoris.caſ. 1. num.5 5

Hæredi dare iuſſus ſatis facit dando hæredi hęredis,caſ. 40.num.3 135

Hæredibus in eorum proprio iure,an præiudicet renunciatio defuncti caſ.73.num.1.& ſeqq. 126

Hæredes vaſalli non poſſunt priuari feudo ob fæloniam defuncti.caſ 48.nu.2 151

Hæredis factum reputatur factum defuncti. caſ.28. num. 13 94

Hæredis priuilegium non attenditur. caſu 40. numer. 34. fol 137

Hæredum appellatione, exceptis quibuſdam caſibus ſpecialibus,non ſolùm primi, ſed vlteriores accipiuntur. caſ. 58 nu.9 169

Hæres adiectus ſolutioni non tranſmittit ius ad hæredes, vt ipſis fieri poſſit ſolutio. caſ.28. num. 152.fol. 105. intellige ſi adiectus eſt nomine proprio, ſecus ſi ſub nomine dignitatis,num.154

Hæres benè informatus de voluntate defuncti poteſt eam declarare;ſed refellitur.caſ.16.nu.16 74

Hæres contrahentis cenſetur nominatus abſque expreſſa ſpecificatione.caſ.28.nu.5.& ſeqq. 94

Hæres debita hęreditatis ſoluere tenetur caſ 28. nu. 115. & in eum tranſeunt omnes actiones actiuę,& paſſiuę, num.116 103

Hæres hęredis dicitur hęres teſtatoris verè, & propriè. caſ 40.nu.2 135

Hæres hęredis venit appellatione hęredis in diſpoſitione legis,& hominis,& etiam in materia ſtricta, & odioſa.caſ.14.nu.3 69

Hęres inſtitutus in re certa dato cohęrede vniuerſali,non ſuccedit in iurepatronatus,caſu 62.nu 8.& quando habeatur loco hęredis, & quando loco legatarij caſ. 8. nu. 163

Hęres inſtitutus in re certa tranſmittit rem in qua eſt inſtitutus etiam ante illius agnitionem caſ.8. num. 161. fol.57.non autẽ ius accreſcendi,nec alios effectus, quos ipſa inſtitutio capit ab inſtitutione vniuerſali. numero 163

Hæres in feudo non ſuccedit iudicio teſtatoris,ſed beneficio concedentis.caſ.63.nu.2 175

Hæres non poteſt venire contra factum defuncti caſ. 28. num.142 104

Hæres partis hæreditatis habetur loco hæredis vniuerſalis, & in eum tranſeunt omnia onera actiua, & paſſiua.caſ.28 nu.119 103

Hæres repræſentat perſonam defuncti in iure creato tempore mortis tantum.caſ.42.nu.10 141

Hæres ſub conditione inſtitutus, & conditione pendente decedens non tranſmittit hæreditatem ad hæredes. caſ. 1.nu.6.fol.5.Neque ad ſuos liberos, & deſcendentes. num.35

Hæres ſubſtitui poteſt legatario, & fideicommiſſario. caſ.1.nu.43 8

Hæres ſubſtitutus legatario, vel fideicommiſſario decedenti ſine liberis non tranſmittit, ſi prædecedit eidem legatario, vel fideicommiſſario.caſ.1.num.44 Ampliatur etiam ſi dictus hæres eſſet de deſcendentibus teſtatoris.nu.45 8


Hæres

# INDEX.


Hæres ſuccedit in vniuerſum ius defuncti. caſ.25.num.2. fol. 89

Hæres tenetur exonerare conſcientiam defuncti, caſ. 28. num.29 96

Hæres tenetur legatarijs, & creditoribus tranſmittentis ſatisfacere, euident. nu.6 2

Hæres, vel ſucceſſor agens remedio recuperandæ ex iure tranſmiſſo, debet probare illud competijſſe defuncto, vel cedenti, & agere ex perſona defuncti tranſmittentis, vel cedentis, non ex perſona ſua. caſ.42. numero 9. fol. 140

Hæres vniuerſalis eſt magis dilectus, quàm particularis. caſ.1.nu.262 28

Hæres non poteſt carcerari, niſi præcedat citatio. caſ. 28. nu.165 106

Honor eſt ille qui reputatur in loco.caſ.29.nu.48. 110

Honores, & dignitates ducuntur ex conditione patris. caſ.29.nu.53 110

Hipotecæ priuilegium quod habet mulier in bonis mariti quomodo tranſmittatur.caſ.23. numero 14. & ſeqq. fol. 87


## I


IGnorans non dicitur conſentire, nec iuri proprio renunciare.caſ.47.nu.17 151

Ignorans non poteſt deliberare.caſ.8.nu.145 55

Ignobilitas paterna, vide verb. parentum.

Impedimentum vt excuſet quæ requirantur. caſ.1. num. 239 26

Impedimentum ſuperueniens non infirmat acta quæ ſortita ſunt effectum.caſ.45.nu.5 145

Indiuidua in materia, vnus non poteſt inſolidum agere ſine alijs.caſ.58.nu.12 169

Indiuiduum eſt ius reuendendi, & ſtipulatio rem tradi. caſ.58.nu.11 169

Induſtria perſonæ non cenſetur electa per clauſulam, per te cognoſcas.caſ.28.nu.182 107

Induſtria perſonæ electa, delegatio ſub nomine dignitatis non tranſit ad ſucceſſorem.caſ.51.nu.28 157

Induſtria perſonæ quando cenſeatur electa, remiſſiuè. caſ. 51.num.29 157

Infans decedens in infantia tranſmittit hæreditatem paternam non aditam iure ſuitatis ad quoſcunque: hæreditatem extraneorum ad patrem, & aſcendentes de linea paterna, ad matrem autem, vel ad fratres ſecus. caſ.8.num.166 fol.58. ad eos tamen tranſmittit beneficium reſtitutionis in integrum aduerſus aditionem omiſſam.d.caſ 8.nu.167

Infans hæreditatem extraneorum non aditam ad aſcendentes de linea paterna tranſmittit.caſ.8. num.11.fol. 42. ad alios etiam matrem ſecus, num.12. Declara, vt num.ſeqq.

Infans tranſmittit ad hæredes hæreditatem non paternã aditam eius nomine à tutore: Diuerſum eſt in furioſo, niſi fortè aditionem approbauerit, poſtquam reſipuit. caſ.9.nu.1.& 2.& adducitur ratio diuerſitatis. nu. 3. Fallit in ſuo.5 60

Ingratitudinis remiſſio conſiderari non poteſt in eo, qui adhuc non habet ſucceſſionem.caſ.48.nu.14 153

Iniuriam facit coniux tranſiens ad ſecunda vota non ſolùm filijs primi matrimonij ſed etiam priori marito. caſ.13.nu.8 68

Iniuriam patri illatam filius remittere non poteſt.caſ.13. nu.9 68

Iniuria facta vni de cognatione, vel affinitate, toti cognationi, vel affinitati fieri videtur.caſ.31.nu.3 112

Inſtantia cauſæ incepta tranſit ad hæredes litigatoris actiuè, & paſſiuè.caſ.57.nu.1.fol.166. & quando dicatur incepta. 2. & tranſmittitur quoque in fideicommiſſarium vniuerſalem.3. extenditur num ſeqq.

Inſtantia in iudicio reali tranſit etiam in ſucceſſorem ſingularẽ, ſi in eum facta eſt alienatio neceſſaria.caſ.57. num 6 fol.166. alias non.18. 20. Fallit numer. 21. & ſeqq.

Inſtantia incepta cum patre ſuper filiatione ad hæredes ipſius patris non tranſit.caſ.57.nu.34 168

Inſtantia appellationis ad hæredes tranſit. caſ.57.nu. 7. fol.166.& quid in criminalibus, nu.8

Inſtantiam inchoatam contra defunctum coram iudice ſæculari, hæres proſequi tenetur coram eo, etiam ſi eſt Clericus.caſ.57.nu.12.fol. 167. idem de Eccleſia, & monaſterio. 13. idem de fiſco, quando eſt hæres. 28. alias non.27.

Inſtantia incepta coram arbitratore ad alios non tranſit. caſ.57.nu.25.fol.168. idem de inſtantia compromiſſi, num.33

Inſtantia, an tranſeat in ſucceſſorem in vitium, remiſſiuè. caſ.57.nu.11 167

Inſtantia cauſæ incæpta ſuper reſtitutione in integrum ad hæredes tranſit.caſ.44.nu.7 143

Inſtantia non tranſit in hæreditatem iacentem. caſ. 57. nu.29. neque in capitulum ſede vacante.31. neque contra legatarium.32 168

Inſtantia tranſitoria eſt etiam per viam ceſſionis. caſ.57. nu.16 167

Inſtantia non eſt ad alios tranſitoria, cum negociũ tranſitorium non eſt.caſ.57.nu.30 168

Inſtantia nunquàm tranſit poſt concluſionem in cauſa.caſ. 57.nu.35 168

Inſtitutio purè facta in re certa, dato cohærede vniuerſali tranſmittitur ad hæredes etiam cohærede vniuerſali ante aditam hæreditatem decedente.caſ.2.nu.8.fol.19 Inſtitutio autem uniuerſalis nõ. caſ.8.nu.161.& ſeqq. fol. 57

Inſtitutio vniuerſalis non tranſmittitur neque ex coniecturis teſtatoris.caſ.8.nu.164 58

Inſtrumenta guarantigiata, vel cum obligatione camerali non poſſunt exequi contra ſingularem ſucceſſorem obligati.caſ.49.nu.43 138

Inſtrumenta, requiritur quod legantur, & publicentur. caſ.45.nu.14.& ſeqq. 146

Inſtrumenti verba poſt illius publicationem, & approbationem, non verba notarij, ſed partium eſſe dicuntur. caſ.45.nu. 15 146

Interdictum quorum bonorum eſt remedium adipiſcendæ, & ad hæredes hæredis tranſmittitur. caſ.40. num.10. etiam ſi ſint hæredes ab inteſtato.11 136

Interdictum, quorum bonorum tranſit quoque contra ſingulares ſucceſſores.caſ 40.num.12. fol. 136. intellige ſi poſſident pro hærede, vel pro poſſeſſore, non ſi alio titulo, 13. vel ſi dolo deſierunt poſſidere, num.15.

Interdictum, quorum bonorum, non competit hæredi, qui poſſeſſionem ſemel apprehendit, & poſtea cecidit: conſequenter ad hæredes illud non tranſmittit. caſ. 40. num, 17. 136


Inter-

# INDEX.


Interdictum, quorum bonorum, non competit hæredibus hæredis, niſi ex iure tranſmiſſo, caſ.40.nu.18 136

Interdictum, quorum bonorum, non tranſit ad ſingularem ſucceſſorem, caſ.40.nu.19 136

Interdictum, quorum legatorum, eſt adipiſcendæ, & ad hæredes hæredis, ac cæteros ſucceſſores tranſmittitur. caſ.40.num.20. 136

Interdictum ſaluianum vtile tranſit ad ſingularem ſucceſſorem, & creditorem, & tranſit quoque contra ſingulares ſucceſſores, caſ.40.nu.22 136

Interdictum ſaluianum non competit hæredibus hæredum, niſi ex iure tranſmiſſo.caſ.40.nu.23 136

Interdictum ſaluianum non competit hæredi qui à poſſeſſione iam cæpta cecidit, caſ.40.nu.24. 137

Interdictum ſaluianum, remedium adipiſcendæ eſt, & ad hæredes hæredis tranſmittitur.caſ.40.nu.21 136

Interdictum vnde vi tranſmittitur ad hæredes.caſ.42. numer.2. & ad cæteros ſucceſſores etiam ſingulares, ac etiam ſine iurium ceſſione, nu.3 140

Interdictum vnde vi cedi poteſt ad effectum procedendi iudicialiter non autem recuperandi poſſeſſionem authoritate propria.caſ.42.nu.5 140

Interdictum vnde vi tranſit etiam contra hæredes, & ſucceſſores vniuerſales ſpoliatoris pro eo, quod ad illos peruenit.caſ.42.nu.6.fol.140. Secus contra illius ſucceſſorem ſingularem.7.quod tamen limitatur.nu.8

Interdictum vnde vi, an competat hæredi vigore ciuiliſſimæ poſſeſſionis aduerſus ſpolium commiſſum poſt mortem defuncti, remiſſiuè.caſ.42.nu.11 141

Interdicta omnia ſunt in rē ſcripta, & ad ſingularem ſucceſſorem tranſeunt.caſ.42.nu.4 140

Interdicto populo, interdictum durat in perpetuum.caſ. 35.nu.22 120

Interpretatio non procedit in odioſis.caſ.14.nu.13 70

Inuentarium facere tenetur, qui ſuccedit iure tranſmiſſionis ſecus qui iure vocationis, euident.nu.7 2

Inuentarium operatur, vt obligationes defuncti tranſeunt pro viribus hæreditarijs tantum.caſ.28 num.158 fol. 105.in foro conſcientiæ autem idem eſt etiam inuentario non confecto.num.159

Iudex poteſt procedere ex officio etiam mortuo accuſatore, vel deſiſtente.caſ.56.nu.10 161

Iudex ſucceſſor declarare non poteſt ſententiam vel inquiſitionem præceſſoris ambiguam, ſi declaratio conſiſtit in mera voluntate, & arbitrio, ſecus ſi in coniecturis. caſ.16.num.7 73

Iuramentum fidelitatis filius præſtare tenetur Domino poſt mortem patris.caſ.55.num.3 162

Iuramentum eſt ſtricti iuris.caſ.55.nu.26 164

Iuramentum in litem delatum eſt à lege ideo tranſit ad hæredes, & ſucceſſores.caſ.56.nu.3.fol.164.idē de iuramento de damno dato.4.idem de iuramento quod defertur ſpoliato per violentiam, nu.5

Iuramentum in litem non tranſit contra hæredes doloſi defuncti.caſ.56 nu.17 165

Iuramentum in litem ſecundum affectionem defertur hæredibus & ſucceſſoribus ſecundum affectionem ſuam, non defuncti.caſ.56.nu.15 165

Iuramentum principalis aliud eſt, quàm iuramentum hæredis.caſ.55.nu.1 162

Iuramentum quoad actionem, & exceptiones, an tranſibile ſit, remiſſiuè.caſ 55.nu.2 163

Iuramentum quoad effectum periurij eſt perſonale, & ad hæredes, vel ſucceſſores non tranſit.caſ.55.num.5. ampliatur nu.ſeqq. 162

Iuramentum quoad obſeruantiam contractus, qui robur non recipit ab eo, ad hæredes vel ſucceſſores non tranſit. caſ.55.num.15. Ampliatur nu.16.17.18 163

Iuramentum quoad obſeruantiam contractus, qui robur recipit ab eo, tranſit ad quemcunque ad quem tranſit contractus.caſ.55.nu.12.etiam quoad pænam legis, ſi quis maior.C.de tranſact.nu.13 163

Iuramentum quoad probationem ex eo inſurgentem, tranſit ad hæredes, & ſucceſſores.caſ.55.nu.19 163

Iuramentum reſpectu recipientis, quoad obſeruantiam contractus ad hæredes, & ſucceſſores tranſit.caſ.55.nu. 21. Ampliatur & declaratur nu.ſeqq.fol.163.quò vero ad periurium, ſi iuratum eſt pro ſe, & hæredibus, vel ſucceſſoribus, ad eos tranſit.25.ſi ſimpliciter, intrat diſtinctio multiplex.num.26 164

Iuramentum tantum operatur, quantum habet de conſenſu, & non vltra.caſ.55.nu.26 164

Iurandi facultas ad hominem improbum non tranſit.caſ. 55.nu.16 165

Iurandi facultas conceſſa ab homine ad hæredes, vel ſucceſſores non tranſit.caſ.55.nu.2 164

Iurandi facultas conceſſa à lege tranſit ad alios etiam per viam ceſſionis caſ.56.nu.18 166

Iurandi facultas conceſſa à lege, ſtatuto, vel legis miniſtro tranſmittitur ad hæredes, & ſucceſſores eius qui iurare poterat.caſ.56.num.1. Ampliatur num.6.7.8.9.10 fol. 164

Iurandi facultas conceſſa à lege, tunc demum ad hæredes, & ſucceſſores tranſit, quando de factis defuncti ſunt benè informati, & non aliàs caſ.56.nu.11.fol.165.quando autem dicantur eſſe informati.12.& an credatur eorum iuramento ſe eſſe informatos.13. Item ad eos tranſit ſi eorum interſit iurare, nu.14

Iura quæ competitura ſunt poſt mortem tertij dicuntur conditionalia.caſ.18.numer.12.fol.81.& caſ.10.numer. 15

Ius accreſcendi non habet locum inter venientes ex iure tranſmiſſionis.caſ.8.nu.132 54

Iure accreſcendi fortior eſt tranſmiſſio.caſ.8.num.38.imo tranſmiſſio fortior eſt ſubſtitutione vulgari numer.39 fol. 45

Ius accreſcendi facit ceſſare ſubſtitutio vulgaris.caſ.7.nu. 4.& ſeqq. fol.37. quod quomodo intelligatur vide caſ. 1.nu.110 15

Iuri communi interpretandum eſt vt minus derogatum cenſeatur quàm ſit poſſibile caſ.71.nu.7 185

Ius accreſcendi eſt tacita quædam ſubſtitutio introductum ne quis decedat pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus.caſ.15.nu.1 71

Ius accreſcendi cenſetur compræhenſum in venditione hæreditatis.caſ.15.num.12 72

Ius accreſcendi ceſſat poſt aditam hæreditatem excepto caſu vſusfructus.caſu 1.num.107.Et quomodo intelligatur, num.110 15

Ius accreſcendi coniunctum cum ſubſtitutione directa, vel fideicommiſſo conditionali, facit ea tranſmiſſibilia.caſ. 1.nu.192.fol.23.& caſ.15.num.4.fol 71.& caſ.7.num. 3.11.24.Declaratur quando duo tantùm inſtituti, & inuicem ſubſtituti ſunt ſecus, quando plures.caſ.1 num. 195.item procedit ad excludendum extraneum, non quando ſubſtitutus eſt aliquis ex deſcendentibus teſtatoris.

toris.196 23
Ius accreſcendi facilius tranſmittitur, quàm ius ſuccedendi caſ.15.num.8 72
Ius accreſcendi, hæres inſtitutus in re certa non tranſmittit ante agnitionem eiuſdem rei, & idem eſt de alijs effectibus, quos ipſa inſtitutio capit ab inſtitutione vniuerſali.caſ.8.nu.163.fol.57. Poſt agnitionem autem tranſmittit.caſ.15.nu.5.6 9.10 71
Ius accreſcendi in hæreditate quoad proprietatem, an & quomodo tranſeat in ſingularem ſucceſſorem, ſiue emptorem.caſ.15.nu.11.& 12 72
Ius accreſcendi in hæreditate quoad proprietatem tranſmittitur ad hæredes.caſ.15.nu.2. etiam antequam veniat caſus iuris accreſcendi.num.3 71
Ius accreſcendi in legato reſpectu proprietatis tranſmittitur in ſucceſſorem vniuerſalem, & ſingularem.caſ.15.num.13 72
Ius accreſcendi non habet locum inter ſuccedentes diuerſo iure.caſ.1.nu.108.& 111.fol.15.& caſ.15.num.11.fol. 72
Ius accreſcendi quoad vſumfructum non tranſmittitur neque ad vniuerſalem, neque ad ſingularem ſucceſſorem.caſ.15.num.15 72
Ius adeundi hæreditatem cedi non poteſt: caſ.8.num.178.fol. 60
Ius competens ex beneficio legis nondum delatum tranſmittitur, & ſufficit quod competat habitu, licet nõ actu.caſ.8.nu.154 56
Ius conferendi tranſit ad hæredes actiuè, & paſſiuè.caſ.25.num.2.in fine. 89
Ius deliberandi tranſmittitur ab hærede decedente intra annum à die ſcientiæ hæreditatis delatæ, & non aditæ.caſ.8.num.129.fol.54. Ampliatur, & declaratur, vt num.ſeqq.
Ius deliberandi filius infans doli capax tranſmittit ſecus ſi non ſit doli capax.caſ.8.nu.134. & ſeqq.fol.55. declaratur num.ſeqq.
Iuris deliberandi tranſmiſſio competit non ſolùm extraneis, ſed etiam filijs.caſ.8.nu.141. 55
Ius deliberandi tranſmittit inſtitutus in re certa decedens poſt repudiationem hæredis vniuerſalis.caſ.8.numer.142 55
Ius deliberandi tranſmittitur ſolummodo pro illo reſiduo temporis anni, quod ſupererat.caſu 8.nu.143 55
Ius deliberandi non tranſmittit, qui non habet ſcientiam hæreditatis delatæ.caſ.8.nu.144.fol.55. Tranſmittit tamen beneficiũ reſtitutionis in integrum ad deliberandum.num.146. & etiam tranſmittit, ſi ius deliberandi tranſmiſſum eſt in eum à ſciente 147 56
Ius deliberandi non tranſmittitur in fiſcum.caſ.8.numer.148 56
Iuris deliberandi tranſmiſſio non vindicat ſibi locum quoad tempus impetratum à Principe, vel iudice vltra tẽpus legis.caſ.8.nu.149 56
Ius excludendi fæminas vigore ſtatuti quòd ſtantibus maſculis fæminæ non ſuccedant, ad hæredes tranſmittitur.caſ.8.nu.30.& ſeqq. 44
Ius in habitu ſufficit ad tranſmittendum.caſ.8.num.154.& caſ.18.num.11.ſecus ſi eſt conditionale.caſ.10.nu.19
Ius metimur à poſſeſſore, non à perſona rei.caſ.39.numer.38 134
Ius noſtrum à nobis auferri non poteſt ſine facto noſtro caſ.34.num.27 117
Ius opponendi de adulterio contra vxorem competens marito, vel hæredibus, competit etiam contra eius hæredes.caſ.47.num.19 151
Ius patronatus acquiſitum pro ſe, & filijs, non adiecto; hæredibus; tranſit ad filios etiam non hæredes.caſ.62.numer.7 174
Ius patronatus cum alio iure patronatu, & cum licentia Epiſcopi permutari poteſt.caſ.62.num.10. Item donari.11. Item vendi cum vniuerſitate.12 174
Ius patronatus Eccleſiæ ad hæredes tranſit.caſ.62.num.1.fol.174.& tranſit ad omnes inſolidum.2.etiam extraneos.3.5.ac etiam nulla de hæredib.mentione facta.nu.4.ac item tranſit ad fæminas hæredes inſtitutas.num.6
Ius patronatus tranſit in directo ſubſtitutum, in fideicommiſſarios autem ſecus caſ.62.num.9.10 174
Iuris præſentandi quaſi poſſeſſio non tranſit in hæredem ſine actu facti, & idem eſt in alijs incorporalibus.caſ.39.num.6 132
Ius retrouendendi, & redimendi cedi poteſt.caſ.59.nu.6.fol. 170
Ius reuendendi eſt indiuiduum.caſ.58.num.11 169
Ius reſcindendi contractus ex cauſa læſionis vel ex remedio.leg.2.ad hæredes tranſit.caſ.28.num.41. 104
Iuſſus dare hæredi ſatisfacit dando hæredi hæredis.caſ.6.num.3.& 4 36
Ius ſubſtitutionis eſt potentius iure accreſcendi.caſ.7.numero 5 37

L

Legari non poteſt hæredi à ſe ipſo.caſ.20.nu.6 83
Legatarius annui legati moriens anno incæpto tranſmittit legatum illius anni, nõ futurorum annorum.caſ.66.nu.19 fol.179.ac etiam tranſmittit vſumfructum ſurrogatum in eius locum, nu.20
Legatarius præmoriens teſtatori legatum ad hæredes non tranſmittit.caſ.45.nu.2 145
Legatarius decedens ante aditam hæreditatem ab hærede vniuerſali legatum tranſmittit.caſ.8.nu.161 57
Legatarij hæres poteſt legatum ab eodem legatario non agnitum repudiare.caſ.2.nu.27 31
Legata aliqua re ad vſufructuãdum an ea tranſmittatur caſ.66.num.24.fol.179.& quid ſi additum eſt vt illa non poſſit alienari.27 180
Legatum alicui relictum ad effectum, vt poſſit cum aliquo copulari, conditionale eſt, & non tranſmittitur.caſ.17.num 46 78
Legatum conditionale, in quo teſtator dixit; & ſi talis conditio extiterit ex nunc lego titio eundem fundum; tranſmittitur ad hæredes legatarij eo decedente ante conditionem.caſ.1.num.51 9
Legatum cum clauſula: ſi volet: eſt conditionale, & non trãſmittitur.caſ.1 nu.19.& ſeq. 5
Legatis duabus rebus alternatiuè, vna purè, altera ſub conditione; ſi legatarius decedat ante euentum conditionis non tranſmittit, nec conditionale, nec purum.caſ.2.num.35.declaratur.num.36 33
Legatum factum ad certum tempus legatario decedente ante illud tempus tranſmittitur ad hæredes pro reſiduo tẽporis, caſu 1.num.47.ſed diſtinguitur. 8
Legatum dotis ſi eſt conditionale, & filia ante nuptias decedat,

# INDEX.

cedat, non tranſmittitur caſu 17.num.21. Purum poteſt ſtatim peti, & tranſmittitur.nu.24 77
Legatum dotis relictum ſub modo ſtatim debetur, & à filia tranſmittitur etiam ſi decedant antequam nubat. caſ.17.nu.37 78
Legatum dotis relictum ſub conditione, ſi nubet decedente legatario antequam nubat, non tranſmittit legatum. caſ.17.num.38 78
Legatum dotis relictum in tempus nubilis ætatis, ſi tempus adiectum eſt ſubſtantiæ legati, eſt conditionale, & non tranſmittitur.caſu 17.num.48 & ſeqq.fol. 78. Si autem tempus adiectum eſt præſtationi legati, legatum non eſt conditionale, ſed tranſmittitur, nu.51. Et quando dicatur appoſitum ſubſtantiæ, vel præſtationi, nu.52. 53.& caſ.3.num.15 34
Legatum dotis relictum alicui, cùm nupſerit, eſt conditionale, & non tranſmittitur ſiue dies nuptiarum adiecta ſit ſubſtantiæ legati ſiue præſtationi.caſ. 17. num. 54. & num.57 79
Legatum relictum ſub conditione ex coniecturata teſtatoris voluntate tranſmittitur; intellige ſi conditio non defecit.caſ.17.nu.22 77
Legatum relictum puellæ ad eam maritandum, vel pro ea maritanda non tranſmittitur, niſi matrimonio effectuato.caſ.17.num.40. Niſi de voluntate teſtatoris contrarium appareat.nu.41 78
Legatum relictum alicui puellæ adhoc, vt nubere poſſit, eſt purum, & tranſmittitur ad hæredes etiam matrimonio non ſecuto.caſ.17.nu.43 78
Legatum relictum ſeiæ nubenti eſt conditionale, & ea decedens ante quàm nubat, legatum non tranſmittit.caſ. 17.num.44 78
Legatum relictum occaſione dotis conſtituendæ eſt purum & tranſmittitur quandocunque decedat legataria.caſ. 17.nu.45 78
Legatum relictum vxori donec ſteterit in viduitate, eſt purum, & decedens antequam nubat, illud tranſmittit. caſ.17. num. 60. At ſi dictum eſt, donec vixerit in viduitate, eſt conditionale, & non tranſmittitur, num.61. fol. 79
Legatum ſimpliciter relictum pro dote ab extraneo eſt conditionale, & non tranſmittitur ad hæredes filia ante ſecutum matrimonium decedente.caſ.17.nu. 4. ampliatur nu.5.& ſeqq. 75
Legatum ſimpliciter relictum pro dote ab extraneo non eſt conditionale, ſed tranſmittitur, vbi communis vſus loquendi eſt, quod dos deſtinata dicitur dos.caſ.17.num. 10.fol.75.& nu.27. ampliatur nu.11.& ſeqq.
Legatum ſimpliciter relictum pro dote à patre naturali tantum eſt conditionale, & non tranſmittitur filia decedente ante ſecutum matrimonium.caſ.17.num. 15.fol. 76. Quod ampliatur, & limitatur eodem modo, quo dictum eſt de legato relicto ab extraneo, numer. 16. ſecuto autem matrimonio non tranſmittitur irreuocabiliter. num.17
Legatum ſimpliciter relictum pro dote à patre legitimo, & naturali, vel legitimo tantùm, ſiue ab auo qui legitimam relinquere tenentur, vſque ad legitimam eſt purum, & tranſmiſſibile.caſ.17.nu. 18.fol. 76. Vltra legitimam eſt conditionale, & non tranſmiſſibile, num. 19. Si tamen filia dotanda eſt ex forma ſtatuti diſtinguitur, num.20.
Legatum relictum, ſi matrimonium contraxerit, debetur etiam ſi profeſſionem emiſerit.caſ.17.nu.59 79
Legatum ſimpliciter relictum pro dote à patre non eſt conditionale, ſi dos filiæ relicta eſt titulo inſtitutionis directæ, ſed eſt purum & tranſmittitur etiam matrimonio non contracto.caſ.17.nu.25 fol.77. idem quando colligitur teſtatorem vel ſtatutum velle legatum factum pro dote ſubrogari loco legitimæ, & quomodo id dignoſcatur.num.24. alij etiam caſus recitantur num.26.& ſeqq.
Legati tempus, vel dies, quando ſubſtantiæ, & quando executioni adiecta ſit.caſu 17.nu.52.53 79
Legatum relictum habenti dignitatem non caducatur, ſed tranſit ad ſucceſſorem in dignitate etiam legatario decedente antequàm cedat dies legati.caſ.1.num.149.& ſeqq.fol.19.& caſ.2.nu.34. 32
Legatum, & legatarius: vide alia in verb. fideicommiſſum, & fideicommiſſarius.
Leges, & ſtatuta Principis non ligant ſucceſſorem.caſu 28.nu.137 104
Leg.hac ædictali.C.de ſecund.nupt.tenor.caſ.13. numer.1 fol. 68
Leg. hac edictali vigore ius quærelandi tranſmittitur ad liberos liberorum prioris matrimonij.caſ.13.nu.2. Ad hæredes autem extraneos non.nu.3 68
Legis vnicæ.C.de his qui ant.apert.tab.beneficium ſuperatur à beneficio ſuitatis in eo tantùm quòd ſuus tranſmittit ad quoſcunque, caſ.8.nu.112 53
Legis vnicæ.C. de his qui ant. apert. tab. requiſita.caſ. 8. nu.122 53
Legitima competit ex titulo ſingulari, & ex beneficio legis.caſ.10.nu.2.fol.61.& nu.23
Legitima non ſubiacet alicui conditioni, ſed tranſmittitur tanquam pura etiam ſi filius decedat pendente conditione caſ.1.num.37.& caſ.8.num.126.& caſ.10.nu. 11.& caſ.17.nu.18.& ſeqq.
Legitima, & ius petendi ſupplementum eius tranſmittitur etiam non agnita, vel agnitum.caſ.10.nu.1. ampliatur num.ſeqq. 61
Legitima non debetur viuo patre, ideo filius decedens ante patrem, eam non tranſmittit.caſ.10.nu.14 62
Legitima non debetur filiæ quæ non poteſt ſuccedere ab inteſtato.caſ.17.num.20 fol.76.& caſ.18.numer.8.& 9. fol. 80
Legitima eſt portio eius quod ab inteſtato debetur.caſ.17. num.20 76
Legitima eſt incerta ratione quotæ, & loci.caſ.39.num.5. fol. 132
Legitimæ loco dos debita vigore ſtatuti fæminarum excluſiui tranſmittitur caſ.19 nu.19 82
Legitimam vel ſupplementum petendi ius non tranſmittit filia per ſtatutum excluſa caſ.10.num.16.& ſeqq. fol.62. at ſi eſt ſuſpenſiuum tantùm ad tempus, diſtinguitur num.20.& ſeqq.
Legitimam detrahendi ius tranſmittitur etiam in fiſcum, ſi filius delinquat poſt mortem Patris.caſ.10.num.6. Fallit num.7.8 61
Legitimam & Trebellianicam detrahit filius grauatus de reſtituendo ſub conditione.caſ.10.nu.25 64
Legitimam, & Trebellianicam ius detrahendi cedi poteſt. caſ.10.num.28 64
Legitimam, & Trebellianicam ſimul ius detrahendi filius grauatus ſub conditione tranſmittit eo modo, quo trãſmittit ius eas detrahendi ſeparatim.caſ.10.nu.26. 64

Legi-

# INDEX.


Legitimam vel ſupplem·ntum filio petenti opponi poteſt de ingratitudine, ius tamen iſtud opponendi non tranſmittitur ad hæredes.caſ.10.nu.10 62

Legitimatus eſt ſimilis homini curato à vulnere, remanente cicatrice.caſ.29.nu.41 110

Legitimati non admittuntur a Venetis in eorum conſiliũ. caſ.29.nu.42 110

Legitimati non ſunt amplius turpes perſonæ.caſ.29.num. 39 110

Legitimatus non differt à legitimis, & naturalibus, & recitantur exempla.caſ. 29.nu.43 110

Legitimi à primæuo iure naturæ, omnes naſcebantur nulla facta differentia legitimi, & naturalis. caſ.29. numer. 44 110

Libellum obſcurum facultas declarandi ad hæredes libellantis non tranſit.caſ.16.nu.3 73

Libertatis legatum relictum in diem certæ ætatis alicuius, non extinguitur, etiam ſi ad diem præſtitutam non peruenerit.caſ.3.nu.18 35

Librum rationum quilibet adminiſtrator tenetur conficere, & exhibere etiam hæres vſurarij.caſ.65.num.2.& 5 177

Liquidandi ius tranſit ad iudicem, fauore dotis, alimentorum, & piæ cauſæ.caſ.30.nu.18.& ſeqq. idem de promiſſione de vendendo, vel locando pro prætio liquidando ab aliquo & is non liquidet.num.26.fol.125. quod ſecus eſt in venditione facta hoc modo, vigore præcedentis promiſſionis.nu.28

Liquidatio fienda, an reddat diſpoſitionem conditionalem & non tranſmiſſibilem.caſ.17.nu.62.& ſeqq. 80

Locatio ad longum tempus tranſit in emphiteoſim. caſ. 38.num.23.24 129

Locatio, & conductio regulariter tranſit ad hæredes; ad ſingularem autem ſucceſſorem ſecus. caſ.28.numero 51 97

Locatio facta à Prælato habente adminiſtrationem, & ſub nomine Eccleſiæ, & debita ſolemnitate, & in vtilitatem Eccleſiæ tranſit ad ſucceſſorem, qui eidem tenetur ſtare.caſ.28.num.52.Secus aliàs num.53.Idem de locatione facta per commendatarios.56.idem de locatione facta per œconomos.nu.57.fol.97. idem de locatione facta à Canonico.nu.58

Locationi prædeceſſoris factæ cum iuramento, ſucceſſor ſtare tenetur; ſed reprobatur.caſ.28.num.63 98

Locatoris ſucceſſor ſingularis ſtante hypoteca tenetur ſtare locationi etiam ſi rem velit pro ſuo vſu caſ.67.nu.2. fol. 180

Locatio facta de bonis Eccleſiæ vltra triennium eſt nulla in totum exceptis quibuſdam caſibus.caſ.28.num.64. fol. 98

Lucrum quod defertur titulo ſingulari tranſmittitur etiã non agnitum.caſ.20 num.2.Secus ſi iure hæreditario, & dantur exempla.4.& ſeqq. 83

M

Mala fides prædeceſſoris non tranſit in ſucceſſorem in Prælatura.caſ.28.nu.30. niſi cùm vtitur acceſſione temporis prædeceſſoris.nu.32 96

Mala fides defuncti non tranſit ad hæredem, qui adiuit cum beneficio inuentarij.caſ.28.num.33. vel qui vult præſcribere ex proprio titulo.nu.34 96

Mala fides defuncti præſumpta hæredi non nocet, quin poſſit præſcribere ex perſona ſua.caſ.28.nu.35 96

Mala fides tranſit in ſucceſſorem ſingularem ſi is vtitur acceſſione caſ 28.nu.36.ſecus ſi aliàs, & diſtinguitur. num.37 95

Maritus conuincens vxorem de adulterio lucratur dotem, caſ.47.num.1 149

Marito ius competens de adulterio contra vxorem, competit etiam contra eius hæredes.caſ.47.nu.17 151

Maritus Ius accuſandi mulierem de adulterio ad effectum lucrandi dotem ad hæredes non tranſmittit; ſed controuertitur, & diſtinguitur caſ.47.nu.2 149

Maritus qui habuit notitiam adulterij vxoris, ſed legitimè impeditus conquæri non potuit ius eam accuſandi ad hæredes tranſmittit. caſ.47.nu.13 150

Maritus, qui habuit notitiam adulterij vxoris, & de eo conquæſtus eſt, tranſmittit ad hæredes ius opponendi, & accuſandi de ipſo adulterio.caſ.47. nu.9. ampliatur & declaratur nu.10.& ſeqq. 150

Maritus, qui ignorauit adulterium vxoris, ius opponendi contra eam de adulterio tranſmittit ad hæredes.caſ.47. num.14.ſi ignorantia fuit ſupina, habetur pro ſciente. 16 150

Maſculinitas tranſmitti vel cedi non poteſt. caſ. 23. num. 4 85

Mater ſuperuiuens filio pupillo præfertur ſubſtituto ex tacita pupillari, & decedens hæreditate eiuſdem filij non adita tranſmittit ius prælationis ad hæredes ex capite iuris deliberandi, non ex alio capite.caſ.8.nu.177. fol. 60

Medium inhabile impedit tranſitum ad extrema: quomodo intelligatur.caſ.29.num.30 109

Melioramenta Conductor ad longum tempus amittit ſi ob culpam ſuam reijcitur à conductione nec ea tranſmittit ad alios.caſ.38.nu.22.ſed contra.nu.25 129

Melioramenta facta à colono, ſeu inquilino ſi ſunt neceſſaria vel vtilia repetuntur, & tranſmittuntur ad hæredes, etiam ſi eiectus ſit ob non ſolutam penſionem. caſ. 38.nu.43 131

Melioramenta facta à Prælatis beneficiorum non tranſmittuntur ad hæredes.caſ. 38. num.32. intellige num. 33.34 130

Melioramenta facta per vſufructuarium, ſi neceſſaria ſunt, & perpetuam vtilitatem reſpiciunt, & expenſa eſt maxima, repetuntur & ius repetendi ad hæredes tranſmittitur: ſecus aliàs caſ.38.nu.40 131

Melioramenta facta in emphiteoſi finita ſine culpa trãſmittuntur ad hæredes.caſ.38.num. 27. Ampliatur nume 29 & ſeqq. 130

Melioramenta facta in emphiteoſi finita propter culpam emphiteotæ amittuntur; & non tranſmittuntur ad hæredes.caſ.38.numer.20.21. intellige de melioramentis modicis, num.26 129

Melioramenta facta à vaſſallo in feudo aperto ex delicto amittuntur, & non tranſmittuntur ad hæredes.caſ.38. num.16. Ampliatur, & declaratur.numer.17.& ſeqq. fol. 129

Melioramenta induſtrialia, quæ per ſe ſubſiſtentia non ſunt, ſi feudum apertum eſt ſine delicto, tranſmittuntur ad hæredes.caſ.38.num.2. Ampliatur num.3.& ſeqq. fol. 128

Melioramenta facta per vaſſallum in feudo, ſi ſunt ſubſiſtentia per ſe tranſmittuntur ad hæredes, ſiue feudũ ſit apertum ex delicto, ſiue ſine delicto.caſ.38.nu.1 128

# INDEX.


Melioramenta induſtrialia per ſe non ſubſiſtentia vaſſallus tranſmittit ad hæredes, etiam ſi in inueſtitura ſpecificatum ſit quod has, vel illas impenſas faciat. caſ. 38. num. 12 — 129

Melioramenta naturalia, ſiue caſualia, & incrementa, in caſibus in quibus ſpectant ad vaſſallum, ad eius hæredes etiam tranſmiſſibilia ſunt. caſ. 38. nu. 15 — 129

Melioramenta neceſſaria facta per maritum in fundo dotali inæſtimato repetuntur à marito, & ius ea repetendi tranſmittitur ad hæredes. caſ. 38. nu. 36. De Vtilibus diſtinguitur nu. 37. fol. 130. Voluptaria non tranſmittuntur niſi recipiant commodam ſeparationem. numer. 38. modica tamen expenſa nunquam detrahitur, nec tranſmittitur nu. 39

Melioramenta neceſſaria, & vtilia facta in bonis fideicommiſſarijs ad hæredes tranſmittuntur. caſ. 38. num. 35 — 130

Melioramenta facta à poſſeſſore primogenituræ, vel maioratus tranſmittuntur ad hæredes. caſ. 38. numer. 42. fol. — 131

Mens eſt radix verborum. caſ. 1. nu. 54 — 9

Minor ſuccedens alteri non vtitur iure ſuo. caſ. 40. nu. 37. Idem eſt de Eccleſia, nu. 38 — 137

Modus quid ſit. caſ. 4. nu. 3 — 35

Monachus dicitur mortuus mundo, & habere agnationem in cælis, non in terris. caſ. 8. nu. 89 — 50

Mora purgari poteſt ad inducendum exceptionem; ſecus ad acquirendum actionem. caſ. 1. nu. 257 — 27

Moram non committunt hæredes, cùm decedunt intra tempus præfixum. caſ. 2. nu. 40 — 32


## N


NAtus cenſetur qui eſt in vtero in concernentibus ſuũ commodum. caſu 8. nu. 50 — 46

Negatiua magis negat, quàm affirmatiua affirmet. caſ. 28. nu. 15 — 95

Nepotes non continentur propriè appellatione filiorum. caſu 14. nu. 13 — 70

Nepotis exiſtentia impedit tranſmiſſionem ad extraneos. caſ. 8. nu. 93 94 — 50

Nepos excludit patruum etiam in primogenituris. caſ. 8. nu. 36 — 45

Nepotes magis diliguntur naturaliter, quàm filij. caſ. 8. nu. 93 — 50

Nihil reputatur actum, dum aliquid ſupereſt agendum. caſ. 17. nu. 30 — 78

Nobilitas remanet etiam poſt dignitatem finitam. caſ. 51. num. 36 — 158

Nobilitatem amittit mulier nobilis nubendo viro plebeio. caſ. 29. nu. 3 — 108

Nobilitas à patre amiſſa non tranſmittitur in filios. caſ. 29. num. 19. fol. 108. intellige nu. 20. 21

Nobilem conſuetudo poteſt aliquem facere, qui de iure communi nobilis non ſit. caſ. 29. num. 47 — 110

Nobilis dicitur, quem vulgus, & communis hominum æſtimatio nobilem reputat. caſ. 29. numero 50. fol. — 110

Nobiles, & ignobiles homines facit ſtatutum. caſ. 29. numero 49 — 110

Nobilitas parentum tranſmittitur ad liberos. caſ. 29. numero 4. etiam furioſos, & dementes numero 5. fol. — 108

Nobilitas proueniens per accideus, ſeu per dignitatem non tranſmittitur vltra pronepotes. caſ. 29. numero 6. Fallit nu. 8. Nobilitas autem generis, & originis progreditur vſque in infinitum. nu. 7 — 108

Nobilitas paterna ad filios naturales tantùm non tranſmittitur. caſ. 29 num. 32. neque ad filios legitimos, & naturales ex eis. 36. item non tranſmittitur neque nobilitas materna. 37 — 109

Nobilitas paterna ad filios legitimatos etiam per reſcriptum Principis vel oblationem Curiæ tranſmittitur. caſ. 29. num. 38. Contra num. 40. ſed refellitur. 43. ad legitimatos autem per ſubſequens matrimonium, trãſmittitur. 45 — 110

Nobilitas paterna ad filios adoptiuos non tranſmittitur. caſ. 29. num. 14. niſi quodam certo modo. numero 18. fol. — 108

Nobilitas paterna ad filios incapaces non tranſmittitur. caſ. 29. nu. 31 — 109

Nobilitate in antiqua, & auita procedente à genere, non poteſt pater præiudicare filijs. caſ. 29. num. 25. Idem eſt in feudo antiquo. nu. 26 — 109

Nobilitas filiorum propriè non tranſmittitur ad parentes, & ſuperiores. caſ. 29. num. 58. ſecus impropriè, & ſecundum quid. 59. Idem eſt de nobilitate tranſuerſalium nu. 60 — 111

Nobilitas proueniens à matre, vel alijs ſuperioribus cognatis non tranſmittitur ad filios. caſ. 29. num. 52. fol. 110. niſi impropriè, & ſecundum quid. 56. Valet etiam ſtatutum, & conſuetudo vt tranſmittatur. numero 55

Nobilitatem generis retinent legitimati, vbi extat conſuetudo, vel ſtatutum, vel communis vſus loquẽdi. caſ. 29. num. 46 — 110

Nobilitas per Principem tolli poteſt. caſ. 29. nu. 2 — 108

Nominis proprij ſubſtituti expreſſio, an impediat tranſmiſſionem. caſ. 1. nu. 71 — 10

Nominis proprij expreſſio facit diſpoſitionem perſonalẽ. caſ. 14. num. 4. Fallit vt in nu. ſeqq. — 69

Notariatus officium datum ad vitam non obligat ſucceſſores. caſ. 28. nu. 99. — 101

Noxalis Actio ſequitur caput. caſ. 24. nu. 11 — 89

Nullitatis dicendi tempus, quantum duret. caſ. 74. num. 22 — 189

Nunciatio noui operis ex parte eius cui nunciatur nõ extinguitur morte, nec alienatione, ſed tranſit contra ſucceſſorem etiam ſingularem. caſ. 43. nu. 1. intellige quoad patientiam deſtruendi operis, ſecus quoad pænas, vel expenſas. num. 2. ad hæredes autem nunciantis non tranſit 3. Fallit num. 5. & ſeqq. — 143

Nuptiarum conditio, quæ ineſt legato dotis, debet impleri infra triennium à die pubertatis, ſi filia eſt impubes, ſi puber infra triennium à morte teſtatoris. caſ. 17. nu. 58 — 79

Nuptiarum tempus dicitur incertum. caſ. 3. nu. 14. fol. 34. & caſ. 17. nu. 56 — 79


## O


OBligatio antidoralis ad alios etiam hæredes non trãſit. caſ. 28. nu. 72 — 99

Obligatio cameralis exceptis cenſuris, & pænæ perinrij tranſit ad hæredes, & contra hæredes ac etiam per viã ceſſionis. caſ. 28. nu. 50 — 97

# INDEX.

Obligatio inducta à ſtatuto, vt quis poſſit perſonaliter capi, tranſit ad hæredes obligati teiam ſi de hæredibus mentionem non faciat. caſ. 28. num. 162. fol. 105. Fallit num. 163. 164. 165.

Obligatio vitioſa in vitio merè reali tranſit ad quemcunque ſucceſſorem, & dantur exempla. caſ. 28. numer. 19. fol. 95. Idem in obligatione vitioſa in vitio quaſi reali. num. 20

Obligatio rem tradi eſt indiuidua. caſ. 58. numero 11 fol. 169

Odioſum eſt interdicere liberum arbitrium rei ſuæ. caſ. 14. num. 13 70

Officium iudicis nobile ſurrogatum loco actionis de ſui natura eſt tranſmiſſibile ad heredes. caſ. 2. numero 17. fol. 30

Ordinata ad vnum finem regulari debent ſecundum finem. ad quem ordinata ſunt. caſ. 47. nu. 14 150

Ordo ſcripturæ deſignat ordinem voluntatis. caſ. 51. num. 17 156.

P

PActa cenſentur in dubio eſſe realia, & tranſmiſſibilia. caſ. 28. nu. 187 107

Pacta perſonalia non tranſeunt ad heredes etiamſi ſint perſonalia ex parte vnius tantùm. caſ. 28. num. 144. fol. 104

Pactum factum ſocero à marito de dote non petenda non tranſit ad hæredes ſoceri. caſ. 28. nu. 157 105

Pactum de retrouendendo conceptum verbis directis exerceri poteſt contra tertium poſſeſſorem rei, ſecus ſi verbis obliquis; ſed de conſuetudine poteſt exerceri quoquo modo conceptum eſt. caſ. 59. num. 3 idem contra vnum ex heredibus emptoris rem poſſidentem. numero 5. fol. 170

Pactum de retrouendendo vel redimendo tranſmitti poteſt etiam per viam ceſſionis caſ. 59. num 6. dummodo non ſit perſonale. 7. vel competant ex lege, ſtatuto, vel conſuetudine. 8 170

Pactum retrouendendi tranſit ad hæredes emptoris. caſ. 59 num. 1. etiam ſi ſint minores. num. 2. intellige nu. 7. & ſeq. 170

Pactum redimendi tranſmittitur ad hæredes venditoris. caſ. 58. num. 1. ac etiam ad hæredes hæredum. 9. etiam extraneos. 10. ac etiam de eis nulla facta mentione. 2. & etiam ſi pactum reſeruatum ſit cum dictione taxatiua; tantùm; vel ſit reſeruatum venditori & eius hæredibus maſculis 3. vel dictum ſit, ſi venditor voluerit, vel ei placuerit. 4. vel cùm voluerit, ſiue potuerit. 7. vel pactum iſtud reſeruatum ſit venditori arbitratu ſuo. nu. 8 169

Pactum redimendi tranſit ad hæredes inſolidum, caſ. 58. num. 11 169

Pactum, vel obligatio limitata ad vitam, non tranſit ad hæredes. caſ. 28. nu. 156 105

Pactum, vt quis poſſit capi perſonaliter pro obſeruantia contractus propria autoritate creditoris validum non eſt; miniſterio autem iudicis ſic; ſed non tranſit ad hæredes obligati. caſ. 28. numero 160. Ad hæredes creditoris benè tranſit ius capiendi ipſum obligatum. 161. fol. 105

Parentum vitia, delicta, & opprobria ad filios quoad pænam ſpiritualem non tranſmittuntur. caſ. 30. num. 1. fol. 111. neque quoad pænam temporalem corporis, uel bonorum. num. 3. niſi in crimine læſæ maieſtatis; hæreſis, & quoad ordines. num. 4. neque quoad pænam temporalem honoris, & dignitatis numero 5. ſed contra verius eſt. 6. & procedit etiam in filijs illegitimis. 7. ac item in nepotibus. 8. etiam natis ante ortam infamiam. 9

Parentum infamiæ tranſmiſſio in filios impeditur ex propria eorumdem filiorum virtute. caſ. 30. numero 10. Exceptis caſibus in quibus à iure reperitur expreſſe cautum in contrarium. 11. de qua tamen propria filiorum virtute perſpicuis probationibus conſtare debet. 12 112

Paria ſunt nullum habere hæredem, vel talem, qui non ſit hæres. caſ. 15. nu. 7 72

Paria ſunt poſſidere, vel dolo desijſſe poſſidere. caſ. 40. nu. 16 136

Patre, & matre à ſucceſſione excluſis, etiam deſcendentes ab eis excluſi ſunt. caſ. 29. nu. 29 109

Patris conditio ſpectatur in materia honoris & dignitatis. caſ. 29. nu. 53 110

Patris Vilitas non facit, quin filius eſſe poſſit perſona honeſta. caſ. 31. nu. 5 113

Pænitendi facultas non tranſmittitur ad hæredes caſ. 46. num. 13 149

Pœna conuentionalis tranſit ad hæredes, & contra eos. caſ. 47. numero 4. fol. 150. & caſ. 27. numero 15. etiam ſi excedat intereſſe partis. d. caſ. 27 numero 12. fol. 92

Pæna impoſita ipſo iure, debetur & ad hæredes tranſit, etiam non facta declaratione. caſ. 48. numero 8 152

Pæna pro qua competit exceptio tranſit ad hæredes. caſ. 46. num. 6 148

Pæna adiecta ſolutioni legati non tranſmittitur. caſ. 2. nu. 40 32

Pænalis actio, vide in verbo: actio.

Pænæ incurſum euitandi ius tranſit ad hæredes. caſ. 27. num. 15 92

Penſiones decurſæ, & non ſolutæ tempore præceſſorum ſoluendæ ſunt à ſucceſſore factis tamen diligentijs contra hæredes defuncti. caſ. 28. numero 84. fol. 100. idem de alijs oneribus realibus. 85. & caſ. 71. num. 6. fol. 185

Penſionem exigendi quaſi poſſeſſio non tranſit in translatarium eiuſdem penſionis. caſ. 39 nu. 8 132

Penſio quoad commoditatem durante vita penſionarij vendi & cedi poteſt per tres annos, non vltra caſ. 66. num. 22 179

Penſio hodie non eſt profana ſed annexa ſpirituali. caſ. 66. num. 23 179

Penſionarius tenetur recitare officium, & deferre habitum & tonſuram caſ. 66. nu. 23 179

Penſionarius non tenetur facere diligentias contra hæredes prædeceſſoris defuncti ante maturatam ratam. caſ. 71. nu. 5 184

Penſiones maturatæ in vita penſionarij tranſmittuntur ad heredes in totum. caſ. 71. num. 1. fol. 184. non maturatæ autem pro rata fructuum. num. 2. Declaratur 3. & ſeq.

Permiſſa ad tempus, poſt illud prohibita cenſentur. caſ. 1. num. 43 8

Perſonales actus ſiue conceſſiones non tranſmittuntur ad

# INDEX.


hæredes, & adducuntur exempla. caſ.23, num. 4. & 5 — 85

Pluralitas reſoluitur in ſingularitates quando ſubſtitutio facta eſt poſt mortem plurium. caſ. 1, nume. 119. fol. 16. Fallit num. 120 & remiſſiue. num. 176

Portio accreſcit portioni, non perſonæ. caſ. 15. num. 14. fol. 72. & ſapit naturam rei cui accreſcit. caſ. 8. nu. 115

Portio obuenta filio vigore ſtatuti tranſmittitur iure ſuitatis ad quoſcunque. caſ. 8. nu. 30 — 44

Portio debita coniugi ſuperſtiti inopi non agnita non trãſmittitur, caſ. 20. num. 5 — 83

Poßeſſio ad hæredes non tranſit ſine noua appræhenſione, caſ. 39. num. 2. fol. 132. neque in hæredes ſuos. 4. neque pro ſua legitima. 5. neque ſi hæres eſt Eccleſia. 9. neque in legatarium 10. neque in fideicommiſſarium. 11. neque in caſibus in quibus dominium tranſit ſine traditione. 13. Fallit extante ſtatuto, ſiue conſuetudine de continuanda poſſeſſione in hæredes, 39. Fallit etiam quia poßeſſio bonorum monaſteria ingredientium tranſit in ipſa monaſteria ſine appræhenſione. 33. idem in bonis arrogati. 34. idem de bonis ſocietatis. 35

Poſſeſſio amittitur ſolo animo. caſ. 39. nu. 3 — 132

Poſſeſſio quæ eſt penes hæredes non eſt illa quæ erat penes defunctum. caſ 57. nu. 19 — 167

Poßeſſio exigendi decimas, penſiones, & ſimilia ab anteceſſore prodeſt etiam quoad ſucceſſores. caſ. 39. num. 37. & caſ. 41. nu. 9 — 139

Poſſeſſio bonorum dignitatis non vacat morte poſſeſſoris. caſ. 41. nu. 10 — 139

Poſſeſſio in incorporalibus tranſit in ceſſionarium abſque traditione. caſ. 41. nu. 11. fol. 139. ampliatur. num. 14.

Poſſeſſione acquiſita quoad vnum actum, cenſetur acquiſita quoad omnia. caſ. 39. num. 21. fol. 133. declaratur. nu. 32. & ſeqq.

Poßeſſionem apprehendere poſſunt hæredes propria autoritate, ſi non eſt occupata ab aliјs. caſ. 39. numero 36. fol. — 134

Poſſeſſionem autoritate propria ingrediendi pactum eſt remedium adipiſcendæ, & ad hæredes tranſmittitur. caſ. 40. num. 25. intellige num. 26. 27 — 137

Poßeſſionem ingrediendi autoritate propria pactum appoſitum ad executionem iuris realis, non tranſit, nec exerceri poteſt contra ſingularem ſucceſſorem non habentem cauſam à debitore, ſed ſi cauſam habet diſtinguitur. caſ. 40. nu. 48. & quid ſi eſt appoſitum ad executionem obligationis perſonalis num. 42. 44. & ſeqq. fol. — 138

Poßeſſionem ingrediendi facultas autoritate propria trãſmittitur etiam ad ſingularem ſucceſsorem per viam ceſsionis. caſ. 40. num 29. intellige, vt num. 30. 31. 32. fol. — 137

Poſſeſsionem ingrediendi facultas competens vigore priuilegiј, nòn tranſmittitur niſi eo modo quo tranſmittitur priuilegium, caſ. 40. nu. 28 — 137

Poſſeßionem ingrediendi ius autoritate propria tranſmittitur quoque contra hæredes debitoris, ſiue ſint eiuſdem conditionis, ſiue diuerſæ. caſ. 40. nu. 33. intellige quoad bona teſtatoris, non quoad bona hæredis. 39 fol. 137. item quod prius conſtare debet eum eſſe hæredem debitoris. num. 40

Poſſeſſionem ingrediendi ius propria autoritate, an tranſeat contra ſingularem ſucceſſorem, valdè controuerſum eſt. caſ. 40. nu. 41 — 137

Poſſeſſionem ſine traditione transfert Princeps ex ſolo ſuo titulo. caſ. 41. nu. 12 — 140

Poſseſsionis commoda quæ ſint. caſ. 39. nu. 1 — 131

Poſseſſionis appræhenſio requiritur in omnibus bonis, nec ſufficit ſi appræhendatur in vna tantùm re, vel in parte hæreditatis. caſ. 39. num. 17 fallit numer. 18. 19. 20. 25 — 133

Poſseſſionis triennalis exceptio non tranſit in ſucceſsorem. caſ. 23. nu. 2. & caſ. 39. nu. 26 — 134

Poſseſsor iniuſtus non eſt amouendus vt admittatur alius poſseſsor iniuſtus de nouo. caſ. 39. nu. 1 — 131

Poſſidens pro hærede, vel pro poſseſsore non dicitur habere titulum. caſ. 40. nu. 14 — 136

Poſseſsorium reintegrandæ regulariter ad hæredes tranſmittitur. caſ. 42. nu. 1. & ſeqq. — 140

Poſseſsorium retinendæ non datur niſi poſſidenti. caſ. 48. nu. 4. fol. 139. nec competit ceſſionario vel translatario etiam in poſseſſionem ſubrogato. 3

Poſseſsorium retinendæ tranſmiſſibile eſt ad hæredes, & ſucceſsores vniuerſales, & etiam cedi poteſt in ſucceſsorem ſingularem. caſ. 41. num. 1 — 139

Poſseſsorium retinendæ datur hæredibus etiam ex eorum perſona contra turbatorem poſseſſionis defuncti, vbi extat ſtatutum, quod poſseſsio defuncti continuet in hæredem. caſ. 40. nume. 5. idem ſi turbatus non potuit experiri contra turbatorem ex illius impedimento. 6. idem ſi turbatio contingit hæreditate iacente. 7. idem ſi lis à turbato incæpta erat. nu. 8 — 139

Poſseſsorio retinendæ hæres vel ſucceſsor agens ex iure tranſmiſſo, debet probare illud competiјſſe defuncto vel cedenti; & agere ex perſona tranſmittentis, vel cedentis, non ex ſuo iure vel perſona. caſ. 41. num. 2. fol. — 139

Poſſideri non poteſt res incerta ratione loci vel quotæ. caſ. 39. nu. 5 — 132

Præcarium tranſit ad hæredes eius qui præcario conceſſit non ad hæredes illius, cui præcarium conceſsum eſt; tranſit tamen contra illos pro eo, quod ad eos peruenit, caſ. 28. nu 48 — 97

Prælatum alimentare tenentur bona Eccleſiæ etiam ſi beneficiatus habeat patrimonialia. caſ. 28. numer. 68. ſed diſtinguitur. nu. 66 — 98

Prælationis priuilegium quod habet mulier pro dote quomodo tranſmittatur. caſ. 23. num. 12. 13. & quid de tacita hipoteca. nu. 14. & ſeqq. — 86

Præſcriptio, & vſucapio incæpta cum defuncto completur ab hærede ſine noua appræhenſione poſseſſionis. caſ. 39. num. 27. & pariter completur ab hæreditate iacente. 28 — 134

Præſcriptionem non interrumpit litis conteſtatio facta coram arbitratore. caſ. 35. nu. 17 — 120

Præſumitur ob intereſse proprium quem eſse diligentem, & fidelem. caſ. 74. nu. 17 — 189

Præſumitur quilibet ſuo hæredi, vt ſibi prouidere, & eſt præſumptio violenta. caſ. 28. nu. 180 — 107

Præſumitur quid factum prout eſt vtilius facienti. caſ. 23. nu. 11 — 86

Primogenitura, eſt fideicommiſſum perpetuum familiæ relictum. caſ. 34. nu. 39 — 118

Pretium quamuis non declaratum dicitur certum, & purum. caſ. 17. nu. 63 — 80

Primogenituræ in ſucceſſione nepos excludit patruum. caſ. 8. num. 36 — 43


Primo-

# INDEX.


Primogenituræ ſucceſſor, an teneatur ad æs alienum præceſſoris. vide in verb. ſucceſſor in primogenitura.

Primogenituræ ius tranſmittitur de filio in nepotem. caſ. 8.nu.36 — 45

Primogenitura inſtituta ſub conditione per viam vltimæ voluntatis non tranſmittitur ad filios per viam autem contractus, ſiue conceſſionis Principis ſic. caſ.1.num.8. fol. — 5

Princeps ex ſolo ſuo titulo transfert poſſeſſionẽ ſine traditione, ſi illum concedit per viam priuilegij; ſecus ſi per viam contractus. caſ.41.nu.12 — 140

Princeps in contractibus cenſetur vti iure communi. caſ. 41.nu.13 — 140

Princeps ſucceſſor an teneatur ad obſeruantiam contractuum, & pactorum, & ſolutionem æris alieni Principis præceſſoris: vide in verb. ſucceſſor in Principatu.

Princeps tranſmittit legatum ad ſucceſſorem etiam decedens antequàm dies legati cedat, caſ.1.nu.148.& ſeqq. fol.18.& caſ.2.nu.34 — 32

Principale attenditur, non quod ſit ſecundariò, vel in conſequentiam. caſ.61.num.7 — 173

Priuilegium dicitur perſonale & ad hæredes non tranſmiſſibile, vbi perſona eſt proxima & immediata cauſa priuilegij: non aliàs. caſ.23.nu.6. & quomodo id dignoſcatur. nu.9 — 86

Priuilegia quæ præſtantur perſonæ non tranſmittuntur ad hæredes, & adducuntur exempla. caſ.23.num 2. fol. 85. etiam ſi eſt perſonale ex parte concedentis tantùm. num.3. ac etiam ſi conceſſum eſt in remunerationem meritorum. nu.10

Priuilegium perſonale non eſt tranſmiſſibile neque per viã ceſſionis. caſ.23.num.26.& dantur exempla. num. 27. fol. — 88

Priuilegium perſonale tranſmittitur ad hæredes in quibuſdam caſibus ſpecialibus recitatis. in caſ. 23.nu. 12. & ſeqq. — 86

Priuilegia realia ad hæredes tranſmittuntur, & quando dicantur realia, adducuntur multa exempla caſ.23.nu. 87.& recurrendum eſt ad coniecturas. nu.24. — 25

Priuilegium datum filijs tranſit ad nepotes. caſ.21.nu.7. Fallit caſ.23.nu.17 — 87

Priuilegium doti conceſſum tranſit ad quemcunque hæredem mulieris. caſ.22.nu.2 — 84

Priuilegium hæredis ſuccedentis non attenditur. caſ. 40. num.34 — 137

Priuilegium mariti, vt non teneatur niſi quantum facere poteſt, tranſmittitur ad ſolos filios eiuſdem matrimonij. caſ.23.nu.17 — 87

Priuilegium in præiudicium tertij non extenditur ad nepotes. caſ.23.num.17. fol. 87. alias ſic caſ.21. num.7. fol. — 84

Prius præſumitur illud quod eſt poſterius ad ſaluandum actum. caſ.51.nu.22 — 156

Procurator non poteſt alterum procuratorem facere, niſi expreſſam facultatem habeat à conſtituente, vel effectus ſit Dominus litis. caſ.1.nu.152 — 19

Probibitio alienandi facta hæredi tranſit ad hæredes ipſius hæredis: vide in verb. alienandi.

Probibitio alienandi non impedit translationem dominij in contractibus; in lege autem, vel teſtamento ſic. caſ. 59.num.4 — 170

Probibitum videtur poſt tempus, id quod ad tempus eſt conceſſum, caſ.1.nu.43 — 8

Promiſſio de ſuo facto, & dato, vel de ſuo faciendo & dando tantùm, comprehendit etiam hæredes. caſ.28.nu.12. fol. — 94

Promiſſio de non offendendo ex parte ſtipulatoris eſt perſonalis, & non tranſit ad hæredes: ex parte promiſſoris eſt in rem, & ad hæredes tranſit. caſ. 28.numer. 145. fol. — 104

Promiſſio, vel ſtipulatio ſiſtendi in iudicio, tranſit ad hæredes in cauſa tranſitoria; non alias. caſ.28. numer. 49. fol. — 97

Promiſſio de vendendo vel locando non eſt venditio nec locatio. caſ.36.nu.27 — 126

Propoſitum in mente retentum nihil operatur. caſ.1.num. 134 — 18

Prouiſio hominis facit ceſsare prouiſionem legis. caſ.7.numer.7 — 38

Puri, & purificati idem eſt iudicium. caſ. 1.nu. 211. caſ. 2.nu.24 — 31


## Q


QValitas ſine ſubiecto eſse non poteſt caſ. 22.num.8. fol. — 85

Qualitas adiecta verbo intelligitur ſecundum tempus verbi. caſ.42.nu.29 — 142

Qualitas perſonalis tranſmitti, vel cedi non poteſt, & dantur exempla caſ.23.nu.4 — 85

Quarta, quæ debetur filio arrogato tranſmittitur ad deſcendentes, & ad quoſcunque hæredes. caſ.8.nu. 25. 27. intellige ſi decedat poſt patrem arrogatorem, ſecus ſi ante. nu.28 — 44

Quærela inofficioſi etiam non præparata tranſmittitur ad liberos caſ.12.nu.6. fol.66. Ampliatur nu.7.8.9. Declaratur nu.10.& ſeqq.

Quærela hodie non competit inſtituto in minori ſumma, quàm legitima, ſed habet ius petendi ſupplementum. caſ.12.nu.2 — 66

Quærelandi ius de inofficioſo competit filio nominatim exhæredato, illudquè ſupponit validitatem teſtamenti. caſ.12.nu.1 — 66

Quærela inofficioſi, ſi eſt præparata tranſmittitur ad extraneos hęredes; non præparata non tranſmittitur caſ. 12.nu.3. intellige vt nu.4 — 66

Quærela inofficioſi non præparata non tranſmittitur ab aſcendentibus aduerſus teſtamentum filiorum neque ad ſuos liberos. caſ.12.nu.12 — 67

Quærela inofficioſæ donationis ad liberos tranſmittitur etiam non pręparata, ad extraneos non pręparata non tranſmittitur. caſ.46.nu.9. — 148

Quęrelandi ius vigore leg. hac edictali poteſt cedi alijs, quàm filijs, & deſcendentibus ſuis. caſ.13.nu.4 — 68

Quęrimonia iudicialis eſse debet ad effectum tranſmittendi ius reuocandi donationem ex cauſa ingratitudinis caſ.46.numer. 8. idem de quęrimonia adulterij. caſ.47. num.13.14 — 150


## R


RAtificari poteſt ab hæredibus factum nomine defuncti ad hęredes tranſitorium. caſ.28.nu.14 — 94

Ratificatio quibus modis inducatur. caſ.44.nu.27 — 144

Rationẽ reddendi onus tranſit ad hęredes caſ.65.nu.1. 177

Ratio recti ſermonis repugnans impedit traſmiſſionem: intellige non extantibus coniecturis in contrarium caſ. 1.num.

# INDEX.


1.num.73 11

Redimendi ius an cedi poſſit caſ.59.nu.6.& ſeqq. 170

Regna, & feuda ex pacto, & prouidentia non deferuntur iure hæreditario; ſed obtineri poſſunt repudiata hæreditate.caſ.28.num.139 104

Regreſſus contra ſucceſſorem in beneficio in culpa exiſtentem exerceri poteſt.caſ.50.nu.3 154

Regreſſu vti velle ius declarandi non tranſmittitur contra ſucceſſorem titularis in beneficio.caſ.50. numer. 1. fol.154. Ampliatur nu.2.& 4

Regreſſus non datur de priuatione ad habitum caſ.13.nu.10 68

Rei iudicatæ exceptio non retranſit in venditorem, ſi res vendita in eum reuertitur ſine titulo, ſed ſi ex titulo ſic. caſ.26.nu.13 91

Relatiuum, quem, iunctum verbo futuri temporis, facit conditionem.caſ.26.nu.16 124

Remedium canonis redintegranda 3. quæſt.1. eſt poſſeſſorium recuperandæ & eſt pinguius remedio interdicti. vnde vi.caſ.42.num.12.& ad hæredes tranſmittitur. 13.& in ſingularem ſucceſſorem.14. ac etiam ad ceſſionarium.15 141

Remedium canonis redintegranda, non competit hæredi vel ſucceſſori, niſi concurrentibus duobus requiſitis in interdicto vnde vi.caſ.42.nu.16 141

Remedium Canonis redintegranda quando detur contra ſingularem ſucceſſorem caſ.42.num.17.18.19.20.21.22 141

Remedium cap. ſæpe, de reſtit.ſpoliat. quale ſit, & poſſeſſorium eſt reintegrandæ, & tranſmittitur ad hæredes ſpoliati & ad ſingulares ſucceſſores ac etiam ad ceſſionarium.caſ.42.nu.23 142

Remedium cap ſæpe, de reſtit.ſpoliat. tranſit contra ſingularem ſucceſſorem vitioſum etiam mediatum, & milleſimum.caſ.42.nu.24. intellige num.25.26 27.28.30. fol. 142

Remedium leg.fin.C.de edict.diu. Adria. toll. vt hæredes immittantur in poſſeſſionem hæreditatis, & bonorum defuncti, ad hæredes eorum tranſmittitur.caſ.40.num. 1. & nu.ſeqq. etiam ſi hi ſint hæredes ab inteſtato hæredum ſcriptorum, num.4 135

Remedium legis fin.C.de edict.diu. Adrian.toll. non competit hæredibus hæredum, niſi ex iure tranſmiſſo, caſu 40.nu.5 135

Remedium l.fin.C.de edict diu. Adrian. toll. tranſmittitur ab hæredibus ſcriptis, non ab hæredibus ab inteſtato.caſ.40.nu.6 136

Remedium l.fin.C.de edict.diu. Adrian.toll. non tranſmittitur ad hæredem hæredis, quando primus hæres in vita ſua adeptus fuiſſet poſſeſſionem, & deinde ab ea cecidiſſet.caſ.40 num.7 136

Remedium l.fin C.de edict.diu. Adrian. toll. non tranſit in ſingularem ſucceſſorem ſine ceſſione iurium. caſu 40. num.8 136

Remedium l.fin. C. de edict. diu. Adrian. toll. tranſmitti poteſt in alios etiam per viam ceſſionis.caſ.40.num.9. fol. 136

Remedium ordinarium facit ceſſare extraordinarium.caſ. 1.nu.214 25

Remiſſione facta in aliquem, qui arbitretur de conſilio certæ ſpecificatæ perſonæ, non poteſt alius aſſumi eius loco caſu 56.nu.4 123

Renunciata hæreditate cum reſeruatione conditionali, hæc reſeruatio tranſmittitur ad hæredes etiam ſi reſeruans decedat ante conditionem.caſ.5.nu.4 36

Renunciatio an noceat vocatis in eorum iure, ſi hæredes ſunt renunciantis.caſ.73.nu.1.& ſeqq. 186

Renunciatio ſimplex non extenditur ad ius futurum.caſ. 73.num.2 186

Renunciatio filiæ de bonis paternis, vel maternis, ſi prædecedat patri, vel matri non nocet filijs, caſ.73. num.3. etiam ſi dotem habuit.4 186

Repudiationem, ſeu abſtenſionem reuocandi ius competẽs filio non tranſmittitur ad eius hæredes.caſ.8. num.81. fol. 49

Res incerta ratione loci vel quotæ poſſideri non poteſt. caſ. 39.nu.5 132

Reſcriptum impetratum ſuper beneficio, cauſa criminali, vel alia materia ad alios non tranſibili, tranſibile non eſt.caſu 53.nu.1 159

Reſcriptum Principis non tollit male geſta caſ.34. num. 9 116

Reſcriptum in materia tranſibili, ſi res non eſt integra, trãſit contra ſucceſſorem, tam ſingularem, quàm vniuerſalem.caſu 53.num.2. fol.159. Re autem integrâ multipliciter diſtinguitur, num.3

Reſcriptum tranſit actiuè ad hæredes impetrantis.caſ.53. num.4.& an obliget hæredes reſcribentis.5 160

Reſcriptum ad alios tranſibile non eſt per viam ceſſionis. caſ.53.num.6 160

Res integra quando dicatur caſ.51.nu.30 157

Res ſuccedit loco pretij, & è contra.caſ 28.nu.42.fol.96. Intellige in iudicijs vniuerſalibus, ſecus in particularibus.num.43

Res tranſit cum ſuo onere, & vitio.caſu 28.nu.21 95

Reſtitutionis in integrum beneficium tranſmittitur ad hæredes.caſ.44.nu 1. Ampliatur num.4.3 2.5.6. 143

Reſtitutionis in integrum beneficium tranſmittitur ad hæredes eo modo, & forma qua competebat defuncto, & non aliàs.caſu 44.nu.28. fol. 144. Fallit quando læſio perficitur in puncto mortis, vt in minore, qui decedit hæreditate non adita, num.29

Reſtitutionis in integrum beneficium tranſmittitur ex quocunque capite competat, & tranſmittitur tàm ad maiores, quàm ad minores.caſ.44.nu.8 143

Reſtitutionis in integrum beneficium tranſit in ſubſtitutum vulgarem: intellige quando agitur de læſione teſtatoris, ſecus ſi de læſione hæredis inſtituti.caſu 44.numer.9. Et idem quod de ſubſtituto vulgari, dicitur de ſubſtituto fideicommiſſario.13. In ſubſtitutum autem pupillarem tranſit indiſtinctè.nu.11 143

Reſtitutionem in integrum ius petendi aduerſus omiſſam hæreditatis aditionem, an maior 25. annis tranſmittat: diſtinguitur.caſ.8.nu.168 59

Reſtitutionis in integrum beneficium tranſit etiam in fiſcum. caſ.44.nu.20. & ſeq. & in ſucceſſorem ſingularem.24 144

Reſtitutionem in integrum ius petendi, infans decedens in infantia tranſmittit ad matrem, & fratres aduerſus omiſſam aditionem hæreditatis extraneorum. caſu 8. num.167 58

Reſtitutio in integrum aduerſus actum approbatum non competit, nec tranſmittitur caſ.44. num. 15. & num. 25. Approbatio autem tacita quibus modis inducatur dantur exempla.num.27 144

Reſtitutionis in integrum beneficium tranſmitti poteſt


etiam

# INDEX.

etiam per viam ceſſionis.caſ.44.nu.30 145

Reſtitutionis in integrum beneficium non tranſmittitur, cùm competit ex cauſa non tranſmiſſibili.caſ.44. num. 25 144

Reſtitutio in integrum aduerſus aditionem hęreditatis damnosę factam per grauatum non competit ſubſtituto vulgari, vel fideicommiſſario.caſ.44.num.16. Subſtituto autem pupillari aduerſus aditionem paternę hęreditatis factam per pupillum ſic,nu.17 144

Reſtitutio in integrum ceſſat ceſſante ęquitate.caſ. 8. nù. 169. vel elapſo quadriennio.170 59

Retentio facilius permittitur, quàm noua acquiſitio.caſ. 8.nu.34 45

Retractus conceſſus à lege vel conſuetudine non tranſmittitur ad alios non comprehenſos caſ.59.num.8. idem ſi per pactum perſonale num.7 170

S

Saluianum interdictum non competit hęredibus hęredum, niſi ex iure tranſmiſſo.caſ.49.nu.23 136

Saluianum interdictum non competit hæredi qui à poſſeſſione iam cępta cecidit, caſu 40.num.24 137

Saluianum interdictum tranſmittitur ad hæredes.caſ.40. num 21.ampliatur.22 136

Scientia tutoris cenſetur ſcientia pupilli caſ.8. num. 135. fol. 55

Scientia patris ſufficit, vt filius infans tranſmittat ius deliberandi.caſ.8.nu.140 55

Sententia prodeſt, & nocet hæredibus. caſ. 74. numero 1. fol.187.ac etiam ſucceßoribus.4.Fallit numero 11. & ſeqq.

Sententia non nocet non citatis. caſ. 74. numero 1. & 5. fol. 187

Sententia vbi prodeſt, vel nocet, proſunt etiam & nocent acta.caſ.74.nu.9.& ſeq. 188

Sententia contumacialis præſumitur lata ratione contumaciæ.caſ.74.nu.12 188

Sententia ſemper præſumitur iuſta. caſ. 74. numero 16. fol. 188

Sententiam declarandi ius an tranſeat in ſucceſſorem. caſ. 16.nu.7 73

Sepulchra, & iura ſepulchrorum tranſeunt ad hæredes directos ſanguinis.caſ.61.num.2. Et hæreditaria etiam ad extraneos.3. ad fideicommiſſarios autem non tranſeunt,nu.4 173

Sepulchra, & iura ſepulchrorum tranſeunt in ſucceſſorem ex titulo vniuerſali caſ.61.num.6.non ſic ex titulo ſingulari,nu.8 173

Sepulchra familiaria tranſeunt in ſucceſſorem in maioratu, non hæreditaria.caſ.61.nu.5.quid de ſepulchris pro ſe & deſcendentibus.9. 173

Sepulchrum vendi non poteſt, monumentum vel ius ſepeliendi ſic.caſ.61.nu.8 173

Sepultura eſt teſtimonium fidei, & vitæ defuncti.caſ.61. num.1 173

Sermo popularis præualet propriæ ſignificationi. caſ. 29. num.51 110

Seruitus realis tranſmittitur ad hæredes. caſ. 68. num.1. fol. 180. Item tranſit etiam in ſingularem ſucceßorem ſi eſt realiter conſtituta, ſecus ſi tantùm promißa.2.Intellige quod tranſmittitur vnà cum prædio, ſecus de per ſe,nu.7.& declaratur.8.

Seruitus realis non tranſmittitur, ſi expreſſè actum eſt, vt non tranſmittatur.caſ.68.nu.4 181

Seruitus realis quæ competit principaliter ratione perſonæ, dicitur perſonalis, & non tranſmiſſibilis, & perſonalis quæ principaliter competit ratione rei, eſt realis, & tranſmittitur.caſ.68.nu.5 181

Seruitus perſonalis non tranſmittitur, nec cedi poteſt, niſi cohæreat perſonæ ratione rei.caſ.68.nu.9 181

Seruitus quomodo dignoſcatur quod ſit realis, vel perſonalis, remiſſiue.caſ.68.nu.10 181

Societas diſſoluitur morte ſocij, & ad hæredes non tranſit. caſ.60.nu.1.Ampliatur nu.2.8.9.12.& 13 171

Societas impropriè dicta, vt locatio, & conductio, ad hæredes tranſit.caſ.60.nu.17 172

Societas renouari poteſt inter hęredes etiam tacitè.caſ.60. num.18 173

Societatis negotia incæpta tranſeunt ad hæredes perficienda.caſ.60.nu.16 172

Societatis præteritæ lucri, & damni actio tranſit ad hæredes.caſ.60. num.14. Idem pro reddenda ratione adminiſtrationis,nu.15 172

Societas vectigalium, vel alterius rei fiſcalis ad hęredes tranſit, ſi concurrunt hic recitata caſ.60. num. 5. & 6. fol. 171.Intellige quod tranſit ad primos hæredes, non ad hæredes hęredum,nu.7

Solemnitates roborant factum tantùm prout eſt, nec aliud operantur.caſ.64.num.6 177

Soluendi facultas aliud pro alio poteſt cedi. caſ.37. num. 17 127

Solutio non poteſt fieri hæredibus hæredis adiecti ſolutioni.caſ.28.num.152 105

Solutio dimidiata maxima habet incommoda.caſ.71.numero 8 185

Spes quæ firma eſt & certa tranſmitti poteſt.caſ.8 num. 36 45

Sponſalibus renunciari poteſt quando ſponſa non dat dotē promiſſam.caſ.36.num.17 125

Statuti mens, & ratio attendenda eſt. caſ.21.nu.2 82

Statuti, vt ſtantibus maſculis fæmina non ſuccedat, ſed dotari debeat mens, & ratio ea eſt vt conſeruetur agnatio.caſu 21.nu.3.& ibi de materia. 83

Statuto extante, quòd filiæ fæminæ dotatæ non ſuccedant An filia præterita poſſit rumpere teſtamentum caſu 11.nu.7.& ſeqq. 65

Statutum, quòd ſtantibus maſculis, filiæ fæminæ non ſuccedant, aufert legitimam filiarum in totum.caſ.17.nu. 20.fol.76.& caſ.18.numer.8. & eſt fauorabile.caſ.10. num.21

Statutum in ditione ſtatuentium habetur pro iure communi caſ.8.nu.37 45

Stipulatio non tranſit ad hęredem, vel ſucceßorem ſingularem, niſi in genere tantum.caſ.28.num.149. Fallit in ſtipulationibus realibus.150 105

Stipulatio de ſui natura irreuocabilis, efficitur reuocabilis, ſi interpoſita eſt ex cauſa vltimæ voluntatis.caſu 45. num.23 147

Stipulatio facti affirmatiui tranſibilis eſt ad hæredes ſtipulatoris caſ.28.num.167.Fallit num.ſeqq. 106

Stipulatio facti affirmatiui, an tranſibilis ſit paſſiuè contra hæredes promiſſoris, diſtinguitur, caſ.28.num.171. fol. 106

Stipulatio facti negatiui ad hæredes tranſit etiam nulla de eis mentione facta.caſ. 28. nu.172. Fallit nu. 173. & ſeqq.

& ſeqq. 106

Stipulatio rem tradi eſt indiuidua.caſu 58. nu.11 169

Subdelegatus ſubdelegare non poteſt.caſ. 1. numer. 151. fol. 19

Subiecta materia præualet propriæ verborum ſignificationi,caſu 51 .num.26 157

Subrogatum ſapit naturam ſubrogati.caſ.18. nu. 2. ſi naturæ ſuæ non contrariatur,nu.4 80

Subſtitutio de iure communi nunquam tranſmittitur ad hæredes euident.nu.17.fol.3. & caſ.7.nu.25. fol. 39. ſiue ea ſit conditionalis expreſſa, ſiue ſimplex directa, caſ.1.nu.38 7

Subſtitutionum directarũ regulariter nulla eſt quæ tranſmittatur.caſ.7.nu.25.& adducitur ratio,nu.26.Ampliatur nu.27.Fallit nu.28 39

Subſtitutionis ius eſt potentius iure accreſcendi caſ.7.numer.5 37

Subſtitutio vulgaris non tranſmittitur ad hæredes.caſu 7. nu.1.neque ad filios, vel deſcendentes nu. 2. Fallit ſi eſt vnita cum iure accreſcendi,num. 3. & 4. Fallit etiam quia tranſmittitur ad ſubſtitutum.8 37

Subſtitutio vulgaris tollit ius accreſcendi.caſu 1. nu.109. & quomodo intelligatur,nu.112 15

Subſtitutio pupillaris non tranſmittitur ad hæredes.caſ. 7.nu.9.neque ad proprios deſcendentes,num.10.fol.38. ad ſubſtitutum autem ſic,caſ.1.nu.181.& d.caſ. 7. nu. 10.& quando ea vnita eſt cum iure accreſcendi.d. caſ. 7.numer.11. ampliatur autem & declaratur numer. ſeqq.

Subſtitutio exemplaris quoad tranſmiſſionem regulatur ſecundum terminos ſubſtitutionis pupillaris.caſ.7. num. 20 39

Subſtitutio Breuiloqua, ſiue reciproca non tranſmittitur ad hæredes.caſ.7.nu.21. neque ad proprios deſcendentes,num.22.etiam ſi facta ſit ſub conditione:ſi ſine filijs decedant.num.23.Niſi ſit vnita cum iure accreſcendi, num.24 39

Subſtitutione facta de fratribus ſuperuiuentibus,& prædefunctorum filijs;non admittuntur prædefunctorum filij niſi etiam aliquis ex fratribus ſuperuiuat, caſu 1. num.56 9

Subſtitutione facta poſt mortem plurium,an pluralitas reſoluatur in ſingularitates: vide in verb.pluralitas.

Subſtitutio, quæ nondum competit, non dicitur eſſe in bonis noſtris.caſ. 1. numer. 3. fol. 5. & caſ.7.numer.26. fol. 39

Subſtitutio illa locum non habet, quæ in teſtamento non legitur,nec reperitur.caſ.1.num.131.fol.17.Intellige, vt num.136

Subſtitutio ſecunda recipit interpretationem à præcedenti.caſu 1.nu.128 17

Subſtitutis non nocet actus voluntarius.caſ. 34. numer. 25 117

Subſtitutus vulgaris ſuccedit teſtatori,non hæredi.caſ.44. nu.10.fol.143. ſubſtitutus pupillaris ſuccedit pupillo. 12.18.ſubſtitutus fideicommiſſarius ſuccedit teſtatori, non hæredi grauato,nu.14.16

Subſtitutus vulgaris excluditur ex tranſmiſſione, quæ fit ad deſcendentes de hæreditate aſcendentium non adita, ex leg.vnic.C.de his qui ant.apert.tab. caſ. 8. numer. 110 52

Subſtitutionis vulgaris ius, & ſi non tranſmittitur ad hæredes, tamen tranſmittitur ad ſubſtitutum.caſ.7. num. 8.Idem eſt de ſubſtitutione pupillari.11 38

Subſtitutus vulgariter,& per fideicommiſſum habet electionem an velit ſuccedere ex vulgari, vel ex fideicommiſſaria.caſ.8.nu.66 48

Subſtitutus vocatur ex iudicio teſtatoris; hæres autem eiuſdem ſubſtituti ſecus.caſ.1.nu.179. 21

Succedens ex iure tranſmiſſo excludit ſubſtitutum vulgarem.caſ.8.nu. 39. ac etiam excludit eum qui venit per ius accreſcendi.nu.38 45

Succedens iure tranſmiſſionis dicitur quodammodo ſuccedere teſtatori,propriè tamen ſuccedit tranſmittenti euident.num.8.fol.2.& excludit ſubſtitutum vulgarem, ac etiam venientem per ius accreſcendi.caſ 8.num.39. fol. 45

Succedens iure tranſmiſſionis debet eſſe hæres tranſmittentis,euident.num.4 2

Succedens loco aliorum debet cenſeri eiuſdem iuris cum illis in onere,& honere caſ.55.nu.4 162

Succedens in beneficio non habet cauſam ab anteceſſore, ſed à ſuperiore conferente.caſ.28.nu.31 96

Succeſſio reſeruata ex pacto tranſmiſſibilis eſt.caſ. 8 nu. 151 56

Succeſſor in beneficio,& aliàs ſingularis re non integra tenetur pro illo anno ſtare locationi.caſ.28. nu. 59. Idem vbi adeſt conſuetudo.60.Idem ſi facta eſt cum euidenti Eccleſiæ vtilitate.61.Vel de licentia Papæ.62 98

Succeſſor in beneficio habet repetitionem; ſi præceſſor qui debita contraxit,potuit ea ſoluere, & non ſoluit, caſ. 28.nu.88 100

Succeſſor in beneficio non poteſt locationem morte prædeceſſoris extinctam inuito conductore ratificare. caſ.28. num.54 97

Succeſſor in beneficio non tenetur ſtare locationi prædeceſſoris factæ nomine ſuo proprio etiam ſi conductor anticipatè ſoluiſſet affictum.caſ.28.nu.55 97

Succeſſor in beneficio nullo caſu tenetur ad debita præceſſoris,quando Eccleſia habet redditus ſeparatos ſufficiẽtes;vel onus ea ſoluendi ex conſuetudine, ſtatuto, vel contractu ſpectat ad populum, vel alterum.caſ.28. nu. 89 100

Succeſſor in beneficio quando teneatur ſoluere debita contracta per præceſſorem.caſ.28.nu.65.& pluribus ſeqq. fol. 98

Succeſſor in beneficio an teneatur ad decimas, & collectas decurſas: vide in verb.decimæ.

Succeſſor in beneficio an teneatur ad penſiones decurſas: vide in verb.penſiones.

Succeſſor in beneficio, nullo caſu tenetur debita contracta per præceſſorem ſoluere,niſi ſuperſint ei fructus,vt viuere poſſit.caſ.28.nu.87 100

Succeſſor in beneficio tenetur ſoluere omnia onera realiæ etiam decurſa.caſ.71.nu.6 185

Succeſſor in beneficio non tenetur ad debita præceſſoris facta pro cauſa non concernente ſeruicium eccleſiæ caſ.28. num.90.neque ad debita voluntaria.91. 101

Succeſſor in beneficio ſtare tenetur factis præceſſoris cum diſtinctione tamen trium caſuum,illationum & declarationum caſ.28.nu 93.& ſeqq. 101

Succeſſor in Prælatura tenetur ſoluere pœnam ad quam tenebatur prædeceſſor nomine Prælaturæ;ſecus ſi nomine proprio.caſ.28.nu.80 99

Succeſſor in feudo tenetur ſoluere debita contracta per prædeceſſorem ſi contracta ſunt pro vtilitate vel neceſſitate

te feudaliàs diſtinguitur, an ſit hæres eiuſdem prædeceſſoris, vel non.caſ.28.nu.109 102

Succeſſor in Principatu tenetur ad obſeruantiam contractuum concernentium Principatum, ſiue ſit per viam ſanguinis, ſiue electionis.caſ. 28. numer. 126. & ſeqq. fol. 103

Succeſſor in Principatu, vel Regno tenetur ſoluere debita contracta per Principem vel Regem præceſſorem pro vtilitate, vel neceſſitate Principatus, vel Regiæ Coronæ.caſ.28.nu.106. contracta vero in cauſam ſuam propriam non, niſi ſit eius hæres.nu.108. & quomodo probetur verſio in vtilitatem, vel neceſſitatem.num.107. fol. 103

Succeſſor in Principatu non debet de honeſtate contractus prædeceſſoris reuocare; ſed cuſtodire.caſ. 28. num. 132. fol.103. niſi ſint in magnam diminutionem iuriſdictionis Principatus. nu.136

Succeſſor in Principatu non tenetur ſtare legibus, & ſtatutis præceſſoris.caſ.28.nu.137 104

Succeſſor in Principatu non tenetur de iuris rigore ſtare contractibus præceſſoris non concernentibus Principatum, niſi ſit eius hæres.caſ.28.nu.138 104

Succeſſor in Principatu vbi tenetur ſtare contractibus, & pactis Principis tenetur ſtare cum ſuis qualitatibus. caſ.28 nu.133. & dummodo contineant iuſtitiam naturalem, & æquitatem.nu.135 104

Succeſſor in primogenitura, vel maioratu tenetur ſoluere debita contracta ab eo qui inſtituit ipſam primogenituram, vel maioratum ſi ea facta eſt de vniuerſa hereditate, vel vniuerſis bonis.caſ.28.num. 112. extenditur, & declaratur.nu.113. & ſeqq. 103

Succeſſor certarum rerum non tenetur ad es alienum contractum à præceſſore.caſ.28.nu.123. 103

Succeſſori electiuo non tranſit ius, ſed creatur de nouo.caſ. 28.nu.140 104

Succeſſoris ex perſona non debent iura alterius deteriora fieri.caſ.40.num.34.& ſeqq. 137

Succeſſorium edictum non habet locum in ſuitate caſ.8. num.44 46

Suitas quando, quomodo, & quibus modis ceſſet, & tollatur, caſ.8 num.55.& ſeqq. 46

Suitas non tranſmittitur caſ.8.nu.176.in fine. 60

Suitate ceſſante licet ceſſet tranſmiſſio hereditatis non aditæ ad quoſcunque, tamen nõ ceſſat tranſmiſſio iure ſanguinis, & iuris deliberandi.caſ. 8.nu.112 53

Suitatis duo ſunt requiſita: videlicet primus locus, & gradus lineæ deſcendentium.caſ.8.num.43. 45. 46. Et vt quis ſit in poteſtate morientis de cuius ſucceſſione agitur.nu.47. Fallit vt in nu.ſeqq. 45

Suitas ſine patria poteſtate non dicitur ſuitas propriè, ſed fictè.caſu 8.nu.54 46

Suitatis beneficium excedit beneficium leg.vnic.C.de his qui ant. apert. tab. in eo tantùm quod ſuus tranſmittit ad quoſcunque.caſ.8.nu.112 53

Supplementum legitimæ ineſt ipſo iure caſ.18. numer. 6. fol. 80

T

Taciturnitas & pacientia non inducit conſenſum in caſ.quæ contradicendo non poteſt quis impedire. bis 13.nu.12 69

Tale eſſe aliud eſt, & aliud haberi pro tale.caſ. 18. nu.3. fol. 80

Tempus illud in quolibet actu attenditur, quo diſpoſitio effectum ſumit.caſ.1.num.102 14

Tempus quod differtur in tempus nuptiarum dicitur incertum.caſ.3.nu.14.fol.34.& caſ.17.nu.56 79

Teſtamentum ex capite præteritionis non poſſunt impugnare filiæ dotatæ à ſtatuto excluſæ: vide in verb.filiæ.

Teſtamentum, in quo præteritus eſt filius in poteſtate, eſt ipſo iure nullum.caſ.11. nu. 1. etiam ſi filius illud non dicat nullum.nu.2 65

Teſtamentum patris ius dicendi nullum tranſmittitur à filio, licet illud agnitum, vel intentatum non fuerit in eius vita.caſ.11.nu.5.& 6 65

Teſtamentum non rumpunt, hi quibus ab inteſtato nihil debetur, caſu 11.nu.8 65

Teſtamentum nullum, ius dicendi non tranſmittitur in fiſcum.caſ.11.nu.17 66

Teſtamentum nullum, ius dicendi tranſmittitur, ſi eſt nullum ipſo iure, ſecus quando non eſt ipſo iure nullum.caſ. 11.nu.16 66

Teſtamentum nullum, ius dicendi competit filio præterito, & ſupponit nullitatem teſtamenti.caſ.12.numer.1. fol. 66

Teſtamenti vna pars aliam declarat.caſ.1.nu.129 17

Teſtator quod non loquitur, velle non præſumitur.caſ.1. nu.132 17

Teſtatoris coniecturæ: alia vide in verb. coniecturæ: & in verb.voluntas.

Teſtatoris iuſſus, vt ab hæredibus renouetur ſocietas ſeruandus eſt.caſ 60.nu.3 171

Teſtatoris verba in dubio debent conformari cum diſpoſitione legis.caſ.primo.nu.184 22

Teſtatus pro parte & pro parte inteſtatus nemo decedere poteſt caſ.11.num.14. quod eſt verum de iure communi, ſecus de iure ſtatutario.nu.15 66

Titulo ſingulari quæ deferuntur, an tranſmittantur ſine agnitione.vide in verbo eaquæ.

Tranſactio quando hæredibus, vel ſucceſſoribus noceat vel proſit, vide caſ.34 115

Tranſactio dicitur omnis actus per quem receditur à lite. caſ.74.num.14. & dicitur actus voluntarius.num.8. fol. 188

Tranſigere & compromittere æquiparantur.caſ.35.num. 29 121

Tranſmiſſio quid ſit euident.nu.1.& 2 1

Tranſmiſſio in quibus differat à vocatione euident.ſol. 1. 2.& 3

Tranſmittentis hæres tenetur legatarijs, & creditoribus ſatisfacere.euident.nu.6 2

Tranſmiſſibile poteſt facere teſtator id quod ſui natura tranſmiſſibile non eſt.caſ.1.nu.64.fol.10.& caſ.2. nu. 30 fol.32.& caſ.7.num.29 fol.39.& caſ.8.num.173. fol.59.& quod tranſmiſſibile eſt à die mortis teſtatoris poteſt facere quod tranſmiſſibile ſit poſt certum tempus tantùm, adhibita tamen diſtinctione.caſ. 2. num. 31 32

Tranſmiſſibilia quæ non ſunt ad hæredes, neque ceſſibilia ſunt.caſ.1.num.261.fol.28.& caſ.23.nu.27.vbi dantur exẽpla & procedit concluſio negatiuè non affirmatiuè.caſ.37.nu 9.10 127

Tranſmiſſibilis ſemel facta res ſemper durat tranſmiſſibilis.caſ.37.nu.8 127

Tranſ-

# INDEX.


Tranſmiſſio ad extraneos impeditur ob exiſtentiam nepotis non repudiantis hæreditatem patris.caſ.8.num.93. fol. 50

Tranſmiſſio facilius conceditur, quàm ceſſio.caſ.36. num. 30 126

Tranſmiſſio facilius fit, quàm inducitur vocatio. caſ.1: num.117 16

Tranſmiſſio eſt fortior iure accreſcendi. caſ.8.num.38. & fortior iure ſubſtitutionis.num.39.fol.45 & caſ.7.nu. 4 & ſeqq. 37

Tranſmiſſio hæreditatis non aditæ eſt commodum, & fauor filij.caſ 8.nu.23 43

Tranſmiſſionis iure admittuntur concepti poſt mortem, non autem iure propriæ vocationis. euident. num.14. fol. 3

Tranſmiſſio legati, & fideicommiſſi an ſit fauorabilis, vel odioſa.euident.nu.16.17.18 3

Tranſmiſſio, quæ fit ad deſcendentes de hæreditate aſcendentium non adita ex leg.vnic.C.de his qui ant.apert. tab.excludit ſubſtitutum vulgarem. caſ.8. num. 110. fol.52. ac etiam excludit eum qui venit per ius accreſcendi.nu.38 45

Tranſmittuntur ſiue agnitione quæ beneficio legis, vel ex conceſſione Principis, vel conſuetudine, vel ſtatuto, vel titulo ſingulari deferuntur: vide verb. ea quæ.

Tranſmiſſio fit cum iuribus, & prærogatiuis tranſmittentis.caſ.8.nu.121 53

Tranſmittentis hæres eſſe debet, qui ſuccedit ex tranſmiſſione euident.nu.4 2

Tranſmitti vel cedi non poteſt qualitas in aliquo requiſita.caſ.23.nu.4.vbi per exempla. 85

Tranſmiſſarius habere debet qualitates requiſitas in trãſmittente caſ.23.nu.4 85

Tranſmiſſarius vtitur iure & perſona tranſmittentis caſ. 28.num 134 fol. 104. & ingreditur locum & ſtatum tranſmittentis.caſ.8.nu.179 60

Trebellianica, & Falcidia tranſmittuntur etiam non agnitæ, & acceptatæ caſ.10.nu.24 64

Tutoris ſcientia cenſetur ſcientia pupilli.caſ.8.num.135. fol. 55

V

Velleiani Senatuſconſ. beneficium ad hæredes tranſmittitur.caſ.23.nu.8 86

Venditio, vel locatio aliud eſt, & aliud eſt promiſſio de vendendo, vel locando.caſ.36.nu.27 126

Venditione facta pro centum, & pro eo pluri quod Titius arbitrabitur, Titio non arbitrante, poteſt recurri ad iudicem.caſ.36.num.11.Idem ſi dictum ſit, quod ſi apparebit rem venditã eſſe emphiteoticam diminuatur prætium arbitrio talis 12.& idem generaliter eſt, vbi eſt remiſſum aliquod accidens, vel aliqua qualitas.numer. 13 124

Veneti dominij conſuetudo eſt, vt acquiſita facta à perſonis eccleſiaſticis ad hæredes liberè tranſmittuntur.idẽ eſt de conſuetudine Galliæ, & Hiſpaniæ.caſ.69.num.7. fol. 182

Veneti nati ex matre ignobili ad actus nobilitatis Venetæ non admittuntur.caſ.29.num.57 111

Veneti non admittunt in eorum conſilium illegitimè natos etiam legitimatos per ſubſequens matrimonium.caſ. 29.num.42 110

Verba: arbitrio talis; in contractibus faciunt conditionem, in vltimis voluntatibus ſecus.caſ.36.nu.14. Fallit nu 15 124

Verba deſeruire debent intentioni, non intẽtio verbis.caſ. 1.nu.53 9

Verba prolata à lege, vel ſtatuto referuntur ad habiles; ſecus ſi ab homine.caſ.63.nu.6 176

Verba quæ important conditionem, ex coniecturata mente teſtatoris important diem.caſ.2.nu.32 32

Verba ſunt intelligenda cum effectu, & in ſuo potentiori ſignificatu, caſu 17.nu.42 78

Verba teſtatoris in dubio debent conformari cum diſpoſitione legis caſu 1.nu.184 22

Verbum: cæteros: compræhendit omnes & ſingulos.caſ.42. num. 3 140

Verſio in vtilitatem, vel neceſſitatem quomodo probetur. caſ.28.num.107 102

Violentiæ vitium alio modo purgatur in re mobili, alio modo in immobili.caſ.28.nu.22 95

Virgo deflorata tranſmittit ius conſtituendæ dotis ad hæredes, & contra hæredes.caſ.19.nu.24 82

Vis expulſiua, vel ablatiua ſola afficit rem vitio reali, vis autem compulſiua ſecus.caſu 28.nu.23 95

Vitium perſonale tranſit ad ſucceſſorem vniuerſalem, caſ. 28.num.26. ſiue vtatur acceſſione temporis ſui autoris, ſiue non.27.& hoc verum eſt etiam de iure Canonico, nu.28 95

Vitium merè perſonale quodnam ſit; adducuntur exempla.caſ.28.nu.25 95

Vitium reale de iure ciuili purgatur lapſu 30. annorum, ſecus de iure Canonico, caſ.28.nu.24 95

Vna, & eadem res non debet diuerſo iure cenſeri.caſ.8.nu. 35 45

Vnionis natura eſt, vt vnita reducat ad vnam eßentiam. caſ.1.nu.194 23

Vnionis ratione, diſpoſitio aſſumit naturam principalis. caſ.1.nu.193 23

Vniuerſitas, & populus nunquam moritur. caſ.35.num. 21 120

Vocatio quid ſit, euident.nu.3 2

Vocatio in quibus differat à tranſmiſsione in euident. per totum. 1.2.& 3

Vocationis iure ſuccedens non eſt neceſſe, quod ſit hæres anteceſſoris.euident.nu.5 2

Voluntas morte finitur, & ad hæredes non tranſit.caſ.43. nu.4 143

Voluntatem defuncti facultas declarandi non tranſit ad hæredes.caſ.16.num.1.neque ad filios, nu.8. neque cedi poteſt.nu.9.fol.73. idem de voluntate alterius tertij. num.14.Fallit ſi non præiudicat. 10. 11. Fallit etiam num.ſeqq.

Voluntatis defuncti declaratio fienda eſt per Iudicem, & fieri debet mediãtibus coniecturis, caſ.16.nu.4.aliquãdo fit per aduocatos, aliquando per interpretes.5 73

Voluntatem defuncti facultas declarandi quoad executionem tranſit ad hæredes.caſ.16.nu.15 74

Voluntatem defuncti poteſt declarare hæres bene informatus de ea: ſed refellitur.caſ.16.nu.16 74

Voluntas teſtatoris etiam coniecturata facit, vt legatum, & fideicommiſsum conditionale tranſmiſsibile ſit etiam ad hæredes extraneos, caſ. 1. numero 66. fol. 10. Ampliatur num. 68. & ſeqq. Fallit nu. 86. & ſeqq.


Volun-

# INDEX.


Voluntas expreſſa teſtatoris facit ceſſare tacitam, caſ. 7. nu. 6 — 38

Voluntas teſtatoris magis attendenda eſt, quàm verba, ſeu propria ſignificatio verborum, caſ. 1. nu. 52. & ſeqq. fol. — 9

Voluntas teſtatoris. in teſtamentis totum facit, caſ. 1. nu. 65. fol. 10. ampliatur numero 67. & ſeqq. & numero 137

Voluntas teſtatoris ſeruanda eſt pro lege, & publicè intereſt illam ſeruari euident. nu. 18 — 3

Voluntas teſtatoris, qui erat aliàs relicturus præualet conditioni appoſitæ legato. caſ. 17. nu. 32 — 78

Voluntas teſtatoris eſt ambulatoria vſque ad mortem. caſ. 45. nu. 24 — 147

Voluntatis ſecretum ſoli Deo patet, iſquè ſolus eſt intentionis hominum ſcrutator, caſ. 16. nu. 2 — 73

Voti obligatio tranſit ad hæredes ſi per eos impleri poteſt, ſecus alias caſ. 28. nu. 143 — 104

Vſucapio, & præſcriptio incæpta cum defuncto completur ab hærede ſine noua apprehenſione poſſeſſionis. caſ. 39. num. 27. Et pariter completur ab hæreditate iacente, num. 28 — 134

Vſurarij bona ad tertium peruenta non ſunt tacitè obligata pro reſtitutione vſurarum. caſ. 28. nu. 41 — 96

Vſuras reſtituendi onus ad hæredes tàm ſuos quàm extraneos tranſit. caſ. 28. num. 38. In emptorem autem, ſeu alium ſingularem ſucceſſorem ſecus. 40 — 96

Vſuras repetendi ius, ac etiam ius petendi editionem librorum rationum vſurarij ſimiliter trāſit ad hæredes, & contra eos ſecus eſt de pæna vſurarum. caſ. 28. nu. 39. fol. 96. & caſ. 65. nu. 2 — 177

Vſus non tranſmittitur ad hæredes, nec aliquo modo transfertur in alium, caſu 67. nu. 1 — 180

Vſufructus morte vſufructuarij finitur, & non tranſmittitur ad hæredes. caſ. 66. num. 1. Ampliatur & declaratur nu. 2. & pluribus ſeqq. — 178

Vſusfructus legatus ad certum, & limitatum tempus; legatario ante illud tempus decedente non tranſmittitur pro reſiduo temporis. caſ. 66. nu. 3 — 178

Vſusfructus durante vita vſufructuarij quoad perceptionem vēdi, cedi, & donari poteſt, ſecus quoad ipſum ius vtendi, & idem eſt de fructibus decimarum, & Eccleſiarum. caſ. 66. nu. 21 — 179

Vſusfructus non accreſcit portioni, ſed perſonæ. caſ. 15. nu. 17 — 72

Vſufructuarius non poteſt noua ædificia fabricare, ideo expenſas non repetit, nec tranſmittit. caſ. 38. num. 41. fol. — 131

Vſusfructus, vſus, & habitationis legatum cedit à die aditæ hæreditatis, non à die mortis teſtatoris. caſ. 2. num. 11 — 30

Vſufructuario ſuperuiuente hæredi, an idem hæres interim tranſmittat hæreditatem. caſ. 8. nu. 153 — 56

Vſufructuandi cauſa, vel ad vtendum relicta aliqua re, an ea trāſmittatur. caſ. 66. nu. 24. fol. 179. & quid ſi additum eſt, vt illa non poſſit alienari. — 27

Vxoris lucrum ex auth. præterea. non agnitum non tranſmittitur. caſ. 20. nu. 5 — 83

Vxor tranſiens ad ſecunda vota amittit proprietatem omnium bonorum acquiſitorum ex ſubſtantia primi coniugis, etiam donationis propter nuptias, & dotis ab eo conſtitutę. caſ. 13. nu. 5 — 68


# FINIS.

# DE TRANSMISSIONE

## Tractatus

## NICOLAI NOALIS IVRISCONS. VENETI.

*SVMMARIVM,*

1. *Tranſmiſsio propriè ſumpta quid ſit; Et quid impropriè ſumpta, 2.*
3 *Vocatio quid ſit.*
4 *Succedens ex tranſmiſsione, debet eſſe hæres tranſmittentis; Iccirco tenetur ſatisfacere legatarijs, & creditoribus illius.*
*Et rem tranſmiſſam in inuentario deſcribere, 7.*
*Secus eſt de ſuccedente iure propriæ vocationis, 5 6, 7.*
8 *Succedens ex tranſmiſsione, dicitur quodammodo ſuccedere teſtatori, proprie tamen ſuccedit tranſmittenti.*
9 *Quādo quis venit iure propriæ vocationis, legatū, & fideicōmiſsum nō corruit legatario, & fideicōmiſſario eius antecesſore præmoriēte teſtatori, ſecus quando venit iure tranſmiſsionis, 10. niſi extarent coniecturæ pro tranſmiſsione, vel legatum, & fideicommiſſum eſſet factum in contractu, 11.*
12 *Nullum ius acquiſitum dicitur in re legata viuente teſtatore.*
13 *Succedentes ex propria vocatione, ſi plures ſunt, ſuccedunt in capita, ſuccedentes iure tranſmiſsionis in ſtirpes.*
14 *Concepti poſt mortem eius de cuius hæreditate tractatur, admittuntur iure tranſmiſsionis, non iure propriæ vocationis.*
15 *Nulla eſt differentia inter legatum, & fideicommiſſum quoad effectum tranſmiſsionis.*
16 *Tranſmiſsio legati, & fideicommiſsi, an ſit fauorabilis, vel odioſa.*
17 *Nulla ſubſtitutio de iure communi tranſmittitur ad hæredes.*
18 *Voluntas teſtatoris ſeruanda eſt pro le gi & publicè intereſt illam ſeruari.*

PRo euidentia terminorum premitto aliud eſſe tranſmiſſionem, & aliud eſſe vocationē: tranſmiſſio quæ eſt materia noſtra dupliciter accipitur:
1 etenim propriè ſumpta dicitur illa, qua quis ad aliquam ſucceſſionem, ſubſtitutionem, vel actionem venit non vocatus à iure, vel à teſtatore, & ſic non ex perſona ſua, quippe quæ vocata non eſt, ſed ex perſona hæredis, legatarij, vel fideicommiſſarij, qui à iure, vel à teſtatore expreſsè vocatus fuit, & tanquam eiuſdē hæredis, legatarij, vel fideicommiſſarij hæres, quia hæres tranſmittentis eſſe de-
2 bet, vt ſtatim dicam, & diffinitur huiuſmodi tranſmiſſio, vt ſit quædam ſucceſſionis prorogatio eiuſdem formæ, & naturæ. Bald. in l. cū proponas. nu. 5. verſic. ſecunda. C. de hæred. inſtit. Vaſqu. de ſucceſſ. progreſſ. §. 6. num. 1. Gomez. variar. reſolut. tom. 1. cap. 9. num. 46. in fine. & num. 50. verb. primò. verſ. cōfirmatur. Craſſ. in §. tranſmiſſio. quæſt. 17. num. 1. & quæſt. 25. numero 3. & facit text. in l. cum

in antiquioribus. verſic. & ſi quidem C. de
iur. deliber. Alia tranſmiſſio impropriè ſum-
pta ea eſt, dum agitur, quod aliqua res ſit ad
alios tranſitoria, vt priuilegium, actio, con-
tractus, & his ſimilia, quæ in ſuo proprio ſi-
gnificatu tranſitio vocatur. Craſſ. in d. §. trãſ-
miſſio. quæſt. 17. in princ. & quæſt. 29. in
3 princ. Vocatio autem dicitur illa, qua quis
ad aliquam ſucceſſionem, ſubſtitutionem, vel
actionem venit vocatus à iure, vel à teſtato-
re, à iure veluti ad ſucceſſionem hæredita-
riam tanquàm proximior, in ea enim ceſſat
tranſmiſſio Bologn. conſil. 9. num. 73. Alex.
Raud. inter conſil. vlt. volunt. conſil. 141. nu.
109. lib. 2. A' teſtatore veluti tanquàm con-
iunctus vel ſubſtitutus, & ſic vti vocatus ex
perſona ſua; non ex perſona hæredis, legata-
rij, vel fideicommiſſarij anteceſſoris, nec tan-
quam illius hæres; & iſta materia vocationis
non ſpectat ad hunc tractatum.
4 Differt etiam trãſmiſsio à vocatione, quia
ſuccedens iure tranſmiſsionis, dicitur ſucce-
dere tanquam hæres tranſmittentis, namque
illius hæres eſſe debet iuxta notata in l. qui
ſe patris. C. vnde lib. & tenet Paul. de Caſtr.
in l. ſi quis. la 2. num. 3. verſic. ſed dubium. &
ibi Iaſ. num. 3. verſic. ſexto limita. C. de inoff.
teſtam. Ripa in l. hæredes mei, §. cum ita. nu.
63. verſic. pro reſolutione. & Zanch. num.
201. ff. ad Trebell. idem Paul. de Caſtr. con-
ſil. 254. num. 1. verſic. in puncto verò. lib. 1.
Crauet. in l. cum filiofamilias, in 2. part. num.
340. ff. de leg. 1. Ruin. conſil. 22. num. 16. lib.
3. Socin. Sen. conſ. 61. num. 13. lib. 1. & con-
ſil. 67. num. 14. lib. 4. Pariſ. conſil. 32. num. 2.
lib. 3. quod tamen intelligitur ſi vult ſucce-
dere iure tranſmiſſionis, aliàs enim ſi poſſet
ſuccedere iure accreſcendi, vel ſucceſſorio e-
dicto, poſſet repudiata hæreditate tranſmiſſa
ſuccedere ex propria ſua perſona iure accre-
ſcendi, vel ſucceſſorio edicto l. 1. §. ſed viden-
dum. ff. de ſucceſſ. edict. DD. in l. 1. C. qui ad-
mitt. ſuccedens verò iure propriæ vocatio-
nis, & ex propria ſua perſona neceſſe non ha-
bet, vt ſit hæres anteceſſoris. Torniell. in d. §.
cum ita. num. 62. verſic. vtilitas autem eſt;
ideo ſuccedens iure tranſmiſſionis quia hæ-
res eſſe debet tranſmittentis, tenetur legata-
rijs, & creditoribus eiuſdem tranſmittentis
ſatisfacere, quod facere non tenetur ſuccedẽs
iure propriæ vocationis. idem Torniell. in d.
§. cũ ita. nu. 62. verſ. vtilitas autem eſt; & ibi
7 Zanch. nu. 204. item tenetur etiam rem ad ſe
tranſmiſſam, vti quid hereditarium in inuen-
tario ipſius tranſmittentis deſcribere, vt con-
tra Torniell. rectius ſenſit Bal. in l. vnica. nu.
9. C. vt actio. ab hæred. & contr. hæred. Zan-
ch. in d. l. hæredes mei, §. cum ita, num. 203. in
fine, quod pariter facere non tenetur ſucce-
dens iure vocationis, cum illam ab anteceſſo-
8 re non recognoſcat. Nec obſtat, quod ſucce-
dens iure tranſmiſſionis dicatur ſuccedere te-
ſtatori. Ruin. conſ. 22. num. 15. verſ. ſi ergo,
& conſ. 39. nu. 7. lib. 3. attento quòd dicitur
ſuccedere in fideicommiſſo agnoſcendo, &
acceptãdo, non vti agnito, & acquiſito. Ruin.
d. conſ. 22. nu. 15. lib. 3. Zanch. in l. hæredes
mei, §. cum ita, num. 200. & num. 343. Socin.
ſen. conſ. 67. col. penul. lib. 4. Menoch. conſil.
105. num. 92. quia reſpondetur, quòd licet ve
niens ex tranſmiſſione dicatur quodammo-
do, & ſecundum quid ſuccedere teſtatori.
Ruin. conſ. 39. nu. 7. verſ. quando. vol. 3. Iaſ.
in l. ſi infanti. num. 15. in fine. C. de iure deli-
ber. propriè tamen ſuccedit tranſmittenti, &
ius tranſmiſſum capitur tanquàm hæreditas
illius, qui tranſmittit, non autem primi de-
functi l. fin. C. de hæred. inſtit. & poſt Socin.
in d. conſi. 67. num. 14. lib. 4. aduertit Zanch.
in d. §. cum ita, num. 202. Burſat. conſil. 61.
num. 15. Riminald. conſ. 607. num. 51. Surd.
deciſ. 140. num. 16. & ſeqq. Ruſtic. in com-
ment. ad l. cum auus. lib. 4. cap. 13. num. 9.
9 Differt etiam; nam quando quis venit tan-
quam vocatus, & ſic ex iure proprio, & ex
propria perſona; tunc legatum, & fideicom-
miſſum non corruit, ſi legatarius, & fideicom-
miſſarius eius anteceſſor moriatur ante teſta-
torem. l. vnica, §. pro ſecundo. verſ. niſi & in
hunc caſum, C. de caduc. tollen. Torniell. in l.
hæredes mei. §. cum ita. nu. 62. in fi. ff. ad Tre-
10 bell. Sed diuerſum eſt, quando quis ſuccedit
iure tranſmiſſionis, quia legatum, & fideicom
miſſum, morte legatarij, & fideicommiſſarij
ſecuta viuente teſtatore, efficitur quaſi cadu-
cũ, l. ſi Auguſtæ. ff. de leg. 2. d. l. vnic. §. pro ſe-
cũdo. C. de caduc. tollen. Crauet. in l. cũ filio-
familias in 2. par. nu. 266. ff. de leg. 1. ex ſnĩa
Paul. de Caſt. in l. ciuitatibus. §. 1. ff. de leg. 1.
11 & Corn. conſ. 118. num. 6. lib. 2. præterquã ſi
extarẽt cõiecturæ teſtatoris pro tranſmiſſione
vel fideicommiſſum factum eſſet in cõtractu,
vt dicam in ſecundo caſu nu. 33. & conſequẽ-
ter vti caducum non poteſt tranſmitti. arg. l.
eius qui in prouincia. ff. ſi cert. pet. viuente .n.
12 teſtatore non dicitur cauſatum in re legata a-
liquod ius, ſeu ſpes tranſmiſſibilis, cũ ſpes nul
la eſſe poſſit apud inſtitutũ, & grauatũ, viuẽte
teſtatore. l. fi. C. de pact. & tradũt Bar. & alij in
l. is poteſt. ff. de acquir. hær. Torn. in d. §. cũ ita

num.

13 num.62.in fi. Differt vlteriùs,quia ſucceden
tes ex propria vocatione, ſi plures ſunt, ſuc-
cedunt in capita æquis portionibus;ſuccedē-
tes autem iure tranſmiſſionis ſuccedũt in ſtir-
pes. Pariſ.conſ.4.num.6.& num.17.lib.3.ac
14 item differt, nam licet regulariter concepti
poſt mortem teſtatoris, vel alterius aſcenden
tis,de cuius hæreditate tractatur,non admit-
tãtur ad ſucceſſionem ex propria eorum per-
ſona l.ſi quis exhæredato.§.non fuiſſe.verſic.
ſed hoc ita.ff.de iniuſt.rupt.glo.1.in l.ſi quis
filium.vbi Cyn.Bald.Salicet.& Caſtren.C.
de inoffic. teſtamen. Tiraquel.de retract. li-
gnag.§.1.gloſ.9.num.83.vbi alios allegat,
quam materiam per vndecim caſus diſtinguit
Menoch.de præſumpt.lib.4.præſumpt.93.
tamen bene admittuntur ex perſona paren-
tum, vigore ſcilicet tranſmiſſionis, beneficio
l.vnic. C. de his qui ante aper. tabul. Bart.in
d.l.vnic.num.5.Bald.num.3.Paul.de Caſtr.
num.2.Iaſ.in d.l.ſi quis filium.num.8.idem
Caſtren.in l.ſi in perſonam.C.de fideicom.&
Tiraq.in loco citato.num.93.Gomez.variar.
reſol.tom.1.cap.9.num.44.Vaſq.in l.ſi quis
filium.num.13.C.de inoff.teſtam.
15 Secundo præmitto nullam extare differē-
tiam quoad effectum tranſmiſſionis inter le-
gatum,& fideicommiſſum. Rom.conſil.162.
num.1.Barbat.conſ.55.colum.3.lib.2.Zan-
ch.in l.heredes mei.§.cum ita.num.151.ff.ad
Trebell.nam legata, & fideicommiſſa ſunt in
omnibus æquiparata.l.1.ff.de leg.1.l.2.C.
commun.de legat.
16 Tertio præmitto illud dubium, an tranſ-
miſſio legati,& fideicommiſſi ſit fauorabilis,
vel odioſa. Nam quod ſit fauorabilis,conſi-
deratur tex,in §.optionis.& ibi gloſ. in verb.
contra beneuolentiam.Inſtit.de legat.vbi di-
citur, quod contra beneuolentiam teſtatoris
eſt,& contra æquitatem interire legatum, &
non tranſmitti, & ita quod ſit fauorabilis, te-
net Bald.in l.3.num.3.C.de iure deliber.&
conſ.145.lib.1.Sapia in l.cum in antiquiori-
bus.nu.21.C.de iur.delib.Soc.in l.qui duos.
nu.25.in fi.ff.de reb.dub.Zanch. in d.§.cum
ita.num.212.& Simon de Pręt.de interpręt.
vlt.volunt.fol.213.ſub num.24.E' contra ve
rò, quòd ſit odioſa, probatur ex eo, quia eſt
contra ius commune, & de iure ſpeciali, cum
17 nulla ſubſtitutio de iure communi tranſmit-
tatur ad hæredes Bal.in l.quidam elogio.nu.
18.verſ.in contrarium.C.de iure deliber.Ale
xan.conſ.36.num.3.verſic.confirmantur prę
dicti.lib.3. Crauet.conſil.67.num.6.verſic.
ſed iſta.Zanch.in d.§.cum ita.nu.164.idem
Bald.conſ.132.col.1.verſ.ſupereſt volum.2.
Alex.Raud.alios referens.conſ.vlt.num.82.
inter conſ.vlt.vol.lib.2.& trãſmiſſio ſit quæ-
dam extenſio fideicommiſſi de vna perſona
in aliam,quæ extenſio permiſſa non eſt. Dec.
conſil.211.num.5.& conſ.377.num.3. Cra-
uet.conſ.161.nu.11. Torniell. in l. Gallus.§.
quidam recte.num.76.in fi.ff.de lib.& poſth.
Peregrin.de fideicom.artic.1.num.30.& ſic
quod tranſmiſſio ſit odioſa, exiſtimauit idem
Crauet.in l.cum filiofamilias.in 2.part.num.
307.ff.de leg.1. dum dixit tranſmiſſionem
ſui natura odioſam eſſe,& ſic in effectu tenet
in d.conſ.67.num.6.verſic.amplius dico,&
Iaſ.conſil.201.num.10.lib.2.vbi dixit illam
eſſe ſtricti iuris,& contra iuris regulas; & hos
ſecutus eſt Menoch.conſ.200.nu.119. Hon-
ded.conſ.56.in fin.lib.2. Petra de fideicom.
quæſt.9.ſub num.254.verſic. concludendo.
18 Sed pro reſolutione diſtinguitur, quod aut
conſtat de voluntate teſtatoris, & tunc dici-
tur fauorabilis, cum agatur de ſeruãda ipſius
teſtatoris voluntate, quæ pro lege ſeruanda
eſt.l.1.C.de ſacroſan.eccleſ.§.diſponat.in au
th. de nupt. & publicè intereſt illam ſeruari.
l.vel negare.ff.quemadmod.teſt.aperian.Iaſ.
in l.Gallus.§.quod ſi is.in 2.lect.num.7.ff. de
lib.& poſth.& in his terminis, & quòd tranſ-
miſſio ſit fauorabilis,quando extant coniectu
ræ tranſmiſſionis,dixit Crauet.in d.l.cum fi-
liofamilias,in 2.part.num.307.ff.de leg.1.&
Mantic.de coniect.vlt.vol.lib.11.tit.20.nu.
5.verſ.ex hoc eleganter:aut ſumus in dubio
quia ſcilicet non conſtat teſtatorem voluiſſe
locum eſſe tranſmiſſioni, & tunc denuò di-
ſtinguitur,quia ſi quærimus de tranſmiſſione
fideicommiſſi,ea reputatur odioſa. Nam cùm
fideicommiſſum pariter in dubio,quando nõ
conſtat teſtatorem ſic voluiſſe diſponere, di-
catur odioſum.Menoch.de præſumpt.lib.4.
præſumpt.67.num.26.cum multis adductis
per Marzar.de fideicommiſſ.quæſt.1.verſic.
1.& per Peregrin.de fideicommiſſ.artic.1.
num.23.multò magis odioſa eſt ipſius fidei-
commiſſi tranſmiſſio;arg.l.1.C.de do.pro-
miſſ. quærimus de tranſmiſſione hæredita-
tis fienda ad deſcendentes,ea reputatur fauo-
rabilis.l.vnic.in fin.C.de his qui ant.apert.
tab. vbi dicitur quod deſideriũ,& inſtitutum
aſcendentium eſt,vt ſucceſſio eorum ad deſcē
dentes tranſmittatur l.fin.§.ſin vero perpe-
tuo.C.de codicill.& expreſsè tradit Iaſ.conſ.
201.num.6.vol.2.& Præt.de interpræt.vlt.
vol.fol.210.num.1. Si autem de tranſmiſſio-
ne hæreditatis fienda ad extraneos, ea odioſa

eſt tanquàm contra deſiderium, & inſtitutum eorundem aſcendentium per textum in d. l. vnic. in fin. C. de his qui ant. apert. tab. illum inducendo à contrario ſenſu.

## SVMMARIVM.

1 *Legata, & fideicommiſſa conditionalia cedũt à die impletæ conditionis, ideo legatarijs, vel fideicommiſſarijs ante eius implementum decedentibus, remanent extincta, & ad hæredes non tranſmittuntur. 2.*

3 *Subſtitutio, quæ nondum competit, non dicitur eſſe in bonis noſtris.*

4 *Legatarius, vel fideicommiſſarius conditionalis non dicitur eſſe creditor.*

5 *Hæredes legatarij, vel fideicommiſſarij ſuccedunt magis ex diſpoſitione legis, quàm ex iudicio teſtatoris.*

6 *Hæres decedens conditione pendente, non tranſmittit hæreditatem, neque ad liberos, & deſcendentes, 3.*

7 *Facultas implendi conditionem in vltimis voluntatibus ad hæredes non tranſmittitur.*

8 *Primogenitura inſtituta ſub conditione in vltimis voluntatibus non tranſmittitur, ſecus ſi per viam contractus.*

9 *Tacita conditio, quæ tacitè ineſt ex natura rei legatæ, vel ex legis diſpoſitione non facit conditionem, nec impedit tranſmiſsionem: ampliatur, & declaratur num. 15. & ſeqq.*

*Et quomodo dicatur ineſſe ex natura rei legatæ vel ex legis diſpoſitione. 11. 12. 13. 14.*

10 *Legatum, & fideicommiſſum purum ad effectum tranſmiſsionis cedit à morte teſtatoris, ſiue ſit particulare, ſiue vniuerſale.*

16 *Verba teſtatoris in dubio debent conformari cum diſpoſitione legis.*

17 *Conditio iuris, quæ exprimitur ab homine, nõ dicitur conditio hominis, ſed iuris.*

20 *Expreſſum facit ceſſare præſumptum.*

27 *Dies legati, & fideicommiſsi relicti ſub conditione, quæ tacitè reſultat ex teſtamento, ſeu ex teſtatoris diſpoſitione, cedit à die impletæ conditionis, & dantur exempla. Et legatarius vel fideicommiſſarius interim decedens non tranſmittit.*

*Ampliatur num. 28. declaratur nu. 29. 30.*

31 *Conditio expreſſa quibus verbis inducatur: remiſsiue.*

32 *Legata, & fideicommiſſa relicta ſub conditione non tranſmittuntur neque ad liberos, vel deſcendentes: idem de hæreditate. 33. ampliatur nu. 34. & ſeqq.*

37 *Legitima & trebellianica non recipit conditionem.*

38 *Subſtitutio, ſiue ea ſit conditionalis expreſſa, ſiue ſimplex directa, non tranſmittitur.*

39 *Hæres ſubſtitui poteſt legatario, & fidei commiſſario.*

40 *Hæres ſubſtitutus legatario, vel fideicommiſſario decedenti ſine liberis, hoc modo; relinquo centum Titio, & eo decendente ſine liberis, ea centum reuertantur ad hæredem meum vniuerſalem; ſi idem hæres decedat ante legatarium, vel fideicommiſſarium, non tranſmittit.*

*Idem, ſi hæres ipſe eſſet de deſcendentibus teſtatoris. 41.*

42 *Legatum, vel fidei commiſſum relictum ad tempus tranſmittitur ab hærede teſtatoris prædefuncto: ampliatur & declaratur nu. 44. & ſeqq.*

43 *Concedendo quis ad tempus, videtur poſt illud prohibere.*

47 *Legatum factum ad tempus, legatario interim decedente nõ tranſmittitur pro reſiduo temporis: ſed diſtinguitur.*

51 *Legatum, & fideicommiſſum conditionale, tranſmiſsibile eſt ex tacita voluntate teſtatoris.*

52 *Voluntas teſtatoris magis attendenda eſt, quàm verba, ſeu propria ſignificatio verborum.*

53 *Verba deſeruire debent intentioni, non intentio verbis.*

54 *Cor eſt imperator linguæ, & habet eam ſicut mancipium ſub iuriſdictione ſua.*

55 *Conditio impedit tranſmiſsionem legatorum, & fideicommiſſorum, etiamſi certum ſit eam omnino extituram.*

56 *Subſtitutione facta de fratribus ſuperuiuentibus, & prædefunctorum filijs; non admittuntur filij prædefunctorum, niſi etiam aliquis ex fratribus ſuperuiuat.*

57 *Legata & fideicommiſſa conditionalia in teſtamento relicta non tranſmittuntur ad hæredes legatarij, & fideicommiſſarij defuncti pendente conditione, etiamſi hæres promiſerit ea adimplere in contractu, ac etiam addita clauſula: omni meliori modo.*

58 *Conditio facit legatum, & fidei commiſſum non tranſmiſsibile, etiam ſi eſt conditio poteſtatiua.*

59 *Conditio defecta impedit tranſmiſsionem.*

60 *Legata & fideicommiſſa conditionalia, confiſcatis bonis legatarij & fideicommiſſarij ante aduẽtum conditionis, non tranſeũnt in fiſcum.*

61 *Fi-*

61 *Fiſcus ex bonorum confiſcatione ſuccedit tantum in eo, in quo ſuccederet hæres extraneus ex vniuerſali ſucceſsione.*

62 *Fiſcus exceptis caſibus, vbi reperitur expreſſe priuilegiatus, vtitur iure priuatorũ.*

63 *Legata, & fideicommiſſa conditionalia, tranſmittuntur ad hæredes legatarij & fideicommiſſarij decedentis ante conditionis euentum, ſi teſtator hoc ordinauit; vel ex coniecturis conſtare poteſt de eius voluntate. 66.*

64 *Teſtator poteſt facere, vt quod ſui natura tranſmiſsibile non eſt, tranſmiſsibile ſit:*

65 *Teſtatoris voluntas in teſtamentis totum facit ampliatur nu. 67. & ſeqq. & 137.*

66 *Coniecturata voluntas teſtatoris facit, vt legatum, & fideicommiſſum conditionale, tranſmiſsibile ſit: ampliatur nu. 68. & ſeqq. Fallit num. 86. & ſeqq.*

77 *Geminatio operatur plenam deliberationem, & teſtatoris voluntatem præciſam, ac enixam.*

79 *Dictio; in totum; denotat integritatem ſucceſsionis, non excluſionem tranſmiſsionis.*

80 *Dictio; penitus; nullam limitationem, ſeu modificationem recipit.*

82 *Dictio; alius; ſeu alter, eſt dictio relatiua, & repræſentatiua eiuſdem qualitatis, cuius erat ille, de quo eſt facta mentio.*

83 *Coniecturæ operantur, vt locus ſit tranſmiſsioni, etiam in caſu, quo legatum, & fideicommiſſum eſſet quaſi caducum.*

84 *Hæreditas non adita, ex præſumpta mente teſtatoris tranſmittitur.*

86 *Coniecturæ requiſitæ ad tranſmiſsionem legati, vel fideicommiſsi conditionalis, colligi poſſunt ex verbis teſtamenti, & etiam ex tacita mente teſtatoris aliunde reſultante; Requiritur tamē quod ſint neceſſariæ, aut multum probabiles, 87.*

88 *Coniecturæ pro tranſmiſsione legati, & fideicommiſsi conditionalis recitantur vſque ad num. 189.*

101 *Filiorum appellatione nominatorum nomine proprio non veniunt nepotes.*

102 *In quolibet actu attenditur tempus quo diſpoſitio effectum ſumit.*

105 *Filij poſiti in conditione videntur prædilecti ſubſtitutis.*

106 *Filij poſiti in conditione, an intelligantur ſubſtituti per fideicommiſſum, vel ſolummodo parentibus ſuis ſuccedant ab inteſtato, remiſsiue.*

107 *Ius accreſcendi ceſſat poſt aditam hereditatem.*

108 *Ius accreſcendi non habet locum inter ſuccedentes diuerſo iure, & quomodo intelligatur, 111.*

109 *Subſtitutio vulgaris tollit ius accreſcendi, & quomodo intelligatur, num ſeqq.*

117 *Tranſmiſsio facilius fit, quam inducitur vocatio.*

118 *Continuatio facilius inducitur, quàm noua acquiſitio.*

119 *Subſtitutione facta poſt mortem plurium, pluralitas reſoluitur in ſingularitates.*

120 *Fallit ſi ſupereſt aliqua perſona, quæ ex veriſimili mente defuncti excludit ſubſtitutum: Et quando pluralitas reſoluatur in ſingularitates: remiſsiue, 176.*

128 *Secunda ſubſtitutio recipit interpretationē à præcedenti.*

129 *Vna pars teſtamenti alteram declarat.*

131 *Illa ſubſtitutio locum non habet, quæ in teſtamento non legitur, nec reperitur: intellige non exiſtentibus coniecturis. 136.*

132 *Quod teſtator non loquitur, velle non præſumitur.*

133 *Caſus omiſſus à teſtatore, remanet in diſpoſitione iuris communis.*

134 *Propoſitum in mente retentũ nihil operatur.*

135 *Doctores ſæpius probantes vnam opinionem, illa dicitur illorum opinio, licet contrarium quandoque tenuerint.*

151 *Subdelegatus ſubdelegare non poteſt.*

152 *Procurator non poteſt alterum procuratorem facere, niſi expreſſam facultatem habeat à conſtituente, vel effectus ſit Dominus litis.*

179 *Subſtitutus vocatur ex iuditio teſtatoris, ſecus eſt de hærede.*

180 *Subſtitutionis vulgaris ius, licet non tranſmittatur ad hæredes, tamen tranſmittitur ad ſubſtitutum, idem eſt de ſubſtitutione pupillari. 181.*

192 *Legata, & fideicommiſſa conditionalia tranſmittuntur, quando vnita ſunt cum iure accreſcendi. Declaratur num ſeqq.*

193 *Vnionis ratione, diſpoſitio aſſumit naturam principalis.*

194 *Vnionis natura eſt, vt vnita reducat ad vnā eſſentiam.*

197 *Fideicommiſſa relicta in contractu tranſmittuntur etiam pendente conditione: intellige vt num. 198.*

199 *Sententia quoad tranſmiſsionem an æquiparetur contractui, vel vltimæ voluntati.*

202 *Legata, & fideicommiſſa conditionalia tranſmittuntur, quando conditio eſt purificata vel impleta: vel habetur pro impleta 203. vel pro non appoſita num. 259.*

204 Con-

204 *Conditio quando habeatur pro impleta: & num. ſeqq. & quando babeatur pro non appoſita. 259.*

208 *Conditio poteſtatiua; ſi is cuius intereſt in cauſa eſt, vt non impleatur; habetur pro impleta: Extenditur num. ſeqq. Fallit nu. 215. & ſeqq.*

214 *Remedium ordinarium facit ceſſare extraordinarium.*

220 *Conditio mixta, alia eſt, quæ pendet à caſu, & voluntate: Alia quæ à voluntate duorum.*

221 *Conditio mixta, ſi non impletur per culpam illius, in cuius perſonam debet impleri, habetur pro impleta, ſed ſi per caſum, vel mortem ſecus: Fallit num 222. & ſeqq.*

222 *Conditio mixta deficiens ex facto implere debentis, nunquam habetur pro impleta.*

228 *Conditio mixta deficiens ex facto tertij, ſi impedimentum aſcribitur culpæ caſus, & fortunæ regulatur, vt conditio caſualis; ſi culpæ hominis, vt conditio poteſtatiua.*

229 *Conditio mixta non impleta ex facto eiuſdem teſtatoris, pro impleta non habetur: ſecus ſi impedimentum prouenit ex eius culpa ad hoc non ordinata. 230.*

231 *Conditio quando habeatur pro impleta, & ſeqq.*

241 *Conditio eſt indiuidua, & importat formam.*

242 *Forma debet ad vnguem ſeruari, aliàs vitiatur actus.*

244 *Conditio; ſi ſtuduerit in legibus; intelligitur, ſi doctor euaſerit.*

248 *Conditionalis actus non dicitur, quando verba non ſunt adiecta ſubſtantiæ.*

251 *Conditio; ſi decem Titio dederit; inſpecta eius natura, eſt mixta, ſed quia eſt facilis, reputatur poteſtatiua.*

252 *Conditio poteſtatiua multum difficilis, dicitur mixta.*

253 *Conditio; ſi Titius nupſerit Seia legatariæ: eſt caſualis*

254 *Conditio ſufficit, quod momento impleta ſit, licèt implementum non duret; Fallit quando habet tractum ſucceſsiuum. 255.*

256 *Ille, in cuius perſonam implenda erat conditio, an poſsit pænitere, & facere deficere conditionem, diſtinguitur.*

257 *Mora purgari poteſt ad inducendum exceptionem ſecus ad acquirendum actionem.*

258 *Conditionalis diſpoſitio non dicitur, niſi verba importent conditionem, etiam ſi teſtator dicat; ſub hac conditione.*

260 *Legata, & fideicommiſſa conditionalia, vel in diem incertam relicta, ante euentum conditionis vel diei, non tranſmittuntur, neque per viam ceſsionis, & ſeqq. Declaratur num. 263.*

262 *Quæ tranſmiſsibilia non ſunt ad hæredes, nec ceſsibilia ſunt.*

263 *Hæres vniuerſalis eſt magis dilectus, quàm particularis.*

## CASVS I.

*Fideicommiſſorum, & legatorum conditionalium tranſmiſsio examinatur.*

HIs ſic præmiſſis, trãſmiſſionem legatorum, & fideicommiſſorum aggredior, & incipio à legatis, & fideicommiſſis conditionalibus, vti magis frequẽtibus, & cotidianis. arg. l. legaui. ff. de liberat. legat. l. certè. in fin. ff. de præcar.

1 Legata itaque, & fideicommiſſa relicta ſub conditione cedunt à die impletæ conditionis tantum. l. ſi poſt diem. §. ſed ſi ſub conditione. ff. quand. dies leg. ced. l. vnic. §. ſin autẽ ali
2 quid ſub conditione. C. de caduc. tollend. Ita vt ſi legatarius, vel fideicommiſſarius decedat pendente conditione, legatum, vel fideicommiſſum ſub eadem conditione relictum remanet extinctum. l. intercidit. ff. de condit. & demonſtrat. l. neceſſario. §. quod ſi pendente. ff. de peric. & comm. rei vendit. attento quod conditionalis diſpoſitio ceſſat conditione non impleta. l. cedere diem. ff. de verb. ſignif. l. hæc venditio. in princ. ff. de contrah. empt. & conſequenter legatum ipſum vel fideicommiſſum ad hæredes eiuſdẽ legatarij, vel fideicommiſſarij non tranſmittitur. d. l. vnica. §. ſin autem aliquid ſub conditione. C. de caduc. tollend. l. ſi ita legatum. §. illi ſi volet. l. ſi cui legetur. §. hoc autem. ff. de leg. 1. l. hæres meus. l. ſi ita expreſſum. l. legata ſub conditione. ff. de condit. & demonſtrat. l. ſi pecunia. §. 1. ff. de leg. 2. l. 4. §. ſed & ſi deceſſerit. ff. de aliment. & cibar. leg. l. quidam ita. in princ. ff. ad Trebell. l. 4. l. huiuſmodi. l. ſi Titio. ff. quand. dies leg. ced. l. 1. §. ſi quis ſub conditione. ff. vt legat. ſeu fideicom. nom. l. ſi in perſonam. C. de fideicom. gloſ. in l. hæredes mei. §. cum ita. in verb. ſuſcepiſſet. ff. ad Trebell. Roland. conſ. 38. nu. 11. & ſeqq. lib. 4. Tiraquel. de retract. conſanguin. §. 1. gloſ. 2. num. 25. Roman. conſ. 17. & conſ. 162. & ibi addit. Surd. conſ. 123. nu. 6. & 7. vol. 1. & conſ. 253. nu. 27. vol. 2. Gabriel. concl. 2. nu. 1. & 2. de hæredib. inſtit. Gaill. obſeruat. 132. lib. 2. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 20.

tit. 20. num. 1. Peregr. de fideicommiſſ. art.
31. num. 6. qui omnes alios antiquos, & mo-
3 dernos recenſent: Et ratio quare non tranſ-
mittitur vna eſt, quia ſubſtitutio, quæ non-
dum competit, non dicitur eſſe in bonis no-
ſtris. l. ſubſtitutio. ff. de acquir. rer. domin.
4 Ideoque legatarius, vel fideicommiſſarius
conditionalis pendente conditione non di-
citur eſſe creditor. l. legata. ff. de condit. &
demonſtrat. l. is cui. ff. de action. & oblig. ob
id ceſſat tranſmiſſio. arg. l. traditio. ff. de ac-
quir. rer. dom. l. nemo plus. ff. de reg. iuris. A-
5 lia ratio eſt, quia non conſideratur ex aliqua
parte animus proſpiciendi hæredibus benefi
cio tranſmiſſionis, non ex parte teſtatoris,
quia is non præſumitur voluiſſe hæredibus
legatarij, vel fideicommiſſarij proſpicere,
qui ſuccedunt magis ex diſpoſitione legis, &
fortuitò, quàm ex iuditio teſtatoris. l. ſed & ſi
ſic. in fine. ff. de leg. 3. l. qui liberis. §. hæc ver-
ba. ff. de vulg. quam rationem tradit Signo-
rol. in repet. l. poſt mortem num. 5. C. de fi-
deicom. & illam ſequitur M. ntic. de coniect.
vlt. vol. lib. 11. tit. 20. num. 2. non ex parte le-
gatarij, vel fideicommiſſarij, quia ex parte
eorum nullum factum interuenit gloſ. vlt. in
l. ſi vxorem. C. de condit. inſert. gloſ. vlt. in §.
ex conditionali. inſtit. de verbor. obligat. Iaſ.
in l. ſi is qui pro emptore. num. 319. in princ.
ff. de vſucapion. alia melior ratio eſt quia cū
legatum, & fideicommiſſum cōditionale per
mortem legatarij & fideicommiſſarij ſecu-
tam pendente conditione, ſit extinctum &
peremptum, non poteſt tranſmitti l. qui res.
§. aream ff. de ſolut. l. eius qui in prouincia ff.
ſi cert. pet.
6 Idem eſt quoque de inſtitutione hæredis,
facta ſub conditione, nam ſi hæres conditio-
ne pendente decedat, hæreditatem ad hære-
des non tranſmittit. arg. tex. in d. l. vnic. §. ſin
autem aliquid ſub conditione. C. de cad. tol-
lend. l. vnum ex familia. §. rogo. l. cum pater.
§. hæreditatem. il primo. ff. de leg. 2. l. ſi in per
ſonam. C. de fideicomm. & tenet expreſſim
gloſ. vlt. in l. vnic. C. de his qui ante apert.
tab. & ibi Paul. de Caſtr. nu. 7. Bald. conſ. 84.
ī fi. vol. 4. Crau. cōſ. 258. nu. 15. Gomez. var.
reſol. tom. 1. cap. 9. num. 49. Gabriel. d. con-
cluſ. 2. num. 1. de hæred. inſtit. & idem eſt e-
7 tiam de iure, ac facultate implendi conditio-
nem in vltimis voluntatibus, quia pariter ad
hęredes regulariter non tranſmittitur. l. à te-
ſtatore. ff. de condit. & demoſtrat. l. fin. ff. de
condit. inſtit.
8 Et idem pariter eſt de iure primogenituræ
conditionalis inſtitutæ per viam vltimæ vo-
lūtatis, namque ſi filius interim decedat illud
ad filiū ſuū regulariter nō trāſmittit. Præpoſ.
in cap. 1. nu. 8. verſ. tertiò deducitur. de feud.
march. Alba conſ. 60. nu. 9. Abb. conſ. 85. lib.
1. Paul. de Caſtr. conſ. 164. lib. 2. Tiraq. de iu
reprim. quæſt. 40. nu. 70. Peregr. cōſ. 39. nu.
23. vol. 1. quamuis aliter ſit dum illud com-
petit ex contractu quia tunc pendentia con-
ditionis non impedit tranſmiſſionem primo-
genituræ, vt per Doctores omnes in locis cit.
& idem quādo competit ex conceſſione Prin-
cipis, quia pariter tranſmittitur etiam condi-
tione pēdente. Prepoſ. & Abb. in dictis locis.
9 Sciendum autem eſt antequā vlterius pro-
grediar, quòd conditio, alia eſt tacita, alia ex-
preſſa; & quod conditio tacita adhuc duplex
eſt, vna quæ tacitè ineſt legato, ſeu fideicom-
miſſo ex natura ipſius rei legatæ, vel ex legis
diſpoſitione extrinſecùs à teſtamento; Al-
tera quæ tacitè reſultat ex ipſo teſtamento,
ſiue ex diſpoſitione teſtatoris.

Inquantum ad primam conditionem, quæ
ſcilicet tacitè ineſt ex natura rei legatæ, vel le
gis diſpoſitione, conſtituo concluſionem ne-
gatiuam, quod hęc conditio non facit legatū,
vel fideicommiſſum conditionale, quoad im-
pediendum tranſmiſſionem, ſed legatario, vel
fideicommiſſario, quandocumque poſt mor-
tem teſtatoris decedente, legatum, & fideicō-
miſſum ad eius hæredes tranſmittitur. l. con-
ditiones extrinſecus, & ibi gloſ. vlt. ff. de con-
dit. & demonſtr. l. quod purè. ff. quand. dies
10 leg. ced. Namque ceſſante conditione lega-
tum, & fideicommiſſum remanet purum, &
eius dies quò ad effectum trāſmiſſionis cedit
à morte teſtatoris, vt de legatis, & fideicom-
miſſis particularibus tex. eſt in l. ſi poſt diem.
in princ. ff. quand. dies leg. ced. l. vnica. §. cum
igitur. & §. in nouiſſimo. C. de caduc. tollend.
gloſ. in d. §. cum igitur. in verb. cedere, & ibi
Bart. num. 1. Bald. num. 6. Caſtren. num. 7. &
de fideicommiſſis vniuerſalibus. Bart. in l. cū
filiofamilias. num. 13. Iaſ. nu. 118. Ripa nu.
76. ff. de leg. 1. idem Bart. conſ. 13. num. 10.
Guid. Pap. conſ. 122. num. 4. & 5. & tacitè in-
11 eſſe dicitur ex natura rei legatæ, puta ſi legen
tur fructus, qui ex aliquo fundo naſcentur l.
1. in fine. ff. de condit. & demonſtr. l. cum il-
lud. in fin. l. firmio. ff. quand. dies leg. ced. Ex
diſpoſitione legis dicitur tacitè ineſſe; veluti
ſi relictum ſit legatum, ſi hæres hæreditatem
adierit. l. 3. vbi gloſ. vlt. ff. de leg. 1. l. aliquan-
do. ff. de condit. & demonſtr. hęc enim eſt cō-
12 ditio inducta à lege, quia legatum non debe-
tur

tur legatario, niſi hæres hæreditatem adierit
l.ſi nemo.ff.de reg.iur.l.ſi nemo.ff.de teſtam.
tut.l. eam quam.C. de fideicom. Idem eſt de
conditione appoſita primæ ſubſtitutioni;
nam licet ea tacitè inſit ſecundæ, ita quòd ſe-
cundus ſubſtitutus non poſſit admitti, niſi ve
rificata ipſa conditione, attamen quia verifi-
catio iſtius conditionis procedit ex legis di-
ſpoſitione, ob id tranſmiſſio non impeditur.
Fulgoſ.conſ.14. incip.in quæſtione propoſi-
ta.prope finem.Zãch. in repet.l.hæredes mei
14 §.cum ita.nu.317.ff.ad Trebel. Idemquè eſt,
ſi relictum ſit legatum ſub ea conditione, ſub
quà hæres inſtitutus eſt; huiuſmodi namquè
legatum cenſetur purè relictum quòad tranſ-
miſſionem.l.ſi dies.§. ſi ſub conditione. & ibi
gloſ.in verb.relictum.ff. quãdo dies leg.ced.
l.aliquando.& ibi gloſ.1.ff. de condit. & de-
monſtrat.& alia exempla cumulat Peregr. de
fideicom.art.31.num.23.24.
15 Ampliatur primò iſta concluſio, vt proce-
dat, etiamſi hæc cõditio, quæ tacitè ineſt, ex-
primatur à teſtatore, puta ſi teſtator dixerit;
lego Titio centum ſub hac conditione, ſi hæ-
res hæreditatem adierit; nam legatario, ſeu fi
deicommiſſario præmoriente, nihilominus
adhuc tranſmittitur legatum, vel fideicom-
miſſum. Alexan.in.l.3.num.1.& 4.& ibi Ri-
pa num.13.14.ff.de leg.1.Ruin.conſ.83.nu.
11.& conſ.85.nu.8.lib.2.Zanch.in d.§. cum
ita.nu.318.Mantic.de coniect.lib.11.tit.20.
num.5. addit. ad Bald. in.l. vnic. in princ. in
verb.quia hic.C.de caduc.tollen. Aret.conſ.
92.propè finem.Ioan.de Anan.conſil.75.nu.
1.Crauet.conſil.59.num.1. Contrarium au-
tem quod imò huiuſmodi tale legatum, & fi-
deicommiſſum ſit conditionale, & non tranſ-
miſſibile, voluit Bal.in d.l. vnic. in princ. nu.
13.C.de caduc.tollen. ſequitur Dec. conſ.2.
num.5.Paul. de Caſtr. in l.3. in fi. ff. de leg.
1.& ibi Socin.num.4.qui dicit ab hac opinio
ne in iudicando, & conſulendo non eſſe rece-
dendum.Zanch.in d.§.cum ita.nu.184. Mo-
uentur ex eo, quia teſtator poteſt facere a-
ctum cõditionalem, ſi de eius animo conſtat.
l.in conditionibus.§.1.ff.de condit.& demon
ſtrat.& cum dixerit, ſub hac conditione, col-
ligitur eius mentem, & animum fuiſſe facien-
di conditionem.l.labeo.§.idem Tubero.ff.de
ſuppellec.legat. Prior tamen opinio magis ve
ra eſt, quia non dicitur conſtare de animo, &
voluntate teſtatoris faciendi conditionem,
cum hæc expreſſio ſit de conditione neceſſa-
ria, & in dubio debet videri facta à teſtatore
eo modo, quo tacitè ineſt de neceſſitate, ſecun
dum Rip. in d.l.3. num.14. ff. de leg.1. poſt
gloſ.Bald.& Alex.num.6.per eum allegatos:
16 verba enim teſtatoris in dubio debẽt confor-
mari cum diſpoſitione legis.l.heredes mei.§.
17 cum ita.ff.ad Trebell.& quando conditio iu-
ris exprimitur ab homine, non dicitur condi-
tio hominis, ſed iuris.l.ſi Titio.§.quædam.ff.
quand.dies leg.ced.Iaſ.in.l.3. num.10. ff. de
18 legat.1.ſimile eſt, quãdo verba aliàs non im-
portant cõditionem, quia & ſi teſtator dicat,
ſub hac cõditione, nihilominus diſpoſitio nõ
cenſetur eſſe conditionalis. Bart. in l.quibus
diebus.§.termilius.num.5.ff.de condit.& de
monſtrat. Alex.conſ.102. num.2. lib.1. Iaſ.
conſ.162.num.16.17.lib.2.
19 Declaratur primò ampliatio, vt locum non
habeat, quando conditio hæc exprimeretur
alio modo, quã tacitè ineſt; veluti ſi teſtaror
dixerit, lego Titio centum; ſi volet; talis e-
nim expreſſio cenſetur facta per alium mo-
dum, quàm tacitè inerat, & conſequenter ar-
guitur animus faciendi legatum, vel fidei-
commiſſum eſſe conditionale, & non tranſ-
miſſibile.tex.in.l.ſi ita legatum.§.illi ſi volet;
ff. de leg.1.l. ſi ita expreſſum.ff. de condit.&
demonſtr.& ratio eſt, quia dum, conditio ex-
primitur alio modo, ideſt ſub diuerſa forma,
quàm tacitè ineſt à iure, cenſetur receſſum à
20 prouiſione eiuſdem iuris, attento quod ex-
preſſum facit ceſſare tacitum.l.cum ex filio.§.
filio.ff.de vulg.& pupill.l.maritus.C.de pro-
curat.Crauet. conſ.92. nu.3. latè Becc.conſ.
39.num.24. & ſeq. Hinc ſi contrahentes fa-
ciunt ſecundum pactum diuerſum à primo,
cenſetur à primo receſſum, & inducitur noua
tio.Dec. conſ.464. nu.4. Crauet. conſ.167.
nu.9.& conditio adiecta vni legato licet cen-
ſeatur iuris præſumptione tacitè repetita in
ſequenti, tamen fallit, quando ſequens lega-
tum eſt factum expreſsè ſub diuerſa conditio
ne.l.alumnæ.in princ.vbi Bart.ff.de adimen.
legat.Alex.conſ.66.num.3. lib.3. Dec. conſ.
190.num.3.Ruin. conſ.64. nu.3. vol.2. So-
cin.iun. conſ.18. nu. 11.vol. 3. Oſach.deciſ.
51.num.3.quòd autem iſtud legatum exem-
plificatum cenſeatur factum per alium mo-
dum, quàm tacitè inerat, probatur ex eo, quia
quando appoſita eſt conditio; ſi volet; opor-
tet, quòd legatarius declaret ſe velle.d.§. illi
ſi volet. quæ declaratio aliàs neceſſaria non
eſt, cum legatum acquiratur ipſo iure etiam
ignoranti, & tranſmittatur abſque alia decla-
ratione.l. cum pater.§.Surdo.ff. de leg.2.l. ſi
partem.§.1.ff.quemad.ſeruit.amitt.quod ex
tenditur procedere quoquè in legato quanti-
tatis,

tatis,vel generis,vel rei alternatiuæ, vel ſi ſit
legata in ſpecie res,quæ ſit alterius tertij, aut
hæredis;his enim omnibus caſibus, ſi in lega-
to appoſita eſſet conditio;ſi legatarius volet;
legatum efficeretur conditionale,& niſi idem
legatarius declaret ſe velle,non trāſmittet ad
hęredem Bart.& Iaſ.in d.l.ſi ita legatum.§.il-
li ſi volet.num.8. & ſeqq. ff.de leg.1. Aret.
in l.3.poſt princ.ff.de leg.1.Zanch.in l.hære-
des mei.§.cū ita.nu.318. ff.ad Trebell. Man-
tic.de coniect.vlt. vol.lib.11.tit.20. num.5.
Hinc Bald.in d.l.ſi ita expreſſum.ff. de cond.
21 & demonſtr. infert, quòd ſi teſtator reliquit
vxori ſuæ alimenta,ſi voluerit morari cum fi-
lijs ſuis,ſi autem noluerit cum eis morari, re-
liquit ei fundum, & mulier ipſa decedat, an-
tequam declaret ſe velle cū eis morari, quod
non tranſmittit legatum fundi ad hæredes.
22 Huiuſmodi autem conditio; ſi volet; appoſi-
ta in inſtitutione non faceret inſtitutionem
ipſam conditionalem,niſi eſſet hęres neceſſa-
rius,vt filius,vel ſeruus,quia illum faceret vo
luntarium l. verba hæc. ff. de condit. inſtit.l.
Cornelius ff.de hæred. inſtit.

Declaratur ſecūdo ampliatio, vt locū non
habeat,quando conditio hæc expreſſa à teſta
tore eſſet poteſtatiua,nempe quia conſiſteret
in poteſtate legatarij; tunc enim legatum eſ-
ſet conditionale, et non tranſmitteretur, vt
mox dicam inferius num. 24.

23 Ampliatur ſecundò iſta concluſio, vt locū
habeat, etiam quando tacita conditio legis
ſubrogaretur in locum conditionis expreſsè
à teſtatore appoſitæ;nam adhuc non impedi-
tur tranſmiſſio.l.quæ ſub conditione.§.vlt.ff.
de condit.inſtit. Aretin. in d.l.3. ff. de leg.1.
Iaſ.in l.quod in rerum.in princ.num. 4. ff. de
leg.1.& in l.item quia.nu.23.ff.de pact.Zan-
ch. in rep.d.§.cum ita.num.319.Tiraq.de le-
gib.connubial.gloſ.7.num.53.

24 Declaratur primò concluſio hæc iuxta aliā
declarationem ſuperius recitatam num.19.vt
ſcilicet non procedat in ea conditione pote-
ſtatiua,quæ conſiſtit in poteſtate legatarij,&
quæ alio modo expreſſa eſt,quam tacitè ineſt
hæc enim conditio quamuis veniat extrinſe-
cus à teſtamento, & tacitè inſit ex natura rei
legatæ,vel ex diſpoſitione legis,tamen impe-
dit tranſmiſſionem, ac ſi ea procederet ex te-
ſtamenro Bart. in l. conditiones extrinſecus.
num.3.ff.de condit.& demonſtrat. & in l.fin.
ff.quand.dies leg.ced.& in l.miles.§.pro par-
te.nu.3. ff. de leg.2.Zanch.in repet.d. §. cum
ita.num.320.Mantic.de coniect.vlt. volunt.
lib.10.tit.5.nu.6. Paul. de Caſtr.in l. quibus
diebus.§.quidam Titio.num.5.ff. de condit
& demonſtr.Ang.conſil.293.Dec.conſ.554.
nu.5.ducuntur ex tex.in d.l.miles.§.pro par-
te.ff.de leg.2.vbi hęres decedens ante aditam
hæreditatem non tranſmittit ad hęredes ſuos
illam portionem prælegati ſibi facti, quæ ca-
pitur ex parte ſua,quamuis conditio illa,quæ
tacitè ei ineſt;videlicet,ſi hæres erit; ſit ex le-
gis diſpoſitione, & ex natura rei legatæ.

25 Declaratur ſecundò iſta concluſio,vt tunc
demùm locum habeat,quando ipſa tacita cō-
ditio veniēs ex natura rei legatæ & actus, vel
ex legis diſpoſitione,reſpicit executionem,&
ſolutionem legati;tunc enim verum eſt,quòd
non facit legatum, & fideicommiſſum condi-
tionale,nec ideo impedit tranſmiſſionem; ſed
legatario ante euentum eiuſdem conditionis
decedente, legatum, & fideicommiſſum ad
eius hæredes tranſmittitur; ſecus autem eſt,
quando tacita hæc conditio reſpicit ſubſtan-
tiam legati,& fideicommiſſi,quia hoc caſu fa-
cit ipſum legatum, & fideicommiſſum con-
ditionale,& conſequenter non tranſmiſſibile.
Aret. in l.qui liberis.in princ.ſub nu.5. verſ.
potes ergò. ff. de vulg. & pupill. Crot. in l.
nemo poteſt. num.85. ff. de leg.1. Zanch. in
repet.§. cum ita. num.321.Subſtantialia ve-
rò ſunt ea, ſine quibus obligatio eſſe non po-
teſt;cætera ſunt accidētia,vel extrinſeca. Bal.
in l.3.num.1.& 2.C.de arbitr.& in c. fin. nu.
2.de præſumpt.Iaſ.in l.item quia.num.22.ff.
de pact.

26 Declaratur tertiò eadem cōcluſio, vt tunc
procedat, ſi in contrarium non ſenſerit teſta-
tor;is enim (ſi de eius voluntate apparet) fa-
cere poteſt, vt hæc conditio, quamuis tacitè
ea inſit ex natura rei legatæ ſeu actus, vel ex
legis diſpoſitione, tamen tranſmiſſionem im-
pediat, et ſic vt legatario, vel fideicommiſ-
ſario ante euentum ipſius tacitæ conditionis
decedente, legatum,& fideicommiſſum ad e-
ius hęredes non tranſmittatur, ſic Bart. in l.
conditiones extrinſecus.num.2.ff. de condit.
& demonſtrat. Zanch. in repet. d. l. hæredes
mei.§.cum ita.num.322.ff. ad Trebell. Paul.
de Caſtr.in l.3.num.4.& ibi Ruin.num.7.Ri-
pa num.13.ff.de leg.1.Bald.in rubr.C.de in-
ſtit.& ſubſtit.num.1.Mantic. de coniect. vlt.
volunt.lib.10.tit.5.num.6.Mouentur ex tex.
in l.in conditionibus.§.1.ibi;niſi forte hoc a-
nimo fuerit;ff.de condit.& demonſtrat. Por-
rò non dicitur apparere de teſtatoris volun-
tate, quòd ſcilicet voluerit impedire trāſmiſ-
ſionem, quando idem teſtator ita dixit; lego
centum Caio ſub conditione, ſi hæres adierit

hæreditatem, vt dixi num. 15.

27 In quantum autem ad aliam tacitam conditionem, quæ ſcilicet tacitè reſultat ex teſtamento, ſeu ex teſtatoris diſpoſitione conſtituo concluſionem affirmatiuã, quòd iſta conditio facit legatum, & fideicommiſſum conditionale, adeo vt illius dies non cedit, niſi à die impletæ ipſius tacitæ conditionis, & legatario, ſeu fideicommiſſario interim decedente legatum, ſeu fideicommiſſum ad eius hæredes non tranſmittitur. l. aliquando. verſ. ex diuerſo. ff. de condit. & demonſtrat. l. quod purè. ff. quand. dies legat. ced. Bart. in l. conditiones, quæ extrinſecus. num. 1. ff. de condit. & demonſtrat. & in l. ſi poſt mortẽ. §. vlt. ff. de leg. 1. Paul. de Caſtr. in l. 1. nu. 4. Socin. num. 5. ff. de condit. & demõſtr. Crot. in l. nemo poteſt. num. 85. ff. de leg. 1. Iaſ. in l. 2. §. & harum. num. 28. ff. de verb. oblig. Crauet. in l. cum filiofamilias. in 2. part. nu. 401. ff. de leg. 1. Zanch. in repet. d. §. cum ita. num. 180. Rota Rom. deciſ. 782. nu. 24. 25. part. 1. diuerſ. Exemplum eſt in l. ſi legatum pure. ff. de adimen. leg. & l. quòd purè. ff. quãd. dies leg. ced. l. aliquando. ff. de condit. & demonſtr. vbi ſi legatum purè relictum eſt, & deinde illud adẽptum ſit ſub aliqua conditione, veluti ſi nauis ex Aſia venerit infra annum, cenſetur ipſum legatum eſſe tacitè relictum ſub conditione; & ſic ex tacita voluntate teſtatoris de puro efficitur conditionale, & conſequenter pendente conditione non tranſmiſſibile. Iſtud exemplum adducit Zanch. in l. hæredes mei §. cum ita. nu. 180. 181. cũ allegatis per eum. Aliud eſt exemplum in l. Stichum. ff. de leg. 1. vbi ſi teſtator dixerit; lego Stichum, qui meus erit, cum moriar; hoc exẽplo vſus eſt. Bal. in rubr. C. de inſtit. & ſubſtit. num. 1. Mantic. de coniect. lib. 10. tit. 5. nu. 5. verſ. tertio. Aliud exẽplum eſt de legato, & fideicommiſſo, quod relinquitur dandum, vel ſoluendum ab hærede poſt eius mortem, vel cum morietur: nam illud quoque eſt conditionale, & legatario vel fideicommiſſario prædecedente ante hæredẽ nõ trãſmittitur. l. 1. §. dies. l. hæres meus. §. hæres meus. ff. de cond. & demõſtr. l. ſi cũ hæres. ff. quãd. dies leg. ced. l. ſi pecunia. §. quod ita. ff. de leg. 2. vbi ea adducitur ratio, quia incertum eſt, an ipſe hæres moriturus ſit ante legatarium, ſeu fideicommiſſarium: Idem ſi relinquitur ſoluendum poſt mortem alicuius tertiæ perſonæ, quia pariter, & ex eadem ratione illud conditionale eſt, & ante illius mortem non tranſmittitur. l. quibus diebus. §. quidam Titio. ff. de condit. & demonſtrat. Aliud exẽplum eſt, ſi duo ſint inſtituti hæredes, & vni ex eis relictum ſit prælegatũ; nàm illud quoad portionem, quæ tangit prelegatarium debetur ſub conditione, quatenus ſcilicet idem inſtitutus prælegatarius repudiauerit hæreditatem, attento quòd hæredi legari non poteſt à ſe ipſo l. legatum. la 2. §. 1. ff. de leg. 1. ideoque ſi idem inſtitutus decedit antequàm adeat, vel repudiet dictam hæreditatem dicitur decedere pendente conditione, & ſic prelegatum quoad illam portionem non tranſmittit. Bald. in l. qui filiabus. §. fin. propè finẽ, & ibi Imol. & Paul. de Caſtr. num. 4. Iaſ. nu. 7. ff. de leg. 1. idem Bald. in l. miles. §. pro parte. ff. de leg. 2.

28 Ampliatur iſta proxima concluſio de qua dictum eſt nu. 27. vt locum habeat quoque, quando conditio appoſita vni legato cẽſetur tacitè repetita in altero legato, quia hæc conditio ſic tacitè repetita pariter impedit tranſmiſſionem. Bart. in l. conditiones extrinſecus. num. 1. ff. de condit. & demonſtr. Paul. de Caſtr. conſ. 122. num. 1. lib. 2. Zanch. in d. l. hæredes mei. §. cum ita. num. 182. per tex. in l. duos. ff. de condit. & demonſtrat. quando autem conditio adiecta vni legato repetita cenſeatur in altero, pertractat Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 10. tit. 6. num. 12. & ſeqq. & Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 180.

29 Declaratur primò exemplum iſtius concluſionis collectum ex l. ſi legatum purè. l. quòd purè. & l. aliquando; vt non procedat, quando hæc conditio adiecta fuit in penam, nam tunc legatum purè datum, & ſub hac conditione pænali ademptum remanet purum, & conſequenter tranſmittitur. Zanch. in d. §. cũ ita. num. 183. ex ſententia Bart. in l. 1. §. item ſi ita. num. 2. in fi. ff. ad leg. Falcid. Idem tenet Ruin. conſ. 122. num. 10. verſ. ſecundo. & cõſil. 190. num. 8. lib. 2. Alciat. reſponſ. 494. in fine.

30 Declaratur ſecundò iſta concluſio, vt procedat, & locum habeat, quando hæc tacita conditio procedens ex teſtamento reſpicit ſubſtantiam legati, ſed quando reſpiceret executionem, & ſolutionem, tunc legatum non redderetur conditionale, nec impediret trãſmiſſionem. l. ſi Titius. §. cum ita, & ibi Bald. & Imol. ff. de leg. 2. Socin. in. l. 1. in fine. ff. de condit. & demonſtrat. Zanch. in d. l. hæredes mei. §. cum ita. nu. 183. verſ. limita etiam. ff. ad Trebell. & dixi ſupra num. 25.

31 CONDITIO verò expreſſa propriè eſt illa, q̃ exprimitur per dictionẽ, ſi. l. quibus diebus. §. quidam Titio. ff. de condit. & demonſtrat. l. ſi

ſtrat.l.ſi Titio.in princ.ff.quand.dies leg.ced. vel per dictionem,cum,d.l.ſi Titio. vel per dictionem,niſi,'d.§. quidam Titio. & latè quibus dictionibus inducatur conditio, docuit Bart.in l.1.num.2.& ſeqq. ff. de condit. & demonſtr.

32 QVIBVS itaquè prehabitis, ac redeundo ad caſum noſtrum quo firmatū eſt legata, vel fideicommiſſa conditionalia ante conditionis euentum non tranſmitti.

Ampliatur primò caſus iſte, quia huiuſmodi legata,& fideicommiſſa conditionalia non tranſmittuntur ante euentum conditionis, neque ad liberos,vel deſcendentes, ſi legatarius, vel fideicommiſſarius decedat pendente conditione.Cyn.& Bart.in l.vnic.num.4. C. de his qui ante aper.tabul.Bald.conſ.115.volum.5.& conſ.254.num.2.volum.1.& in l.ſi in perſonam.num.3.C.de fideicommiſſ.Alexand.conſ.30.num.3.lib.2.conſ.92. num.5. & conſ.93.num.15.verſ.placet.lib.3.& conſil.165.num.4.lib.5.& conſ.252.num.1.lib.6.Socin.iun.conſ.63.nu.1.& ſeqq. lib.4. idē Alex.in l.hæredes mei.§.cum ita.num.6.& ibi Soc.num.9.& latè Zanch.num.191. Ripa num.59.ff.ad Trebell.Iaſ.in l. ſi cui legetur. §.hoc autem.num.5.ff.de legat.1.& conſ.80. vol.1.& conſ. 203. num. 22.& 23. vol.2.& conſ.52.num.7.vol.3.& conſ.124.num.2.& conſ.154.num.2.& ſeq.vol.4.Socin.iun.cōſil.98.num.7.lib.2.Soc.ſen.conſ.77.num.3. lib.1.addit.ad Roman.conſ.162.Crauet.cōſil.152.num.3.Roland.conſ.38.nu.11. verſ. aut vult.lib.4.Dec.conſ.417.num.3. Tiraq. de retract.conſang.§.1.gloſ.2.num.26.Hieron.Gabriel.conſ.91.num.1.lib.2. Boer. deciſ.354.num.13.& 26.Gulielm.de Bened.in c.Raynutius.in verb.ſi abſque liberis, il 2. in materia pupillari.num.117. Pariſ.conſil.21. num.1.& 2.lib.3.Bero.conſ.94.num.14. vol. 2.Rota Rom.apud Ludouiſ.deciſ.551.nu.2. & deciſ.59. num.1. part.2. in recent. Viuius comm.opin.in verb.ſubſtitutus l'vltimo.verſic.amplia ſecundò.Laderch. conſil.142.nu. 6.Ant.Gabriel.comm.opin. concluſ.2. num. 10.de hæred.inſtit.Mantic.de coniect.vlt.volun.lib.11.tit.20.num.1.Craſſ.in §.tranſmiſſio.quæſt.28.num.5.Peregr.de fideicōm.art. 31.num.6.qui omnes alios adducunt,& allegatur tex.in l.hæredes mei.§.cū ita.ff.ad Trebell. l.cum ex filio.ff.de vulgar. l. ſi in perſonam.C.de fideicom.l.ſi cui legetur.§.hoc autem.verſ.quòd ſi teſtamenti.ff.de leg.1.

33 Contrarium tamen dicit gloſ.1.in fin.in l. is cui.ff.de action.& oblig.& gl. in l.ſi in perſonam. in verb. vtiliter. C. de fideicom. Comenſ.relatus à Soc.in d.l.hæredes mei.§.cum ita.num.9.& Phanuc.in tract.de inuent.par. 6.num.87.& 88.Sed horum opinio communiter reprobatur per Doctores ſupracitatos, & illorum argumentis abundè ſatisfacit Socin.iun.in l.hæredes mei.nu.40.Bologn. nu. 130.Zanch.num.191.ff. ad Trebell. Odd. in tract.de compend.ſubſtit.in 6.part.pag.183. Et ſimile eſt de hæreditate delata filio ſub cōditione, quia ſi pendente conditione is decedat, hæreditatem ad ſuos liberos, & deſcendentes non tranſmittit. gloſ. vlt.in d. l. vnic. C. de his, qui ante aper. tabul. & ibi Paul. de Caſtr.nu.7.Gomez. var.reſol. tom.1. cap.9. num.49.Gabriel. concluſ.2. nu.1. iuncto nu. 10.de hæred.inſtit.idem Caſtrenſ.in.l.hæredes mei.§.cum ita.num.3.& Alex. num.6. & Socin.num.9.propè finem.ff.ad Trebell.

34 Subampliatur primò hæc ampliatio, ut idem ſit,ſi ipſe legatarius,vel fideicommiſſarius decedat ante hæredem, qui grauatus eſt aliquid dare, vel ſoluere poſt eius mortem, vel cum morietur, quia iſtud legatum, vel fideicommiſſum cōditionale eſt, adeo ut legatarius, vel fideicommiſſarius decedens ante ipſum hæredem dicitur decedere ante euentum conditionis, & ſic illud non tranſmittit nequè ad liberos Pariſ.conſ.83.nu.1.& ſeqq. vol.2.& conſ.21.num.1.& 2.vol.3.

35 Subampliatur ſecundò hæc ampliatio, vt procedat etiam in legato ſingulari, quia ſi illud conditionale eſt,& legatarius decedit ante euentum conditionis, ſimiliter ad liberos eiuſdem legatarij non tranſmittitur per text. in.l. vnica.§. ſin autem aliquid ſub conditione.C.de caduc.tollen. qui text.loquitur tàm in legato,quàm in fideicommiſſo; & l. hæres meus.§.hæres meus.l. legata ſub conditione. l.ſi ita expreſſum.ff.de condit.& demonſtrat. & quia inter legata, & fideicōmiſſa non adeſt differentia. l. 1. ff. de legat. 1.l.2. C. comm. de legat.& ſic in ſpecie Iaſ.in d.l.1.num.92. ff.de legat.1.

36 Subampliatur tertio iſta ampliatio; nam legatum, vel fideicommiſſum conditionale non ſolùm non tranſmittitur ad filios, ſed neque filij tranſmittunt legatum, & fideicommiſſum conditionale ad alios, quod pariter procedit,etiamſi ipſum legatum, & fideicommiſſum eſſet ſingulare.l. ſi cui legetur.§.1.ff. de leg.1.Crauet.in.l.cum filiofamilias. in 2. part.num.256.verſ.ampliatur iſta concluſio. ff.de leg.1.Zanch.in repetit.d.§.cum ita.nu. 191. propè fin. Iaſ.in. l.1.num.93. & in.l.

cum filiofamilias num. 26. ff. de leg. 1.

37 Declaratur tamẽ iſta tertia ſubampliatio, vt locum non habeat vſque ad quantitatem legitimæ,& trebellianicæ,nàm licet filius vniuerſaliter non tranſmittat legatum,vel fideicommiſſum conditionale, illud tamen tranſmittit vſque ad legitimam & trebellianicam. Alex.conſ.3.num.2.lib.7.Roman.conſ.185. in princ.& ibi addit. in litera B. quæ multos concordantes recenſet Dec.conſ.81.num.1. & conſ.218.num.2.& ſeqq.Pariſ.conſil.51. num.2.vol.2. Honded. conſ.42. num.27.& ſeqq.lib.2.& quoad legitimam ratio declarationis eſt,quia filius ex fideicõmiſſo conditionali detrahit legitimam perinde ac ſi onus dicti fideicommiſſi adiectum non eſſet c. Rainutius.c.Rainaldus.de teſtam.l.cum ſcimus. §.cum autem C.de inoffic.teſtam.Vaſqu.qui plures allegat. de ſucceſs.creat.§.10.nu.418. Craſs.in §. legitima quæſt. 38. num. 3. Rota in vna Romana cenſus,corãm ſacrato die 20. Nouembris.1600.& ratio rationis eſt, quia cum legitima non capiatur iuditio teſtatoris, ſed ex diſpoſitione ac prouidentia legis ob id purèdetur filio ſine vllo grauamine,dilatione vel conditione l.quoniam in prioribus, C. de inoff.teſtam.l.cohæredi.§.cũ filio.ff. de vulg. et pupill. ꝑterquã in quibuſdã caſibus ſpecialibus, in quibus permiſſũ eſt imponere grauamen legitimæ, & illius alienationem prohibere,quos recitat Merlin.de legitim.lib.3.tit. 2.& Fuſar.de fideicom.ſubſtit.quæſt.296.& aliquos adducam in caſ.10. num.7. quò vero ad trebellianicam ratiò eſt,quia filius ex eodẽ fideicommiſſo detrahit pariter trebellianicã d.c.Rainutius.& c.Rainaldus,de teſtam.Bar. in l.quamquam.C.ad leg.Falcid.Iaſ.in auth. res quæ num.3. C. comm.de legat. Paul, de Caſtr.in l.iubemus.nu.3.C.ad trebell. Guid. Pap.deciſ.52.Crauet.conſ.50.Roland. conſ. 12.& conſ.25.num. 9.lib.1. Gaill. obſeruat. 121.lib.2.quæ opinio vt filius ex fideicommiſſo conditionali, vel in diem incertum facto detrahat etiam trebellianicam, conſuetudine approbata eſt,vt teſtatur Roman.d.conſil.185.num.4.cum pluribus alijs ibidem allegatis per addit in litera. C.& per Cæuall. de comm.contra comm.quæſt.74. Vnde cum filius ex fideicommiſſo cõditionali poſſit has duas quartas nempe legitimam, & trebellianicam deducere, conſequens eſt eas ad ſuos hæredes tranſmittere,quia compertum eſt ꝙ ius detrahendi has duas quartas tranſmittitur ad hæredes Corn. conſ. 116.vol.2. Ang. conſ.118.num. 1. & conſ. 124.nu.5. verſ.ad ſecundum.Decian.reſponſ.99. num.7. lib.3. Roland.conſ.25.num.8.lib.1.Dec.conſ.236. num.8. & conſ.238.num.4. Boer. deciſ.250. num.6.Fabian.de Giocch.in auth.nouiſſima, num.279.C.de inoffic.teſtam.Craſſ.in §.trãſmiſſio.quæſt.25.num.5.

38 Ampliatur ſecũdò caſus vt procedat quoque in qualibet ſubſtitutione conditionali, nedum ſi ea eſt ſubſtitutio conditionalis expreſſa. Alex.conſ.165.nu.4. lib.5. Crauet. conſ.152.num.3.Zanch.in.l.hæredes mei.§. cum ita. num.164. ff.ad Trebell. ſed etiam ſi eſt ſubſtitutio ſimplex directa Alex.conſ.36. nu.3.verſ.cõfirmãtur prędicta.lib.3.Crauet. conſ.67.num.6.Boer.deciſ.354. num. 13.& dicam in caſ.7. num.25.& ſeq. Nam quælibet ſubſtitutio dicitur conditionalis, & in ea ineſt tacita conditio ex teſtatoris diſpoſitione.l.cohæredi.§.cohæres.ff.de vulgar.l.in ratione.la.1.§.quòd vulgò. ff. ad leg. Falcid.& tanquam conditionalis non tranſmittitur ante euentum conditionis d.l.vnic.§.ſin autem aliquid ſub conditione. C. de caduc. tollen. cum ſimilibus.

39 Ampliatur tertiò caſus iſte principalis, ut procedat etiam in ea ſubſtitutione,qua ſubſtitutus eſt hæres legatario, vel fideicommiſſario ſine liberis decedenti;hæredi namque poteſt legari à legatario,vel fideicommiſſario, ſicuti à cohærede.l.planè.§.inde dicitur. ff. de leg. 1. Quocirca duos caſus conſtituo.

40 Primus caſus eſt, quando legatum, vel fideicommiſſum eſt perpetuum, vt cum teſtator relinquit ſimpliciter, poſtea grauat legatarium,quod poſt eius mortem reſtituat, puta ſi dixiſſet, relinquo centum Titio,& eo decedente ſine liberis illa centum reuertantur ad hæredem meum vniuerſalem: hoc caſu, ſi hæres vniuerſalis decederet ante ipſum legatarium, ſeu fideicommiſſarium, caducaretur diſpoſitio,& ſic non tranſmitteret ad eius hæredes huiuſmodi legatum, vel fideicommiſſum,vti conditionale, quamuis poſtmodum legatarius, ſeu fideicommiſſarius decederet ſine liberis;ſed legatum, vel fideicommiſſum ipſum remaneret liberũ penes hæredes eiuſdem legatarij,vel fideicommiſſarij l. in cauſæ la 2.§.Pomponius.& ibi Bald. per illum text. verſ.nota quòd reſtitutio.ff. de minor. ſequitur Paul.de Caſtr.in l. Titia. §. Titia num. 2. ff.de legat.2.& in l. illud. num.3. & ibi Alex. num.4.verſ. quærit. C. de legat. Crot.in l. 1. num.38.& Iaſ.nu.94.ff.de leg. 1. idem Alex. in l.qui liberis.§.hæc verba.nu.3.ff. de vulg. idem Iaſ.in l.cum filiofamilias.num.25.ff.de leg.

leg.1.& conſ.52.num.7.verſ. ad idem. lib. 3.
Dec.conſ.417.num.3.Ruin.conſ.29.num.6.
lib.2.Zanch. in d.l. hæredes mei. §. cum ita.
num.165.& Ripa.num.67.ff.ad Trebell.Ga-
briel.concluſ.2. num.4. de hæred. inſtit. Ca-
ualcan.de vſufruct.num.81.tunc enim hæres
ſubſtitutus legatario venit tanquam quilibet
alius ſubſtitutus.l.ſi à me.ff.ad leg.Falcid.ſub
ſtituto autem decedente ante caſum ſubſtitu-
tio euaneſcit l.vnic.§.ſin autem aliquid.C.de
caduc.tollend. Nec obſtat tex. in l. in annali-
bus.C.de legat.vbi verbum; hæres; profertur
à teſtatore, & tamen intelligitur de hæredi-
bus in infinitum, quia ille tex.loquitur, cum
teſtator facit mentionem de hæredibus alte-
rius perſonæ, vbi non habet magis reſpectum
ad primos, quàm ad alios: caſus autem noſter
ſe habet, quando teſtator facit mentionem
de hæredibus ſuis proprijs, quibus videtur ha
buiſſe affectum, qui ceſſat in hæredibus eorũ-
dem hæredum, cùm eidem teſtatori eſſent in-
cogniti, & incerti, ſic reſpondet Alex. in d.l.
fin.ſub num.4.C.de legat.Iaſ.in l.qui liberis.
§.hæc verba.nu.6.ff. de vulgar. Marcobrun.
conſil.71.num.22.& ſeq.Rub. Alex. cõſ.23.
per tot. & ante eos ſic voluiſſe videtur Bald.
41 in l.fin.nu.4. C.de hæred. inſtit. Ampliatur
hic primus caſus, vt locum habeat, etiamſi hæ
res iſte vniuerſalis eſſet de deſcendentibus
teſtatoris.Picus poſt Imol.in d.l. Titia.§. Ti-
tia.num.18.verſ.& amplia.ff. de leg. 2. Zan-
ch.in d.§.cum ita.nu. 166.in fine.& nu.193.
42 Secundus caſus eſt, quando legatum, vel
fideicommiſſum eſt temporale iuxta textum
in l.illud.C.de legat.vt ſi teſtator dixiſſet; re-
linquo cẽtum Titio ad vitam ſuam, vel quo-
uſque vixerit, vel donec vixerit, vel vſque ad
decem annos, & nihil vltra dixiſſet, nec de hæ
redibus mentionem feciſſet; tunc licèt hæres
decederet ante ipſum Titium legatarium, vel
fideicommiſſarium, vel etiam ante illos decẽ
annos, tamen eodem legatario, ſeu fideicom-
miſſario mortuo, reſtitutio legati, vel fidei-
commiſſi fieri debebit hæredi eiuſdem hære-
dis; & ſic idem hæres prædefunctus legatum,
vel fideicõmiſſum ad eius hæredes tranſmit-
teret.l.fin.coniuncta d.l.in annalibus: C. de
legat.in dicta enim.l. fin. dicitur, quòd lega-
tum factum ad tempus poſt tempus finitum
ad hæredem reuertitur, & in d.l.in annalibus
dicitur, quòd in legatis, & fideicommiſſis, no
mine hæredis veniunt etiam omnes hæredes
hæredum. Et iſtum caſum firmat Bart.in d.
l.Titia.§. Titia. num. 2.& ſequitur ibi Bald.
in fin. & Paul. de Caſtr. num. 1. ff. de leg. 2.
Idem Paul.de Caſtr.in l.ſi à me.num.2.ff. ad
leg.Falcid.& in l.fin.num.3. C. de legat. Ri-
pa in l.hæredes mei.§.cum ita.num.67.ff. ad
Trebel.Alex.conſ.92.num.2.lib.3.& conſil.
173.num.1.& 2.lib.5.& in d.l.fin. ad fin. C.
de legat. Fulgoſ. conſ. 70.num.1. Dec. con-
ſil.597.num.4.Socin. conſ.102. nu. 10.verſ.
nam ſi teſtator. vol.3. Pariſ.conſ.21.nu.38.
& conſ.97.nu.8. vol.2. Couar. in c. Rainal-
dus.§.1.nu.3.verſ.ex his.de teſtament.Præt.
de interpret.vlt.vol.lib.3.fol.216.verſic.ani-
maduertas. Caualcan. de vſufruct.nu.81. &
nouiſſimè Peregrin. de fideicom. art.32.nu.
43 78.& ratio fundata eſt in mente teſtatoris,
qui concedendo ad tempus, poſt tempus vi-
detur prohibere,l. ſtatuliberum.§. Stichum.
ff.de leg.2.l.2.C.de pact. inter empt. & ven-
dit.l.ſi creditor.§. illud.ff. de diſtract.pign.l.
2.§. ſi & Iudex.ff. de iudic.l. ſi cum dies. §.ſi
intra diem.ff. de arbitr.l.1. C.eod.l. fin.§.ſin
autem dubius.C. de iure deliber. in terminis
gloſ.vlt.in princ.in.l.Titia.la.1.§.Titia.ff.de
leg.2. hinc dicitur tranſmiſſionem iſtam non
fieri ex propria natura tranſmiſſionis, ſed iu-
re temporalitatis.Bald.in d.§. Titia.in fin. &
ibi Paul. de Caſtr. nu. 1. poſt med. Ripa in.l.
hæredes mei.§.cum ita.nu.67.ff. ad Trebell.
Alex.conſil. 92. numero 2. lib. 3. Ampliatur
44 primò iſte proximus ſecundus caſus, vt pro-
cedat, etiam ſi teſtator poſt legatum factũ m
modo ſupradicto addidiſſet, quòd dictum le
gatum poſt mortem legatarij reuertatur ad
hæredes ſuos infraſcriptos, vel alio modo
conſtaret, quòd habuiſſet reſpectum ad per-
ſonam: Nam licet Alex. conſil. 173. num.
6. & ſeqq. lib. 5. Ripa in. l. hæredes mei. §.
cum ita.num.69.ff.ad Trebell.& Soc. iun. in
l. cum filiofamilias. in fi. primæ part. ff. de
leg.1. dixerint tale legatum, vel fideicom-
miſſum eſſe perpetuum ex eo, quia teſtator
habuit reſpectum ad primos hæredes, vt pro
bat illud verbum, infraſcriptos. l. qui libe-
ris.§. hæc verba.ff.de vulg.& pupil. ideoquè
præmortuis primis hæredibus, legatum, &
fideicommiſſum perpetuò remanere debeat
penes legatarium, & fideicommiſſarium gra
uatum, ac eius hæredes, nihilominus contra-
rium eſt verius, quod imò huiuſmodi legatũ,
vel fideicommiſſum relictum cum dicto ver-
bo, infraſcriptos; vel alio reſpectu perſonæ ro
boratum non tranſmittitur ad hæredes lega-
tarij, vel fideicommiſſarij, ſed reuerti debet
ad hæredes hæredis teſtatoris; Et hoc argui-
tur ex mente, & volũtate teſtatoris, qui lege
vſus fuerit verbo; infraſcriptos; vel alium re-
ſpe-

ſpectum habuerit ad perſonam, tamen fecit
legatum, vel fideicommiſſum ſolummodo vſ
què ad vitam ipſius legatarij, vel fideicom-
miſſarij, & clauſula; donec vixerit; magis re-
pugnat tranſmiſſioni fiendæ ad hæredes le-
gatarij, quàm verbum; infraſcriptos; vel alius
reſpectus perſonę repugnet tranſmiſſioni fiē-
dæ ad hæredes hæredis teſtatoris; ideo volū-
tas certior, & magis ſpecifica prȩualere debet
Arctin. conſ. 8. num. 5. & ſic in puncto iſtius
verbi; infraſcriptos; tenet Crauet. in d. l. cum
filiofamilias. num. 261. ff. de leg. 1. Pariſ. con
ſil. 21. num. 47. vol. 2. & Cęphal. conſ. 158. &
de reſpectu ad perſonam tenet Zanch. in rep.
l. hæredes mei §. cum ita. nu. 168. ff. ad Treb.
Pariſ. & Cęphal. in locis citatis, quicquid in
contrarium dixerint alij, quos recenſet idem
Peregr. d. art. 32. num. 79.

45 Ampliatur ſecundò, vt procedat etiam in
conceſſionibus inter viuos, veluti ſi conceda-
tur res ad tempus, vel ad certum genus perſo-
narum, hoc adiecto, vt finito tempore, vel ex-
tincto illo genere perſonarum, res ipſa reuer-
tatur ad concedentem; nàm licet concedens
præmoriatur, nihilominus eam tranſmittit ad
ſuos hæredes, vt poſt Cyn. Alex. & Ruin. tra-
dit Peregrin. de fideicom. d. art. 32. num. 77.

46 Declaratur iſte ſecundus caſus, vt locum
non habeat, quando legatario, vel fideicom-
miſſario, cui relictum eſt legatum, vel fidei-
commiſſum ad vitam, ſubſtitutus eſſet alius,
quàm hæres teſtatoris; namquè hoc caſu ſi ip-
ſe ſubſtitutus prædecederet eidem legatario,
vel fideicommiſſario, non tranſmitteret lega-
tum, & fideicommiſſum ad eius hæredes, ſi-
cut tranſmittit hæres teſtatoris; incertum eſt
enim an dies mortis legatarij, vel fideicom-
miſſarij extitura ſit viuente ſubſtituto, nem-
pe quòd legatarius, vel fideicommiſſarius
moriturus ſit ipſo ſubſtituto viuente; ideo le-
gatum, vel fideicommiſſum iſtud tanquam
conditionale; cum dies incertus faciat condi-
tionem. l. dies incertus. ff. de condit. & demon
ſtrat. non tranſmittitur ad hæredes ſubſtitu-
ti, ſi idem ſubſtitutus decedat ante ipſum le-
gatariũ, vel fideicõmiſſariũ l. hęres meus. §. hę
res meus. ff. de cõdit. & demõſtr. l. ſi cũ hæres.
l. huiuſmodi. ff. quand. dies leg. ced. & licet, ſi
ſubſtitutus eſt hęres teſtatoris, ipſe legatum,
vel fideicommiſſum huiuſmodi ad hæredes
ſuos tranſmittat, tamen hoc euenit potius
iure conſolidationis, quā ſubſtitutionis Paul.
de Caſtr. in l. Titia. la 1. §. Titia. num. 1. ff. de
leg. 2. Soc. d. conſ. 102. num. 10. verſ. nam ſi
teſtator. vol. 3. Zanch. in d. §. cum ita. nu. 167.
verſ. & hoc eſt, quæ ratio ceſſat in alio ſubſti-
tuto; & hanc declarationem conſulendo ſe-
quutus eſt. Soc. iun. conſ. 84. col. fin. vol. 1.
& poſt illum Zanch. in l. hæredes mei. §. cum
ita. num. 172. ff. ad Trebell. Peregrin. de fi-
deicom. art. 32. ſub num. 78. in fin. & pari
modo neque legatarius, vel fideicommiſſa-
rius legatum, vel fideicommiſſum huiuſmodi
prædefuncto dicto ſubſtituto tranſmittet ad
eius hęredes ſtante temporalitate ipſius lega-
ti, vel fideicommiſſi. l. fin. C. de legat. Sed il-
lud reuerti debet ad hæredem teſtatoris. d. l.
Titia. §. Titia. ff. de leg. 2. d. l. fin. C. de legat.
& eo mortuo ad hæredes hæredis ipſius te-
ſtatoris. d. l. fin. coniuncta. l. in annalibus. C.
eod. de legat. cum alijs ſupra deductis num.
42. & in illorum defectum (& non aliàs, ſtan
te qualitate legati, vel fideicommiſſi tempo-
ralis), tunc deinde iure àccreſcendi pertine-
bit ad conſubſtitutos iuxta. l. vnic. §. pro ſecū-
do. C. de caduc. tollend. & ſic concludit Zan-
ch. in d. l. hæredes mei. §. cum ita. num. 172. in
fi. ff. ad Trebell.

47 An autem è contra iſte legatarius tempo-
ralis decedens ante finitum tempus legati
tranſmittat ad ſuos hæredes pro reſiduo tem
poris; dic in uſufructu non tranſmittit. l. ſtipu
latio iſta. §. ſi quis ita ſtipulatus fuerit uti frui
ff. de uerbor. obligat. l. ambiguitatem. C. de u-
ſufruct. quia uſusfructus morte finitur. l. ſicut
in annos. §. morte. ff. quib. mod. uſusfruct. §.
finitur. inſtit. de uſufruct. Idem eſt in legato
48 alimentorum, quia alimenta ſimiliter morte
finiuntur. l. cum hi. §. modus autem. ff. de tran
ſact. ob id alimentorum legatum non tranſ-
mittitur, etiamſi illud factum ſit ad certum
tempus. l. ſi cum præfinitione. ff. quand. dies
leg. ced. & ratio eſt, quia non cenſetur unum
tantum legatum, ſed plura, tot enim ſunt le-
gata, quot anni, & pro primo anno eſt purū;
pro ſequentibus eſt conditionale; ſcilicet ſi
uiuat alimētarius, & ſic ad hæredes non trāſ-
miſſibile. d. l. ſi cum præfinitione. ff. quand.
dies legat. ced. l. ſi in ſingulos. ff. de annuis le-
49 gat. Sed in alio legato annuo, quàm uſusfru-
ctus, & alimētorum ſic relicto cum certi tem-
poris præfinitione, puta decem annorum, ſi
legatarius decedat ante finitum tempus, trāſ-
mittit ad hæredes legatum futurorum anno-
rum. d. l. ſi cum præfinitione. §. ſi uerò. et ibi
Bartol. num. 1. et Iaſ. in l. ſi Stichum, aut Pam
philum. §. ſtipulatio. nu. 4. ff. de uerbor. obli-
gat. Zanch. in l. hæredes mei. §. cum ita num.
173. ff. ad Trebell. Sic etiam quando teſtator
50 diuiſiſſet legatum in præſtationes annuas

gra-

gratia exonerandi hæredem grauatum, tunc
pariter eſſet vnum tantum legatum, & lega-
tarius decedens ante tempus finitum, illud ad
hæredes tranſmitteret.d.l.ſi cum præfinitio-
ne.§.ſi verò.l.nec ſemel.§.item Celſus.l. fir-
mio.§.pater.ff.quand.dies legat.ced.Iaſ.in d.
l.ſi Stichum, aut Pamphilum. §. ſtipulatio.
num.4.ff.de verb.obligat.

51 Ampliatur quartò caſus principalis, vt
procedat etiam in caſu, quando teſtator lega-
uit Titio fundum ſub conditione, & adiecit
hæc verba; quòd ſi talis conditio extiterit, ex
nunc lego Titio eundem fundum; nam ſi ipſe
Titius legatarius pendente conditione mor-
tuus ſit, & poſtea conditio extiterit, tamen hę-
res eiuſdem Titij non habebit fundum lega-
tum, & ſic legatarius legatum huiuſmodi ad
eius hæredes non tranſmittet, quia cum de
tempore, quo cõditio purificatur, legatarius
mortuus inueniatur, vltimum extremum eſt
inhabile, & per conſequens fictio translatiua
non poteſt locum habere.l.huic ſcripturæ.ff.
ad leg. Aquil. ſic tenet Bart. in l. ſi is qui pro
emptore. num. 55. ff. de vſucapion. & illum
ſequitur Ruin.conſ.2.num.6.vol.2.& Craſſ.
in §.legatũ.q.51.Alij autẽ, vt Zãch.in l.hęre-
des mei.§.cum ita.num.177.& num.380.ff.
ad Trebell.& Gabriel.concluſ.2.num.11.de
hæred.inſtit.nihil firmant. Verùm contraria
ſententia, quòd legatarius decedens penden
te conditione, ſi conditio poſtea extiterit, le-
gatum iſtud imò tranſmittat ad hæredes, ve-
rior eſt; & illam tenet Iaſ. in d.l.ſi is qui pro
emptore.num.345.346.& Crot. num. 147.
ff.de vſucap. vbi dicunt hanc eſſe meram ve-
ritatem: & illos ſequitur Alciat.ibidem.num.
59.& Mantic.de coniect.lib.11.tit.20.num.
11.mouentur ex eo, quia ex voluntate teſta-
toris id, quod non eſt tranſmiſſibile, fieri po-
teſt tranſmiſſibile.Bald.in.l.ſi pater.num.19.
C.de inſtit.& ſubſtit. Dec. in l.1. num. 7. C.
eod.Socin.in.l.3.num.2.ff.de leg.1.per tex.
in.l.in conditionibus. §. hæc ſcriptura. ff. de
condit.& demonſtrat.ſed apponẽdo illa ver-
ba; quod ſi conditio extiterit, ex nunc lego;
videtur teſtator voluiſſe, quòd iſtud legatum
tranſmittatur ad hæredes legatarij, etiam ip-
ſo legatario decedente ante conditionis euẽ-
tum. Nec obſtat, quòd vltimum extremum
ſit inhabile, ex quo legatarius mortuus eſt pẽ-
dente conditione, quia reſpondetur, quòd cũ
adſit hęres legatarij, impeditur effectus fictio
nis translatiuæ.l.neceſſario.§.quod ſi pendẽ-
te.ff.de peric. & commod.rei vendit. & licèt
iſte tex.loquatur in contractibus conditiona-
libus, in quibus locus eſt tranſmiſſioni. §. ex
conditionali.Inſt.de verb. oblig. tamẽ etiam
in legato, vel fideicommiſſo conditionali lo-
cus eſt tranſmiſſioni ex tacita voluntate teſta
toris.Bald.in l.vnic.num.10.C.de his qui an
te aper.tabul.Iaſ.in conſ.233.num.2.vol.2.
Ruin.conſ.28.num.5.vol.2. Gabriel. cõcluſ.
2.num.15.de hæred.inſtit.vbi alios adducit.
Non obſtat pariter, quòd teſtator videatur
velle, quòd legatum conditionale trahatur
retrò, & ſic inducatur fictio, & teſtator non
poſſit fictionem inducere; quia reſpondetur
non eſſe curandum, an iſta fictio ſit valida,
vel an teſtator poſſit fingere, vel non, quia
etiam ex actu nullo colligitur voluntas teſta-
toris.l.fin.ff.de reb.eorum.l.filij.l. fin. C. fa-
52 mil.herciſcun.magis enim attẽdenda eſt vo-
luntas teſtatoris, quàm verba, ſeu propria ſi-
gnificatio verborum l.Publius.§.fin.ff.de cõ-
dit.& demonſtrat.l.3. vbi Doct. C. de liber.
præt.Iaſ.conſ.140.num.18.19.lib.2.& con-
53 ſil.52.num.13. lib.3. quia non intentio ver-
bis, ſed verba intentioni deſeruire debent. c.
humanæ aures.22.q.5.c.in ijs. de verbor. ſi-
gnif.Pariſ.conſ.73.num.15.vol.2. vbi dicit,
quòd, vt deſeruiatur menti teſtatoris, debe-
mus offendere verba; & Curt.ſen. conſil. 51.
colum.8.dixit, quòd verba ſe habent, vt cor-
pus, & ſuperficies, & mens ſe habet vt ſpiri-
tus & anima; & ſicut homo conſtat ex anima
& corpore, ita diſpoſitio legis & teſtatoris ex
mente ſeu ratione, & ex verbis: hinc dixit
Alex.conſ.139.num.5. vol.6. quòd quando
conſtat de mente, illa ſequenda eſt licet ver-
ba non paterẽtur, ex quo impropriari debẽt,
quia vt menti deſeruiamus à propria ſignifi-
catione verborum receditur: Et notat Bald.
in l.quoniam indignum. C. de teſtam. quod
non eſt curandum de qualitate verborum,
dummodo conſtet de mente loquentis; mens
54 enim eſt radix verborum, & cor eſt impera-
tor linguæ, & habet eam ſicut mãcipium ſub
iuriſdictione ſua Bald.in c.mandatum. num.
1. de reſcript. quem refert, & ſequitur Curt.
iun.conſ.121.num.12.& Ang.conſil. 222.
num.1. dixit, quòd in vltimis voluntatibus
omnis poſtergatur verborum rigor & forma,
vbi de mente conſtat: ſicquè dum conſtat de
mente, non ſunt attendenda verba fictionem
ſignificantia.

55 Ampliatur quintò, vt locum habeat etiãſi
certum ſit conditionem omnino exituram,
vt ſi teſtator dixerit; relinquo Caio centum,
ſi filius meus deceſſerit ſine liberis; nam etiã
quòd cõſtaret ipſum filium eſſe ſterilem, de-

crepitum, vel aliàs inhabilem ad procreationem liberorum, tamen ſi idem Caius legatarius decederet viuẽte ipſo filio, legatum, vel fideicommiſſum ad eius hæredes non tranſmitteret, hoc probat tex. in l. huiuſmodi. ff. quando dies. leg. ced. & eſt ratio, quia huiuſmodi legatum, & fideicommiſſum intelligitur relictum ſub duplici conditione, nempe ſi filius morietur ante legatarium & fideicommiſſarium; & ſi morietur ſine liberis. Ruin. conſil. 85. num. 2. vol. 2. iccirco licèt certum ſit ipſum filium nõ eſſe ſuſcepturum liberos, tamen non ſufficit, quia requiritur etiã quòd deceſſerit ante ipſum legatarium vel fideicõmiſſarium arg. l. ſi hæredi plures. ff. de condit. inſtit. §. penult. Inſtit. de hęred. inſtit. l. ſi quis ita ſtipulatus. ff. de verb. oblig. Et ita quòd non tranſmittatur legatario vel fideicommiſſario decedente ante ipſum filium, quamuis inhabilem ad liberorum procreationem ex impedimento naturæ; tenet Ruin. d. conſ. 85. num. 3. & 4. lib. 2. Ripa in l. ex facto. §. ex facto. num. 4. ff. ad Trebell. Zanch. in l. hæredes mei. §. cum ita. num. 179. ff. eod. tit. & idem eſt, ſi ipſe filius efficeretur præsbiter, vel conſequenter profeſſionem faceret in religione. Alex. conſ. 2. num. 19. verſ. non obſtat, quòd vltimo. lib. 1. Boer. deciſ. 354. num. 13. verſ. tamen. Ruin. d. conſil. 85. num. 4. lib. 2. Zanch. in d. §. cum ita. num. 179. Mantic. de coniectur. vlt. volunt. lib. 11. tit. 7. num. 23. Peregr. de fideicom. art. 28. num. 83.

56 Ampliatur ſextò, vt procedat etiamſi teſtator ita dixit; ſubſtituo fratres, vel ſuperuiuẽtes, & prædefunctorum filios; niſi enim aliquis ex fratribus ſuperuiueret, ita quòd verificari poſſit copulatiua, tunc filij fratrum prędefunctorum non admitterentur. ſic Pariſ. cõſil. 63. num. 13. 14. lib. 3. Iſtud quidem reſpõſum valde dubium eſt, ſed quia in hoc caſu non agitur propriè de tranſmiſſione, ſed de vocatione. Zanch. in d. §. cum ita. num. 185. ideo ampliationem non proſequor.

57 Ampliatur ſeptimò iſte caſus principalis procedere quoque, ſi hæredes promiſiſſent in contractu adimplere omnia legata, & fideicommiſſa contenta in teſtamento, etiam in vim diſpoſitionis inter viuos, ac etiam addita clauſula: omni meliori modo: quia decedente legatario vel fideicommiſſario ante ipſum hęredem, vel ante euentum conditionis, nihilominus legatũ vel fideicommiſſum huiuſmodi ad eius hæredes non trãſmitteretur. Riminal. ſen. conſ. 126. lib. 1. Ruin. conſil. 7. num. 20. lib. 3. Zanch. in l. hæredes mei. §. cũ ita num. 186. ff. ad Trebell. Nã licèt fideicommiſſum factum in contractu tranſmittatur ad hæredes, ſi fideicommiſſarius decedat ante grauatum, vel ante euentum conditionis, vt dicam in caſ. 5. num. 5. tamen ita non eſt, quãdo fideicommiſſum eſt conſtitutum in teſtamento: tunc enim promiſſio ſapit naturã eiuſdem fideicommiſſi teſtamentarij, & regulatur ſecundum naturam ipſius Ruin. d. conſil. 7. num. 20. lib. 3.

58 Ampliatur octauo iſte caſus principalis, vt procedat, etiamſi cõditio ſit poteſtatiua. Crauet. in l. cum filiofamilias. 2. part. num. 256. verſ. ampliatur ſecundò. ff. de leg. 1. Zanch. in d. §. cum ita. num. 190. & dixi ſupra. nu. 24.

59 Ampliatur nonò, vt quod dicitur de conditione pendente, quod ſcilicet impedit trãſmiſſionem legati, & fideicommiſſi conditionalis, idem ſit quoque de conditione defecta; nàm legatarius, vel fideicommiſſarius decedens poſt conditionem defectam, legatum, vel fideicommiſſum ſub eadem conditione relictum pariter non tranſmittit. l. in teſtamẽto. la 2. verſ. at ſi ipſe. ff. de condit. & demonſtrat. l. vnic. §. ſin autem aliquid ſub cõditione. C. de caduc. tollend. Bald. in l. quidam elogio. nu. 23. verſ. & hic aduerte. C. de iur. deliber. Socin. iun. conſ. 14. num. 6. & conſil. 30. num. 4. uerſ. verum. & num. 5. lib. 4. Curt. iun. conſ. 69. num. 2. uerſ. ſecundò. & num. 3. & conſ. 96. num. 5. Menoch. conſ. 200. num. 93. & 94. deficiente enim conditione fideicommiſſi deficit fideicommiſſum l. iubemus. §. ſin autem. C. ad Trebell. l. 1. ff. de reg. Caton. Socin. iun. conſil. 122. num. 14. lib. 3. & defectus conditionis operatur, ut quis non habeatur pro inſtituto, uel ſubſtituto quia deficiẽte conditione perinde eſt, ac ſi diſpoſitio facta non eſſet l. pecuniã. uerſ. perinde. ff. ſi cert. pet. l. neceſſariò. §. quòd ſi pendente. ff. de peric. & comm. rei uend. Paul. de Caſtr. conſil. 292. num. 1. uerſ. itẽ teſtator. lib. 2. Pariſ. conſil. 19. num. 51. lib. 2. & conſ. 8. num. 25. lib. 3. Corn. conſ. 180. num. 5. uol. 4. Crauet. conſ. 62. num. 1. Socin. iun. conſ. 117. num. 4. lib. 3. Tiraq. in l. ſi unquàm. uerb. reuertatur. num. 277.

60 Ampliatur decimò, ut locum habeat etiã contra fiſcum; nàm quamuis fiſcus ualdè priuilegiatus exiſtat, tamen huiuſmodi legata uel fideicõmiſſa conditionalia non tranſeunt in fiſcum, ſi bona legatarij, uel fideicommiſſarij publicari contingat ante conditionis euentum glo. in l. non ad ea. in uerb. præſens. ff. de cond. & demonſtr. Bald. in l. 3. num. 4.

C. ad

C.ad leg. Falcid. Ang. de maleſ. in verb. & eius bona publicamus. verſ. & nota; quod facta dicta publicatione, num. 12. Boſſ. in tract. crim. tit. de bonor. public. num. 15. verſ. item non trāſit. & num. 16. Natta conſ. 472. num. 10. Dec. conſ. 438. num. 10. Peregr. de iure fiſci. lib. 5. tit. 1. nu. 93. & in tract. de fideicom.
61 art. 31. num. 95. fiſcus enim ex bonorum publicatione ſuccedit ſolummodo in eo, in quo ſuccederet heres extraneus ex vniuerſali ſuc-
62 ceſſione gl. i. l. i. C. de bon. libert. Nā exceptis caſibus vbi reperiē expreſsè priuilegiatus, iure priuatorū. vtitur gl. in l. itē veniūt. §. in priuatorū. ff. de petit. hæred. Dec. cōſ. 531. nu. 3. Menoch. de prēsūpt. lib. 2. præſūpt. 72. nu. 3.

Modò venio ad declarationes caſus principalis, & ſupradictarum eius ampliationum.
63 Declarantur igitur primò idem caſus principalis, & illius ampliationes, vt non procedant, quando teſtator expreſsè ordinauit, quòd legatum, vel fideicommiſſum conditionale tranſmittatur ad hæredes legatarij, vel fideicommiſſarij, etiam eodem legatario, vel fideicommiſſario decedente ante euentum conditionis in ipſo legato, vel fideicommiſſo appoſitæ. Iaſ. conſ. 154. num. 4. lib. 4. Bald. in l. ſi pater. num. 19. C. de inſtit. & ſubſtit. & in l. 1. C. vt action. ab hæred. & contra hæred. Ruin. conſ. 95. num. 6. lib. 2. Mantic. de coniect. lib. 11. tit. 20. num. 8. Zanch. in l. hæredes mei. §. cum ita. num. 221. ff. ad Trebel. & ibi Ripa num. 61. Peregr. de fideicom. art. 31. num. 9. Verall. deciſ. 21. num. 1. par. 2. Simon de Præt. de interpræt. vlt. vol. fol. 214. num.
64 34. & ratio eſt, quia teſtator poteſt facere, vt illud, quod ſui natura tranſmiſſibile non eſt, tranſmiſſibile ſit. l. in cōditionibus. §. hæc ſcriptura. ff. de condit. & demonſtrat. Dec. in. l. 1. num. 7. C. de inſtit. & ſubſtit. & conſ. 574. num. 4. Soc. in. l. 3. num. 3. ff. de leg. 1. Iaſ. in. l. ſi is qui pro emptore. num. 345. ff. de vſucapion. Natta conſ. 688. num. 2. vol. 4. Ruin. d. conſ. 95. nu. 6. lib. 2. Zanch. in. l. hæredes mei. §. cum ita. nu. 195. ff. ad Trebell. Socin. iun. conſ. 63. num. 3. lib. 4. Mantic. de coniect. lib.
65 11. tit. 20. num. 8. & ratio rationis eſt, quia in teſtamentis, teſtatoris voluntas totum facit. l. ex facto. la grande. §. & facit. ff. de hæred. inſtit. §. diſponat. in auth. de nupt.

Et huic declarationi non obſtat, ſi dicatur impoſſibile eſſe, quòd legatum, vel fideicommiſſum conditionale tranſmittatur pendente conditione, ita vt hæredes legatarij, vel fideicommiſſarij defuncti pendente dicta conditione admittantur ex iure tranſmiſſionis, attento quòd ex huiuſmodi legato, vel fideicommiſſo conditionali nihil acquiritur eidē defuncto, quod poſſit tranſmittere; & pariter impoſſibile eſſe, quòd teſtator faciat, quòd legatum, vel fideicommiſſum cōditionale tranſmittatur, niſi forte velit conditionem adiectam non haberi pro conditione, prout ſic cōſtanter voluit Torniell. in. l. hæredes mei. §. cum ita. nu. 60. & ſeqq. ff. ad Trebell. & poſt illum Ant. Faber in ſuo tract. de error. pragmat. decad. 31. error. 3. Reſpondetur enim, quòd licet legatum, & fideicommiſſum conditionale non acquiratur legatario vel fideicommiſſario defuncto, tamen benè acquiritur ei ſpes conſequendi ipſum legatum, & fideicommiſſum. l. fin. in princ. ibi: ſpes alienæ hæreditatis. C. de pact. Namquè huiuſmodi legatum, & fideicommiſſum conditionale nō tranſmittitur, vti agnitum & acceptatum, ſed vti agnoſcendum & acceptandum, id eſt vt poſſit acceptari & repudiari. Zanch. in d. l. hæredes mei. §. cum ita. num. 200. & num. 343. Socin. ſen. conſ. 67. col. pen. lib. 4. Ruin. conſ. 22. num. 15. lib. 3. Menoch. conſ. 105. nu. 92. illa autem ſpes defuncto acquiſita, ex voluntate teſtatoris tranſmittitur. ad not. in. l. nec emptio. ff. de cōtrah. empt. & in. l. ſpem. C. de donation. & per Tiraq. de legib. connub. gloſ. 2. num. 38. & ſeqq. & in ſpecie Cancer. var. reſolut. lib. 3. cap. 21. nu. 274. Præterea quando teſtator mediante perſona legatarij, vel fideicommiſſarij proſpicit etiam hæredibus eiuſdem legatarij, vel fideicommiſſarij, non eſt dicendum quòd nolit, vel facere non poſſit, vt legatum, & fideicommiſſum conditionale ad eos tranſmittatur, cùm idem ſit quoquè in contractibus conditionalibus, qui ex ea ratione tranſmittuntur ad hæredes, quia contrahentes præſumuntur etiam eiſdem hæredibus proſpicere velle. gloſ. vlt. in. §. ex cōditionali. inſtit. de verb. obligat. Tiraq. de primogen. quæſt. 40. num. 70.
66 DECLARANTVR ſecundò caſus iſte principalis & illius ampliationes, vt non ſolum non procedant quando teſtator diſpoſuit expreſſe, vt dictum eſt in præcedenti declaratione, ſed neque procedant, nec locum habeant quando diſpoſuit tacitè, & ex coniecturis & præſumptionibus conſtare poteſt de intentione eiuſdem teſtatoris, quòd voluerit legatum vel fideicommiſſum conditionale ad hæredes etiam pendente conditione trāſmitti Bald. in. l. vnic. num. 10. C. de his qui ante apert. tabul. Crott. in. l. 1. num. 38. verſ. ſecundò. & ibi Ioan. de Nigr. num. 62. uerſ. ſecundò.

cundò.ff.de leg.1.Iaſ.conſ.233.nu.2.lib.2.&conſ.52.num.22.lib.3.&conſ.154.nu.4.lib.4.Ruin.conſ.95.num.6.lib.2.&conſil.130.num.6.lib.3.Dec.conſ.55.num.8.&conſ.397.num.5.&conſ.574.num.4.Natta conſ.688.num.1.uol.4.Socin.in l.hæredes mei.§.cum ita.num.10.&Zanch.num.195.&num.222.Ripa num.61.ff.ad Trebell.cũ alijs plenè allegatis per Gabriel.concluſ.2.num.15.de hæred.inſtit.Mantic.de cõiectur.lib.11.tit.20.num.8.verſic.quin etiam.Præt.de interpræt.vlt.uolunt.fol.214.num.34.in princ.Pariſ.conſ.77.num.10.lib.2.Ioſeph.Ruſtic.conſ.2.num.54.Verall.deciſ.21.nu.1.part.2.Ludouiſ.deciſ.551.num.3.Rot.deciſ.59.num.1.part.2.in recent.Intrigl.de ſubſtit.cent.3.quæſt.47.num.6.Craſſ.in §.trãſmiſſio.quæſt.28.num.8.in ultimis enim uo-
67 luntatibus ſufficit uoluntas teſtatoris etiam tacita,quæ ex cõiecturis colligatur,l.licèt imperator.ubi Bart.ff.de leg.1.l.cum auus.ff.de condit.&demonſtr.l.cum proponebatur.in fine.ff.de leg.2.maxime quia tranſmiſſio eſt fauorabilis dum extant coniecturæ pro ipſa tranſmiſſione.Crauet.in l.cum filiofamilias,in 2.part.num.307.ff.de leg.1.Mantic.de cõiect.lib.11.tit.20.num.5.verſ.ex hoc eleganter.

68 Ampliatur primò hæc ſecunda declaratio,quia coniecturæ teſtatoris proſunt,&operãtur tranſmiſſionem non ſolùm ad commodũ,&fauorem deſcendentium,ſed etiam ad cõmodum,&fauorem hæredum extraneorum legatarij,vel fideicommiſſarij;ita quòd ſi legatarius vel fideicommiſſarius decedat ante conditionis euentum,nihilominus legatum vel fideicommiſſum conditionale ex coniecturata teſtatoris voluntate etiam ad heredes extràneos tranſmittit.Ruin.conſ.156.num.1.iuncto num.4.lib.2.Pariſ.conſ.25.num.8.lib.2.Berous conſ.104.num.18.verſ.non obſtat tertium.lib.2.Crauet.in l.cum filiofamilias.in 2.part.nu.356.ff.de leg.1.Zanch.in d.§.cum ita.num.214.Honded.conſ.56.num.4.lib.2.Ioſeph.Ludouic.deciſ.102.num.8.&ſeqq.part.2.Gall.de except.part.2.tit.4.except.24.num.48.Trentacinq.de ſubſtit.part.4.cap.14.num.5.Maluaſ.conſ.84.nu.4.

69 Contrarium autem quòd coniecturæ teſtatoris non operentur,vt legatum vel fideicommiſſum conditionale ad hæredes extraneos legatarij,vel fideicommiſſarij decedentis pendente conditione tranſmittatur,conſuluit Corn.conſ.180.num.2.in fin.lib.4.&illum refert Niger in l.1.num.62.ff.de leg.1.&ſentit Dec.conſil.417.nu.4.Menoch.conſil.105.num.35.Craſſ.in §.fideicommiſſum quæſt.67.num.7.Cæphal.conſ.132.num.6.
70 lib.1.Sed tamen non eſt recedẽdum à prima opinione,quia volũtas teſtatoris non recipit hanc reſtrictionem,vt operetur tranſmiſſionem ſolummodo ad fauorem deſcendentiũ,non etiam ad fauorem hæredum extraneorũ;teſtatoris enim voluntas omnia dominatur,&regit.l.cum quæſtio,in fin.C.de legat.totũ facit l.ex facto.la grande.§.&facit.ff.de hæred.inſtit.tenet primum locum.l.in conditionibus.ff.de condit.&demonſtrat.&habetur pro lege.§.diſponat,in auth.de nupt.Non negarem tamen fauorabiliores eſſe coniectũras ad fauorem,&commodum ipſorum deſcendentium,quàm extraneorum,ſic etiã ſentit Crauet.in d.l.cum filiofamilias.num.356.&Rota Rom.deciſ.782.num.3.part.1.diuerſ.&Ioſeph.Lodouic.d.deciſ.102.num.7.part.2:

71 Ampliatur ſecundô iſta ſecunda declaratio,vt locum habeat,etiamſi ſubſtitutus vocatus eſſet ſub nomine proprio;nã licèt adiectio nominis proprij impediat,ne comprehẽdantur nepotes ſub nomine filiorum;tamen non impedit tranſmiſſionem ad hæredes ipſius ſubſtituti,ſi apparere poteſt ſaltẽ ex coniecturis talem eſſe mentem,&intentionem teſtatoris Alex.in l.qui patri.num.13.ff.de acquir.hæred.Ruin.conſ.25.in fin.lib.2.Zanch.in d.§.cum ita.num.218.E contra quòd vocatio nominis proprij impediat tranſmiſſionem ad hæredes ipſius vocati,voluit Curt.iun.conſ.69.num.5.Socin.iun.conſ.14.nu.8.verſ.quinto ſtrictius.lib.4.Menoch.conſil.200.num.96.97.98.&Gabriel conſil.121.num.9.&ſeqq.lib.2.Seraph.deciſ.1479.nu.9.Honded.conſ.56.num.35.vol.2.Peregr.de fideicom.art.31.num.16.vbi alios citat;ea ratione,nàm quando quis vocatur per nomen proprium,nõ habetur reſpectus ad perſonam ſucceſſoris.l.cum ita datur.in princ.&in fin.ff.de condit.&demonſtrat.c.quoniam abbas.de off.deleg.&hinc eſt,quod prohibitio de non alienando facta hæredi ſub nomine proprio non tranſit ad hæredes ipſius hæredis,vt probat tex.in §.manifeſtum.in auth.de reſt.fideicom.&tradit Bart.in l.Lucius.§.1.ff.de leg.3.Alberic.in.l.vlt.nu.4.C.de reb.Eccleſ.non alienand.Bald.conſil.272.in fin.lib.5.Rom.conſ.457.num.1.in fin.Alex.conſil.36.num.14.lib.3.Curt.ſen.conſ.46.col.11.verſ.nec mirum.Ripa in.l.filiusfamilias.§.diui.num.110.ff.de leg.1.Vera tamen eſt

prima

primi opinio, vt vocatio nominis proprij nõ impediat tranſmiſſionem legati, vel fideicommiſſi conditionalis ad hæredes ipſius vocati, ſi ſaltem ex coniecturis appareat de intentione teſtatoris tranſmittere volentis, & Doctores in contrarium adducti loquuntur in caſu, quando non extant coniecturæ pro ipſa trãſmiſſione, ſed coniecturis extantibus non negant tranſmiſſioni locum eſſe. idem Gabriel. d. conſ. 121. num. 12. lib. 2. Menoch. conſil. 200. num. 96. & ſeqq. & ſic deciſum eſt à Rota Rom. vt in deciſ. 59. num. 5. part. 2. in recent. & per Ludouiſ. deciſ. 56. nu. 7. & ſeqq.

72 Ampliatur tertiò iſta ſecunda declaratio, quia licet quando vocatus eſt ſuperſtes, vel ſuperuiuens, tunc prædecedens non tranſmittat, nec filius ipſius prædecedentis iure tranſmiſſionis admittatur l. hęredes mei. §. cum ità ff. ad trebell. Bald. in l. quidam elogio. nu. 23. C. de iure delib. & conſil. 435. num. 5. vol. 4. Ripa in d. l. hæredes mei. §. cum ità. num. 59. verſ. ſed iterum. Alex. conſ. 252. in princ. vol. 6. Socin. iun. conſ. 14. num. 7. vol. 4. vbi teſtatur de communi, & conſ. 30. num. 6. eod. vol. 4. Menoch. conſ. 200. num. 107. & ſeqq. cum pluribus alijs ibi cumulatis per eum, attento quòd verba iſta; ſuperſtes vel ſuperuiuens; important conditionem: ſi ſuperuixerit: l. Stichũ qui meus erit, & ibi not. DD. ff. de leg. 1. & aliàs demonſtrant ſuperſtitem ipſum vel ſuperuiuentem tantùm, nihilominus coniecturæ operantur tranſmiſſionem iſtius legati vel fideicommiſſi ad hæredes legatarij, vel fideicommiſſarij, etiam in ſubſtitutione facta de ſuperſtitibus, vel ſuperuiuentibus; putà cùm teſtator inſtitutis duobns hæredibus ſubſtituit ſuperſtitem vel ſuperuiuentem; nam etſi ſubſtitutio facta per hæc verba dicatur ſubſtitutio conditionalis; videlicet ſi fuerit ſuperſtes vel ſuperuiuens; & ità impediat tranſmiſſionem Bald. in l. quidam elogio. num. 23. verſ. & hic aduerte. C. de iure delib. Alex. conſil. 109. num. 3. verſ. tamen, & num. ſeqq. lib. 7. Curt. iun. conſ. 57. num. 6. in fin. & conſ. 69. num. 2. verſ. ſecundò, Socin. iun. conſ. 14. nu. 5. verſ. quæ etiam, & num. ſeqq. & conſil. 30. num. 4. verſ. verum, lib 4. Menoch. conſ. 200. num. 93. nihilominus primò defunctus, ſi extant coniecturę, dicitur tranſmiſiſſe legatum, vel fideicommiſſum ad eius liberos. Cuman. conſ. 13. Dec. conſ. 369. num. 1. verſ. & in ſimili caſu, Crauet. conſ. 306. num. 3. et conſil. 776. num, 17. verſ. non obſtat impedimento, et in. l. cum filiofamilias. part. 2. num. 352. ff. de leg. 1. Pariſ. conſ. 76. num, 11. 12. et conſil. 37. num. 79. vol. 2. & conſ. 50. num. 35. verſ. qua de cauſa. vol. 3. Iaſ. conſ. 154. vol. 4. Gabriel concluſ. 2. num. 32. de hæred. inſtit. Zanch. in d. l. hæredes mei. §. cum ita. num. 219. & 220. ff. ad Trebell. Ioſeph. Ruſtic. conſil. 2. num. 79. vbi alios citat. Craſſ. in §. fideicommiſſum. quæſt. vlt. num. 3. Præt. de interpræt. vlt. vol. fol. 215. num. 34. verſ. ſanè. in fin. Rota Rom. deciſ. 502. part. 4. diuerſ. Mantic. deciſ. 319. vbi pro dicta ſua deciſione recitat quinque coniecturas. Contrarium, quòd imò ex coniecturis in caſu iſtius ampliationis non ſit locus trãſmiſſioni ad hæredes legatarij vel fideicommiſſarij, tenet Bald. in d. l. quidam elogio. num. 23. circa med. C. de iur. delib. Curt. iun. conſ. 69. num. 2. Menoch. d. conſil. 200. num. 101. & tueri videtur idem Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 11. tit. 20. num. 28. cũ alijs adductis per eum ex ea ratione quia con-

73 iecturæ nihil operantur, vbi ratio recti ſermonis non patitur; ſed ratio recti ſermonis non patitur, vt veniant filij hæredum, quando ſuperſtites vocantur: verùm ad hanc rationem reſpondetur, à proprietate verborum eſſe recedendum, vbi de mente teſtatoris apparet. l. non aliter. ff. de leg. 3. & dixi ſupra numero 52. & ſeqq. ideo tenenda eſt prima opinio ad fauorem tranſmiſſionis.

74 Subdeclaratur primò hæc tertia ampliatio, vt procedat in terminis ſuis, extãtibus ſcilicet coniecturis pro tranſmiſſione, namquè coniecturis ceſſantibus ceſſat quoquè tranſmiſſio non ſolùm ſi ſubſtitutio facta ſit ſine ſpecificatione liberorum, vt dictum eſt, verũ etiam ſi ſit facta ſpecificatim morienti ſine liberis; quia pariter in hac ſubſtitutione facta de ſuperſtite morienti ſine liberis primò decedens ceſſantibus coniecturis ſpem ſubſtitutionis, vel portionem alterius ſuperſtitis poſtmodum ſine liberis decedentis nullo modo tranſmittit neque ad proprios ſuos liberos, quia huiuſmodi ſubſtitutio dicitur ſubſtitutio conditionalis, ſcilicet ſi fuerit ſuperſtes morienti ſine liberis, qua conditionę defecta non poteſt ſubſtitutio valere, aut effectum ſuum ſortiri. l. hæc venditio. in princ. ff. de contrah. empt. l. qui hęredi. §. plautius. vbi Doctores. ff. de condit. & demonſtrat. l. cedere diem. ff. de verb. ſignif. & conſequenter nõ poteſt ius aliquod in filios, vel hæredes præmorientium tranſmitti: & ità per hanc rationem tenent Socin. iun. conſil. 14. num. 6. & conſ. 30. num. 5. lib. 4. Curt. iun. conſ. 69. nu. 2. verſ. ſecundò. Pariſ. conſ. 37. num. 50. 51. lib. 2. Menoch. conſ. 200. num. 94. Alex. con-

ſil.252.in princ.lib.6.Gozad.conſ.29.num,
17.idem Socin.iun,conſ.133.num.3.lib.1,
Natta conſ.551.nu.29.verſ.cogitarem.&
num.ſeqq.lib.3.Ruin,conſ.181,num.2.3.&
4.verſ.& hoc certum. lib. 2. Peregr. de fidei-
com.art.21.nu.28.Simon de Præt. de inter-
præt.vlt.volunt.lib.3.fol.321,num,15.&
ante eos Bald.in d.l.quidam elogio,num.23,
verſ.& hic aduerte.C.de iur.deliber.Hoc ta-
75 men caſu ſciendum eſt,quòd filij ipſius præ-
defuncti tanquàm vocati, & ex propria eorũ
vocatione admittuntur ad portionem pater-
nam; nàm quando inſtituti, ſunt etiam reci-
procè ſubſtituti;ſi ſine filijs deceſſerint; hi fi-
lij poſiti in conditione cenſentur vocati. Zan
ch.in.l.hæredes mei.§. cum ita,num.779.ff.
ad Trebell.poſt Corn,conſ.146,ſub nu. 13,
lib.2.& Rimin.ſen.conſ.78.col.2.lib.1,ſequi
tur Ruſtic.in tract.an & quand.liber, in con-
dit.poſ.lib.5.cap,1,num.1.& Menoch. conſ,
135.num.6.& de præſumpt,lib.4.preſumpt,
76.num.52.ad id citat etiam Pariſ.conſi.37,
num.38.lib,2.Gozad,conſ.64.num,12.&
Theſſaur.deciſ.96.num.31.
76 Subdeclaratur ſecundò iſta tertia amplia-
tio,vt locum non habeat, quando dictio; ſu-
perſtes;eſſet geminata,quia tali caſu impedi-
retur tranſmiſſio etiam coniecturis exiſtenti-
bus.Socin.iun.conſil.133.num.3.verſic,&
comprobatur.lib,1.& conſ.30.num,5.lib.4.
Menoch.conſ.200,num,102.Zanch. in d. §,
cum ita.num.220.verſic,retenta tamen.Si-
mon de Præt.de interpræt.vlt.volunt,lib.3.
77 fol.321,num,16,verſ.ſi verò; & ea eſt ratio,
quia ex hac geminatione reſultat plena deli-
beratio, & præciſa ac enixa voluntas teſtato-
ris,vt voluerit ſuperſtitem ſuccedere,& con-
ſequenter locum non eſſe tranſmiſſioni. arg.
l.baliſta.ff. ad Trebell, Euerard.in loc,legal,
loc,à vi geminationis. Ant. Corſett. in tract,
de verbis geminatis, Ex quo infertur non
eſſe locum tranſmiſſioni,cùm ſuperſtes voca-
tus eſt nominatim;nã ex dictione, ſuperſtes,
& vocatione nominatim facta inducitur ge-
minatio,quæ facit tranſmiſſionem ceſſare: ſic
in ſpecie Gabriel.conſ.121.num.22.& ſeqq.
lib,1.& illum ſequitur Mãtic.de coniect.vlt,
volunt.lib,11.tit.20.num,28.in fin,
78 Subdeclaratur tertiò, ut ampliatio hæc nõ
procedat, quando teſtator ordinauit ſuper-
ſtitem ſuccedere in totum, tunc enim cùm ſu
perſtes ſucceſſurus ſit in totum,non poteſt eſ-
ſe locus tranſmiſſioni in aliqua parte ad hæ-
redes legatarij,uel fideicommiſſarij.ſicRuin.
conſ.181.num.4.lib.2.Zanch.in d.§.cum ita,
num.220.in fine.verſic.limitari ſecundo.Me
noch,conſ.200.num.103. De quó tamẽ ual-
79 dè dubito,quia dictio;in totum; denotat in-
tegritatem ſucceſſionis, non excluſionem
tranſmiſſionis per ea,quæ dicunt Bart. in.l. ſi
unus.§.pactus ne peteret. num.5.ff. de pact.
Iaſ.in l.3.§.filius. num.2. ff. de liber. & poſt-
80 hum.licet ſecus diceré de dictione; penitus;
hæc enim nullam limitationem, ſeu modifi-
cationem recipit. Angel.conſil.31.num.9.
Dec.conſil.401,nu,3.Rota Rom.deciſ.526,
num.4.part,1,diuerſ.& idem de dictionibus,
prorſus,omnino,& omnimodo.Roland.cõſ.
27.num.20.& ſeqq. lib.4. Et de hoc dubita-
uit quoquè idem Zanch,num,340.et contra-
rium tenuit Præt.de interpræt,ult.uol.fol.
215.num,14.propè finem.
81 Ampliatur quartò iſta declaratio, & conſe
quenter ſubampliatur ampliatio præcedens,
vt procedat quoque extante dictione, alius,
vel alter; licet enim dictio hæc, ſi ſimpliciter
ea prolata eſt,impediat tranſmiſſionem ad hę
redes,tamen non impedit, ſi extant coniectu
ræ; extantibus namque coniecturis locus eſt
tranſmiſſioni ad hæredes etiam in legatò vel
fideicommiſſo conditionali, vbi adeſt dictio
alius,vel alter:veluti ſi teſtator dixerit,quòd
vno ex filijs inſtitutis decedente ſine filijs
maſculis, portio eius ad alios, ſeu alteros ſu-
peruiuentes perueniat: hoc caſu portio præ-
defuncti regulariter non tranſmittitur ad hæ
redes eiuſdem prædefuncti, ſed peruenit ad
alios ſuperuiuentes,Alex,conſil.204.num.3.
verſic,ſolum ergo. & nu.4.lib.2. Ruin. conſ.
181.num.2.& 3.lib.2.& conſ.130.nu,1.lib.
3.Crauet,conſ.306.num.3.& in l. cum filio-
familias. part.2.num.355.ff.de leg.1. Dec.
conſil,182.num.18.uerſ.& dum poſtea.Zan
ch.in l.hæredes mei.§.cum ita.num.217.ff.
82 ad Trebell,quia dictio alius, uel alter, de ſui
propria natura eſt dictio relatiua,& repræſen
tatiua eiuſdem qualitatis, cuius erat ille, de
quo facta eſt mentio.Alex.Ruin.Dec. in loc.
citat.& Crauet.in d.l.cum filiofamilias.part.
2.num.355. nihilominus ſi extant coniectu-
ræ, illæ operantur tranſmiſſionem legati, uel
fideicommiſſi conditionalis ad hæredes lega-
tarij uel fideicommiſſarij etiamſi adeſſet di-
ctio,alius vel alter.Crauet.d.conſ.306.nu.3.
verſic.ſed in contrarium, & in d.l.cum filio-
familias.part.2.num.355.ff.de leg,1.Ruin.
d.conſ.130.num.3.& 4.lib,3.Zanch,in d.§.
cum ita.num.217.
83 Ampliatur quintò hæc ſecunda declaratio
caſus principalis, vt procedat quoquè in ca-
ſu,

ſu, quo legatũ vel fideicommiſſum eſſet quaſi caducum; vt ſi legatarius vel fideicommiſſarius deceſſerit viuente teſtatore, & pèndente adhuc conditione; quia coniecturæ operantur vt nihilominus locus ſit tranſmiſſioni. Dec.conſ.574.nu.1.& ſeqq.Socin.iun.conſ. 167.nu.21.& 22.vol.2.Ruin. conſ.156.nu. 1.iuncto num.4.lib.2. Burſat.conſ. 261.nu. 12.Phanuc. de inuentar. part.6.num. 88. in fin.addit.ad Alex.conſ.109.lib.2.& Decium refert ac ſequitur Baldas. Quint. conſ.177. num.45.inter conſ.vlt.volunt.lib.1.Mantic. de coniect.vlt.volunt.lib.11.tit.20.nu.29.

Contrarium tamen voluerunt Curt. iun. conſ.96.num.4. & 5. Crauet. in l. cum filiofamilias.2.part.nu.359.ff. de leg.1.Torniel. in l.hæredes mei.§.cum ita.num.62.in fin. ff. ad Trebell.& Præt. de interpræt. vlt. volunt. lib.3.fol.215.verſ.ſanè. Sed non recedo à prima opinione, de qua latius dicam in caſ. 2. num.29.& ſeqq.

84 Ampliatur ſextò, vt idem ſit etiam in hæreditate non adita; quamuis enim hæreditas non adita regulariter non tranſmittatur; tamen fallit ex præſumpta mente, & voluntate teſtatoris. Ang.Imol. & Alex. in l.qui duos num.4.verſ.& ideo & Iaſ.num.3. & 4. ff. de vulg.& pupill.

85 Ampliatur ſeptimò, vt idem ſit quoque in ſubſtitutionibus directis, quia ſubſtitutiones directæ pariter tranſmittuntur ex coniecturata voluntate teſtatoris, vt dicam in caſu 7.num.28.

86 Subdeclaratur primò hæc ſecunda declaratio, quia coniecturæ requiſitæ ad huiuſmodi tranſmiſſionem legati, vel fideicõmiſſi conditionalis poſſunt colligi non ſolum ex verbis teſtamenti, ſed etiam ex tacita mente teſtatoris aliunde reſultante, quàm ex verbis eiuſdem teſtamenti, nàm licèt dixerint quidã has coniecturas colligi debere ex ipſo teſtamento, veluti Socin.in l.hæredes mei. §. cum ita num. 10.ff.ad Trebell.Dec.conſ.55.num. 8.verſic.ſed ad hoc.& conſ.417. num.4. & conſil.465.num.16.verſic.vltimo.Ruin.cõſ. 129.num.13.lib.3.& alij relati per Gabriel. concluſ.2.num.19.de hæred.inſtit.& per Ioſeph.Ruſtic.in tract.an & quand.liber. in cõdit.poſit.lib.2.cap.1.num.3.& Eugen. conſ. 33.num. 32. & ſeqq.lib. 2. ea ratione moti, quia quod teſtator non loquitur, velle non præſumitur per tex.in l.quidam cum filium, & ibi not.Bald.in fine.ff. de hæred. inſtit. nihilominus veritas eſt quòd ſufficit vt coniecturæ colligantur extrinſecus à teſtamento. ſic tenet Socin.iun.conſ.167.col.3.vol.2. Pariſ.conſ.5.num.17.& conſ.66.col.9.in princ. vol.3.Curt.iun.conſ.121.num.10.Zanch.in l.hæredes mei.§.cum ita.num.233.verſic.nõ omitto.ff.ad Trebellian.Mãtic.de coniectur. lib.11.tit.20.nu.9.verſ. verũ.Intrigl.de ſubſtit.cent.3.quæſt.47.nu.9.Craſſ.in §.trãſmiſſio.quæſt.28. nu.9.& pro hac parte tex.eſt in l.vnum ex familia.§.fin.ff.de leg.2. vbi quando verba fideicommiſſi ſunt omiſſa, & cætera quæ leguntur, congruunt cum his quæ debuerunt ſcribi, reſultat fideicommiſſum, ad idem eſt text.in l.penult.ff.de legat.1.l.fideicommiſſa.§.hæc verba,& §.item ſi quis.in fine.ff.de legat. 3. vbi quod in fideicommiſſis ſpectanda, ſeruandaque eſt teſtatoris voluntas, ad idem text.in l.cum virum. C. de fideicõmiſſis, vbi quod in fideicõmiſſis volũtas magis, quàm verba intuenda eſt: Et hanc opinionẽ quod cõiecturæ colligi poſſint ẽt extrinſecus à teſtamento, approbare videntur illi, qui tenẽt eas relinqui debere arbitrio, & circumſpectioni Iudicis, prout ſic tenuit Curt. iun. conſil.96. num.2.Socin.iun.conſil.141.num.23.lib.2. Mantic.de coniectur.lib.11.tit.20. num.10. verſic.ſed quod.Menoch.de arbitr.caſu 165. & adſtipulatur text.in l. voluntatis. C. de fideicomm. vbi quòd voluntatis defuncti quæſtio eſt in æſtimatione Iudicis, & in l. 3. §. ideoque.ff.de teſtib.ibi, tu magis ſcire potes, quanta fides habenda ſit teſtibus.

87 Hoc tamen vnum eſt, quòd etſi ad effectũ huiuſmodi tranſmiſſionis legati vel fideicommiſſi conditionalis coniecturæ relinquantur arbitrio, & circumſpectioni Iudicis, vt mox dictum eſt; nihilominus debent eſſe neceſſariæ, aut multum probabiles. Ripa in l. hæredes mei.§.cum ita.num.64.ff.ad Trebell.Gabr.conſ.121.num.12.lib.2. Mantic. de coniectur.d.lib.11.tit.20.num.9.in fine. Seraph. deciſ.1014.num.1.& deciſ.1479.num.6. & dictũ fuit in deciſ.100.nu.2.part.1.in recent.

Sed difficultas conſiſtit in cognoſcendo, quæ coniecturæ dicantur neceſſariæ vel concludentes, ita vt ex eis concipi poſſit hæc tacita teſtatoris voluntas legatum, vel fideicõmiſſum conditionale tranſmittendi.

88 Vna igitur coniectura eſt, quando teſtator non ſolùm inuitauit ſubſtitutum, ſed etiã eius hæredes, vt ſi ita dixit; ſi filius meus hæres inſtitutus deceſſerit ſine filijs, ſubſtituo Caium, & eius hæredes; hoc enim caſu decedente Caio ante filium teſtatoris inſtitutum, ius ſubſtitutionis fideicommiſſariæ trãſmittitur ad hæredes ipſius Caij. Bald. in l. ſi

pater.

ſil.252.in princ.lib.6.Gozad.conſ.29.num.
17.idem Socin.iun.conſ.133.num.3.lib.1.
Natta conſ.551.nu.29.verſ.cogitarem.&
num.ſeqq.lib.3.Ruin.conſ.181.num.2.3.&
4.verſ.& hoc certum. lib. 2. Peregr. de fidei-
com.art.21.nu.28. Simon de Præt. de inter-
præt.vlt.volunt.lib.3.fol.321. num.15.&
ante eos Bald.in d.l.quidam elogio.num.23.
verſ.& hic aduerte. C.de iur.deliber. Hoc ta-
75 men caſu ſciendum eſt,quòd filij ipſius præ-
defuncti tanquàm vocati, & ex propria eorũ
vocatione admittuntur ad portionem pater-
nam; nàm quando inſtituti, ſunt etiam reci-
procè ſubſtituti;ſi ſine filijs deceſſerint; hi fi-
lij poſiti in conditione cenſentur vocati. Zan
ch.in.l.hæredes mei.§. cum ita.num. 779.ff.
ad Trebell.poſt Corn. conſ.146. ſub nu. 13.
lib.2.& Rimin.ſen.conſ.78.col.2.lib.1.ſequi
tur Ruſtic.in tract.an & quand.liber. in con-
dit.poſ.lib.5.cap.1.num.1.& Menoch. conſ.
135.num.6.& de præſumpt.lib.4.præſumpt.
76.num.52.ad id citat etiam Pariſ.conſi.37.
num.38.lib.2.Gozad.conſ.64.num.12.&
Theſſaur.deciſ.96.num.31.

76 Subdeclaratur ſecundò iſta tertia amplia-
tio,vt locum non habeat, quando dictio; ſu-
perſtes;eſſet geminata,quia tali caſu impedi-
retur tranſmiſſio etiam coniecturis exiſtenti-
bus.Socin.iun.conſil.133.num.3.verſic.&
comprobatur.lib.1.& conſ.30.num.5.lib.4.
Menoch.conſ.200.num.102.Zanch. in d.§.
cum ita. num. 220. verſic. retenta tamen. Si-
mon de Præt.de interpræt.vlt. volunt. lib.3.
77 fol.321.num.16.verſ.ſi verò; & ea eſt ratio,
quia ex hac geminatione reſultat plena deli-
beratio, & præciſa ac enixa voluntas teſtato-
ris,vt voluerit ſuperſtitem ſuccedere,& con-
ſequenter locum non eſſe tranſmiſſioni. arg.
l.baliſta.ff. ad Trebell. Euerard.in loc. legal.
loc.à vi geminationis. Ant. Corſett. in tract.
de verbis geminatis, Ex quo infertur non
eſſe locum tranſmiſſioni,cùm ſuperſtes voca-
tus eſt nominatim;nã ex dictione, ſuperſtes,
& vocatione nominatim facta inducitur ge-
minatio,quæ facit tranſmiſſionem ceſſare: ſic
in ſpecie Gabriel.conſ.121.num.22.& ſeqq.
lib.1.& illum ſequitur Mãtic.de coniect.vlt.
volunt.lib.11.tit.20.num.28.in fin.

78 Subdeclaratur tertiò, ut ampliatio hæc nõ
procedat, quando teſtator ordinauit ſuper-
ſtitem ſuccedere in totum, tunc enim cùm ſu
perſtes ſucceſſurus ſit in totum,non poteſt eſ-
ſe locus tranſmiſſioni in aliqua parte ad hæ-
redes legatarij,uel fideicommiſſarij.ſic Ruin.
conſ.181.num.4.lib.2.Zanch.in d.§.cum ita.
num.220.in fine.verſic.limitari ſecundo.Me
noch.conſ.200.num.103. De quó tamẽ ual-
79 dè dubito,quia dictio;in totum; denotat in-
tegritatem ſucceſſionis, non excluſionem
tranſmiſſionis per ea,quæ dicunt Bart. in.l. ſi
unus.§.pactus ne peteret. num.5.ff. de pact.
Iaſ.in l.3.§.filius. num.2. ff. de liber. & poſt-
80 hum. licet ſecus dicerẽ de dictione; penitus;
hæc enim nullam limitationem, ſeu modifi-
cationem recipit. Angel. conſil.31.num.9.
Dec.conſil.401.nu.3.Rota Rom.deciſ.526.
num.4.part.1.diuerſ.& idem de dictionibus,
prorſus,omnino,& omnimodo.Roland.cõſ.
27.num.20.& ſeqq. lib.4. Et de hoc dubita-
uit quoquè idem Zanch.num.340.et contra-
rium tenuit Præt. de interpræt. ult. uol. fol.
215.num.14.propè finem.

81 Ampliatur quartò iſta declaratio, & conſe
quenter ſubampliatur ampliatio præcedens,
vt procedat quoque extante dictione, alius,
vel alter; licet enim dictio hæc, ſi ſimpliciter
ea prolata eſt,impediat tranſmiſſionem ad hę
redes,tamen non impedit, ſi extant coniectu
ræ; extantibus namque coniecturis locus eſt
tranſmiſſioni ad hæredes etiam in legatò vel
fideicommiſſo conditionali, vbi adeſt dictio
alius,vel alter:veluti ſi teſtator dixerit,quòd
vno ex filijs inſtitutis decedente ſine filijs
maſculis, portio eius ad alios, ſeu alteros ſu-
peruiuentes perueniat: hoc caſu portio præ-
defuncti regulariter non tranſmittitur ad hæ
redes eiuſdem prædefuncti, ſed peruenit ad
alios ſuperuiuentes. Alex.conſil.204.num.3.
verſic.ſolum ergo. & nu.4.lib.2. Ruin. conſ.
181.num.2.& 3.lib.2.& conſ.130.nu.1.lib.
3.Crauet.conſ.306.num.3.& in l. cum filio-
familias. part.2.num.355.ff.de leg.1. Dec.
conſil.182.num.18.uerſ.& dum poſtea.Zan
ch.in l. hæredes mei.§. cum ita.num.217.ff.
82 ad Trebell.quia dictio alius, uel alter, de ſui
propria natura eſt dictio relatiua,& repræſen
tatiua eiuſdem qualitatis, cuius erat ille, de
quo facta eſt mentio.Alex.Ruin.Dec. in loc.
citat.& Crauet.in d.l.cum filiofamilias.part.
2.num.355. nihilominus ſi extant coniectu-
ræ, illæ operantur tranſmiſſionem legati, uel
fideicommiſſi conditionalis ad hæredes lega-
tarij uel fideicommiſſarij etiamſi adeſſet di-
ctio,alius vel alter.Crauet.d.conſ.306.nu.3.
verſic.ſed in contrarium, & in d.l. cum filio-
familias.part.2.num.355.ff. de leg.1. Ruin.
d.conſ.130.num.3.& 4.lib.3.Zanch. in d.§.
cum ita.num.217.

83 Ampliatur quintò hæc ſecunda declaratio
caſus principalis, vt procedat quoquè in ca-

ſu,

alij conſubſtituti admittuntur in totum: ſic Angel. conſ. 305. & Ioan. de Plat. in l. 1. ad finem. C. ſi liberal. imper. lib. 10. Aret. in l. gallus. §. etiamſi parente. in fin. & ibi Socin. num. 11. & Iaſ. nu. 34. vbi dicit opinionem hanc eſſe magis communiter approbatam. ff. de liber. & poſthum. & cum eis tranſit Ruin. conſ. 154. num. 9. vol. 1. Curt. iun. conſ. 57. in fin. & conſ. 161. num. 4. Pariſ. conſ. 44. nu. 11. vol. 3. & tuetur Zanch. in l. hæredes mei. §. cum ita. num. 229. & 902. ff. ad Trebell. & tenet Menoch. conſ. 105. num. 36. quicquid in contrarium dixerint Alex. in d. §. etiamſi parente. num. 5. in fin. & Socin. iun. conſ. 20. num. 5. vol. 3.

93 Ampliatur, nàm quãdo ſubſtituti ſunt plures, & vnus ex eis prædecedit grauato, tunc non tranſmittit ius fideicommiſſariæ ſubſtitutionis nedum ad hæredes extraneos, ſed neque ad proprios liberos, ſed vtroque caſu admittuntur alij conſubſtituti ſuperſtites ſecundùm Anchar. conſ. 390. & Zanch. in loc. citat. num. 902. verſ. hæc itaquè.

94 Declaratur tertiò hæc coniectura, quia licet ſubſtitutus prędecedens inſtituto (quando ſcilicet ſubſtitutus eſt vnus tantùm, & eius hæredes, vt dixi in præcedenti declaratione) tranſmittat ius fideicommiſſariæ ſubſtitutionis ad hæredes, tamen intelligitur, vt tranſmittat ad hæredes ſanguinis tantùm, nõ autem ad hæredes extraneos; aliàs enim ſequeretur inconueniens, quòd ſi poſtquam deceſſit Caius ſubſtitutus relictis extraneis hæredibus, demùm deceſſerit quoquè inſtitutus ſine liberis, & relictis ſimiliter extraneis hæredibus, legatum, & fideicommiſſum veniret reſtituendum hæredibus extraneis ſubſtituti, & ſic hæredes extranei ipſius ſubſtituti præferrentur hæredibus extraneis primo loco inſtituti, quod non eſt credendum fuiſſe de mente teſtatoris, qui ſicut prædilexit filium inſtitutum, & eius liberos Caio ſubſtituto & eius liberis, itá etiam cenſetur prædilexiſſe hæredes extraneos ipſius filij inſtituti hæredibus extraneis Caij ſubſtituti arg. l. publius. §. Titia. ff. de cõdit. & demonſtrat. per quam rationem ſic tenent Bart. in l. gallus. §. etiamſi parente. num. 5. ff. de liber. & poſthum. & ibi Bald. ſub num. 2. verſ. ſecundò quæro, Paul. de Caſtr. nu. 5. Aret. ſub nu. 56. verſ. quærit etiam. & Iaſ. num. 27. & 28. vbi dicit hanc eſſe magis communem opinionem, & eam tenendam eſſe in iudicando, & conſulendo, ſequitur Socin. ſen. conſ. 12. ante num. 1. vol. 3. Pariſ. conſ. 88. num. 37. vol. 2. Dec. conſ. 294. num. 1. verſ. ſecundò. vbi pariter dicit hanc opinionem videri communiter approbatam. idem Paul. de Caſtr. conſil. 114. num. 5. verſ. nunc eſt videndum. lib. 1. Crauet. conſ. 38. num. 3. Bald. in cap. 1. num. 2. de nat. ſucceſſ. feud. Fulgoſ. conſ. 17. num. 2. Zanch. in l. hæredes mei. §. cum ita. nu. 230. vbi etiam de communi. ff. ad Trebell. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. 14. num. 6. Gabriel concluſ. 2. nu. 28. de hæred. inſtit. Præt. de interpræt. vlt. vol. fol. 196. nu. 10. Intrigl. de ſubſtit. cent. 3. quæſt. 47. num. 13. Verum eſt, quòd contrarium tenuerunt Angel. & Imol. in d. §. etiamſi parente: & ibi Alex. nu. 5. qui mouentur ex eo, quòd teſtator in perſona filij ſe reſtrinxit ad liberos, in perſona autem Caij magis abundè prouidit vtendo verbo magis generali, ſcilicet: hæredes; per quod debent omnes admitti etiam extranei. l. in annalibus. C. de legat. l. ſciendum. ff. de verb. ſignif. & quia hæredes Caij ſubſtituti, ſunt vocati diſpoſitiuè, hæredes autem filij inſtituti conditionaliter, quo caſu non cenſentur inſtituti, nec ſubſtituti iuxta opinionẽ gloſ. vlt. in l. Lucius. la 2. ff. de hæred. inſtit. & aliorum, quos refert Ruſtic. in tract. an & quand. liber. in cond. poſit. cap. 2. part. 1. Sed nihilominus à priori opinione non eſt recedendum, quam etiam tenuit idemmet Alex. ſibi contrarius conſ. 93. num. 7. vol. 3. & conſ. 125. num. 18. vol. 5. quia ſicut reſpectu filij inſtituti teſtator voluit ſolùm vocari liberos ad excluſionem ſubſtituti, ita etiam reſpectu Caij ſubſtituti cenſetur voluiſſe ſolùm vocari liberos ad excluſionem aliorum hæredum;
95 nâmque verba teſtatoris appoſita in vna parte teſtamenti declarant verba appoſita in alia parte. l. qui filiabus. in princ. l. ſi ſeruus pluriũ. §. fin. ff. de leg. 1.

96 Subdeclaratur primò hæc tertia declaratio, vt locum non habeat, quando ſubſtitutus, eſt extraneus teſtatori; tunc enim ſicut idem teſtator voluit admitti ipſum ſubſtitutum extraneum, & eum præferri hæredibus extraneis inſtituti, ita pariter dicendum eſt de hæredibus extraneis eiuſdem ſubſtituti, quia ſubſtituendo extraneum, non videtur reſpexiſſe ad filios, vel iura ſanguinis; ſicquè videtur voluiſſe ſubſtitutum extraneum prædecedentem grauato poſſe tranſmittere ius ſubſtitutionis fideicommiſſariæ etiam ad extraneos hęredes. Dec. conſ. 294. nu. 4. & eum refert Zanch. in d. l. hæredes mei. §. cum ita, nu. 230. verſ. primam. ff. ad Trebell. & ſimile videmus, quòd licet fæminæ regulariter non admit-

admittantur ad ſucceſſionem feudi.cap.1.§. hoc autem notandum. de his qui feud.dar, poſſ. tamen ſi à principio inueſtitæ eſt fœmina, etiam aliæ fœminæ admittuntur.cap.1.de nat. ſucceſſ. feud, Curt. iun. de feud. part.3. num.3.& conſ.181.nu.1. Roland.conſ.76. nu.7.lib.3.amplè per Roſentall.de feud. cap. 7.concluſ.35,cum alijs per eum allegatis, & quod dicitur de feudo, idem eſt de emphiteoſi Rolād.d. conſ. 76.nu.6.lib.3.Gabriel.concluſ.6.num.98.de verb.ſignif.cum alijs congeſtis per Roſentall.loc.cit.ſub.num.16.

Ampliatur ſubdeclaratio,quia ſi in ſubſtitutione facta de ipſo extraneo non eſſet appoſita illa conditio;ſi deceſſerit ſine liberis; nec tacitè ea intelligeretur; puta quia non ſit inſtitutus filius, in quo tacitè dicta conditio intelligitur.l.cum auus.ff.de condit.& demōſtrat.cum concord.tunc hæredes extranei ſubſtituti præterrentur nedum hæredibus extraneis ipſius inſtituti,ſed etiam eius filijs,& deſcendentibus, Paul. de Caſtr, in.l, gallus. §, etiamſi parente. nu.8.ff. de liber.& poſthum, vbi dicit ita vidiſſe cōſultum per egregios viros,licet ipſe dubius videatur;hoc tamen firmat ibi Socin.num.8.verſ.& hanc concluſionem.& Aret.ſub num,56.verſ.hoc tamen dictum.ff.de liber.& poſthum.Fulgoſ.conſ.58. Mantic. de coniect. vlt, volunt. lib.8.tit,14. num.7. verſ. vnde etiam. Præt. de interpræt. vlt.vol.fol,197.ſub. num.10, verſ. quæ quidem.

97 Subdeclaratur ſecundò hæc tertia declaratio,vt locū nō hēat,quando ſubſtitutus de tēpore facti teſtamenti erat ſenex, vel ſterilis, vel aliàs inhabilis ad generandum, quia hoc caſu locus eſt tranſmiſſioni ad hæredes extraneos; namque non eſt credendum teſtatorem ponderaſſe iura ſanguinis,vel reſpexiſſe ad filios ipſius ſubſtituti, qui inhabilis erat ad eorum generationem Dec.d.conſ.294.in fin.& Paul.de Caſtr.conſ.45.vol,2, vbi dicit quòd illud verbum;eiuſquè hæredes;intelligitur de extraneis, ſi commodè & congruè non poteſt intelligi de filijs vel deſcendentibus;& eum refert, ac ſequitur Zanch, in d.§, cum ita.nu.230.verſ.ſecundam. & Peregrin, de fideicom.art.32. num,31, verſ. quam tamen: & facit tex. in.l.pediculis. §. item cum quæreretur.ff.de aur.& arg.leg,l. fundus qui locatus. ff. de fund. inſtruct. & quod notat Bald.in l.eā quam. num,39. C. de fideicom. vbi quòd inueſtitura facta pro ſe, & hæredibus procreatis,& procreādis, ſi inueſtitus de tempore ipſius inueſtituræ alios filios non habet,niſi vnicum tantùm filium naturalem, is ſuccedit in feudo,ſtante quòd de alio non poteſt intelligi; ideo Angel, in l, generaliter. §, cum autem.num.3.C.de inſtit, & ſubſtit. dicit,quòd ſi alicui relinquitur ſub conditione; ſi filios habuerit; non impletur conditio, niſi ſint legitimi, ſaluo niſi legatarius alios quàm naturales habere non poſſet, nam tunc teſtator de eis intelligitur ſenſiſſe:& idem Bald.in cap. 1. §. naturales, num. 8. in tit. ſi de feud, fuer.controuerſ.dicit quòd ſi conceditur feudum cuidam exiſtenti in ſacris recipienti pro ſe & hæredibus, intelligitur de agnatis ex ea ratione quia filios habere non poteſt; & eum ſequitur Theſſaur.deciſ.146. num,5.

98 Subdeclaratur tertiò hęc tertia declaratio, vt non procedat quando teſtator in ſubſtitutione vocaſſet omnes eius hæredes;nam propter illam dictionem;omnes;compræhenduntur etiam hæredes extranei, ita quòd fieret tranſmiſſio etiam ad hæredes extraneos, vt multipliciter probat Dec.d. conſ. 294 num. 2.& 3.Zanch.in d.l.hæredes mei, §. cum ita. num.230.verſ.tertiam.ff.ad Trebell.& tenet Roland.conſ.96. num. 30, lib.1. & conſ.87. num.14,lib.2.& conſil.13. num.33. & ſeqq. lib.4.Peregr.de fideicom.art.32.nu.31.verſ. aliam.& Mart.de clauſul, part.3. clauſul.54, & facit tex.in l.Iulianus.ff.de leg,3.generaliter autem quando appellatione hæredum intelligantur hæredes extranei, tradunt Peregr.d,art.32.Gabriel concluſ.2.de verbor. ſignif.& Tuſch. concluſ.80.in litera. H,

99 Secunda coniectura eſt, quando teſtator inſtituit filios fratris & ſi quis eorum ſine filijs decederet, ſubſtituit alios filios quibus non exiſtentibus ſubſtituit extraneum; hoc enim caſu ſi vltimus filiorum fratris decederet ſine filijs, filij præmortuorum ſuccederēt per fideicommiſſum vigore ſubſtitutionis factæ de eorum patribus, & in eos tranſmiſſæ Socin.ſen,in l.hæredes mei. §. cum ita. num, 10.verſ.ex cuius dicto.ff.ad Trebell.Iaſ. cōſ. 154.nu.7.verſ,accedit, & nu.8. lib. 4. Curt. iun.conſ,114.num.7.& conſil.16.num.6. & conſ.121,num.12.verſic. & quod iſta. Crauet,in l.cum filiofamilias.in 2.part.nu. 341, ff.de leg.1.Ruin.conſ.140.num.13,lib.2.Gabriel.concluſ.2.num.21. de hæred, inſtit. Et ratio eſt, quia teſtator non ſolùm reciprocè ſubſtituit filios fratris, ſed etiam eos poſuit in conditione in ſecūda ſubſtitutione ad excluſionem extranei,dicendo; quibus non exiſtentibus ſubſtituo Caium; ergo etiam eorū filios cenſetur voluiſſe præferre ſubſtituto

iuxta

iuxta.l.Lucius.la 2.ff.de hered.inſtit.Cui ra-
tioni non obſtat, quòd poſitio in conditione
non faciat coniecturam tranſmiſſionis, Ripa
in d.§.cum ita. num. 64. verſ. ſed aduerte &
Zanch.nu.245.& ſeqq. quia imò verius eſt,
& magis receptum, quòd licèt conditio, in
qua poſiti ſunt filij, non ſit ſufficiens vt poſ-
ſint dici vocati ex eorum perſona, tamen ſuf-
ficit ad effectum tranſmiſſionis, vt ſcilicet ſu-
matur coniectura teſtatorem voluiſſe locum
eſſe tranſmiſſioni, vt inferius dicam in ſexta
coniectura.

100 Tertia eſt coniectura, quando teſtator in-
ſtitutis hæredibus Titio, & Sempronio fratri
bus ſuis, ſubſtituit Sempronium Titio per fi-
deicommiſſum, & eodem Sempronio non exi
ſtente, Caium eiuſdem Sempronij filium, &
hæredem, quem vnicum habebat; hoc enim
caſu ſi Titio grauato prædeceſſit Sempronius
relictis etiam alijs filijs, & hæredibus, quos
poſtea ſuſceperat, & pariter eidem Titio præ-
deceſſit quoquè Caius, attamen quia tem-
pore euenientis conditionis, nempe mortis
prædicti Titij grauati ſuperſunt alij filij Sem
pronij poſtea nati, & illius hæredes, ad eos
fiet tranſmiſſio ſubſtitutionis Socin.Sen.in.l.
hæredes mei.§.cum ita.nu.12.ff. ad Trebell.
& ibidem Ripa. num.65. Socin. iun. nu.12.
& 17.Zanch. nu.259. verſ. verumtamen co-
gitabam.Curt.iun.conſ.121.num.12.Sfort.
Odd.in tract.de cõpend.ſubſt.part.6.quæſt.
1.art.2.verſ.limitatur quartò. Mantic.de cõ
iect.vlt.vol. lib.11. tit.20. num.22. Præt.de
interpræt.vlt.vol.fol.214.nu.34. poſt princ.
verſ. & vbi per fideicommiſſum. Intrigl.de
ſubſt.cent.3.quæſt.47.nu.16. & 17. Peregr.
de fideicom.art.31.num.14. & vna ratio eſt,
quia apparet, quòd teſtator voluit prouidere
non ſolum Sempronio, ſed etiam eius filijs,
vnde eſt præſumptio, quòd ſi cogitaſſet futu-
ros eſſe alios filios Sempronij, eoſquè hære-
des illius extare, eos ſimiliter ſubſtituiſſet ar-
gum.l.tale pactum.§.fin.ff.de pact.

Nec obſtat, quòd iſta non poſſit eſſe con-
iectura tranſmiſſionis ex ea ratione, quia cum
poſt mortem Sempronij vocatus ſit Caius,
ob id potius tractandum ſit de tranſmiſſione
ex perſona eiuſdem Caij, quàm ex perſona
Sempronij; ſed de tranſmiſſione ex perſona
Caij adhuc tractari non poteſt, quia opus eſ-
ſet, quòd ipſi filij Sempronij eſſent hæredes
ipſius Caij tranſmittentis, vt dixi in euiden-
tialibus num.4. & ita concludendum eſt eſſe
coniecturam vocationis, non tranſmiſſionis,
prout dicit, & tenet Torniell.in d.§. cum ita.
nu.65. quia reſpondetur imò illam eſſe tranſ-
miſſionis coniecturam, cum enim ſubſtitutio
facta de filio Sempronij fuerit nominatim fa-
cta de Caio, videtur, quòd iure vocationis nõ
veniant alij filij Sempronij, prout dicimus
101 quod appellatione filiorũ nomine proprio
nominatorũ non veniunt nepotes, qui aliàs
venirent Bart.in.l.liberorum.ſub nu.5. verſ.
ſed mihi videtur.ff. de verb. ſignif. Crauet.
conſ.98.num.9.Ruin.conſ.117.num.1.& 2.
& conſ.130.num.5.& conſil.179.nu.3.lib.2.
& conſ.129.nu.1.& 8.lib.3. Curt.iun. conſ.
121.num.9.& conſ.57.num.2.Gozad.conſ.
4.num.4.conſ.29.num.14.& conſ.36.num.
10. Dec.conſ.391.nu.5. ideo neceſſe eſt eos
venire iure tranſmiſſionis ex perſona Sem-
pronij ex præſumpta mente teſtatoris, qui ſi-
cut ſubſtituit Caium, ita etiam credendum
eſt, quòd voluerit, vt prædefuncto Caio fie-
ret tranſmiſſio ad alios filios Sempronij, ſi de
hoc cogitaſſet per gloſ.vlt.in d.l.tale pactum.
§.fin.ff.de pact.l.mulier.ff.ad Trebell,

Nec obſtat conſideratio Zanchi in d.l.hæ-
redes mei.§.cum ita num.259.ff.ad Trebell.
Socin.iun.conſ.102.colum.penult.in fin.lib.
1.Alb. conſil.106. nu.24. & Roland. conſil.
56.num.24.verſic.& quia pariter.lib.3.dum
dixerunt traditionem gloſ. in d.l. tale pactũ.
§.fin.non procedere, quando verba teſtamen
ti eò non tendunt aliquo modo, & ſic eſt om-
nino omiſſum; nàm reſpondetur imò ſatis di-
ci compræhenſum, cùm teſtator vocando he-
redem intellexerit de eo, qui eſſet hæres tem-
pore euenientis caſus ſucceſſionis d.l.tale pa-
ctum.§.vlt.

102 Alia ratio iſtius coniecturæ ea eſſe poteſt,
quia in quolibet actu attenditur tempus, quo
diſpoſitio effectum ſumit.l. ſi ſponſus.l. cum
hic ſtatus.§.ſi ſponſus.ff.de donat. int. vir.&
vxor.l.filiam.ff.de aur.& arg.legat.Tiraq.in
tract.de iure primog.quæſt.40.num.178.ſed
tempore euenientis conditionis, ideſt mor-
tis Titij grauati, extant filij Sempronij, ergo
hi debent admitti.

Nec obſtat, quòd tunc ſit attendendum
tempus euenientis conditionis, cum de tem-
pore conditi teſtamenti non extabant aliqu
filij Sempronij; ſecus autem ſi aderant aliqu
filij iam nati de eo tempore, vt in caſu noſtro
tunc enim videtur attendendum tempus con
diti teſtamenti, non euenientis conditionis,
vt mouet Zanch.in d.§.cum ita.nu.262.quia
reſpondetur hoc non procedere, quando di-
ſpoſitio confertur in futurum euentum d.l. fi
liam.ff. de aur.& arg.leg.l. cum pater.§. fidei

tuę,ff.de leg.2.l.fin.ff.de opt.legat.Alex.cōſil.26.num.5.verſic.& hoc.lib.3.Dec.conſil.217.in fine.Ruin.conſ.160. num. 13.& 14. volum.2.Zanch.in d.§.cum ita.num.260.Secundò reſpondetur quòd quando tempore euenientis conditionis extant illi filij,qui nati erant tempore conditi teſtamenti, hi quidem præferuntur tanquam quòd de eis tantū ſenſerit teſtator,ſi verò non extāt illi, ſed alij poſt conditum teſtamentū nati,hi ſuccedunt ex coniecturata teſtatoris volūtate,tùm quia ſi fuiſſet interrogatus,an non exiſtentibus illis natis tempore conditi teſtamenti vellet alios admitti, reſpondiſſet velle ob dilectionem, qua eos proſequitur poſt illos,qui extabant tempore teſtamenti:ſic conſuluerunt. Paul.de Caſtr.conſ.247.nu.11.lib.2. Ruin. conſ.22.num.7.& ſeqq. lib.2. Roland. conſ. 70.num.48. verſic. pariter non obſtat. lib. 3. Menoch.conſ.106.num.71.tùm etiam ne diſpoſitio eiuſdem teſtatoris reddatur inutilis. arg.l.fundus.ff.de fund. inſtruct. Et tandem in terminis hanc tertiam coniecturam admittunt Soc.ſen.in.l.hæredes mei.§.cum ita. nu. 12.ff.ad Trebell.& ibidem Ripa.nu.65.Soc. iun.num.12.& num.17.Curt.iun.conſ.121. num.12. Mantic. de coniect.vlt. volunt. lib. 11.tit.20.num.22.Sfort.Odd.in tract. de cō pend.ſubſtit.part.6.quæſt.1.art.2.verſ.limitatur quartò.Zanch.in d.§.cum ita.nu. 259. verſic.verumtamen cogitabam. Præt. de interpræt.vlt.volūt.fol.214.nu.34. poſt princ. verſ.& vbi per fideicommiſſum.Peregrin.de fideicom.art.31.num.14. Intrigl. de ſubſtit. cent.3.quæſt.47.num.16.& 17.

103 Quarta coniectura eſt,quādo teſtator ſubſtituiſſet fratrem alteri fratri, & eo nolente eius filios; vel etiam quando teſtator ſubſtituiſſet fratrem alteri fratri, & eo prædecedēte eius filios;vtroque enim caſu filij fratris indiſtinctè admittuntur, ſiue pater repudiet ſiue prædecedat.Socin.in d.§.cum ita.nu.13.quē ſecuti ſunt ibi Torniell. num. 66. & Zanch. num.269.& ſeqq.& Gozadin.conſ.29. num. 33.verſ.non obſtat aliud.& ratio eſt,quia caſus noluntatis extenditur ad caſum impotentiæ,& è contra.l.cum proponas.C. de hæred. inſtit.Verum eſt tamen, quòd ijdem filij hoc in caſu non iure tranſmiſſionis, ſed iure proprię vocationis,& ex propria perſona ac proprio iure admitterentur. Torniel. in loco citato,& Zanch.in d.§.cum ita.num.269.verſ. verum, & numero 270.verſiculo.ſed ad primum.

Nec obſtat text.in l.pater Seuerinam.ff.de condit. & demonſtr. vbi ſubſtitutio facta in caſum voluntatis non trahitur ad caſum impotentiæ,quia reſpondetur, quòd lex illa loquitur in translatione legati facti in pænam, ob id caſus voluntatis non trahitur ad caſum impotentiæ,quia in pænis non fit extenſio de caſu ad caſum etiam ex identitate rationis. l. at ſi quis. §. diuus. ff. de relig. & ſumpt. fun. Bart. Bald. Raphael. Fulgoſ. & Roman.in.l. fin.ff.de in ius vocād.Gemin.in c. quamquā. in 2.not.de vſur. in 6. Iaſ. in l. cum quidam. num.10.ff.de liber. & poſthum. Crau. conſil. 173.num.4.& ſic reſpondent ad text. in d. l. pater Seuerinam.Bart.in eadem.l.nu.2.Bald. in d.l.cum proponas. num.8. verſ. in contrarium, & ibi.Iaſ.num.7.verſ.tertiò. C.de hæred.inſtit.Crauet.conſ.440. num. 10. & cōſ. 311.num.1.Dec.conſ.473.num.3.Socin.in. l.1.num.14.verſ.demum ſecundo loco.ff. de vulgar.& conſ.259. num.3. lib.1. Zanch. in d.l.hæredes mei.§.cum ita.num.272.

Nec pariter obſtat, quòd quādo exprimitur vnus caſus in ſpecie vt hic, vbi exprimitur caſus prædecedentiæ qui continetur ſub capite impotentiæ, tunc caſus ille non extenditur ad alium caſum, ſed oportet caſum expreſſum in ſpecie verificari.Ang.in l.1.§. vlt. col.1.ff.de vulg.& pup.Aret. Cuman. & Roman.in l.quamdiu.la 3.ff.de acquir.hered.cū alijs allegatis à Zanch. in d. §. cum ita. num. 270.quia reſpondetur Ang.traditionem non eſſe veram,& contra eam tenent Bart. in l.1. num.14. & ibi Alex. num.11. verſ. ſecundo modo.Iaſ.nu 25.& 26. ff. de vulg. & pupill. idem Iaſ.in l.cum proponas.nu.7.verſ. quarto.& num.ſeqq.C.de hæred.inſtit.Guliel.de Benedict.in repet.cap. Raynutius. in verb. ſi abſque liberis.2. de vulgar. ſubſtit. num.29. de teſtament.Ruin.conſ.97.num.1. lib.2. & conſ.128.num.12.lib.3.Zanch.in d.§.cū ita. num. 272. verſ. ad vltimum. Crauet. conſil. 904.num.10.verſ.quartum,Imol.in d.c.Raynutius.num.73.verſ.item etiam aduerte.& ibi Barbat.num.49. de teſtam. Corn. conſil. 239.col.vlt.lib.2.& conſ. 276. ad finem lib. 3.Et pro hac parte eſt tex.in. l. gallus. §. & quid ſi tantū.ff.de liber.& poſthum. vbi ſubſtitutio facta ſecundū conſilium galli in vnū caſum porrigitur ad alium caſum,& in l. vlt. §.vſus.ff.de procur.

104 Quinta coniectura tranſmiſſionis fideicōmiſſi conditionalis pendente conditione eſt; quando filij eſſent adinuicem reciprocè ſubſtituti ſub ea conditione; ſi decederent ſine liberis, & ſi omnes decederent ſine liberis eſ-

ſet ſubſtitutus extraneus; hoc enim caſu pri-
mus decedens cum liberis, tranſmitteret in
eoſdem liberos ſpem fideicommiſſi Soc. in. l.
hæredes mei. §. cum ita. num. 13. verſ. cogita.
ff. ad Trebell. & conſ. 6. num. 13. lib. 3. ſequi-
tur. Iaſ. conſ. 154. num. 13. verſ. vnde. lib. 4.
Ruin. conſ. 178. num. 1. & 2. lib. 2. Dec. conſ.
397. num. 6. Curt. iun. conſ. 16. num. 6. Bald.
conſ. 9. num. 1. lib. 2. Crauet. in. l. cum filiofa-
milias. in 2. part. num. 334. ff. de legat. 1. Ce-
phal. conſ. 16. num. 45. lib. 1. & conſ. 283. nu.
16. lib. 2. Pariſ. conſ. 76. num. 13. verſ. poſtre-
mò. & conſ. 77. num. 19. & 20. vol. 2. & conſ.
5. num. 37. & ſeqq. vol. 3. Gabriel concluſ. 2.
num. 21. de hæred. inſtit. Craſſ. in. §. fideicō-
miſſum. quæſt. 48. num. 1. cum alijs per eum
allegatis. Intrigl. de ſubſtitut. cent. 3. quæſt.
47. num. 19. Zanch. in d. l. hæredes mei. §. cū
ita. num. 275. ff. ad Trebell. Sfort. Odd. de cō
pend. ſubſtit. in 6. part. quæſt. 1. art. 2. limit.
5. vbi de communi. Ludouiſ. deciſ. 551. num.
7. & ibi addit. num. 15. cum cæteris pariter ibi
105 citatis. Et ratio iſtius coniecturæ vna eſt,
quia teſtator ponendo filios in conditione
videtur illos prędilexiſſe ſubſtitutis. arg. l. Lu
cius. la 2. ff. de hæred. in tit. ibi (prætulit te-
ſtator) & l. cum acutiſſimi. C. de fideicom. ibi
(ne videatur teſtator alienas ſucceſſiones pro
prijs anteponere) cui rationi non obſtat con-
ſideratio Torniell. in d. §. cum ita. num. 68.
dum dixit, quòd licèt filij ſint poſiti in condi-
tione, non tamen dicuntur per fideicommiſ-
ſum ſubſtituti iuxta gloſ. vlt. in d. l. Lucius. la
106 2. ff. de hæred. inſtit. Nam quicquid ſit de
hac concluſione: An liberi poſiti in conditio-
ne intelligantur ſubſtituti per fideicommiſ-
ſam, vel ſolummodo parentibus ſuis ſucce-
dant ab inteſtato: quā amplè pertractat Man-
tic. de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 2. & tit.
3. Ioſeph. Ruſtic. in tract. an, & quando liber.
in condit. poſit. per tot. Menoch. de præſum-
pt. lib. 4. præſumpt. 76. Mirzar. de fideicōm.
quæſt. 20. part. 2. Reſpondetur, quòd dato vt
ex ſua perſona vocati non ſint, ad eos tamen
fit tranſmiſſio ex perſona patris, vt infra dicā
in proxima ſequenti coniectura: Alia ratio
eſt, quia ſubſtitutio fideicommiſſaria à prin-
cipio ante aditam hæreditatem fuit vnita cū
iure accreſcendi, ſed ſubſtitutio vnita cum iu
re accreſcendi tranſmittitur. l. qui patri. l. qui
ex duabus. ff. de acquiren. hæred. & huic ra-
tioni non obſtat, quod in caſu d. l. qui patri.
hæredes illius, qui erat ſubſtitutus, conſe-
quuntur portionem impuberis ex iure accre-
ſcendi, non autem ex pupillari ſubſtitutione
ſecundum gloſ. Oldrad. Bart. Alber. & Ang.
in d. l. qui patri. Caſtrenſ. in l. ſi quis hæres.
col. 2. ff. de acquir. hęred. & conſ. 114. colum.
3. verſ. nunc eſt videndum. lib. 1. Crauet. in l.
cum filiofamilias. part. 2. num. 348. ff. de leg.
1. Bero. conſ. 94. num. 21. & conſ. 107. num.
6. lib. 2. quia reſpondetur, communem intel-
lectum eſſe, quòd ibi hæredes illius ſubſtituti
veniant vigore ſubſtitutionis tranſmiſſæ, nō
autem iuris accreſcendi, vt per Petr. de Bella-
pertic. Iacob. de Arèna, & Rain. in d. l. qui pa
tri. & ibi Alexan. nu. 12. & Crott. in l. re con-
iuncti. num. 114. ff. de leg. 3. vbi Ripa num.
202. qui dicit hanc opinionem eſſe commu-
nem aduerſus gloſ. Bart. & ſequaces, idem
quoque dicit, & tuetur Zanch. in. l. hæredes
mei. §. cum ita. num. 510. verſ. non obſtat. ff.
ad Trebell. Nec pariter obſtat doctrina eiuſ-
dem Torniell. in d. §. cum ita. num. 69. qui di-
cit, quod in caſu d. l. qui patri. non tranſmit-
titur ſubſtitutio pupillaris, ſed ius accreſcen-
di quod durabat, noua ratione videlicet,
quia pupillus cenſebatur inſtitutus ſub con-
ditione; ſi ſuperuiueret poſt pupillarem æta-
tem; aliàs cohæres eius ſubſtitutus dicebatur
in ſolidum inſtitutus, & quòd propterea licet
pupillus adiuerit hæreditatem, attamen cum
deceſſerit ante pubertatem, perinde eſt ac ſi
non fuiſſet inſtitutus, & ſic habet locum ius
accreſcendi; cum ergo cohæres ſubſtitutus di
catur inſtitutus pro parte purè, & pro parte
ſub conditione, ſequitur dicendùm, quòd ve
rificata conditione etiám poſt mortem inſti-
tuti, admittitur eius hæres ſecundùm inter-
prætationem Roger. & Azon. in d. l. qui ex
duabus; à qua non recedunt gloſ. & Bart. ibi;
cæterum hanc interprætationem acutè con-
futauit Zanch. in d. §. cum ita. num. 543. verſ.
& ex prædictis: Non obſtat item, quod dicit
Ripa in l. hæredes mei. §. cum ita. num. 66. ff.
ad Trebell. & Berous conſ. 94. num. 23. lib.
2. quòd text. in d. l. qui patri. non habeat locū
in caſu iſto, quia cum ceſſauerit ius accreſcen
di, non poteſt communicare naturam ſuam
ſubſtitutioni: Et quòd in caſu iſto ceſſauerit
107 ius accreſcendi, ex his conſtat. Primò, quia
poſt aditam hæreditatem ceſſat ius accreſcē-
di excepto caſu vſusfructus l. 1. §. interdum.
ff. de vſufr. accreſcen. Secundò quia ius ac-
108 creſcendi non habet locū inter ſuccedentes
diuerſo iure. l. ſed cum patrono. ff. de bonor.
poſſ. ſecund. tabul. ſed in caſu iſto ſuccederet
diuerſo iure, nempe grauatus iure directæ in-
ſtitutionis, hæredes verò illius ſubſtituti iure
ſubſtitutionis obliquæ; hoc autem non erat

in caſu d.l.qui patri. quia pupillus, & hære-
des ſubſtituti ſuccedebant ex directa. Ter-
109 tiò,quia ſubſtitutio cõpendioſa,vt eſt in ca
ſu iſto,continet vulgarem, quæ vulgaris tol-
lit ius accreſcendi.l. 2. §. ſi duo. ff. de bonor.
poſſeſſ.ſecũd.tab.l.vnic.§.in primo. & §. pro
ſecundo.C.de caduc. tollend. quia ad primũ
110 reſpondetur ſufficere,quòd ius accreſcendi
habuerit locum,& communicauerit naturam
ſuam ſubſtitutioni ab initio ante aditam
hæreditatem; nam operatur tranſmiſſionem
ſubſtitutionis fideicommiſſariæ etiam poſt
aditam,vt aduertit idem Socin.in d.§. cũ ita.
num.13.verſ.& quia ſubſtitutio fideicommiſ
ſaria.& tenet Zanch.ibi num. 284. verſic. ad
prædicta per tex. in d.l. qui patri. & l. qui ex
duabus.& ſequitur Mantic.de coniect.vlt.vo
lunt. lib.11. tit. 20. num.12. & num. 13. ius
enim ipſum accreſcendi iam vnitum ſubſti-
tutioni inſeparabile eſt Bald.in d.l.vnic.§.ſin
autem aliquid.in fin.C.de caduc.tollend.
111 Ad ſecundum reſpondetur illud procede-
re,quando extarent alij eodem iure ſucceden
tes,ſecus quando non extant,vt explicat Ca-
gnol.in.l.vnic.nu.62.verſ.quintò.C.quand.
non petent.part.poſt Bart.& Rip.quos recen
ſet, & ſic reſpondet quoquè Zanch.in d.§.
cum ita.nu.285.verſic.ad ſecundum.
112 Ad tertium reſpondetur ſubſtitutionem
vulgarem non tollere ius accreſcendi in ea-
dem perſona Bart.in.l.re coniuncti.num.37.
& ibi Alciat.num.40. ff. de leg.3. Alex.conſ.
109.num.3. lib.2. Cagnol. in d.l. vnic.num.
55.C.quando non pet.part.Zanch.in d.l.hæ-
redes mei.§.cum ita.nu.285.verſ.ad tertium.
ff.ad Trebell.

Contrariam autẽ opinionem,quòd ſcilicet
iſta non ſit coniectura trãſmiſſionis, ideoquè
primus decedens cũ liberis non trãſmittat in
ipſos liberos ſpẽ fideicõmiſſi tenet Ang.in d.
l. qui patri. circa princ. verſ. ſi autem ipſum
ius accreſcendi.ff.de acquir. hæred. & ſequi-
tur Imol.ibidem.num.5.in fine.verſ.ſi autem
ius accreſcendi. & num.6. & Roman.nu.17.
circa fin.& Aret.in fine.Crot. in.l.4.§. Cato.
num.18. ff. de verbor. obligat. in 2. lectura.
Crauet.in.l. cum filiofamilias. 2. part. num.
346.& 347.ff.de leg.1.& conſ.367.num.4.
Gabriel.conſ.91.num.16.& ſeqq.lib.2.Ripa
in d.§.cum ita.num.66.verſ.aduerte. Natta
conſ.551.nu.26.& 27.lib.3.Socin.ſen.conſ.
69.col.9.verſic.non obſtat ſecunda ratio.lib.
3.Bero.conſ.94.col.pen.& conſ.107.num.6.
lib.2. Cagnol.in.l. vnic. num.55. C.quando
non petent.part. Phanuc. in tract. de inuent.
part.6.num.101.Ruin.conſ.181.num.8.lib.
2.& concordantes retulit Zanch.in d.§.cum
ita.ſub nu.286.verſ.contrariam opinionem.
& ſequitur Peregrin.de fideicõm.art.31.nu.
17.& 18.mouẽtur pariter ex eo quia poſt ac-
quiſitionem ceſſat ius accreſcendi.l. 1. §. in
terdum.ff.de vſufruct. accreſcẽd. ideo ſubla-
to iure accreſcendi non poteſt conſiderari
vnio; & quia ius accreſcẽdi locũ nõ habet in-
ter diuerſas ſpecies ſucceſſionum. l.ſed cũ pa
trono.ff. de bonor. poſſeſſ. ſecund.tabul. ſed
his rationibus iam ſupra ſatisfactum eſt.
113 Declaratur primò coniectura iſta, vt locũ
habeat,prout loquitur,quando ſcilicet in de-
fectum omnium inſtitutorum ſine liberis,da-
tus eſſet ſubſtitutus extraneus,quia ſi eſſet da
tus ſubſtitutus aliquis ex deſcendentibus te-
ſtatoris, tunc primò decedens non tranſmit-
teret ad eius filios poſitos in conditione ius
ſubſtitutionis in portione cohæredis,etiamſi
idem cohæres poſtmodum ſine liberis dece-
deret.l.hæredes mei.§.cum ita.ff.ad Trebell.
& tenent Doctores inferius citati nu.122.
114 Declaratur ſecundò,quia ſi vltra recipro-
cam ſubſtitutionem factam ſub dicta condi-
tione; ſi ſine filijs decedant; nullus alius fa-
ctus eſſet gradus ſubſtitutionis, tunc licèt fi-
lij primò morientis admittantur ad portio-
nem paternam ex propria eorum vocatione,
attento quòd quando inſtituti,ſunt etiam re-
ciprocè ſubſtituti ſub conditione,ſi ſine filijs
decedant;iſti filij poſiti in conditione cenſen
tur vocati. Zanch. in.l. hæredes mei.§. cum
ita.nu.779.ff.ad Trebell.Menoch.conſ.135.
num.6 & de præſumpt. lib.4. præſumpt.76.
nu.52.Ruſtic.in tract.an & quand. liber. lib.
5.cap.1.nu.1.tamen ad ipſos filios non tranſ
mittitur ius ſubſtitutionis in portione cohæ-
redis,quamuis deinde contingat eundem co
hæredem ſine filijs decedere, ſed admittun-
tur venientes ab inteſtato. Natta conſ.551.
nu.26.& 27. Gabriel conſ.91. nu.6. & ſeqq.
lib.2.Intrigl.de ſubſtit.cent.3.quæſt.47.nu.
4.vbi ad id infinitos adducit;cum enim idem
primò moriens habiturus eſſet partem dicti
cohæredis ſub ea conditione,ſi idem cohæres
decederet ſine liberis, & ipſe deceſſerit pen-
dente dicta conditione,non potuit tranſmit-
tere.l.vnic.§.ſin autem aliquid ſub conditio-
ne.C.de caduc.tollend.neque ad proprios li-
beros, vel deſcendentes, vt dixi ſuperiùs nu.
32.nam etſi tranſmittatur, quando datus eſt
alius ſubſtitutus, qui eſt extraneus, hoc eue-
nit ex præſumpta mente teſtatoris, qui non
præſumitur voluiſſe extraneum præferre,

eius

eius propriæ ſoboli d.l.Lucius. la 2.ff.de hæ-
red.inſtit,l.cum acutiſſimi.C.de fideicom.
115 Declaratur tertiò, quia ſi cuilibet hære-
dum inſtitutorum decedenti ſine filijs ſubſti
tutus eſſet aliquis tertius, tunc pariter primò
decedens cum filijs non tranſmittit ad eos
portionem alterius cohæredis poſtmodum
decedentis ſine filijs, quia cum dictus illorũ
pater non eſſet ſubſtitutus cohæredi,ſed alter
tertius,non potuit tranſmittere ius,quod non
habuit ad.l. nemo plus iuris.ff. de reg. iur. ſic
Gabriel conſ.91.num.4.& 5.lib.2.
116 Sexta coniectura eſt, quando poſiti ſunt
in conditione filij ſubſtitutorum, vti ſi teſta-
tor dixit;& ſi filius meus a me inſtitutus, hæ-
res non erit, ſubſtituo Caium & eidem Caio
ſine liberis decedenti ſubſtituo Semproniũ;
(qui quidem Sempronius extraneus eſt vel
tranſuerſalis); hoc enim caſu ſi Caius reli-
ctis liberis deceſſerit ante hæredem inſtitu-
tum, prima hæc ſubſtitutio ad filios eiuſdem
Caij ſubſtituti tranſmittitur. Cuman. conſ.
13.Fulgoſ.conſ.15.Socin.in.l.hæredes mei.
§.cum ita. num.13. verſ. tùm quia.ff.ad Tre-
bell,& conſ.6.num.13.lib.3. Dec. conſ.397.
num.5.& 6.& conſ. 594.nu.7. verſic. ſed ta-
men.& num.8.Pariſ.conſ.77.num.13.14.&
num.18.lib.2.& conſ.50.col.4.verſic.rurſus
mens dicti teſtatoris.lib.3.Iaſ.conſ.52. num.
22.verſ.ſed in caſu præſenti. lib. 3. & conſil.
154.num.7.verſ.accedit etiam.& num.8.lib.
4.Curt.iun.conſ.16.num.6.verſ.eſt verum.
Ruin.conſ.145.num.6.& 7. conſ.201. num.
6.lib.2. Crauet. conſ. 306.num.3. verſ. hoc
ita.& conſ.418.num.1,conſ.568.nu.2.conſ.
649.num.2.conſ.667, num.1. verſ. ſecundò
principaliter.& conſ.776.num.13.Natta cõ-
ſil.vlt.num.3.& 4.Gabriel concluſ.2.nu.35.
de hæred.inſtit.Stort.Odd.in tract. compen-
dioſ.ſubſtit.in 6.part.quæſt.1. art.2. limit.6.
Cephal.conſ.16.& conſ.283.num.25.Rimi-
nal.iun.conſ.476.num.37.Eugen.conſil.61.
Rubeus.conſ.28.col.2.Bero.conſ.104. num.
18.lib.2.Socin.iun.conſ.141.num.26.lib.2.
& conſ. 30. num.4. & conſ.63.num.5.lib.4.
Grat.conſ.101.num.8.lib.2.Zanch.in d.§.cũ
ita,num.306.Honded.conſ.70.num.32.lib.
1.Trentacinq. de ſubſtit.part.4. cap.14.nu.
21.Intrigl.de ſubſtit.cent.3.quæſt.47.num.
22.Menoch.conſ.793. num.23. Craſſ. in.§.
fideicommiſſum. quæſt. vlt. num. 3. Ruſtic.
cõſ.2.num.56.& ſenſit Bald. in l.ſi pater. nu.
19.C.de inſtit.& ſubſtit.Et ratio iſtius conie
117 cturæ vna eſt, quia faciliùs fit tranſmiſſio,
quàm inducatur vocatio. Crauet. conſ. 663.
ſub num.6.verſ.tertia coniectura.& conſ.62
in fine,& in.l.cum filiofamilias.2. part.num.
394.ff.de leg.1. Cephal. conſil.16.num. 65.
Zanch.in d.§.cum ita, num. 242. in vocatio-
ne enim agitur de nouo grauamine inducen-
do, in tranſmiſſione autem de extẽdendo iam
118 inducto, & faciliùs inducitur continuatio,
quàm noua acquiſitio.l. patre furioſo. ff. de
his,qui ſunt ſui, vel alien.iur. ſed poſiti in cõ-
ditione dicuntur vocati, vt ſuccedant ex te-
ſtamento per fideicommiſſum, ſecundùm vnã
opinionem,quam refert, & probat Ruſtic. in
tract.an,& quand.liber. in cond. poſit. cenſ.
voc.lib.1.part.2.cap.2.Menoch. de præſum-
pt.lib.4. præſumpt.76. num.2. & ſeqq. ergo
multò magis ad eos fit tranſmiſſio; cui ratio-
ni non obſtat,quòd quemadmodum poſiti in
conditione dicuntur vocati ad portionem pa
tris ſui tantùm, non etiam ad portionem pa-
trui, vel alterius trãſuerſalis, vt per Menoch.
de præſumpt.lib.4.d.præſumpt.76.num.86.
& ſeqq.Ruſtic.in d.tract.an, & quand.lib. in
condit.poſiti.lib.5. cap.9. nu.1. ita etiam di-
cendum ſit in tranſmiſſione,quòd ſolùm trãſ-
mittatur portio patris,non etiam portio trãſ-
uerſalis: Nàm reſpondetur in tranſmiſſione
reſpicienda eſſe iura tranſmittentis, cùm vo-
cati capiant ex perſona ipſius tranſmittentis,
& vti repræſentantes illum non ex propria
perſona,nec ſuo proprio nomine Ruin. conſ.
22.num.16.lib.3.Torniell.in.l.hæredes mei.
§.cum ita.numero 62.ff. ad Trebell.is autem
tranſmittens non ſolùm dicitur tranſmitte-
re legata, & fideicommiſſa iam agnita, & ac-
ceptata à ſe,ſed etiam tranſmittit legata, &
fideicommiſſa agnoſcenda, & acceptanda,&
ius, quod habet quamuis ad actum non pro-
ductum; & conſequenter etiam portionem
patrui,& alterius tranſuerſalis Iaſ.in.l.eman
cipata.num.15.verſic.ſed caue.C.qui admit
ti.Ruin.d.conſ.22.num.16.lib.3.Socin.ſen.
conſ.61.nu.12.verſ. præterea. lib.1. & conſ.
67.num.12.& 13.lib.4.Socin. iun.in.l. cum
filiofamilias.in vlt.part.num.66.verſ. vnum
circa prædicta.ff.de leg.1.Phanuc.in tract.in
uent.in 6.part.nu.73.Zanch.in d.§.cum ita.
119 nu.343. Alia ratio iſtius ſextæ coniecturæ
eſt,quia ſubſtitutione facta poſt mortem plu
rium pluralitas reſoluitur in ſingularitates,
ita quòd vno mortuo ſubſtitutus regulariter
admittitur ad eius partem.l. Lucius.§. Caio.
ff.ad Trebell.l.fin.§.filium.ff.de leg.2. ſed ta
120 men ſi ſuperſit aliqua perſona,quæ ex veri-
ſimili mente defuncti excludit ſubſtitutum,
vt ſunt filij poſiti in conditione,tunc non ha
bet

bet locum ſubſtitutio, nec pluralitas reſoluitur in ſingularitates Bald. conſ. 270. verſ. ſed certè. lib. 3. Menoch. de præſumpt. lib. 4. preſumpt. 186. nu. 22. & 23. ſicut igitur poſiti in conditione impediunt, ne pluralitas reſoluatur in ſingularitates, ita ad eos fieri debet tranſmiſſio: ſic arguit Ruin. conſ. 140. nu. 15. verſic. tertio. lib. 2.

Contrariam autem opinionem, qnòd ſola poſitio in conditione abſque concurſu alterius coniecturæ non faciat coniecturam trãſmiſſionis fideicommiſſi conditionalis, tenet Crauet. in. l. cum filiofamilias. in 2. part. nu. 334. ff. de leg. 1. & conſ. 367. num. 6. Ripa in. l. hæredes mei. §. cum ita. num. 66. & ibi Torniell. num. 67. & 68. ff. ad Trebell. Dec. conſ. 416. nu. 23. verſ. vltimò. Ruin. conſ. 181. nu. 7. lib. 2. Gabriel. conſ. 91. nu. 3. verſ. tertius. lib. 2. Natta conſ. 551. num. 19. & ſeqq. Laderch. conſ. 142. num. 6. verſ. coniectura eſt altera. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 11. tit. 20. nu. 16. qui etiam refert ita in Rota dictum fuiſſe; prout ab eadem Rota ſic quoquè deciſum fuit, vt per Seraph. deciſ. 1014. num. 3. Mantic. deciſ. 125. & addent. ad deciſ. Ludouiſ. 551. num. 14. vbi aliæ deeiſiones allegantur: Mouentur ex tex. in d. §. cum ita. vbi filius ex primo erat in ſecunda ſubſtitutione poſitus in conditione, & tamen ad eum non fuit tranſmiſſa illa reciproca ſubſtitutio, ſed ad excluſionem poſiti in conditione admiſſa fuit Claudia ſecundo loco ſubſtituta.

Secundò mouentur ea ratione, quia ſi vera eſſet hæc coniectura, ſequeretur, quòd Sẽpronius ſecundus ſubſtitutus non admitteretur, ſi Caius primus ſubſtitutus decederet cum filijs ante filium teſtatoris primum grauatum, quod tamen eſt falſum, cùm licet primus ſubſtitutus decedat cum filijs ante primum grauatum, attamen dummodo ipſe primus grauatus decedat ſine filijs, ſecũdus ſubſtitutus admittitur, vt per Zanch. in d. l. hęredes mei. §. cum ita. num. 68. ff. ad Trebell. qui alios allegat.

Tertiò, quia ſicut poſiti in conditione dicuntur vocati ſolummodo quoad portionem patris ſui, non autem tranſuerſalium, ſic etiã portio ipſorum tranſuerſalium ad eos non tranſmittitur: & tandem adducunt, quòd ſicut filij poſiti in conditione ſecundùm alteram opinionem, quam etiam ſequitur Rota Romana, vt per Mantic. de coniect. vlt. vol. d. lib. 11. tit. 20. num. 16. verſ. ſed eſt aduertendum; non cenſentur vocati, vt ſuccedant per fideicommiſſum, niſi concurrant aliæ veriſimiles coniecturæ, quia certè fruſtra quæreretur, an poſſint ſuccedere iure tranſmiſſionis, ſi eſſent vocati per fideicommiſſum, & poſſent ſuccedere iure proprio; ita etiam non ſufficit filios eſſe poſitos in conditione, ad hoc vt fideicommiſſum eorum Patri, vel Matri relictũ ſub conditione, ante eius implementum trãſmittatur, quia ſi teſtator noluit eos venire iure ſubſtitutionis, non eſt veriſimile voluiſſe eos admitti iure tranſmiſſionis. argum. l. ſcire oportet. §. ſi mater. ff. de tutor. & curat. datis ab his. c. cum quid. de reg. iur. in 6.

Sed tamen his non obſtantibus admittenda eſt hæc coniectura, nec obſtat primũ obiectum, quia reſpondetur quòd dicta Claudia ſecundo loco ſubſtituta, erat ex liberis & ſic ex deſcendentibus teſtatoris ad cuius præiudicium non arguimus voluiſſe teſtatorẽ trãſmitti fideicommiſſum; coniectura autem hæc eſt de tranſmiſſione fienda in præiudicium ſubſtitutorum extraneorum vel tranſuerſalium, qui ab inteſtato excluderentur à poſitis in conditione, ſic ſoluit Socin. in d. l. hæredes mei. §. cum ità. num. 13. verſ. & ad iſtum textum: & ibidem Zanch. num. 306. verſ. pro ſolutione verò ſecundi. & num. 309. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 201. num. 97. verſ. contrariam. & ſentit Crauet. in l. cum filiofamilias. in 2. part. num. 335. ff. de leg. 1. & idem quoquè reſpondetur ad ſecundum obiectum. Non obſtat tertium quia ex iam dictis ſupra ſatisfactum eſt, cùm dixerim patrẽ tranſmittere ius ſuum, nempe ſpem ſucceſſionis; non obſtat quartum quia de hac obiectione ſatis pariter dictum eſt ſuperius nu. 117. & ſeq.

121 Ampliatur primò hęc ſexta coniectura ſecundùm Zanch. in d. §. cum ita. nu. 307. procedere etiamſi ſecundo loco ſubſtituta eſſet pia cauſa, allegat Bald. conſ. 254. incip. titius inſtituit ſororem vol. 1. ſequitur Odd. de cõpend. quæſt. 1. art. 2. in fine.

Ampliatur ſecundò, vt locum habeat, etiã quando filij primi ſubſtituti non eſſent ipſi poſiti in conditione, ſed ſolùm eorum pater eſſet in conditione poſitus ad excluſionem extranei ſecundo loco ſubſtituti Zanch. in d. §. cum ità. num. 308. qui tamen dubitat & repugnare videntur quæ dicã infra nu. 136.

122 Declaratur primò hæc ſexta coniectura, vt procedat, & locum habeat ſolummodo quando ſecundus ſubſtitutus eſt extraneus vel tranſuerſalis vt ſupradixi, ſecus ſi eſſet de deſcendentibus teſtatoris, tunc enim ceſſaret trãſmiſſio. quia vbi datus eſt ſubſtitutus, qui

ſit

ſit de deſcendentibus teſtatoris non eſt præſumendum quod idem teſtator voluerit locũ eſſe tranſmiſſioni in præiudicium ipſius ſubſtituti. Zanch. in d. §. cum ità nu. 309. per illũ tex. & num. 338. & ibi Socin. num. 13. verſ. & ad iſtum textum. Curt. iun. conſ. 135. num. 5. Mātic. de cōiect. vlt. vol. lib. 11. tit. 20. nu. 30. Gabriel. conſ. 91. num. 11. lib. 2. Crauet. in l. cum filiofamilias. in 2. part. num. 335. & nu. 357. ff. de leg. 1. Ruin. conſ. 95. num. 6. & 7. lib. 2. Menoch. conſ. 200. num. 111. idem Socin. conſ. 6. num. 13. lib. 3. & licet id non tranſeat ſine cōtradictore, nihilominus eſt verius, æquius, & magis commune, prout ſic etiam teſtatur Iacob Cancer. var. reſol. lib. 3. cap. 21. num. 145. & ſeq. is enim ſecundus ſubſtitutus admitteretur ex vulgari ſubſtitutione, ſicuti probat idem Zanch. in loco præcit. num. 68.

123 Declaratur ſecundò, vt hæc coniectura non procedat, quando filij poſiti ſunt in conditione tacita, & ſubintellecta à lege, vt in caſu l. cum auus. ff. de condit. & demonſtr. & l. cum acutiſſimi C. de fideicom. Hoc enim caſu non videtur fieri tranſmiſſionem legati vel fideicommiſſi ad eoſdem filios prædecedente legatario, vel fideicommiſſario ante hæredem inſtitutum, & ſic tenet Ruin. conſ. 140. num. 14. & 15. vol. 2. Zanch. in d. l. hæredes mei. §. cum ità. num. 310. ff. ad Trebell. Peregr. de fideicom. art. 31. nu. 11. Laderch. conſ. 142. num. 7. ea ratione vſus eſt idem Ruin. quia aliàs concurrerent duo ſpecialia, nempe tacita poſitio in conditione, & tranſmiſſio, contra iuris regulas l. 1. C. de dot. promiſſ.

124 Contrariam opinionem, quòd imò tacita conditio d. l. cum auus. & l. cum acutiſſimi. nō impediat tranſmiſſionem ad liberos, tenet Rubeus cōſ. 8. nu. 8. & Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 201. num. 97. verſ. cæterùm, & conſ. 95. num. 112. & ſeqq. Iaſ. in l. item quia. nu. 23. ff. de pact. Aret. in l. 3. nu. 3. verſ. vnde. ff. de leg. 1. Ruſtic. in comment. l. cum auus. lib. 6. cap. 2. numero 9. & eſt ratio quia conditio quæ tacitè ineſt ex legis diſpoſitione, regulariter non impedit tranſmiſſionem, vt ſupra dixi num. 9. & ſeqq. & ad rationem Ruin. reſpondetur non eſſe verum, quòd conditio ſubintellecta à l. cum auus. & l. cum acutiſſimi, ſit de iure ſpeciali. Ripa in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. il. 1. num. 27. verſ. iſta ratio. ff. ad Trebell. Menoch. d. cōſ. 95. numero 117. qui dicunt non eſſe de iure ſpeciali, cùm ſit ſecũdùm mentem teſtatoris; prout nec ſpeciale eſt, quòd filij poſiti in conditione dicantur vocati. Ruſtic. in tractat an & quando fil. in condit. poſit. lib. 1. cap. 1. num. 15. verſ. nec admittitur.

125 Cæterum pro ſolutione iſtius ſecundæ declarationis diſtinguo duos caſus, Aut enim primus ſubſtitutus, ideſt caius, eſt de deſcendentibus teſtatoris, & is tranſmittit ius fideicommiſſi ad eius liberos vti poſitos in conditione tacita & ſubintellecta a lege perinde ac ſi poſiti eſſent in conditione expreſſa à teſtatore d. l. cum auus. ff. de condit. & demonſtrat. l. cum acutiſſimi. C. de fideicom. & hoc caſu procedit vltima opinio Rubei & aliorum.

Et licet videatur reſiſtere tex. in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebell. vbi ſi duo filij reciprocè ſubſtituti ſunt cum conditione, ſi vterque ſine liberis deceſſerit, & eueniat quòd vnus ex eiſdem duobus filijs præmoriatur relicto filio, demum & alter ſuperſtes decedat ſine liberis, deciditur quòd vltimò decedens quamuis is ſit ex deſcendentibus teſtatoris non tranſmittit ad filium primi defuncti: nihilominus verè nō obſtat, ibi enim etiã ſecundus ſubſtitutus, eſt de deſcendentibus teſtatoris, in cuius præiudicium nō fit tranſmiſſio ad liberos primo loco ſubſtituti, vt etiam dixi ſuperius num. 122. coniectura autem iſta eſt de ſecundo ſubſtituto extraneo vel trãſuerſali, vt mox firmatum eſt nu. 120. verſ. contrariam. Aut dictus primus ſubſtitutus eſt tranſuerſalis, vel extraneus teſtatoris, & tunc procedit prima opinio Ruini, & ſequacium, vt ſcilicet is non trãſmittat ad eius liberos vti poſitos in tacita conditione legis, nempe dictarum legum. cum auus. & l. cum acutiſſimi; quia diſpoſitio ipſarum legum nō habet locum quando grauatus, eſt tranſuerſalis vel extraneus, nec ad eos extenditur: de tranſuerſali tradit Iacob. de Aren. Iac. de Rau. Petr. Alber. de Roſat. & Ang. in l. generaliter. §. cum autem. C. de inſtit. & ſubſtit. & eos refert ac ſequitur Socin. in d. l. cum auus. num. 1. vbi etiam teſtatur de communi opinione & nu. 2. & ſeqq. reſpondet ad obiectiones And. Barbat. conantis ſuſtinere contrarium; & idem tenet Iaſ. in d. §. cum autem. nu. 2. verſ. ſextò limita. Craſſ. in §. fideicommiſſũ quæſt. 24. Intrigl. de ſubſtit. cent. 3. quæſt. 50. num. 33. & ex profeſſo Ioſeph. Ruſtic. in comment. ad l. cum auus lib. 1. cap. 6. vbi ſub num. 11. dicit hanc eſſe communem, & ab ea minimè recedendum. De extraneo decidit gloſ. in l. ex pacto. §. ſi quis rogatus. il. 1. in verb. ex voluntate. verſ. item & ſi hæc conditio.

tio.& ibi Alex.num.10.ff.ad Trebell.gloſ.in
d.l.cum acutiſſimi.in verb.deinceps.C. de fi-
deicom.gloſ.in l.1.in verb.actio.verſ.ſed quę-
ritur.C.de donat.cauſ.mort.gloſ.in d.l,gene-
raliter.§.cum autẽ.in verb. filios. & ibi Ang.
in princ.& Iaſ.num.2.verſ.ſextò limita.C.de
inſtit.& ſubſtit. Socin.reg. 167.num. 1. In-
trigl.de ſubſtit.cent.3.quæſt.50.nu.39. Nec
repugnat quod ſcribit Peregr. de fideicom.
art.31.num, 11. vbi voluit tacitam filiorum
conditionem nihil operari ad effectum tranſ-
miſſionis non facta differentia inter deſcen-
dentes,& extraneos, quia Doctores per eum
allegati loquuntur in conditione expreſſa; ſi
deceſſerit ſine liberis;non autem in hac tacita
ex diſpoſitione dictarum l.cum auus, & l.cũ
acutiſſimi;ſic etiam reſpondet ei Menoch. dę
præſumpt.lib.4.præſumpt.201.nu.97. verſ.
cæterum.propè finem:& in terminis huius cõ
ditionis expreſſæ iam oſtenſum eſt ſupra nu,
116.& ſeqq. in contrarium ſe habere commu
nem Doctorum ſententiam.
126 Declaratur tertiò hæc ſexta coniectura, vt
locum non habeat ceſſante ratione tranſmiſ-
ſionis; vt putà quando adeſſent alij conſub-
ſtituti, quibus accreſceret portio prædefun-
cti.l.ſed ſi plures:in princip.ff.de vulg.& pu-
pill.gloſ.vlt. verſ. & hoc puto. in l. qui patri.
ff. de acquir. hæred. & ibi Bart. num.3. verſ,
dicit tamen.& Paul.de Caſtr. num.6. verſic.
ſed contra.& in l.toties.in princ.& num.2.ff.
eod.tit.Zanch.in d.§.cum ita.nu.311. in fin.
127 Septima coniectura eſt, quando teſtator
in præcedenti ſubſtitutione alteri facta de
eadem perſona, vocaſſet etiam hæredes ip-
ſius ſubſtituti;nam & in ſequenti ſubſtitutio-
ne cẽſetur voluiſſe, quod ſimiliter ſpes ipſius
ſubſtitutionis tranſeat ad filios eiuſdem ſe-
cundi ſubſtituti, ſi ipſe deceſſerit ante primũ
ſubſtitutum;exempli gratia,teſtator inſtituit
Caium,cui decedenti ſine filijs ſubſtituit Se-
ium,& eius filios, Deinde ita dixit, & ſi Ca-
ius ſuſceperit filios, ipſi poſt Caium ſucce-
dant, quibus ſine filijs decedentibus ſubſti-
tuo dictum Seium; in hac enim ſecunda ſub-
ſtitutione, licet teſtator nullam fecerit men-
tionem filiorum Seij, attamen ea ſubintelli-
gitur ob coniecturatam voluntatem teſtato-
ris, ex eo quia in prima ſubſtitutione facta de
Seio decedente Caio ſine filijs, vocauit etiã
filios ipſius Seij; & ſic hanc cõiecturam pro-
bauit Ruin.conſ.156.num. 5. verſ. atque ex
alia coniectura.lib.2. Gabriel. concluſ.2.nu.
34.de hæred.inſtit.Zãch.in d.l.hæredes mei.
§.cum ita.num.298.ff.ad Trebell.Rot.Rom.
128 deciſ.782, num. 13, part. 1, diuerſ. & ra-
tio eſt quia ſecunda ſubſtitutio debet reci-
pere interpretationem à ſubſtitutione præ-
cedenti Dec. conſil, 95. num. 4. verſic. &
cum iſta verba, & conſil. 227, num. 2. verſic,
tertiò. Crauet. conſil. 62. num. 10. Menoch,
conſil. 106. num. 301. verſic. ergo à fortiori.
129 Namquè vna pars teſtamenti alteram de-
clarat l. qui filiabus. in princ. l. ſi ſeruus plu-
rium.§.fin.ff.de leg. 1.l.vtrum.ff.de petit.hę-
redit.
130 Octaua coniectura tranſmittendi fideicõ-
miſſum conditionale ad hæredes ſumitur,
quando teſtator in alia ſubſtitutione facta de
minus dilecto vocaſſet etiam eius hęredes;nã
hoc caſu alia ſubſtitutio facta de magis dile-
cto ad eius hæredes pariter tranſmittitur, ſi
idem ſubſtitutus pręmoreretur pendente cõ-
ditione fideicommiſſi;& hæc coniectura fun-
datur in ratione coniecturæ præcedẽtis, quia
ſcilicet ſecunda ſubſtitutio declaratur ex præ
cedenti ſubſtitutione; & ipſa ratio deducitur
ex veriſimili mente teſtatoris,qui non præſu-
mitur hæredes minus dilecti præferre velle
hæredibus magis dilecti.l.Publius.§.Titia.ff.
de condit. & demonſtrat. l. ſi viua Matre. C.
de bon.mater.Ruin.conſil.79.num.14.lib.3.
Crauet.conſ.130.num.6.verſ.tertiò.& conſ.
155.num.6.Roland.conſ.82.num.30.& 31.
lib.3.Mantic.de coniect.lib.7.tit.5.num 5.&
in terminis iſtius coniecturæ illam admittũt,
& amplectuntur Curt.iun. conſil. 16. num.7.
Crauet.conſ.62.num.10.& conſ.367. nu.7.
& conſ. 584. num. 1. verſ. ſententiam diuer-
ſam.& conſ.591.num.3. Ruin. d.cõſ.79.nu.
13.verſ.ſed præmiſſis.& nu.14.& conſ.130.
num.3.verſ.& ex alio. lib.3. idem Crauet. in
l.cum filiofamilias.2.part.num.349.ff.de le-
gat.1.Gabriel.concluſ.2.num.29.& 30. de
hęred.inſtit.Zanch.in d.§.cum ita.num.299.
Decian.conſ.88.nu.72.lib.2.Riminald. iun.
conſ.476.num.47.Mantic.de coniect.lib.11.
tit.20.num.20.verſ.& ex hoc deducitur. Lu-
douiſ.deciſ.551.num.5.In contrarium tamẽ
tenet idem Ruin.conſ.29.num.10. verſ. &
ex his. & num.11. lib.2. Crauet. conſ. 67. &
Gozad.conſ.29.num.16.verſ.quartò. & pro
131 hac parte facit ratio, quia illa ſubſtitutio lo
cum non habet, quæ in teſtamento non legi-
tur,nec reperitur, & dicenti contrarium incũ
bit onus probandi. Socin.ſen. conſ.62. col.3.
vol.3.Crauet.cõſ.161.nu.16.Rolãd.cõſ.34.
num.3.lib.4.Gozad.conſ.29.num.13.Pariſ.
conſ.38.col.2.vol.2.Grat.conſ.5.in princip.
132 vol.2.quod enim teſtator nõ loquitur, vel-
le non

le non præſumitur Bald.per illum tex. in li. 1.
§. ſin autem ad deficientis. in princ. C. de ca-
duc. tollen. Dec.conſ.465. nu.7. Socin. iun.
cōſ.29.nu.9.vol.4.Roland. conſ.34.nu.4.&
133 conſ.97.nu.1.vſque ad nu.16.lib.4.cū alijs
ibi p eū relatis. Et caſus omiſſus à teſtatore re
manet in diſpoſitione iuris communis.l.com-
134 modiſſime.ff.de liber.& poſthum. & propo
ſitum in mente retentum nihil operatur. l. ſi
repetendi.ff.de condict.ob cauſ.ſed ex iam di
ctis recedendum non eſt à priori opinione;
nec obſtant auctoritates Doctorum, qui ad-
135 ducuntur in contrarium, quia cum ſæpius
probauerint alteram priorem opinione, illa
dicitur eſſe illorum opinio. Iaſ.conſ. 89.nu.
24.lib.3.Roland.conſ.67.num.33.& conſil.
60.nu.45.lib.1.& conſ.28.in fine.lib.3. Me-
noch.conſ.3.num.29. & contra eos fuit etiā
iudicatum à Senatu Gratianopolitano, vt te-
ſtatur ipſemet Crauet.in d. l. cum filio fami-
136 lias.2.part.num. 349. Nec pariter obſtant
aliæ rationes allegatæ, quia procedunt in vo-
luntate omnino tacita, & omiſſa; ſecus ſi ex
his, quæ expreſſit teſtator voluntas eius col-
ligatur. Dec.conſ.514. in fine. & conſil. 186.
num.4.verſ.non obſtat, quod teſtator. Ro-
land.conſ.18.num.18.verſ.non obſtat.& nu.
19.lib.4.idem Ruin.d.conſ.29.num.11.lib.
137 2. in ſubſtitutionibus namque ſufficit ſola
voluntas teſtatoris.l.in conditionibus primū
locum.ff.de condit.& demonſtr. quia illa to-
tum facit.l.ex facto.la grande.§.& facit.ff. de
hæred.inſtit.l.penul.ff.de leg.1.etiamſi ea ſit
tacita, quæ reſultet ex coniecturis.l.cum pro-
ponebatur.in fin.l.qui ſolidū.§. cū poſt mor-
tem.ff.de leg. 2. in fideicommiſſis enim, &
ſubſtitutionibus inſpicitur potius voluntas,
quàm verba.l.3.§.conditio.ff.de adimend. le
gat.l.cum virum. C.de fideicom.

138 Ampliatur hæc octaua coniectura, vt non
ſolum procedat in ſuis terminis, quando fa-
cta ſunt diuerſa capita ſubſtitutionum, & in
ſubſtitutione facta de minus dilecto vocātur
eius filij; ſed etiam procedat, vbi facta eſt vna
tantùm ſubſtitutio, nàm cùm teſtator voca-
uerit filios ſubſtituti, multò magis veriſimile
eſt voluiſſe admitti filios inſtituti, nedùm cū
ipſe inſtitutus, eſt de deſcendentibus teſtato-
ris. Curt.iun.conſ.16.num.7.Crauet. conſil.
367.num.7.& in.l.cum filiofamilias.2. part.
num.349.ff.de leg.1. Gabriel concluſ.2. nu.
29.& 30.de hæred.inſtit.Mantic.de coniect.
vlt.vol.lib.11.tit.20.num.20. Ludouiſ. de-
ciſ.551.num.5.verùm etiam cùm idem inſti-
tutus, eſt extraneus; quia inſtitutus præſumi-
tur magis dilectus, quàm ſubſtitutus Bald. in
l.gallus.§.etiamſi parente.num.2.verſ. ſecun
dò quæro. & ibi Paul. de Caſtr. num. 5. &
Aret.num.56.verſ. quærit etiam. ff. de liber.
& poſth.& eſt regula vniuerſalis, quòd primò
nominatus pręſumitur prędilectus.l.Lucius.
la.1.ff.de hæred.inſtit.l.cùm Pater.§.à te pe-
to.ff.de legat.2.Crauet.conſ.584.nu.2. Me-
noch.de præſumpt.lib.4.præſumpt.16.num.
3.& 4. Simon de Præt. de interpræt. vlt. vo-
lunt.lib.1. interpræt. 2. dub.2.ſolut.5. num.
18.fol.63.

139 Subampliatur ampliatio hæc, vt procedat
non ſolùm in vocatione filiorum, ſed etiam in
vocatione hæredum; Namquè ſi teſtator vo-
cauit hæredes ſubſtituti, intelligitur de filijs,
& hæredibus ſanguinis, nō de hæredibus ex-
traneis; ſicquè hæredes extranei inſtituti pre-
feruntur hæredibus extraneis eiuſdem ſub-
ſtituti, & ea eſt ratio, quia ſicut teſtator præ-
dilexit inſtitutum, ſic cæteris paribus hære-
des eiuſdem inſtituti:ità tenet Bart. in l. gal-
lus.§.etiam ſi parente.num:5.ff.de liber. &
poſthum.& ibi Bald.nu.2.verſ.ſecundò quę-
ro.& Paul.de Caſtr.num.5.Aret.nu.56.verſ.
quærit etiam.& Iaſ.num.27. & 28.qui dicit
hanc opinionem & in iudicando, & conſulen
do eſſe tenendam, illamquè magis communē
eſſe: idem Bald.in c.1.nu.2. de natur. ſucceſſ.
feud.Alex.conſ.93.num.7. lib.3. vbi pariter
dicit ſic magis cōmuniter tenere modernos,
ſequitur Ruin. conſ.148. nu.4. & conſ. 178.
num.8.lib.2.& Simon de Præt. de interpræt.
vlt.volunt.lib.1.interpræt.2.dub.2. ſolut.5.
num.21.fol.63. Ludouiſ. deciſ.551.num.5.

140 Declaratur hæc ampliatio, in quantùm di-
ctum eſt, quòd vocatis filijs ſubſtituti, multò
magis vocati cenſentur filij inſtituti, quàm-
uis idē inſtitutus, ſit extraneus, quia hoc pro-
cedit quando eſt extraneus tàm ſubſtitutus,
quàm inſtitutus: ſecus quando ſubſtitutus eſt
de agnatione, tunc enim ceſſat coniectura
prioris nominationis Menoch.de præſumpt.
lib.4. d. præſumpt.16.num. 4. Verall. deciſ.
21.num.2.part.2.& ſic vocatis filijs ſubſtitu-
ti agnati non cenſerentur vocati filij inſtituti
extranei, ità ſentit Crauet. conſil. 67. num.5.
verſ.tertiò.& Zanch.in l.hæredes mei.§.cum
ità num.304. ff. ad Trebell. & idem eſt quo-
què ſi ſubſtitutus coniunctus eſſet teſtatori
maiori affectione, quàm inſtitutus primò no-
minatus. Maſcard.de probat.concluſ.67. vbi
recitat quinque modos quibus maior dilectio
præſumitur in nominato ſecundo loco, præ-
141 ſumptio enim fortior tollit aliam debiliorē

l. diuus. ff. de reſtit. in integr. & ibi gloſ. in verb. exiſtimari. c. trãſmiſſæ. in fin. qui fil. ſint legit. cum pluribus cumulatis per Menoch. de præſumpt. lib. 1. quæſt. 30. num. 1.

142 Declaratur primò hæc octaua coniectura, vt procedat ſolummodo in ſubſtitutione facta de eadem re, ſecus quando tractaretur de diuerſa re, tunc enim ceſſaret coniectura, & conſequenter ſecundo ſubſtituto etiam magis dilecto ante aduentum conditionis fideicõmiſſi decedente, ad eius hæredes non tranſmitteretur Ruin. d. conſil. 29. num. 11. lib. 2. per tex. in l. ſi vnus. §. ante omnia. ff. de pactis. & ſequitur Zanch. in d. l. hæredes mei. §. cum ita. num. 303. ff. ad Trebell.

143 Declaratur ſecundò nõ procedere, vbi eſt diuerſa ratio; puta ſi ſubſtitutus, qui eſt minus dilectus, eſſet tamen de agnatione, hoc enim caſu præſumeretur teſtator vocaſſe etiã hæredes ipſius ſubſtituti pro agnatione conſeruanda, quæ ratio ceſſaret in alio ſubſtituto non agnato, quamuis magis dilecto. Crauet. d. conſ. 67. num. 5. verſ. tertiò. & illum ſequitur Zanch. in d. §. cum ita. num. 304.

144 Nona coniectura eſt, quando certum eſt in rerum natura conditionem illam iam eueniſſe, & verificatam eſſe viuente fideicommiſſario; tunc enim idem fideicommiſſarius fideicommiſſum tranſmittit, quamuis ante hæredem grauatum decedat. l. Neratius. ff. de manumiſſ. teſtam. Bart. in l. cum fine. in fine. ff. quand. dies legat. ced. Socin. in l. quamuis. num. 1. verſic. ex quibus infero. ff. de condit. & demonſtrat. & dicam in caſu ſecundo. numero 23.

145 Quod ampliatur procedere, etiamſi non vera certitudo habeatur, ſed vehemens opinio iuncta cum veritate, quia idem operatur, quod vera certitudo. Anchar. conſ. 354. & conſ. 392. & Butr. conſil. 78. vbi reſponderũt in hac facti ſpecie; teſtator carens filijs habebat vxorem prægnantem, & in teſtamento ordinauit, quod ſi ex Vxore prægnante naſceretur maſculus, is eſſet hæres vniuerſalis, ſi autem naſceretur filia fæmina, quòd haberet tãtum dotem, & tali caſu quo naſceretur fæmina, ſubſtituebat Proculum; deceſſit teſtator Vxore adhuc prægnante, & paulò poſt deceſſit etiam Proculus ſubſtitutus adhuc muliere illa grauida exiſtente, quæ tamen ex vehemẽti opinione, & iudicio peritorum erat paritura fæminam, & hoc poſtea apparuit ex partu nato, quia fæminam peperit; & conſuluerunt Anchar. & Butr. in locis citatis Proculũ ſubſtitutum tranſmiſiſſe illud fideicommiſſum conditionale ad ſuos hæredes, & illos refert, ac ſequitur Felin. in c. 1. num. 2. de ſumm. trinit. & fide cath. Gulielm. de Benedict. in c. Rainutius. verſ. & ſoboles quã geſtat in vter. num. 64. Neuizz. conſ. 65. num. 7. Crauet. in l. cum filiofamilias. in 2. part. num. 262. ff. de leg. 1. Zanch. in l. hæredes mei. §. cum ità. nu. 312. ff. ad trebell. Verùm exemplũ iſtud certitudinis allatum ab Anchar. & Butr. improbarunt Iaſ. in l. certum. num. 10. ff. ſi cert. pet. & Boer. deciſ. 354. in fin. ex eo quia non poſſint haberi ſigna certa, ſi mulier pregnans maſculum vel fæminam paritura ſit, & eos ſequi videtur Vaſqu. de ſucceſſ. progreſſ. lib. 1. §. 7. num. 51. & ſeq. ampliatio tamen eſt in ſe vera, quia etiam ad adeundum ſufficit propria, & communis aliorum opinio delatæ hæreditatis iuncta cum veritate l. cum quidam §. videtur. il 2. ff. de acquir. hæred. quamuis etiam ad adeundum requiratur ſcientia delatæ hæreditatis l. hæres inſtitutus. ff. eod. tit.

146 Declaratur hæc coniectura non procedere in ea conditione, quæ verificanda eſt de tempore mortis grauati; tunc enim non ſufficeret conditionem in rerum natura eſſe verificatã, vel eam haberi pro impleta, ſed requiritur quòd etiam fideicommiſſarius ſubſtitutus ſuperuiuat hæredi grauato, vt dixi ſuperius num. 55.

147 Decima coniectura eſt, quando teſtator voluit relictum deberi etiam ſi conditio defecerit Fab. Acoramb. in d. §. cum ita. num. 33. verſ. poſſeſ. & ibi Zanch. nu. 313. per tex. in l. 1. C. de inſtitut. aduertendum eſt tamẽ quod in d. l. 1. conditio habita fuit pro impleta ante mortem ſubſtituti ex volũtate teſtatoris, qui erat aliàs etiam relicturus, quo caſu non perit diſpoſitio, licet conditio deficiat. gloſ. in. d. l. 1. in princ. & ibi Ang. verſ. prima. & Iaſ. num. 7. C. de inſtit. & ſubſt. gloſ. in l. quæ ſub conditione. §. quoties. in verb. defectus. ff. de condit. inſtit. Socin. in l. in teſtamento. la 2. num. 4. verſ. tertiò. ff. de condit. & demonſtr. ideoquè iſta nõ dicitur coniectura tranſmiſſionis nec hæres eiuſdem ſubſtituti dicitur venire ex tranſmiſſione, ſed ex propria vocatione ad ius ei quæſitum in vita dicti ſubſtituti, ſic etiã aduertit Zãch. in loco cit. Cõcluſio autẽ in ſe vera eſt ꝙ conditio defecta nõ impedit tranſmiſſionem ex coniecturata voluntate teſtatoris, vt vidimus. num. 59. iuncto num. 66.

148 Vndecima coniectura eſt, quando ſubſtitutus eſt Princeps, vel alius ſub nomine dignitatis, tunc enim mortuo ipſo fideicommiſſario vel legatario ante hæredem grauatum,

vel

vel aliàs antequàm cedat dies fideicommiſſi, ſiue legati tranſmittitur ipſum fideicommiſſum & legatum ad ſucceſſores in Principatu vel dignitate l.quod Principi.ff.de leg. 2. & ibi Bart.Bald.& Paul. de Caſtr. Mantic. de coniect.vlt.vol.lib.8.tit.17.nu.1.& ſeqq.Menoch.de præſumpt.lib.4.præſumpt.121. nu. 1.& ſeqq.Zanch.in l.hæredes mei.§.cum ità. num.324.ff.ad Trebell. & ſenſit idem Bald. conſ.145.in fin.lib.1.& Socin. iun. cõſ.128. num.88.lib.1.

149 Declaratur hæc coniectura, vt procedat quando fideicommiſſum vel legatum, vt dixi, relictum eſt ſub nomine dignitatis, ſecus ſi ſub nomine proprio iuxta notata in c.quoniã Abbas.de offic.deleg.& tenet Zanch. in d. §. cum ità. num. 324. quia dignitas numquàm moritur ſed continuat in ſucceſſorem.gloſ.in d.c.quoniam Abbas.in verb.ſubſtitutum. de offic.deleg.Abb.in c.ſignificauit. num.4. de reſcript.Bart.in l.centeſimis. §.ſi ità ſtipulatus.num.9.ff.de verb.obligat.per tex. in c. ſi gratioſè.de reſcript.in 6. l. annua. §. attia. ff. de ann.legat. & quando cenſeatur facta eſſe ſub nomine dignitatis, dicã aliqua in caſ. 51.

150 Subdeclaratur hæc declaratio, nàm ad hoc vt legatum vel fideicommiſſum relictum obtinenti dignitatem ſub nomine dignitatis tranſmittatur ad ſucceſſores in eadem dignitate, requiritur quòd tale legatum vel fideicommiſſum relictum ſit obtinẽti dignitatem nomine proprio, & ex perſona ſua propria, ſecus ſi obtineret dignitatem nomine alieno, & ex perſona alterius, vt Vicarius. Bart. in d. l.quod Principi. num.3. & ibi Bald. & Paul. de Caſtr. num. 3. Iaſ.in l. more. numero 65. verſ. ſecundò limita. ff. de iuriſd. omn. iud. Dec.in c. quoniam Abbas. num. 19. de offic. deleg. vbi teſtatur de communi. Mantic. de coniect.vlt.volunt.lib.8.tit.17.numero 3. & regulariter verum eſt in quocunque obtinente dignitatem nomine alieno Bart. in d.l. quod Principi ff. deleg. 2. Dec. in d. l. more. num. 54. ff. de iuriſd. omn. iud. Menoch. de arbitr.lib.1.quæſt.68.num.24. & in tract. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 121. numero 5.& ad hoc adducitur tex. in l.ſi Auguſtæ.ff. de leg. 2. vbi legatum factum vxori Imperatoris non tranſit ad illam quæ ei ſuccedit, ea ratione, quia non obtinet dignitatem ex ſua perſona, ſed ex perſona Imperatoris eius Mariti, quam rationem adducit Bart.in d.l.quod principi.num.1.poſt Petr.& Cyn. quos allegat, & ſequitur Menoch. d. præſumpt.121. numero 6.& ratio iſtius ſubdeclarationis eſt, nam dignitas, quam quis habet per alium, non eſt ità potens, vt tranſmittat in alterum. Bart. in d.l. quod principi. num.2. quemadmodum dicitur, quod delegatus, vti iuriſdictionem non ſuo iure, ſed alieno beneficio habens non poteſt exceptis quibuſdam caſibus ſpecialibus delegare. l. more. ff. de iuriſd.

151 omn.iud.l.fin.ff. de off. eius. & ſubdelegatus pariter alteri ſubdelegare non poteſt. c. cum cauſam. de appellat. cap. ſuper quæ-

152 ſtionum.§.ſi vero.de off.delegat.Nec procurator poteſt alterum procuratorem facere, niſi expreſſam habeat facultatem à conſtituente, vel Dominus litis effectus ſit.l.ab executore.§.ſi.ff. de appellat. Verùm quoad Vicarium quòd imò delegatio cauſæ facta Vicario, & ſic conſequenter legatum, & fideicommiſſum tranſeat in ſucceſſorem, tenent multi relati per Sbroz. de off. vicar. libro 3. quæſt.49.numero 1.& 2.& Garz.de benefic. part.6.cap.2.num.34.& ſeqq. vbi pariter allegat alios, & dicit hãc ſententiam eſſe æquiorem, & in praxi receptam, ac tenendam, prout etiam ita ſeruari in praxi teſtatur Zanchez. de matrim.lib.8.diſput.27.numero 10.& verè in terminis delegationis cauſæ ità obtinui ego per tres ſententias.

153 Duodecima coniectura tranſmittendi fideicommiſſum conditionale eſt, quando cõditio reſpicit commodum & fauorem fideicommiſſarij, vtpotè quando hæres eſt fiduciarius, ideſt inſtitutus non contemplatione ſui, ſed contemplatione eiuſdem fideicommiſſarij cui poſt euentum alicuius conditionis rogatus eſt reſtituere hæreditatem, nàm iſte fiduciarius eſt potiùs cuſtos, miniſter, & depoſitarius, quàm verus hæres, qua de cauſa tenetur ipſam hæreditatem totam reſtituere vnà cum fructibus nõ retenta pro ſe aliqua quarta. gloſ. vlt. in fin.in l.in fideicommiſſariam.ff.ad Trebell.Peregrin.de fideicom.art. 3.numero 19. Rota deciſ.765. num.1. part. 2.in recent.hoc igitur caſu, ſi idem fideicommiſſarius moritur ante euentum conditionis, fideicommiſſum non extinguitur, ſed ob ſpecialem fauorem ipſius fideicommiſſarij trãſmittitur ad eius hæredes. Iacob. de nigr. in l. 1.num.62.verſ.in duobus.& Crott.num.38. verſ.limito.& Fabius.numero 33.in fin.ff.de leg. 1.ſequitur Gabriel.cõcluſ.2.num.41. de hæred. inſtit.qui mouentur ex tex. in l.Seiùs Saturninus.ff.ad Trebell. Contrarium tamen quòd ſcilicet fauor fideicommiſſarij non operetur quòd fideicommiſſum conditionale tranſmittatur, tenent Crauet.in l.cum filiofa-

milias.2.part.num.350.ff.de leg.1.Zanch.in
l.hæredes mei.§. cum ita.nu.325.ff. ad Tre-
bell.& Rota Rom.deciſ.782.num.18.& 19.
part.1.diuerſ.& ad dictā l.ſeius Saturninus.
reſpondent textum illum non loqui de fidei-
commiſſo conditionali, nam illa verba; cum
ad annos ſexdecim perueniſſet; non faciunt
conditionē, vt inquit idē tex. ibi in fin.verſ.
quoniam dies. vbi gloſ. vlt. in princ.& poſt
Bart.Ang.& Imol.in l.ſi mater.in princ.ff. de
vulg.& pupill.voluit Alex.in d.l.Seius Satur
ninus.num.3.& Crauet.& Zanch.ac Rota in
locis citatis. & ratio quare non faciunt con-
ditionem ea eſt, quia dies ibi eſt adiectus ſo-
lutioni, qui legatum, vel fideicommiſſum con
ditionale non facit, vt etiam probat tex. in l.
ex his verbis.C.quand.dies leg.ced.& dicam
in caſ.3.num.13.

154 Decima tertia coniectura eſt, quando te-
ſtator habuit rationem conſeruandi agnatio-
nem, & familiam; hoc enim caſu locus eſt trāſ
miſſioni legati, & fideicommiſſi conditiona-
lis ad illos de agnatione & familia etiam le-
gatario, ſiue fideicommiſſario ante euentum
conditionis decedente Ruin.conſil.156.nu.
5.& conſil.179.num.7.lib.2. Curt. ſen.con-
ſil.76.colum.2.verſic.premiſſis tamen.Curt.
iun.conſil.61.nu.1.verſic. accedit, Dec.conſ.
574.num.4. & 5.Iaſ. conſ.233.num.1. ver-
ſic.ſed iſtis non obſtantibus.volum.2. & con
ſil.52.num.22.verſ.tertiò.volum.3. Crauet.
conſ.776.num.14.verſ.rurſus, idem Crauet.
in l.cum filiofamilias.in 2.part.num.336.ff.
de leg.1, Pariſ.conſ.76.num.3.& ſeqq. lib.2.
& conſ.5. num.29.conſil.50. num.18.& 19.
conſ.52. num.18. iuncto nu.28. & conſ.66.
num.76.& ſeqq.lib.3.Cephal.conſ.16.num.
43.lib.1.Zanch.in l. hæredes mei.§. cum ita.
num.328.& 329.ff.ad Trebell.Gabriel con-
cluſ.2.num.23. de hæred.inſtit.Mantic.de
coniect. vlt. volunt. lib.11. tit.20. num.23.
Honded.conſ.70.num.38.lib.1. & conſ.56.
nu.5.lib.2. Ioſeph. Ruſtic. conſ. 2. num.57.
Rota Rom.deciſ.502.num.4.verſ.quarta. &
nu.5.part.4.diuerſ.Intrigl.de ſubſtitut.cent.
3.quæſt.47.nu.28.niſi enim locus eſſet trāſ-
miſſioni huiuſmodi legati, & fideicommiſſi
conditionalis, non poſſet mediantibus eis
conſeruari agnatio, & familia, cum agnatio
tractum temporis ſucceſſiuum omnium per-
ſonarum contineat Peregr. de fideicom.art.
22.num.25.& hanc rationem tetigit.Rot. d.
deciſ.502.nu.5.verſ.nā cùm.part. 4. diuerſ.

155 Agnationem autem conſeruandi præſu-
mitur teſtator præcipue rationem habuiſſe,
& conſequenter voluiſſe locum eſſe tranſmiſ-
ſioni legati & fideicommiſſi conditionalis,
quando ipſe locutus eſt de deſcendentibus
maſculis, tunc enim propter expreſſionem ſi-
ue adiectionem qualitatis maſculinæ, ſi lega-
tarius vel fideicommiſſarius deceſſit penden-
te conditione, ſpes fideicommiſſi ad eius li-
beros maſculos tranſmittitur. Iaſ. conſ.233.
num.2.vol.2.& conſ.154.num.4.verſ.ſed in
caſu.vol.4. Dec.conſ.574.num.4.& 5.Pariſ.
conſ.76.per totum.lib.2. & conſ.66.nu.77.
& 78.lib.3.Ruin.conſ.179.nu.7.lib.2.Curt.
iun.conſ.69.num.1.& conſ.89.nu.6.& conſ.
96.num.2.Crauet.conſ.306.num.3.verſ.ſed
in contrarium. & in l.cum filiofamilias. part.
2.num.336. & ſeqq.ff. de leg.1. Zanch.in d.
§.cum ita.num.328.Mantic. de coniect. vlt.
vol.d.lib.11.tit.20.num.23. Ruſtic. in tract.
an & quand.liber.lib.2.cap.2. nu.2. & conſ.
2.num.59.Gabriel concluſ.2.nu.24. de hæ-
red inſtit.

156 Familiam verò præſumitur ſignanter vo-
luiſſe cōſeruare & ſic tranſmiſſioni locum eſ-
ſe, quando voluit bona perpetuò eſſe debere
in familia, ità hanc coniecturam probarunt
Ruin.conſ.156.numero 5.lib.2.& conſ.130.
num.4.& 6. lib.3. Dec. conſ.574. poſt num.
4.Menoch.conſ.95.num.9. & conſ.124. nu.
115.Zanch. in d.§. cùm ità, num.329. Idem
quando prohibuiſſet alienationem bonorum
157 vt dicam inferius.nu.177.& quando teſta-
tor rationem agnationis habuiſſe dicatur, tra
ctat Mantic.de coniect.vlt.volunt.lib.6. tit.
15.& Simon de Præt.de interpret.vlt.volūt.
lib.3.interpret.3.ſolut.11.fol.287.

158 Ampliatur hæc coniectura, vt locum ha-
beat etiam in ſubſtitutione facta de primoge-
nito; nam eo decedente ante aduentum con-
ditionis pariter ad filium ſuum tranſmittit
Zanch.in d.§. cum ita.num.328. in fine.poſt
Dec. conſil.397. num.7. qui ea vtitur ratio-
ne, quia honor, & prærogatiua primogenitu-
ræ tranſit ad filios ipſius primogeniti, quod
comprobat Modern.Pariſ.in Comm.ad con-
ſuet.Pariſ.in §.8.quæſt.vlt.

159 Declaratur hæc coniectura conſeruandæ
agnationis, vt non procedat, quando ſubſti-
tuti eſſent agnati, qui excluſa tranſmiſſione
poſſent æque conſeruare agnationem, & fa-
miliam; hoc enim caſu legatarius, vel fidei-
commiſſarius decedens ante aduentum con-
ditionis non tranſmitteret legatum, vel fidei-
commiſſum ex ſola coniectura conſeruandæ
agnationis, quia ſatis eſt intentionem teſta-
toris volentis bona in agnatione conſeruari,

effe-

effectum ſuum ſortiri in ſubſtitutis de eadem agnatione exiſtentibus. arg.l. cum ſeruus.ff. de verb.oblig.l.3.C.de inſtit.& ſubſtit. & ſic conſuluit Ruin.conſ. 181. num. 8. verſ. non obſtat etiam.lib.2.quem ſequitur Socin. iun. conſ.117.num.26.lib.1.Menoch. conſ.200. num.114.Mantic.de coniect. lib.11. tit.20. num.23.verſ.illud tamen. Nec obſtat,quod dixit Menoch. conſ.325.num.64.in fin. & num.65.quòd ſcilicet poſitus in conditione, debeat ſuccedere iure tranſmiſſionis ea ratione,quia idoneus eſt conſeruare agnationem, quemadmodum ſubſtitutus,vt perpendit Paris.conſ.76.num.3. lib. 2. quia reſpondetur quoad tacitam voluntatem teſtatoris reſultantem ex ratione conſeruandæ agnationis, eos eſſe in paritate rationis,cum per ſubſtitutum agnatum pariter conſeruetur agnatio,ipſum autem ſubſtitutum vltra voluntatem teſtatoris tacitam, habere quoque voluntatem expreſſam,ob id præferendum eſſe; nam cæteris paribus expreſſum excludit tacitum. l. cum ex filio. §.filio. ff. de vulgar. ita reſpondet Mantic.de coniect. in loco proximè citato.

160 Declaratur ſecundò hæc decimatertia cõiectura,vt licet ratio conſeruandæ agnationis operetur tranſmiſſionem ad illos qui ſunt de ipſa agnatione, tamen quoad alios qui de ipſa agnatione non exiſtunt operatur effectum contrarium,nempe prohibitionem tranſmiſſionis,quia ſcilicet cenſetur prohibere ad illos fieri tranſmiſſionem. Ruin. conſil.95. nu. 8.lib.2.Gabriel concluſ.2.num.25.de hęred. inſtit.

161 Decimaquarta coniectura eſt, quando teſtator dixit;ex nunc ſubſtituo; putà ſi ita dixiſſet;& ſi filius meus hæres inſtitutus deceſſerit ſine filijs, bona mea ex nunc perueniant ad Caium, quem ſubſtituo; nam hoc caſu licet Caius ſubſtitutus decedat ante filium hæredem inſtitutum, & grauatum, tamen fideicommiſſum tranſmittit ad ſuos hæredes. ſic tenet Crot. in l. ſi is qui pro emptore. num. 147.ff.de vſucapion.& ibi Iaſ.num.346.& Alciat.num.141.Mantic.de coniect. vlt. volunt.lib.11.tit.20.num.11.& ratio huius partis ea eſt, quia ſicuti ex teſtatoris voluntate, id,quod ad hęredes tranſmiſſibile eſt,fieri poteſt non tranſmiſſibile,l. in conditionibus. §. 1.ff.de condit.& demonſtr.ſic è conuerſo fieri poteſt tranſmiſſibile id,quod tranſmiſſibile non eſt,ſi adſit voluntas teſtatoris. l. vnic. C. vt action.ab hæred.& contra hæred. Bald. in l.ſi pater.num.19.C.de inſtit. & ſubſtit. de voluntate autem teſtatoris dicitur apparere ex illis verbis;ex nunc ſubſtituo;propter quę verba videtur, quod retrotrahatur, perinde ac ſi dies ceſſiſſet à tempore mortis; & hanc rationem adducit idem Crott.in d. l. ſi is qui pro emptore. num. 147. & facit in argumentum tex.in l.lecta.§.fin.ff. ſi cert. petat. l.huiuſmodi ſtipulatio interpoſita. ff. de verbor. oblig. Contrariam autem opinionem tenet Bart.in d.l.ſi is qui pro emptore. num. 55. & ibi Roman.in fi.ff.de vſucap. Ruin. conſil. 2. num.6.lib.2.Zanch.in d.§.cum ita.num.177. & ratio eſt,quia cùm legatarius, vel fideicommiſſarius iam deceſſerit tempore mortis hæredis grauati, non poteſt habere locum tranſmiſſio ſecundum veritatem, de quo certum eſt, neque ſecundum fictionem, quia vltimũ extremum factum eſt inhabile.l.bonorum.ff. rem rat.haberi. & ſic ratiocinatur idem Bart. ibi num.55.& alij ſequũtur:& ad tex.in l.neceſſariò.§. quod ſi pendente. ff. de peric. & commod. rei vend. reſpondent illum habere locum in contractibus, in quibus regulariter ſpes tranſit ad hæredes.§.ex conditionali.inſtit.de verb. oblig. ſecus in legatis, in quibus ſpes non tranſit ad hæredes.l.vnic.§. ſin autẽ aliquid ſub conditione.C.de caduc. tollend. & opinionem Bart. ego ſequor, & ſequi etiã videtur Rota Roman.vt per Caſſad. deciſ.3. nu.15.& 16.de præbend.

162 Decima quinta coniectura eſt,quando teſtator ſubſtituit hæredes alicuius, putà ſi dixiſſet; & ſi Caius filius meus hæres inſtitutus deceſſerit ſine filijs, ſubſtituo hæredes Sempronij; nam licet hæredes Sempronij deceſſerint ante Caium hæredem inſtitutum, tamen veniunt etiam hæredes hæredum. Alexand. conſ.36. num.5.& num.15. lib.3.Socin.iun.conſ.14.in fin. lib.4. Zanch. in l.hæredes mei. §. cum ita.num. 331. ff.ad Trebel.ratio eſt, quia hæredis appellatione, continentur omnes in infinitum.l.hęredis appellatio.l.ſciendum.ff.de verb. ſignif. Tiraq. de retract.conuent.§.1.gloſ.6.num.20.& 21. Sed aduertendum eſt,quod tunc iſti hęredes hæredum non iure tranſmiſſionis, nempe ex perſona ſui anteceſſoris,ſed iure propriæ vocationis ſuccedunt. Alexan.d.conſ.36.in fin. lib.3.Cephal.conſ.499.num.20.Zanch.in d. §.cum ita.num.331. Mantic. de coniect. vlt. volunt.lib.11.tit.20.num.8.Cum autem non ſuccedant iure tranſmiſſionis vti hæredes,ſed iure propriæ vocationis, propterea hìc non ſpectat inquirere,an mentio hęredum omnes compræhendat in infinitum, vel ad primos

tantum

tantùm hæredes reſtringatur: de qua re vos remitto ad Peregr. de fideicom.artic.32.nu.60. & ſeqq. & Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt.201.num.105.per totum.& Præt. de interpræt.vlt.volunt.fol.198.num.24.& ſeqq.

163 Decima ſexta coniectura (quæ tamen ſimiliter non procedit vigore tranſmiſſionis, ſed propriæ vocationis) eſt, quando teſtator vocauit filios ad ſubſtitutionem, quia cùm appellatione filiorum largo modo veniant Nepotes.l.liberorum.ff.de verb.ſignific.ideo decedentibus filijs primi gradus ante inſtitutum vel ante grauatum ſuccedunt nepotes, tanquàm compræhenſi in diſpoſitione ſub nomine filiorum Socin.in l.hæredes mei.§.cum ità.num. 10. verſ. ex cuius dicto.& ibi Torniell. num.64. ff. ad Trebell. Pariſ. conſ. 53.col.3. & 4.verſ. ſtante coniecturata mente. vol.3. Iaſ. conſ.154.num.7. verſ.accedit etiam.lib. 4 Gabriel. concluſ. 2. num.36. de hæredib.inſtit.Mantic.de coniect.vlt. volũt. lib.11.tit.20. num.17. Curt. iun.conſ.114. num.7.quando autem appellatione filiorum contineantur nepotes, tradit Peregr. de fidei com.art.22.nu.44.& ſeqq. & Tuſc. concluſ. 375.376.liter.F.

164 Decima ſeptima coniectura eſt ſecundum Alciat. in reſponſ. 621. ex verb. teſtamenti. nu.2.verſ.confirmatur; quando teſtator putauit locumeſſe tranſmiſſioni;& adducit eam rationem, quia magis attenditur teſtatoris credulitas, quàm veritas.l. ſeruo manumiſſo ff.de condict.indeb.l.quo loco.§.1.ff.de hæred. inſtit. Hanc tamen coniecturam exiſtimo non eſſe veram, quia non opinio, & credulitas, ſed veritas attendenda eſt gloſ.1. in cap.veritate.8.diſtinct.tot.tit. C. plus valere quod agit.cap.per tuas.§.nos autem. qui filij ſint legitim.quinimò nihil conſenſui ita contrarium eſt, vt error.l.ſi per errorem.ff.de iuriſd.omn.iud.niſi eſſet error communis.l.barbarius.ff.de off.prætor.l.1.C.de teſtam.& iura adducta in contrarium non conſiderant teſtatoris credulitatem, ſed mentem, & voluntatem.

165 Decima octaua eſt coniectura,quando,niſi fieret tranſmiſſio, ſequeretur, quod minus dilectus præferretur magis dilecto;hoc enim caſu, ſi magis dilectus non poteſt venire ex ſubſtitutione; ex veriſimili mente teſtatoris venire debet ex tranſmiſſione ad euitandum abſurdum,quod ſequi poſſet, ſcilicet,quòd minus dilectus præferretur magis dilecto cõtra.l.publius.§.Titia.ff.de condit. & demonſtr.ita tenuit Ruin.conſil.178.num.5.lib.2. Iaſ.conſ.52.num,22.verſ.quarta.lib.3.Crauet.in l.cum filiofamilias.in 2. part. nu.349. ff.de leg.2.& conſ.418.num.3.conſ.649.nu. 3.& conſ.776.numero 13.verſ.coniectura.& num.14.Pariſ.conſ.77.num.19.& ſeq.lib.2. Curt.iun. conſ.16. num.7. Gozad. conſ. 29. num,10.Socin.ſen.conſ.6.nu.13.lib.3. Ant. Gabr. concluſ.2. num.22.de hæred. inſtitut. Mantic.de coniect.vlt.vol.lib.11.tit.20.nu. 21.poſt princip. Zanch. in d.l. hæredes mei. §.cum ita.num.333.ff.ad Trebell.Rot.Rom. deciſ.782.nu.15.part.1.diuerſ.& deciſ.502. nu.3.& 4.part.4. diuerſ. Ludouiſ.deciſ.551. num.7.& ibi add.num.15.

166 Ampliatur primò idem eſſe è conuerſo, vt ſcilicet tranſmiſſio nõ fiat, quando (ſi fieret) ſequeret̃ abſurdum,vt minus dilectus pręferretur magis dilecto,ſic Menoch.cõſ.105.nu. 34.& Rot.d.deciſ.782.nu.16.part.1.diuerſ. quæ mouet̃ ex eo, quia idẽ operari debet oppoſitum in oppoſito,quod operatur propoſitum in propoſito.l.ſi ex toto.in princ. l.quod in rerum.§. ſi quis poſt.ff. de leg.1.l. fin.§.ſi filius.ff.de leg.3.

167 Ampliatur ſecundò,vt hęc coniectura multò magis locum habeat,quando extraneus anteponeretur deſcendentibus teſtatoris, niſi legatum vel fideicommiſſum intelligeretur tranſmiſſibile;quia non eſt credendum teſtatorem ſuæ poſteritati voluiſſe extraneum prę ferre.l.cum acutiſſimi.C.de fideicom.& ſic dicit in ſpecie Socin.in l.hæredes mei.§.cũ ità. num.13.ff.ad Trebell.&conſ. 6. nu.13. vol. 3.Ruin.d.conſ.178.nu.1.& 2.lib.2.Iaſ.conſ. 154.num.8.vol.4.Pariſ.conſ.78.num.3.vol. 2.& conſ.5.num.38.vol.3.Curt.iun.d.conſ. 16.num.6.Gabriel concluſ.2.num.21.de hęred.inſtit.Rota Rom.deciſ.380. num.5.part. 2.in recent. Mantic. de coniect. d.lib. 11.tit. 20.num.21.

168 Ampliatur tertiò hæc decima octaua cõiectura,vt procedat etiam ſi excluderetur ęque dilectus;ad æqualitatem enim inter æquè dilectos ſeruandam præſumitur teſtatorem voluiſſe ad eos tranſmiſſionem fieri.Ruin.d.cõſil.178. num.7.lib.2.& Zanch. in d. §. cũ ita. num. 333. ſed iſtam ampliationem intelligo locum habere,quando inæqualitas reſultaret inter deſcendentes teſtatoris, vt dicam in ſequenti coniectura.

169 Decima nona coniectura eſt,quando, niſi fieret tranſmiſſio,reſultaret inæqualitas inter deſcendentes teſtatoris; vt ſi teſtator vocauit aliquem ex deſcendentibus, & eius liberos,

vel

vel hæredes; nam hoc caſu cenſetur etiam quoad alios deſcendentes idem facere voluiſſe. Socin. iun. conſ. 63. nu. 4. verſ. quibus addi poteſt. lib. 4. Ruin. conſ. 145. numero 6. verſ. & primò. & num. 7. & conſ. 178. num. 7. lib. 2. Gabriel. concluſ. 2. num. 31. de hæred. inſtit. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 11. tit. 20. num. 25. Ioſeph. Ludouic. deciſ. 102. nu. 13. ſimile conſuluit Anchar. conſ. 323. verſ. item poſtquàm, idemque reſpondit Socin. ſen. conſ. 92. nn. 8. verſ. & vltra adducta. lib. 1. nam ad euitandum inæqualitatem ſæpe diſpoſitio teſtatoris limitatur, & ampliatur l. fin. & ibi not. C. comm. vtriuſq. iud. l. cum pater. §. euictis. ff. de leg. 2.

170 Declaratur hæc coniectura, vt locum non habeat, quando ſubſtitutus eſſet alius, qui non ſit de deſcendentibus teſtatoris, etiamſi eſſet par in gradu Zanch. in d. §. cum ita. nu. 338. verſ. an autem.

171 Vigeſima coniectura eſt, (& hęc pendet à præcedenti) quando teſtator etiam nepotes ex fratre iàm de tempore teſtamenti prædefuncto ſubſtituiſſet vnà cum alijs fratribus tunc viuentibus: hoc enim caſu ex veriſimili mente teſtatoris ad ſeruandam æqualitatem ſi vnus ex dictis fratribus prædecedat grauato, tranſmittit ſpem fideicommiſſi ad hæredes ſuos Ruin. conſ. 145. num. 6. verſ. & primò. lib. 2. Paul. de Caſtr. conſ. 77. nu. 6. lib. 2. Socin. iun. conſ. 63. nu. 4. verſ. quibus addi poteſt. lib. 4. Zanch. in l. hæredes mei. §. cum ita. num. 334. ff. ad Trebell. Gabriel. concluſ. 2. nu. 38. de hæred. inſtit. Rota Rom. deciſ. 59. num. 2. & 3. part. 2. in recent.

172 Vigeſima ptima coniectura eſt, quando teſtator ſubſtituiſſet duos; & dixiſſet in ſtirpes, & non in capita; nam cum hęc verba, in ſtirpes, non in capita; non poſſint verificari in illis duobus ſubſtitutis, neceſſariò credendum eſt, quòd voluerit vocare etiam eorum filios, prout etiam ſic firmarunt Ruin. conſ. 130. numero 3. lib. 3. Socin. ſen. conſ. 104. num. 4. lib. 3. Socin. iun. conſ. 89. num. 14. lib. 3. Pariſ. conſ. 36. num. 5. & conſ. 91. num. 42. lib. 2. Zanch. in d. §. cum ita. num. 335. Odd. in tract. de compēd. partic. 6. verſ. limitatur tertiò. Intrigl. de ſubſtitut. cent. 3. quæſt. 47. nu. 14. & 15. Menoch. conſ. 124. nu. 114. Mantic. de coniect. lib. 11. tit. 20. num. 26. verſ. duodecima, qui tamen eos admitti iure ſubſtitutionis, non iure tranſmiſſionis tenet.

173 Ampliatur procedere etiam ſi teſtator expreſsè non dixiſſet in ſtirpes, ſed re & effectu ipſo ſubſtituiſſet ī ſtirpes. Ludouiſ. deciſ. 56. num. 5. & ſeq. Rot. deciſ. 59. num. 4. part. 2. in recent. adducunt rationem, quia voluntas non magis verbis, quàm facto declaratur. l. Paulus. ff. rem rat. haber.

174 Vigeſima ſecunda coniectura eſt, quando legatum, vel fideicommiſſum relictū eſt ſub conditione ſucceſſiua; tunc enim conditio ipſa habetur pro impleta, ſi cępta eſt impleri, nec ſtat per implere debentē, quò minus perfecte impleatur Ioan. de Anan. conſil. 8. num. 3. verſ. reſtat. & nu. 4. & conſ. 75. nu. 1. verſ. pterea. Crau. in l. cū filiofamilias in 2. part. nu. 257. ff. de leg. 1. Phanuc. de inuēt. ī 6. part. nu. 83. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 20. num. 6. Veritas tamen eſt in contrarium, quòd imò conditio ſucceſſiua nō habetur pro impleta, ſi cæpta eſt impleri, & ob id non eſt locus tranſmiſſioni, ſed quòd requiritur perſeuerantia Ang. conſ. 34. num. 9. Alex. conſ. 53. num. 9. lib. 6. Roland. conſ. 39. num. 55. lib. 4. Bald. in l. ſi quis hæredem. num. 1. vbi Iaſ. num. 14. verſ. quartò. & Dec. num. 3. C. de inſtit. & ſubſtit. Gabriel. concluſ. 8. nu. 10. de fideicom. & facit tex. in l. ſi pro patre. §. verſum. & ibi gloſ. in verb. duret. ff. de in rem verſ.

175 Vigeſima tertia coniectura eſt, quando ſuperſtitis, qui impedit pluralitatem reſolui in ſingularitates, non intereſt, quòd fiat iſta trāſmiſſio, quod exemplificat, & tuetur Ruin. cōſil. 85. num. 6. & ſeqq. lib. 2. quem ſecutus eſt Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 201. num. 113. poſt Zanch. per eum allegatum; &

176 quādo pluralitas in ſingularitates reſoluatur, vide per Ripam in l. hæredes mei. §. cum ità. num. 129. & ſeqq. & ibi Zanch. nu. 1197. verſ. quoad primum, & pluribus num. ſeqq. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 11. tit. 5. num. 17. & copioſius Menoch. de præſumpt. lib. 4. pręſumpt. 186. Intrigl. de ſubſtit. cēt. 3. queſt. 48. & Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 162.

177 Vigeſima quarta coniectura eſt, quando teſtator prohibuit bona perpetuò alienari; nā præſumitur voluiſſe ea tranſmitti debere ad filios ſubſtitutorum Ruin. conſ. 130. num. 4. & 6. lib. 2. & ſenſit Iaſ. conſ. 124. num. 2. verſ. item prima. lib. 4. & tenet Zanch. in d. §. cum ità. num. 329. Ioſeph. Ruſtic. conſ. 2. num. 61. Menoch. conſ. 95. nu. 110. & Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 11. tit. 20. num. 26. qui tamen dicit deſcendentes hoc caſu venire iure ſubſtitutionis, & ſic iure proprio, nec indigere ſubſidio tranſmiſſionis: idem quando voluit bona perpetuò eſſe debere in familia, vt dixi ſuperius num. 156.

176 Vi-

178 Vigeſima quinta coniectura eſt, quando
ſubſtituto datus eſt alter ſubſtitutus; nàm li-
cet ſi ſubſtitutus ſub conditione decedat pen
dente ipſa conditione nõ tranſmittat ad eius
hæredes, tamen benè tranſmittit ad eius ſub-
ſtitutum l.vnic.§.pro ſecũdo.§.ſin autem ali-
quid ſub conditione C. de caduc. tollen. Iaſ.
in l.Lucius.§.fin.num.3. ff. de vulgar. Ruin.
conſ.94.num.10.lib.2.Alciat.in l.cohæredi.
in princ. verſ. hæredi ſuo. ff. de vulg. & pup.
Phanuc.de inuent.in 6.part.num.103. Zan-
ch.in l.heredes mei.§.cum ità.num.337.ff.ad
Trebell.Mãtic.de coniect.vlt.vol. lib.11.tit.
20.num.7. Menoch. conſ.106. num.398. &
ratio differentiæ, quare ſubſtitutio conditio-
nalis, & ſic legatum & fideicommiſſum con-
ditionale tranſmittitur ad ſubſtitutum, non
179 autem ad hæredes, ea eſt quia ſubſtitutus
vocatur ex iudicio teſtatoris, & ideo intelli-
gitur vocatus ad omne illud, ad quod voca-
tus eſt primus ſubſtitutus l.ſi Titius. l.cohæ-
redi.in princ.ff.de vulg.& pup.quę ratio ceſ-
ſat in hærede ſubſtituti, namquè is ex diſpo-
ſitione teſtatoris non vocatur.l.qui liberis.§.
hæc verba. ff. de vulg.quam rationem addu-
cit Ruin.d.conſ.94.num.14.lib.2.Cæterùm
quòd ſubſtitutio tranſeat ad ſubſtitutũ, hoc
euenit iure propriæ vocationis ex eo quia ca-
ducata prima ſubſtitutione, ſecundus ſubſti-
tutus ſubintrat in locum primi, de quo viden
dus eſt Socin.conſ.52.num.14.& 15. vol.1.
Boer.deciſ.38.num.21.& 22. Zanch.in d.§.
cum ità. nu.27.& ſeqq. Peregr. de fideicom.
art.15.Menoch.conſ.106.num.373.& ſeqq.
& remiſſiuè Marzar. de fideicom. quæſt. 25.
non autem illud procedit vigore tranſmiſſio-
nis Corn.conſ.35.num.25.& 26.vol.2.Zan-
ch.in d.§.cum ita.num.337.verſ.ſecundò ad-
uerte,& Mantic.d.num.7.quoniam ſubſtitu-
tus,fuit vocatus à teſtatore, ideo ſuccedit ex
perſona propria,non autem defuncti.
180 Ampliatur primò hæc coniectura vt pro-
cedat non ſolùm in ſuis terminis, nempe in
ſubſtitutione fideicommiſſaria, ſed etiam lo-
cum habeat in ſubſtitutione vulgari, quia li-
cet ius ſubſtitutionis vulgaris non tranſmit-
tatur ad hæredes, tamen benè tranſmittitur
ad ſubſtitutum d.l.ſi Titius. d.l. cohæredi in
princ.ff.de vulg.& pup.§.ſed ſi inſtituto hæ-
redi.inſtit. eod.tit.Bart.in l. qui habebat. nu.
3. verſ.quæro vltimò.& ibi Iaſ. num. 4. verſ.
concludunt,qui hanc concluſionem commu-
nem eſſe dicit.ff. de vulg. & pup. Socin. ſen.
conſ.298.nu.2.verſ.primus. inter cõſ. Corn.
vol.3.& conſ.52.num.14. lib.1. Socin. iun.
conſ.181.num.47.vol.2.Paul.de Caſtr.con-
ſil.152.num. 1.lib.1. Ruin. conſ.94. num.1.
& 10.lib.2. Boer. deciſ.38. num.21. Zanch.
in d.§.cum ità.num.27.
181 Ampliatur ſecundò, vt idem ſit quoquè
de ſubſtitutione pupillari,quia pariter etſi ea
non tranſmittatur ad hæredes, tranſmittitur
tamen ad ſubſtitutum.Paul. de Caſtr. conſil.
152.ſub num.2.verſ.ſi autem extitiſſet.lib.1.
Corn.conſ.249.nu.3. lib.2. Verùm hoc non
eſt de materia tranſmiſſionis, ſed vocationis
propriæ,vt mox dixi.num.179.ideo videatis
per Doctores ibidem citatos.
182 Ampliatur tertiò, vt locum habeat hæc
coniectura etiam ſi primus ſubſtitutus, eſſet
cohæres grauati, nàm cenſeretur poſtea ſibi
facta ſubſtitutio non ſolùm in eo, in quo eſt
hæres inſtitutus, ſed etiam in eo, in quo eſt
alteri ſub conditione ſubſtitutus d.l.ſi Titius
d.l.coheredi.in princ.ff.de vulg.& pup.§.ſed
ſi inſtituto heredi.inſtit.eod.tit.Ruin.d.con-
ſil.94.num.10.lib.2.Zanch. in d. §. cum ità.
num.337.verſ.prædicta concluſione.
183 Vigeſima ſexta coniectura tranſmiſſionis
fideicommiſſi conditionalis eſt, quando teſta
tor fecit plures gradus ſubſtitutionum ſub
conditione; ſi ſine liberis; nàm hoc caſu ſi
vnus ex ſubſtitutis decedit cum liberis ante
grauatum is tranſmittit ius fideicommiſſi cõ-
ditionalis ad dictos eius liberos in portione
cohæredis, ita quòd bona dicti cohæredis
grauati poſtmodum decedentis ſine liberis
peruenire debet per fideicommiſſum ad eoſ-
dem liberos præmortui; quam tamen conie-
cturam ſciendum eſt non eſſe indiſtrinctè ve-
ram,ſed diſtinguendi ſunt infraſcripti caſus.
Primus eſt quando teſtator fecit plures gra-
dus ſubſtitutionum ſemper ſub illa conditio-
ne;ſi ſine liberis; & vltimo loco prouidit etiã
de alio vlteriori ſubſtituto in defectum om-
nium liberorum, & idem ſubſtitutus, eſt ex-
traneus; hoc caſu coniectura iſta vera eſt,
tranſmiſſionemque prædictam operatur,ita-
ut portio vltimi decedentis ſine liberis non
vadit ad ſubſtitutum,ſed ad liberos præmor-
tui Anchar. conſ.74. num.2. poſt med.& il-
lum refert ac ſequitur Alex.conſ.64. num.5.
verſ.corroboratur,lib.5. Bero. conſ.108.nu.
3.vol.2.Boer.deciſ.155. num.21. verſ. qua-
re.Curt.iun.conſ.16.num.7.verſ.confirmo.
Pariſ. conſ. 77. num.21. & conſ.78. num.5.
lib.2.Crauet.conſ.584.num.3. & conſ.663.
num.6.verſ.tertia coniectura.Natta cõſ. vlt.
num.4.vol.4.Gozadin.conſ.64.numero 10.
Gratt.conſ.101.num.4.lib.2. Gabriel. con-
cluſ.2.

cluſ.2.num.33.de hæred. inſtit. Ioſeph.Ludou.deciſ.102.num.11.Ruſtic.conſ.2.num.62.& in tract.an & quand.liber.lib.3.cap.1.numero 1.14.& 15.vbi pro comprobatione opinionis Ancharani alios antiquos, & modernos recenſet; ex ea namque ſatis conſtare dicitur de mente teſtatoris volentis tranſmittere, quia vltra ſimplicem poſitionem liberorum in conditione, eadem poſitio eſt etiam reiterata, cùm enim teſtator pluries poſuerit liberos in conditione, videtur eos maximè dilexiſſe. arg.l.baliſta.ff. ad Trebell. & eorum quæ de importantia reiterationis, ac geminationis dicunt Euerard. in loc. legal. loc. à vi geminat. & Ant. Corſet.in tract. de verb.geminat. & quia non eſt veriſimile teſtatorem voluiſſe extraneum propriæ eius ſoboli præferre.l. cum acutiſſimi. C. de fideicom. cum concord. Secundus caſus eſt, quando teſtator factis ſimiliter pluribus gradibus ſubſtitutionum ſub illa eadem conditione ſi ſine liberis non prouidit de vlteriori ſubſtituto in defectum omnium liberorum, ſed ſimpliciter ſubſtituit vnum filium alteri decedenti ſine liberis abſque alia datione vlterioris ſubſtituti; & tunc iſta coniectura de ſe ſola pro certo non eſt ſufficiens ad tranſmittendum; ſic diſtinguẽdo tradunt Anchar. Alex. Bero. Boeri & Curt.iun.in locis proximè citatis. Tertius eſt caſus, quando teſtator fecit ſimiliter plures gradus ſubſtitutionum ſub eadem met cõditione; ſi ſine liberis; & in defectum omnium liberorum prouidit etiam de vlteriori ſubſtituto; ſed idem ſubſtitutus, eſt de deſcendentibus eiuſdem teſtatoris; & tunc coniectura iſta non operatur tranſmiſſionem, nec tali caſu de tranſmiſſione agendum eſt, quia vbi datus eſt ſubſtitutus qui ſit ex deſcendentibus teſtatoris, non præſumitur ipſum teſtatorem voluiſſe locum eſſe tranſmiſſioni in præiudicium eiuſdem ſubſtituti Socin. in l. hæredes mei. §. cùm ità. num.13.verſ. & ad iſtum textum. & ibi Zanch. numero 338.ff. ad Trebell. idem Socin. conſ.6. num.13.lib.3.Curt.iun.conſ.135.num.5.Ruin.conſ.95.num.6.& 7.lib.2. Gabriel conſ.91.num.11.lib.2.Mãtic.de coniect.vlt.vol.lib.11.tit.20.num.30.Menoch.conſ.200.num.111.& ita ſecundum iſtos terminos intelligi debet dictum Rip.in l.centurio.num.165.ff.de vulg.& pup.Rot.Rom.deciſ.502.numero 2. verſ. ſecunda.part.4.diuerſ. Seraph. deciſ.1014.num.4.Mantic.de coniectur.d.lib.11.tit.20.num.24.Bero.conſ.108.nu.3.vol.2.addent.ad Ludouiſ.deciſ.551.nu.17.& aliorum qui dicunt digreſſionem ad plures gradus ſubſtitutionum non facere coniecturam tranſmiſſionis fideicommiſſi conditionalis, niſi concurrentibus alijs adminiculis, quia intelliguntur quando non fuit prouiſum de vlteriori ſubſtituto, vel quando idem ſubſtitutus eſt de deſcendentibus teſtatoris.

184 Vigeſima ſeptima coniectura eſt, quando illi qui prætendunt fideicommiſſum eſſe ad ſe tranſmiſſum, ſuccederent quoquè teſtatori ab inteſtato, nam præſumendum eſt teſtatorem velle ſe conformare cum diſpoſitione iuris communis vel municipalis DD.in l.hæredes mei.§.cum ità.ff.ad Trebell.Iaſ.in l.1.num.45.verſ.confirmatur.ff.de vulg.& pup.Alex.conſ.55.num.2.lib.4.Socin.iun.conſ.63.num.6.lib.4.& conſequenter velle tranſmittere ad venientes ab inteſtato; per quam rationem ſic tenent idem Socin. iun. d. conſ.63.num.7.lib.4.Ioſeph.Ludouic.deciſ.102.num.14.Menoch.conſ.487.num.14. & Rot.Rom.deciſ.59.num.3.part.2.in recent.

185 Vigeſima octaua coniectura eſt; quando teſtator voluit bona deuenire in omnes deſcendentes in infinitum. Socin. iun. conſ.89.num.17.verſ.ſecundò.lib.3.Zanch.in d.§.cũ ità.num.335.in fin.Menoch.conſil.124.numero 115.

186 Vigeſima nona coniectura eſt, quando nõ facta tranſmiſſione admitteretur odioſus teſtatori, & quem dixit nolle habere de bonis ſuis, ità conſuluit Peregr.conſ.43.lib.3.

187 Trigeſima coniectura tranſmiſſionis colligi poteſt, quando teſtator inſtituiſſet ſibi hæredem aliquem extraneum in vita ſua tantũ. ità ut poſt eiuſdem hæredis mortem tota hæreditas pleno iure deueniat ad Antonium fratrem ipſius teſtatoris, hoc enim caſu videtur teſtator nolle tranſmiſſionem fieri ad hæredes eiuſdem hæredis, quia dictio illa taxatiua; tantum; eſt excluſiua vlterioris temporis. l.gallus. §. & quid ſi tantùm. ff. de liber. & poſthum.l.non tantũ.ff.de appellat. gloſ. vlt. in l.rationes.C.de probat. & quia, permiſſum ad tempus, poſt illud cenſetur prohibitum. l. ſtatuliberum.§.Stichum.ff.de leg. 2. & conſequenter videtur velle quòd ſi idem Antonius ſubſtitutus decedit cum liberis ante ipſum hæredem, quod ad eoſdem liberos ius fideicommiſſi tranſmittat, maximè quia aliàs ſequeretur abſurdum, quòd hæredes dicti hæredis nihil attinentes teſtatori præferrentur coniunctis eiuſdem teſtatoris, quod eſt contra coniecturatam illius mẽtem, prout in ſpecie de nepotibus ex fratre poſt Socin. Curt.

iun. Pariſ. Ruin. & Iaſ. pro magis communi
tenet Gabriel concluſ. 2. num. 21, de hæred,
inſtit. Sed nihilominus verius eſt, quod hoc
caſu dictus frater ſubſtitutus decedens ante
hæredem grauatum nō tranſmittit ius fidei-
commiſſi in eius liberos quia hæres ipſe cen-
ſetur grauatus ſub conditione; ſi dictus ſub-
ſtitutus non prædecedit; l. ſi cum hæres. ff.
quand. dies leg. ced. quamuis enim certum ſit
hæredem moriturum, incertum eſt tamen an
moriturus ſit viuo ſubſtituto l. hæres meus,
poſt princ. ff. de condit. & demonſtrat. ideo ſi
legatarius vel fideicommiſſarius deceſſerit
ante hæredem, legatum vel fideicommiſſum
ad eius hæredes non tranſmittitur, ſed illud
remanet apud grauatum, vel eius hæredes l.
1. §. dies. ff. de condit. & demonſtrat. l. cum il-
lud. ff. quand. dies leg. ced. Nec obſtant conie
cturæ ſuperius recitatę, illa enim limitatio tē-
poris non eſt appoſita contemplatione filio-
rum fratris ſubſtituti, ſed ipſiuſmet fratris
ſubſtituti tātùm, nàm cùm teſtator eum ſub-
ſtituerit ſub nomine proprio, videtur ad eum
ſe reſtrinxiſſe, & ad eum ſolummodo volun-
tatem ſuam applicaſſe Alex. conſ. 173. lib. 5.
& conſ. 176. nu. 6. lib. 7. Socin. iun. conſ. 54.
num. 18, lib. 4. Nec obſtat pariter fundamen-
tum de abſurdo, quòd extranei præferrentur
coniunctis, quia hoc procedit in dubio, ſecus
quando conſtat de voluntate teſtatoris qui
ad fratres tantùm voluit ſe reſtringere arg. l.
vnic. §. ſin autem ad deficientis C. de caduc.
tollen. c. ad audientiam. de decim. Non ob-
ſtat pariter quòd vocatio nominis proprij nō
impediat tranſmiſſionem ad hæredes ipſius
ſubſtituti, quando ex coniecturis apparet ta-
lem eſſe mentem, & intentionem teſtatoris
Gabriel conſ. 121. num. 12. lib. 2. Menoch.
conſ. 200. num. 96. & ſeqq. Ludouiſ. deciſ.
56. num. 7. & ſeqq. Rot. Rom. deciſ. 59. num.
5. part. 2. in recent. quia in hac facti ſpecie
nulla extat coniectura, ſic in ſpecie iſtius ca-
ſus tradit idem Gabriel d. conſ. 121. num. 12.
lib. 2. & ità in iſtis terminis quod ſubſtitutus
ſub nomine proprio decedens cum liberis an-
te hæredem grauatum non tranſmittat ius fi-
deicommiſſi ad dictos eius liberos, nec ideo
ipſi liberi præferantur hæredibus hæredis in-
ſtituti, conſuluit Eugen. conſ. 33. lib. 2. & in
eadem facti ſpecie conſuluit etiam Gabriel d.
conſ. 121. lib. 2. & ſic quoque deciſum fuit ab
eadē Rot. Rom. quę deciſio reperitur impreſ-
ſa per eundem Eugen. in fine d. conſil. 33.
lib. 2.

188 Trigeſima prima generalis coniectura eſt,
quando veriſimile eſt teſtatorem voluiſſe, vt
etiam legatario vel fideicommiſſario decedē-
te ante implementum cōditionis fieret tranſ-
miſſio, & ità reſpondiſſe, ſi de hoc fuiſſet in-
terrogatus, probat tex. in l. cum res. in princ.
ff. de leg. 1. & gloſ. vlt. in l. tale pactum. §. vlt.
in fin. ff. de pact. & expreſsè Iaſ. conſ. 233. nu.
2. lib. 2. Pariſ. conſ. 77. num. 22. vol. 2. Brun.
conſ. 8. num. 3. verſ. vnde quando. Grat. con-
ſil. 101. num. 8. vol. 2. Gabriel concluſ. 2. nu.
39. de hered. inſtit. Mātic. de coniect. vlt. vol.
lib. 11. tit. 20. num. 18. veriſimilitudo autem
iſta colligi poteſt non ſolùm ex verbis eiuſdē
teſtamenti, ſed etiam ex dictis & factis teſta-
toris ante conditum, vel poſt conditum teſta-
mentum, vt ſupra dixi num. 86.

Hinc cōſuluit Iacob. Cancer. var. reſolut.
lib. 3. cap. 21. num. 262, & ſeqq. quòd ſi teſta
tor hæredi inſtituto ſubſtituit aliquem &
eius hæredes ex ſuo corpore natos, licet idem
ſubſtitutus prædecedat hæredi inſtituto reli-
ctis nepotibus ex filijs & ſic hæredibus non
natis ex ſuo corpore, nihilominus quia veri-
ſimile eſt teſtatorem interrogatum reſpon-
diſſe etiam nepotes ipſos admitti velle, pro-
pterea conſuluit eoſdem nepotes iure tranſ-
miſſionis ad dictum fideicommiſſum admit-
tendos eſſe.

189 Subdeclaratur autem ſecundò hæc ſecun-
da declaratio huius caſus principalis, de qua
ſupra num. 66. vbi limitando ipſum caſum
firmatum fuit legatum & fideicommiſſum
conditionale tranſmitti ad hæredes pendente
conditione, ſi ex coniecturis conſtare poteſt
talem fuiſſe intentionem teſtatoris, quarum
multæ fuerunt etiam recitatæ nu. 88. & ſeqq.
ſubdeclaratur igitur vt non procedat dicta ſe
cunda declaratio nec coniecturæ prædictæ,
quando agitur de tranſmiſſione fienda ad
alios quàm ad hæredes tranſmittentis atten-
to quòd tranſmiſſio non fit niſi ad hæredes ip
ſius tranſmittentis tantùm, & quòd qui vult
ſuccedere iure trāſmiſſionis, ex perſona trāſ-
mittentis tantùm ſuccedere poteſt, & ſic il-
lius hæres eſſe debet iuxta notata in l. qui ſe
patri C. vnde liber. & tenet Paul. de Caſtr. in
l. ſi quis. la 2. num. 3. verſ. ſed dubium. & ibi
Iaſ. num. 3. verſ. ſextò limita C. de inoff. te-
ſtam. Ripa in l. hæredes mei. §. cum ità. num.
63. verſ. pro reſolutione. & Zanch. num. 201.
ff. ad Trebell. Crauet. in l. cum filiofamilias.
2. part. num. 340. ff. de leg. 1. Ruin. conſ. 22.
num. 16. lib. 3. Socin. ſen. conſ. 61. nu. 13. lib.
1. & conſ. 67. num. 14 lib. 4. Pariſ. conſ. 32.
num. 2. lib. 3.

190 Subdeclaratur tertiò, vt non procedat nec locum habeat dicta ſecunda declaratio nec ſupracitatæ coniecturæ tranſmiſſionis legati & fideicōmiſſi conditionalis, quando datus eſt ſubſtitutus is qui eſt de liberis & deſcendentibus teſtatoris, quia non eſt præſumendum voluiſſe teſtatorem fideicommiſſum cōditionale tranſmitti in preiudicium ſubſtitutorum deſcendentium, ſicquè hoc caſu nulla ratio habetur coniecturarum ad inducēdum tranſmiſſionem Socin. in l. hæredes mei. §. cū ità. num. 13. verſ. & ad iſtum textum. vbi de communi, & ibi Zanch. num. 338. ff. ad Trebell. Crauet. in l. cum filiofamilias 2. part. nu. 335. ff. de leg. 1. idem Socin. ſen. conſ. 6. nu. 13. lib. 3. Curt. iun. conſ. 135. num. 5. Ruin. conſ. 95. num. 6. & 7. lib. 2. Gabriel conſ. 91. num. 11. lib. 2. Menoch conſ. 200. num. 111. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 20. num. 30.

191 Subdeclaratur quartò iſta ſecunda declaratio eiuſdem caſus, vt procedat quādo ſubſtitutus moritur poſt mortem teſtatoris, quia teſtamentum per mortem teſtatoris ſuſcipit effectum ſuum l. ſi alienum. §. in extraneis. ff. de hæred. inſtit. c. cum Martæ. §. cæterum ſicut. de celebrat. miſſar. & inducit ſpem fideicōmiſſi conditionalis, vt dicit text. in l. vnic. §. ſin autem aliquid ſub conditione. C. de caduc. tollen. quæ ſpes conditionalis ex coniecturata mente teſtatoris ad hæredes tranſmittitur, vt per Doctores ſuperius citatos num. 66. non autem procedit nec locum habet dicta ſecunda declaratio ſecundū aliquos quando idem ſubſtitutus moritur viuo teſtatore, namquè hoc caſu videtur quod ſpes fideicōmiſſi conditionalis ad hæredes dicti ſubſtituti non tranſmittatur etiam coniecturis eiuſdem teſtatoris extantibus, quia viuente teſtatore nulla in ipſo ſubſtituto cauſata eſt ſpes fideicommiſſi cōditionalis arg. l. 2. §. interdum. ff. de vulg. & pup. & not. in l. fin. C. de pact. & quia deficiente conditione euaneſcit diſpoſitio ac ſi facta non fuiſſet l. pecuniam. ff. ſi cert. pet. l. neceſſario. §. quod ſi pendente. ff. de peric. & comm. rei vend. & quia fideicommiſſum per premorientiam ſubſtituti efficitur caducum & vadit ad ſubſtitutum vel coniunctum, quibus non exiſtentibus remanet penes hæredem grauatum d. l. 1. §. pro ſecundo C. de caduc. tollend. ſicquè dicendum videtur non poſſe tranſmitti, cùm tranſmitti non poſſit id quod non eſt l. eius qui in prouincia. ff. ſi cert. pet. & ità in ſpecie quod ſubſtitutus prædecedens teſtatori non tranſmittat ad eius hæredes ius fideicōmiſſariæ ſubſtitutionis etiam ex coniecturata mente eiuſdem teſtatoris, tenent & probant Curt. iun. conſ. 96. num. 4. & 5. Crauet. in l. cum filiofamilias. 2. part. num. 359. ff. de leg. 1. Burſat. conſ. 261. num. 23. Gabriel conſ. 91. num. 5. vol. 2. Surd. conſ. 463. num. 6. verſ. ſeptimò. vol. 4. & Simō de Præt. de interpræt. vlt. vol. fol. 215. ſub num. 34. verſ. ſanè. & idem dicēdum videtur, ſi decedat ante hęredem grauatum ſub conditione, ex deductis inferius in caſ. 2. num. 28. Verùm contraria opinio mihi magis congruit quòd imò legatarius vel fideicommiſſarius decedens ante teſtatorem tranſmittat, ſi de voluntate ipſius teſtatoris conſtat per aliquam ex coniecturis ſuperius recitatis, & hanc ſententiā amplexus eſt Dec. conſ. 574. num. 1. & ſeqq. & conſ. 369. num. 1. Socin. iun. conſ. 167. num. 21. 22. vol. 2. Ruin. conſ. 156. num. 4. lib. 2. addit. ad Alex. conſ. 109. lib. 2. ad fin. Burſat. conſ. 261. num. 12. Phanuc. de inuent. part. 6. num. 88. in fin. Baldaſſ. Quintil. conſ. 177. nu. 45. inter conſ. vlt. vol. lib. 2. Mantic. de coniect. lib. 11. tit. 20. num. 29. poteſt enim teſtator id quod de ſui natura tranſmiſſibile non eſt, tranſmiſſibile facere, & è conuerſo. Bald. in l. ſi pater. nu. 19. C. de inſtit. & ſubſtit. Socin. in l. 3. nu. 3. ff. de leg. 1. Iaſ. in l. ſi is qui pro emptore num. 345. ff. de vſucapion. Socin. iun. conſ. 63. nu. 2. & 3. lib. 4. Natta conſ. 688. num. 4. lib. 4. Dec. d. conſ. 574. num. 4. & illud quod eſt tranſmiſſibile à die mortis teſtatoris poteſt facere quod tranſmiſſibile ſit ſolūmodo poſt certum tempus l. 3. §. ſi quis Titio. vbi Bart. num. 4. ff. de adim. leg. & verba quæ important conditionem, ex coniecturis teſtatoris poſſunt importare diem Ruin. conſ. 166. nu. 10. lib. 3. Torniel. in l. hæredes mei. §. cū ità. num. 61. verſ. moueor. & ibi Zanch. nu. 209. maximè cum trāſmiſſarius ſaltem impropriè dicatur ſuccedere teſtatori. Ruin. conſil. 39. num. 7. verſ. quando. vol. 3. Iaſ. in l. ſi infanti. num. 15. in fin. C. de iur. delib. Ex his igitur expedita remanet iſta ſecunda declaratio.

192 DECLARATVR autē & tertiò iſte caſus principalis ſuperius firmatus num. 1. & ſeqq. vt licet legata, & fideicōmiſſa cōditionalia legatario vel fideicommiſſario decedente ante euentum conditionis non tranſmittantur, tamen quando huiuſmodi legata vel fideicommiſſa vnita ſunt cum iure accreſcendi; veluti ſi filij erāt inſtituti, & inuicem ſubſtituti ſub conditione, ſi deceſſerint ſine liberis; tunc legatarius vel fideicommiſſarius ea trāſmittit,

etiam ſi prædeceſſerit pendente conditione,
& ideo ſi is qui prior deceſſerit relictis liberis,
adiuerit ſuam portionem,ius accreſcendi trāſ
mittit ad dictos liberos eius hæredes. Socin.
in l.hæredes mei.§.cum ità.num.13.verſ.co-
gita etiam.ff.ad Trebell.& conſ.6.num.14.
lib.3.Pariſ.conſ.76.col.vlt.verſ.poſtremò.&
conſ.77.num.23.lib.2.& conſ.5.num.41.&
conſ.50.num.30.lib.3.Curt. iun. conſil.16.
num.6.verſ.mouetur etiam. Ruin.conſ.178.
num.2.& conſ.181.num.8.vol.2.Iaſ. conſil.
154.num.13.lib.4.Cæphal. conſ.283.num.
26.lib.2.Gabriel.concluſ.2. num.46. de hæ-
red.inſtit.Menoch.conſ.95.num.111.vbi di
cit hanc opinionem eſſe communiter receptā.
Honded.conſ.70. num.40. lib.1. Rot. Rom.
deciſ. 380. num.6.part.2. in recent. Mantic.
deciſ.319.num.9. & ſeqq. cum pluribus alijs
allegatis per Ludouiſ.deciſ.551.num.8.& in
annot.num.16.& per Intrigl.de ſubſtit.cent.
3.quæſt.47.num.26.Odd.de compend.part.
6.quæſt.1.art.2.limit.7.Craſſ.in §. fideicom
miſſum.queſt.68.num.4.mouentur ex tex.in
l.qui patri,& l.qui ex duabus.ff.de acquir.hæ
red.& ratio eſt quia ius accreſcendi eſt tranſ-
miſſibile ad hæredes,cùm accretio fiat rei.l. ſi
ex pluribus. 1. reſp. ff. de ſuis, & legit. l. hæc
ſcriptura.§.fin.ff.de condit.& demonſtr.ideo
etiam ſubſtitutio vnita eidem iuri accreſcen-
di pariter tranſmiſſibilis eſt, quia diſpoſitio
193 ratione vnionis aſſumit naturam principa-
lis,cui annectitur l.etiam,vbi Cyn.Bald. &
Salic. C.de iure dot.l.quoties.§.fin.ff. de ad-
miniſtr.tut.l.inter ſocerum.§.cum inter.ff.de
pact.dot.Ruin.conſ.129.nu.8.lib.1.& conſ.
61.num.11.& conſ.85.num.10.lib.2.& na-
194 turæ vnionis eſt vt vnita reducat ad vnam
eſſentiam l.in rem. §. item quæcunque. ff. de
rei vendic.l.ſed ſi plures.§.filio.ff.de vulg. &
pup.ob id vigore iſtius vnionis tranſmittitur
quoque ius ſubſtitutionis vulgaris, pupilla-
ris,exemplaris,& reciprocæ, quod aliàs non
tranſmitteretur,vt dicam in caſ.7. iccirco Ia-
cob.Cancer.var.reſol.lib.3.cap.21.nu.259.
& ſeq.conſuluit in hac facti cōtingentia:qui-
dam teſtator inſtituit ſibi hæredes eius filias
Annam, & Hieronimam æquis portionibus,
easquè inuicem ſubſtituit vulgariter, pupil-
lariter,& per fideicommiſſum, mortuo patre
teſtatore ambæ filiæ hæreditatem adierunt,
& eam inter ſe diuiſerunt, quo facto deceſſit
Anna relicta vnica filia eius hærede, Hiero-
nima altera cohærede ſuperſtite, quæ Hiero-
nima deinde deceſſit ſine liberis inſtituto ſibi
hærede eius marito; conſuluit inquam quòd
cùm iſta ſubſtitutio fideicommiſſaria ab ini-
tio ante aditam hæreditatem fuerit vnita cū
iure accreſcēdi,ex quo inſtitutæ, ſunt ſibi in-
uicem ſubſtitutæ,quòd ideo dicta Anna trāſ-
miſit ſpem dicti fideicommiſſi conditionalis
in dictam filiam ſuam hæredem, & ſic quòd
dicta Hieronima non potuit diſponere de di-
ctis bonis fideicommiſſo ſubiectis, niſi pro
ſua legitima & trebellianica;idemquè conſu-
luiſſe teſtatur quendam alium ſublimem Iu-
ris C.ibi per eum nominatum.

195 Subdeclaratur primò hæc tertia declara-
tio, vt locum non habeat quando ſupereſt ali
quis ex eiſdem cohæredibus vel ſubſtitutis
qui poteſt venire ad portionem deficientem,
nàm illius exiſtentia facit ceſſare ius accreſcē
di,& ſic tranſmiſſionē l.ſed ſi plures.in princ.
ff.de vulg.& pup.gloſ.vlt.verſ.& hoc puto.in
l.qui patri.ff.de acquir.hæred.& ibi Bart. nu.
3.verſ.dicit tamen & Paul. de Caſtr. num.6.
verſ.ſed cōtra.& in l.toties. in princ. & num.
2.ff. eod. tit. Iaſ.in l. qui plures.num.2.ff.de
vulg.& pup.Zanch. in l.hæredes mei. §. cum
ità.num.311.in fin.ff.ad trebell. Alex. Tren-
tacinq. de ſubſtitut.part.4.cap.14. num.18.
adeo vt ſubſtitutus in portione deficiēte præ
ferretur filijs & hæredibus primi decedentis,
quia ius ſubſtitutionis potentius eſt iure ac-
creſcendi l.2.§.ſi duo.ff.de bon.poſſ. ſec.tab.
Gomez var.reſ.tom.1.cap.10.nu.36.Craſſ.
in §.ſubſtitutio.quæſt.13.num.1.Mantic. de
coniect.vlt.vol.lib.4.tit.12.num.15.

196 Subdeclaratur ſecundò hæc tertia decla-
ratio,vt procedat ad excludendum extraneū,
non autem quando ſubſtitutus eſt aliquis de
deſcendentibus teſtatoris. Gabriel conſ.91.
num.24.lib.2.Rot.deciſ.100.num.6.part.1.
in recent.

197 Declaratur quartò caſus, vt non procedat
in fideicommiſſo ordinato in contractu iuxta
l.quoties C.de donation.quæ ſub mod.illud
namquè tranſmittitur etiam ante euentum
conditionis. ad tex. in §. ex conditionali.in-
ſtit.de verbor.obligat. & l.is cui ff.de action.
& obligat.& tradit in ſpecie Gulielm.de Be-
ned.in c. raynutius verb. & vxorem nomine
adelaſiam deciſ.5.num.62. Zanch.in l.hære-
des mei §.cum ità. num.154. ff. ad Trebell.
Surd. conſ.247. num.6. vol.2. & conſ.517.
num.3.vol.4.& deciſ.144.num.24.& tuetur
Iacob.Cancer.uar.reſolut.lib.3. cap.21. nu.
95. & ſeqq. vbi etiam teſtatur ſic fuiſſe deci-
ſum in regio ſenatu Cataloniæ.

198 Subdeclaratur iſta declaratio,vt non pro
cedat,quando appoſita eſt conditio nomina-

tim expreſſa, eademque conditio defecta eſt, tunc enim decedente fideicommiſſario perimitur fideicommiſſum prout in vltimis voluntatibus, & non tranſmittitur l. quod de pariter ff. de reb. dub. vbi habetur hæc facti ſpecies; mater dedit dotem genero pro filia ſua, & eam ſtipulata eſt ſibi reddi moriente ipſa filia in matrimonio ante illam, euenit quòd eadem filia deceſſit ſimul cum matre, & deciditur ibi actionem ex ſtipulatu pro dote non eſſe tranſmiſſam ad hæredes matris, & ratio eſt quia ibi apposita eſt conditio nominatim expreſſa in perſonam matris ſtipulantis, ideſt ſi ipſa mater ſuperuixiſſet filiæ, eademque conditio defecta eſt, ſtante quòd eadem mater filiæ non ſuperuixit, idcircò conditione deficiente corruit promiſſio, perinde ac ſi facta non eſſet l. in conditionibus §. hæc ſcriptura. in fine, & §. ſi patronus ff. de condition. & demõſtr. l. pecuniã ff. ſi cert. pet. l. ſi neceſſario §. quod ſi pendente ff. de peric. & comm. rei vend. nimirum, quia nominatim expreſſa quandoque nocent, quamuis omiſſa tacitè intelligi potuiſſent, nec eſſent obfutura l. nonnunquam ff. eod. de condition. & demõſtrat. & hoc modo intelligitur doctrina Alciat. cõſ. 3. lib. 8. & Peregrin. de fideicom. art. 51. nu. 20. prout ſic eos etiam intelligit Vallaſc. de iure emphit. quæſt. 50. in fin. & Cancer. loco cit. num. 106.

199 Vtrum autem ſententia in propoſito iſto æquiparetur contractui in quo fit tranſmiſſio conditionalis diſpoſitionis, vel potius æquiparetur vltimæ voluntati in qua non fit tranſmiſſio; & ſic an ſubſtitutio vel alia cõditionalis diſpoſitio declarata per ſententiã reguletur quoad tranſmiſſionem ſecundùm contractum, vel ſecundùm vltimam voluntatem: Iſta difficultas diffinitur hoc modo, vt attendenda ſit ſubiecta materia, nàm ſi ſententia habet vites ex aliquo contractu præambulo accedit contractui & eſt locus tranſmiſſioni; ſi verò ex vltima voluntate accedit vltimæ voluntati & regulariter locum non habet tranſmiſſio; ità conſuluit Bald. conſ. 150. num. 9. vol. 5. per tex. in l. 1. §. ſi quis ſub conditione ff. vt legat. nom.

200 Declaratur quintò caſus principalis quia licet legatarius, vel fideicommiſſarius decedens pendente conditione legatum vel fideicommiſſum conditionale ad ſuos hæredes regulariter non tranſmittat, ſecus tamen dicendum eſt de hærede grauato, quia ſi is decedat pendente conditione, nihilominus tranſmittit ad ſuos hæredes onus ſoluendi ipſum legatum & fideicommiſſum l. legato ſub conditione ff. de condit. & demonſtrat. & ſic conſtitutum eſt, legatum & fideicommiſſum conditionale tranſmitti paſſiuè ideſt ad hæredes grauati Bart. in d. l. legato ſub conditione Zãch. in repet. l. hæredes mei. §. cum ita. numero 148. cum alijs quos ipſe allegat, & Præt. de interpræt. vlt. volunt. lib. 3. fol. 216. num. 47. qui hoc modo loquendi vſi ſunt.

201 Declaratur ſextò caſus iſte, vt in filijs & deſcendentibus quibus debetur legitima, locum non habeat vſque ad quantitatem eiuſdem legitimæ, & trebellianicę, hi namquè ius detrahendi tàm legitimam quàm trebellianicam de fideicommiſſo conditionali vel in diẽ incertam relicto ad hæredes ſuos tranſmittunt, vt dixi ſuperius num. 37.

202 Declaratur ſeptimò iſte caſus, vt procedat in terminis ſuis, quãdo ſcilicet legatarius vel fideicommiſſarius decedit pendente conditione, ſecus quando decedit poſtquàm iàm impleta vel purificata eſt conditio ſub qua relictum eſt legatum vel fideicommiſſum, conditione enim purificata, tũc legatum & fideicommiſſum remanet purum & tranſmiſſibile per tex. in l. fin. ff. quand. dies leg. ced. & l. fin. C. eod. nàm puri & purificati idem eſt iudicium l. ſi pupillus. ff. de condit. inſtit. l. ſed & ſi de ſua. in fin. ff. de acquir. hęred. & ità quod legatum ac fideicommiſſum conditionale tranſmittatur, ſi legatarius vel fideicommiſſarius decedit poſt purificatam cõditionem, tenent Socin. ſen. conſ. vlt. nu. 4. lib. 4. Paul. de Caſtr. conſ. 77. nu. 6. lib. 2. Roland. conſil. 46. num. 6. lib. 3. Gabriel. conſ. 121. num. 21. lib. 1. Surd. conſ. 517. num. 2. verſ. & ſi dicatur. & num. 3. vol. 4. Simon de Præt. de interpræt. vlt. vol. fol. 212. num. 21. & tranſmittitur quoquè antequam ſit agnitum, vel acceptatum, ac etiam tranſmittitur ad extraneos hæredes Gabriel d. conſ. 121. num. 21. lib. 1. Intrigl. de ſubſtit. cent. 3. quæſt. 45. nu. 3. Ad hoc tñ aduertendũ eſt, quod requiritur vt ſit purificata in vita legatarij, ſeu fideicommiſſarij, aliàs ſi purificata eſſet poſt eius mortem, talis purificatio nõ prodeſſet hæredibus eiuſdem legatarij ſeu fideicommiſſarij, nec legatum ſeu fideicommiſſum ad eos tranſmitteretur l. 4. §. ſed & ſi deceſſerit ff. de alim. & cib. leg. l. vnic. §. ſin autem aliquid C. de caduc. tollen. l. ſi in perſonam. C. de fideicom. cum alijs relatis per gloſ. ibi in verb. vtiliter. Corn. conſ. 248. nu. 1. vol. 1. & eſt ratio quia per mortem legatarij ſeu fideicommiſſarij ſecutam pẽdente conditione, legatum & fidei-

com-

commiſſum extinguitur l.intercidit.ff.de cõdit.& demonſtrat.Bertrand.conſ.450.num. 2.vol.4.qui iura concordantia recenſet, & in terminis Gall.de except.tit.4.except.24.par. 2.num.27.

203 Declaratur octauò iſte caſus principalis,
vt non ſolùm non procedat quando conditio
eſt verè impleta, & purificata, vt dictum eſt
in præcedenti declaratione,ſed nec locum ha
beat quando conditio ipſa habetur pro im-
pleta & purificata, nàm licet legatum vel fi-
deicommiſſum conditionale non tranſmitta-
tur, tamen tranſmittitur quando conditio ha
betûr pro impleta, & purificata l. ſi poſt diẽ.
§.ſed ſi ſub cõditione.ff.quand.dies leg.ced.
vbi dicitur quòd quando conditio habetur
pro impleta,tunc dies legati,& fideicommiſſi
cedit,& tranſmittitur,vti de legato, & fidei-
commiſſo puro à die mortis teſtatoris Ioan.
de Anan.conſ.8.num.3.verſ. reſtat. Crauet.
in l.cum filiofamilias.2.part.num.263.ff. de
leg.1.Sciendum eſt tamen hanc non eſſe pro-
priè tranſmiſſionem, cum hæres non veniat
ad ius acquirendum,ſed ad ius iam acquiſitũ
ſubſtituto defuncto in vita,& trãſmiſſio pro-
prie dicatur fieri,quando ſubſtitutus decedit
pendente cõditione Zanch.in l.hæredes mei.
§.cum ita.num.312. verſ. ſed aduerte. & nu.
313.ff.ad Trebell.Menoch.de præſumpt.lib.
4.præſumpt.201.num.77. in fin. Sed ad co-
gnoſcendum, quando conditio habeatur pro
impleta, & conſequenter locus ſit trãſmiſſio-
ni legati vel fideicommiſſi conditionalis di-
ſtinctè procedendum eſt:quò enim ad condi-
204 tionem caſualem,communis regula, & con
cluſio eſt conditionem caſualem verè nõ im-
pletam omnino deficere, qualitercunque ea
deficiat, & conſequenter legatum, vel fidei-
commiſſum ſub hac conditione relictum non
tranſmitti gloſ.in.l. in teſtamento. la 2. verſ.
in caſuali.& ibi Bart. Imol. Cuman. & Paul.
de Caſtr.num.5.Socin. num.4. ff. de condit.
& demonſtrat. Iaſ.in.l.1.nu.1. & cæteri Do-
ctores.C.de inſtit.& ſubſtit. Dec. conſ. 526.
num.3.Socin.iun.conſil.83.num.6.lib.1.ad
hoc.l.ſi pater.C.eod.ratio eſt, quia teſtator,
qui inſtituit, vel legauit ſub hac conditione
conſiderauit ſolummodo effectum implemẽ-
ti conditionis.l.hæc conditio.la.1.ff.de con-
dit. & demonſtrat. ibi; impleri ſolummodo
conditionem voluit; ſed vbi conſideratur ef-
fectus implementi conditionis, non autem
modus, ſatis eſt, quod effectus ſequatur non
attento modo,quo ſequitur.l.ſi mater. & ibi
gloſ.vlt.C.de inſt.& ſubſt.

205 Fallit primò concluſio, quando teſtator aliàs relicturus erat etiam conditione deficiẽte, quia tunc habetur pro impleta, vt dicam num.231.

206 Fallit ſecundò, vbi conditio caſualis deficit facto, vel culpa eius cuius intereſt conditionem caſualem non purificari, quia pariter & in hoc caſu pro impleta habetur l.iure ciuili.l.Iulius Paulus.in fine. ff. de condit. & demonſtr.l.in iure ciuili.ff.de reg.iur.

207 Fallit tertiò fauore libertatis,quæ ſi relicta ſit ſub conditione caſuali, nihilominus etiam ſi defecerit,debetur libertas, ac ſi eſſet impleta.l.fin.§.ſin autẽ caſualis. C. de neceſſ. ſeru. hęred.inſtit.l.fin.§.ex quacunque.C.de cõd. inſert.l.cum ita datur.ff.de condit.& demonſtrat.

208 Quò verò ad conditionem poteſtatiuam,
ſi is cuius intereſt conditionem non impleri,
in cauſa eſt, vt conditio non impleatur, ad
eius damnũ pro impleta habetur.d.l.iure ci-
uili.l.Iulius Paulus in fi. & d.l. in iure ciuili.
& l.in executione.§.fin.ff. de verb. oblig. Si-
209 militer habetur pro impleta, quando ſtat
per eum, in cuius perſonam debet impleri l.
3.ff.de condit.inſtit.l.cum pupillus.ff.de con
dit. & demonſtrat.

210 Idem ſi conditio impediatur ob caſum fortuitum à natura procedentem,puta mortem. l.quæ ſub conditione.§.quoties.ff.de condit. inſtit.l.turpia.§.ſed & ſi.ff. deleg. 1.l. pen. §. 1.ff.de condit.& demonſtrat.

211 Fallit, ſi conditionem implere debens fuit in mora,tunc enim conditio non habetur pro impleta, licet ea impediatur ob mortem. d.l. pen.§.1.ff.de condit.& demonſtrat.& eſt ratio,quia caſus regulariter non excuſat, cum mora præcedit caſum.l.cum proponas. C. de nautic.fænor.

212 Item hæc cõditio poteſtatiua habetur pro impletà,etiam ſi impediatur ob caſum fortuitum prouenientem ex facto tertij, cuius nec interſit conditionem impleri, nec in perſonã ſuam implenda ſit.l.ſi Titius ſtatuas.ff.de cõdit.& demonſtr. dumtamen mora pariter nõ interceſſit.l.pater.§.Tuſculanus.ff. de leg. 3. & ratio eſt quia hæc conditio merè poteſtatiua dependet ſolummodo ex volũtate implere debentis,non ex caſu fortuito mortis, vel facti alterius, ideoque voluntas ipſius implere debentis duntaxat ſpectanda eſt.c.cum non ſtat.de reg.iur.in 6.

213 Ampliatur procedere,etiamſi is tertius iuſtè impedierit,nam adhuc non interueniente mora.conditio habeturpro impleta.l.3.§.fin.

ff.de condict.cauſ.dat.Socin.per illum tex.in l.ſi Titius num.6.ff.de condit.& demonſtrat. Si autem hæc tertia perſona iniuſtè impediuit,tunc diſtinguitur, an ipſe impediens ſit ſoluendo,vel non: Si eſt ſoluendo, conditio non habetur pro impleta,ſed contra impediẽtem datur regreſſus ſecundum qualitatem delicti,vel lege aquilia.l.inde Neratius.§. idem Iulianus ff.ad leg.aquil.vel furti.l.3. ff. de cõdict.furt.vel actione in factũ.l.3.§.fin.ff.de condict.cauſ.dat. Si non eſt ſoluendo, habetur pro impleta.l.fin.§.planè.ff.de eo per quẽ fact.erit.l.Titio centum.§.fin.ff.de condit.& demonſtr.l.planè.la.2.§.1.ff. de leg.1.l.2.ff. de inſt.action.gloſ. in d.§.idem Iulianus.in verb.deficit.& in.l.ſed eximẽdi.in verb.amitteretur,ff.ne quis eum, qui in ius vocat.&
214 ratio differentiæ ea eſt,quia remediũ,vt cõditio habeatur pro impleta,eſt remedium extraordinarium l.2.C.de inſtit.&ſubſtit.ibi, nec extraordinario auxilio: & ex quadam æquitate ſolũmodo introductũ d.l.fin.§.planè.ff.de eo per quem fact.erit.gloſ. in l.1.C. de inſtit.& ſubſtitut.& in l.in teſtamento.la 2.ff. de condit. & demonſtrat. quod non poteſt concurrere cum remedio ordinario, ſed tantùm in ſubſidium, vbi ordinarium non cõpetit,l.in cauſæ.la 2.ff.de minorib.

215 Declaratur primò, vt hæc conditio poteſtatiua non habeatur pro impleta ſi fato impleta ſit.l.2,in fine.ff.de condit.& demonſtr. & eſt ratio, quia hæc conditio videtur appoſita à teſtatore, non tantum vt ſequatur effectus conditionis, ſed etiam vt obediatur voluntati ſuæ,ſic probatur ex d.l.2.in fin.& per illum tex.Bald.ibi,& Socin.nu.2.obedientia verò conſiſtit ex animo,non ex fato,ideo non ſufficit impleri fato ſine demonſtratione animi.l.in totum.ff. de reg.iur. & ſic dicũt Bald. & Socin.loc.cit.Hinc Bart.in l. ſi quis graui. §.vtrum.num.3.ff.ad Sillanian. infert, quod qui capit bannitum repertum in delicto,ignorans eum eſſe bannitum,non poteſt conſequi præmium conceſſum capientibus, quia non vltrò,ſed caſu fortuito fecit, licet in dominio Venetorum contrarium ſeruetur.

216 Subdeclaratur procedere quoad obligationem inducendum, ſiue conſequendum actionem;tunc enim verum eſt, quod nõ ſufficit aliquid fieri fato, ſed debet fieri ex propoſito,& concordat.l.cum ſeruus.ff.de verb. obligat.quò vero ad euitandum pęnam ſufficit,quod fato factum ſit, licet non ex propoſito.l.ſi puellam.C.ſi mancip.ita fuer.alienat. Bald.in d.l.cum ſeruus num.2.& 3.Paul.de Caſtr.in d.l.2,num.5.ff.de condit.& demonſtrat.

217 Subdeclaratur item, vt nõ procedat quãdo conditio conſiſtit in non faciendo, quia hoc caſu intelligitur impleta per mortem, & tranſmittitur,l.ſi ita legatum ſit.la 2.ff.de cõdit. & demonſtrat.§.cum quis.inſtit. de verbor.obligat. Zanch.in l. hæredes mei.§.cum ita.num.336.ff.ad Trebell.

218 Subdeclaratur quoque nõ habere locum, quando conditio conſiſtit in nuda voluntate;puta ſi hæres erit,vel non erit;hæc enim cõditio cenſetur impleta vltimo momento vitę, & ſic moriens tranſmittit.l.fin.ff.quand.dies legat.ced.quia hoc fit nuda voluntate. §.fin. inſtit.de hæred.qualit.& differ.

219 Declaratur ſecundò, vt ſi caſus,vel impedimentum,quare conditio hæc poteſtatiua impleri non poſſit, contingat viuente teſtatore, ea non habetur pro impleta ſecundum Socin. in l.ſi Titius.nu.7. ff. de condit. & demonſtr. qui mouetur per tex. in d.l. inde Neratius.§. idem Iulianus.verſ.quod ſi viuo teſtatore.ff. ad leg.Aquil.& pro hac parte facit ratio,nam ſicut conditio hæc poteſtatiua impleri non poteſt viuo teſtatore.l.2,l.ſi iam.ff.de condit. & demonſtr. ita etiam non debet haberi pro impleta, ſi caſus impediens implementum cõditionis, eueniat viuente eodem teſtatore, quia idem operatur fictio in caſu ficto, quod veritas in caſu vero.l.filio.ff.de liber.& poſthum. ſed contra Socin.tenet I.nol.in l.in teſtamento.la 2.ff.de cõdit.& demonſtr. Alex. in l.1.num.3.& Dec.num.10.qui hanc partẽ tuetur ab obiectionibus Socini.C.de inſtit.& ſubſtitut.& pro hac opinione,quæ vera eſt in hac conditione poteſtatiua, facit.l.turpia.§. pen.ff.de leg.1.& ibi gloſ.in verb.per te.& tex.expreſſus.in l.quæ ſub conditione.§.quoties.ff.de condit.inſtit.vbi ſeruo manumittẽdo mortuo in vita teſtatoris, cõditio habetur pro impleta.

Non obſtat ratio in contrarium adducta, quia imò retorquetur, nam cùm huiuſmodi conditio non poſſit impleri viuente teſtatore, conſequenter non eſt, quid imputetur ei, qui implere debet, vnde iuſtum eſt, vt ſi occurrat caſus impediens ipſam conditionem impleri,quod ea habeatur pro impleta.c.cum non ſtat.de reg.iur.in 6.l.in iure ciuili.ff.eod.

Declaratur tertiò, vt ſi teſtator aliàs relicturus erat,tunc conditio habetur indiſtincte pro impleta, vt mox dicam num.231.

220 Inquantum autem ad conditionem mixtã, præmitto duplicem eſſe huiuſmodi mixtam con-

conditionem, alia quæ partim pendet à caſu & fortuna, & partim à voluntate implere debentis; vt ſi Titius exiſtens vltra mare Venetias venerit; de hac loquitur. l. ſi pater. C. de inſtitut. & ſubſtitut. Alia eſt, quæ pendet partim ex voluntate inſtituti, legatarij, vel fideicommiſſarij, & partim à voluntate alterius; vt ſi Titius nupſerit Seiæ, de iſta loquitur. l. 1. C. eodem. de inſtit. & ſubſtit.

In hac igitur conditione mixta plures caſus conſiderantur.

221 Primus caſus eſt, quando ſtat per eum, in cuius perſonam debet impleri, & tunc ſi per culpam; conditio habetur pro impleta. l. 1. vbi Dec. num. 5. Iaſ. num. 3. cum allegatis. C. de inſt. & ſubſt. l. in teſtamento. la 2. ff. de condit. & demonſtr. l. Titio centum. §. Titio genero. verſ. quod ſi nolit. ff. de condit. & demonſtr. l. Mæuia. ff. de annuis leg. l. Caio. §. item conſultus. ff. de aliment. leg. l. ſi poſt. §. ſed & ſi ita. ff. quand. dies leg. cedit. l. qui concubinam. §. Vxori. ff. de leg. 3. Si autem per caſum, vel mortem, non habetur pro impleta. d. l. in teſtamento. la 2. d. l. Titio centũ. §. Titio. genero. verſ. ante nuptias. l. cum ita datur. ff. de condit. & demonſtr. l. legatum. C. de condit. inſert. & ratio differentiæ ea eſt, quia quatenus conditio pendet ex facto alterius, alteri per alterum non debet iniqua conditio inferri. l. non debet. ff. de reg. iur. ſed quatenus pendet ex caſu, & inſidijs fortunæ, fortuna poteſt obeſſe, quia omnibus fortuitis dominatur. Bald. in d. l. legatum. C. de condit. inſert. Vaſqu. controuerſ. illuſtr. lib. 3. cap. 93. num. 3. verſ. ratio, & num. 4.

222 Fallit ſecundum membrum huius diſtinctionis in alimentis relictis gratia legatarij, tunc enim fauore alimentorum conditio deficiens per caſum non nocet eidem legatario, ſed habetur pro impleta. l. illis libertis. ff. de condit. & demonſtr. l. Caio. §. Imperator. ff. de alimen. legat. l. annua. in princ. ff. de annuis legat. l. 1. C. de legat. ad hoc facit tex. in l. quod fauore. C. de legib.

223 Subdeclaratur, quia ſi alimenta relicta non ſunt principaliter fauore legatarij, ſed aliorum; tunc ceſſat fallentia, & conſequenter per caſum, vel mortem deficit conditio. l. Seio. ff. de annuis legat. d. l. illis libertis. & ibi Bart. & gloſ. in l. 1. in verb. per mortem, C. de legat. Dec. conſ. 485. num. 5. conſ. 526. numer. 4. conſil. 601. numer. 1. & conſil. 621. num. 4. Anchar. conſil. 237. Ruin. conſil. 46. num. 5. lib. 2.

224 Fallit ſecundò fauore libertatis. d. l. cum quidam. §. ex quacũque. C. de condit. inſert. l. fin. C. de neceſſ. ſeru. hæred. inſtit.

225 Fallit conſequenter, & tertiò in relictis ad pias cauſas. Socin. in. l. in teſtamento. la 2. nu. 7. ff. de condit. & demonſtrat. & ratio eſt, quia valet argumentum à libertate ad pias cauſas. Bart. & Imol. in. l. proximè. §. nomen ff. de his, quæ in teſtam. delent. idem Bart. in l. ſi vnus. num. 2. C. de teſtam. Euerard. in locis legalibus. loc. à libertate ad piã cauſam. Tiraq. de priuileg. piæ cauſ. in pręfat. col. 13. verſic. item legatum libertatis. cum additis per eum.

226 Fallit quartò, quando conditio adiecta eſt duobus; ſi enim per caſum deficiat pro parte vnius, non deficit in diuiduis pro parte alterius. l. pen. §. item, ſi Symphoro. ff. de condit. & demonſtr. l. Seio. ff. de annuis leg. gloſ. 1. in. l. in teſtamento. la 2. verſ. item quandocunque. & ibi Socin. nu. 7. ff. de condit. & demonſtrat. Ruin. conſ. 42. num. 13. vol. 2.

227 Secundus caſus eſt, quando deficit ex facto implere debentis, tunc enim nullo caſu, & nulla conditione habetur pro impleta, vt dicam inferius num. 232.

228 Tertius caſus eſt, quando hæc conditio mixta impeditur ex facto tertij, & tunc opinor, quòd ſi impedimentum aſcribitur culpæ caſus, & fortunæ, ſeruanda ſit regula conditionis caſualis, & conſequenter deficiat; & ſi aſcribitur culpæ hominis, ſeruanda ſit regula conditionis poteſtatiuæ, & ſic habetur pro impleta, ſeruata diſtinctione eiuſdem poteſtatiuæ, de qua ſupra num. 212. Diſcernitur autem impedimentum prouenire ex culpa fortunæ, vel hominis pro caſuum varietate ex tit. ff. & inſtit. ſi quadrup. paup. feciſſ. dicat. ff. ad leg. Aquil. ff. de his, qui deiec. vel effud. ff. C. & inſtit. de noxalib. action. ff. de eo per quẽ fact. erit. cap. vlt. extrà de iniurijs. tit. de homic. vol. vel caſual. c. cũ homo. 23. q. 5. quod etiam voluerunt inferre Bart. in l. in teſtamento. la 2. verſ. domini. ff. de condit. & demõſtr. Bald. in d. l. 1. num. 14. vbi Alex. & Dec. num. 11. verſ. & ita pariter. & Iaſ. ſub num. 9. verſ. limita. C. de inſtit. & ſubſtit. Socin. iun. conſ. 110. nu. 7. lib. 1. dum dixerunt, quòd ad hoc, vt conditio impedita ex facto tertij habeatur pro impleta, requiritur quòd impedimẽtum fuerit cauſa directa, & immediata; & facit doctrina Bald. in l. 1. §. huius ſtudij. nu. 6. ff. de inſtit. & iure. vbi dicit, quod ſi factum eſt ſtatutum contra turbantes ſtatum Ciuitatis, intelligitur de his, qui turbant principaliter, nõ autem de his, qui ſecundariò, vel occaſionaliter,

ſiter, allegat. l. ſi quis ingenuam. §. in ciuilibus ff. de captiu. Sequitur Matſil. conſil. 67. num. 11. Iaſ. conſil. 86. col. 3. circa fin. vol. 3. Alex. conſil. 113. nu. 10. lib. 2. idem Matſil. ſingul. 247. Gramminat. vot. 19. numer. 1. Verùm hæc intelligenda ſunt de conditione mixta nam in conditione poteſtatiua, quæ ob impedimẽtum caſus fortuiti vndequaquè prouenientis poteſt haberi pro impleta, vt præmittitur; nõ eſt recipienda huiuſmodi differentia inter impedimentum directum, & immediatum, & impedimentum ſecundariò, & per quandam conſequentiam prouenicns.

229 Quartus caſus eſt, quando impeditur ex cauſa teſtatoris, & diſtinguo; Aut impedimẽtum prouenit ex facto eiuſdem teſtatoris, & conditio deficit, & legatum, ſeu fideicõmiſſum intelligitur ademptum. l. cum tale. §. falſam conditionem. ff. de condit. & demonſtr. vbi legatum factum ſub conditione, quòd legatarius ſoluat Titio id, quod ei debet teſtator, ſi poſtmodum idem teſtator Titio ſatisfecerit, deficit conditio, & cenſetur ademptum legatum: quod tamen non eſt verum abſolutè, ſed diſtinguendum eſt, vt diſtinguitur de alienatione legati à teſtatore facta, de quo per Bart. in l. rem legatam. ff. de adimend. legat. & latè Mantic. de coniectur.
230 vlt. volunt. lib. 12. tit. 6. Si autem impedimentum prouenit ex eiuſdem teſtatoris culpa ad hoc non ordinata, putà ſi aliquem inſtituat hæredem ſub conditione; ſi corpus ſuum ſepeliri fecerit in Eccleſia tali; & is prohibeatur ſepeliri in Eccleſia, quia ſit excommunicatus, tunc conditio habetur pro impleta, ſic determinauit Dyn. & poſt eum Bald. in l. 1. num. 22. vbi Caſtren. num. 8. & Iaſ. ſub num. 9. verſ. ſi autem conditio. C. de inſt. & ſubſtit. Soc. in l. in teſtamento. la 2. num. 13. ff. de condit. & demonſtr. vbi alios allegant.

QVIBVS ſic peractis expedit pro plena iſtius octauæ declarationis diſcuſſione has concluſiones cum quibuſdam quæſtionibus introducere.

231 Prima concluſio ſit, quòd quælibet conditio, ſiue ſit poteſtatiua, ſiue caſualis, ſiue mixta, habetur pro impleta, quando teſtator erat aliàs relicturus, ità vt licet ipſa conditio deficiat, tamen non perit diſpoſitio. gloſ. in l. 1. in princip. & ibi Ang. verſ. prima. & Dec. num. 5. verſic. gloſ. prima. Fulgoſ. Alex. & Iaſ. nu. 7. C. de inſtit. & ſubſtit. alia gloſ. in l. quæ ſub conditione. §. quoties. in verb. defectus. ff. de condit. inſtit. Socin. in l. in teſtamento. la 2. num. 4. verſ. tertiò. ff. de condit. & demonſtr.

232 Secunda concluſio eſt, quòd nulla conditio ſiue ſit caſualis, ſiue poteſtatiua, ſiue mixta habetur pro impleta, quando deficit ex facto implere debentis. l. fin. ff. de condit. inſtitut. l. pen. §. 1. ff. de condit. & demonſtrat. gloſ. 1. in d. l. in teſtamento. verſ. illud nota. quam ſequitur Socin. & eam communiter approbatam eſſe dicit ibidem num. 6. ff. eod. de condit. & demonſtr.

233 Ampliatur procedere etiam in legato libertatis. l. cum quidam. §. ex quacunque. C. de condit. inſert. l. fin. C. de neceſſ. ſeru. hæred. inſtit.

234 Tertia eſt concluſio, quòd conditio non habetur pro impleta, quando teſtator voluit conditionem verè impleri; tunc enim non ſufficeret haberi pro impleta, quia diſpoſitio teſtatoris habetur pro lege. §. diſponat. in Auth. de nupt. & in conditionibus voluntas eius regit, & dominatur, ac primum locum obtinet. l. in conditionibus. ff. de condit. & demonſtr. l. cum quæſtio. in fin. C. de legat. & ſic tenet Bald. in l. ſi pater num. 18. C. de inſt. & ſubſtit. per text. in l. Iulianus ait. ff. de condit. & demonſtrat. ſequitur Alexan. in l. 1. numero 2. & Iaſ. num. 9. verſic. item niſi teſtator. C. eod. de inſtit. & ſubſtit. Socin. in l. ſi Titius. num. 8. verſ. quintò limita. ff. de condit. & demonſtrat. & ſentit Bart. in l. vter. num. 1. ff. de condit. inſtit.

235 Ampliatur etiamſi non per verba expreſſa, ſed tacitè de hac teſtatoris voluntate appareret; putà quia aliàs relicturus non erat conditione non impleta. l. legatum. & ibi gloſ. 1. C. de condit. inſert. l. cum tale. §. falſam cauſam. l. demonſtratio. §. quod autem. vbi gloſ. in verb. vtile. ff. de condit. & demonſtrat. Socin. in d. l. ſi Titius. nu. 8. verſ. limita etiam ſecũdum quoſdam. ff. eodem. nã ſpectandum eſt, quid ſenſerit teſtator. l. ex facto. la grande. §. & facit. ff. de hæred. inſtit.

236 Quarta concluſio eſt, quòd quando impedimentum non eſt totale, vel diffinitiuum, ſed eſt temporale, tunc conditio non habetur pro impleta, ſed ceſſante impedimento conditio impleri debet. l. quibus diebus. ff. de cõdit. & demõſtr. Bald. in l. ſi pater. nu. 18. C. de inſtit. & ſubſtit. Alex. in l. 1. C. eod. Socin. in l. ſi Titius. in fine. & Paul. de Caſtr. in l. in teſtamento. la 2. nu. 5. ff. de cond. & demonſtr. & eſt ratio, quia conditio tali caſu eſt ſuſpenſa, non impleta, vt per Bald. d. num. 18.

237 Quinta concluſio eſt, vt conditio pro impleta non habetur; cùm teſtator in defectum conditionis aliam prouiſionem fecit:

G Sic

Sic conſuluit Cuman. conſil. 38. incipien.
Maritus; ſequitur ex pluribus Dec. in l. 1. ſub
nu. 5. verſic. & notandum. & ibi Ang. verſ.
fallit C. de inſtit. & ſubſtitut. tangit Menoch.
conſ. 362. col. vlt. & ratio ſecundum eos eſt
ſola voluntas teſtatoris.

238 Sexta eſt concluſio, quòd vbi natura con-
ditionis eſt apta nata importare, vt quis poſſit
impedire, tunc conditio verè impleri de-
bet, & non poteſt haberi pro impleta; exem-
pli gratia, ſi relictum ſit alicui legatum ſub
conditione, ſi vicerit in colluctatione; is non
poteſt conſequi legatum, niſi verè vicerit,
etiamſi omnem ſuum conatum adhibuerit,
nec ſteterit per eum. not. in l. in executione. §.
fin. ff. de verb. obligat. & tenet Bald. in l. 1.
num. 21. & ibi Ang. verſ. ſecundò fallit, C. de
inſtit. & ſubſtit. Paul. de Caſtr. in l. iure ciuili,
ſub num. 3. ff. de condit. & demonſtrat. & eſt
ratio, quia de natura colluctationis eſt, vt li-
citum ſit cuilibet colluctanti impedire, ne vin
catur, ſic Ang. loc. cit. & gloſ. quam ſingula-
rem dicit in d. l. in executione. §. fin. in verb.
nihilominus. ff. de verb. oblig.

239 Septima concluſio eſt, quòd vt conditio
habeatur pro impleta; hæc probanda ſunt,
Primum quòd impedimentum, quare non ſit
impleta conditio, tale extiterit, vt non potue
rit remoueri; Secũdum quòd impeditus vſus
ſit omni diligentia, & omni conatu, vt impe-
dimentum amoueret: De primo dicto. l. qui-
bus diebus. in princ. vbi Soc. num. 3. ff. de cō-
dit. & demonſtrat. l. qui poteſt facere. ff. de
reg. iur. cap. fin. de elect. cap. 2. vbi Dec. num.
5. de teſtib. idem Dec. in l. 1. num. 6. in fi. C.
de bonor. poſſ. ſecund. tabul. & conſil. 677.
num. 3. & in cap. ex ratione. num. 17. verſic.
ſed iura. de appellat. Menoch. conſi. 21. num.
22. De ſecundo. l. qui comeatus. vbi Bart. ff.
de re milit. facit. l. cum quidam. C. de condit.
inſert. & ſic tenent Paul. de Caſtr. in d. l. cum
quidam. nu. 5. Soc. in l. ſi Titius. num. 3. ff. de
cond. & demonſtrat. ſequitur Dec. in l. 1. nu.
11. verſ. clarius. C. de inſtit. & ſubſtit. & in d.
cap. ex ratione. num. 17. de appellat. & conſil.
454. num. 6. Alex. conſ. 49. nu. 5. lib. 2. Ruin.
conſ. 15. num. 5. lib. 4. Innoc. & Doct. in cap.
ex tranſmiſſa. de præſcript. Bald. Paul. de Ca-
ſtr. Imol. & Socin. in d. l. quibus diebus. ff. de
condit. & demonſtrat. Felin. in c. venerabilis.
num. 7. verſic. tertiò limita. de iudic. Crauet.
conſ. 151. numero 22. Boer. deciſ. 40. num.
4. Vant. de nullit. ſent. ex defect. iuriſd. ordin.
num. 166. verſ. & erit.

240 Octaua concluſio eſt, quod non habetur
conditio pro impleta, vbi deficeret etiam in
minimo, vel vno tantum denario. Ang. Imol.
& Alex. in l. in executione. §. item ſi ita. ff. de
verb. oblig. Dec. in cap. de appellationibus.
num. 3. de appellat. Gozadin. conſil. 40. num.
12. Menoch. conſ. 35. num. 5. & conſ. 60. nu.
49. Oldrad. conſ. 29. Angel. conſ. 173. incip.
ex iſto dubio. Cæphal. conſil. 480. num. 30.
Honded. conſ. 60. num. 14. vol. 1. Ruin. conſ.
22. num. 6. lib. 2. Iaſ. conſil. 94. numero. 2. lib.
241 2. & ratio eſt, quia conditio eſt indiuidua. l.
cui fundus. l. qui duobus. ff. de condit. & de-
monſtrat. l. fiſtulas. §. qui fundum. ff. de con-
trah. empt. l. ſi ita fuerit. in princ. ff. de manũ.
teſtam. Alex. conſ. 75. num. 9. lib. 7. Tiraq. de
retract. lignag. §. 1. gl. 21. num. 13. & impor-
tat formam. Bald. in auth. Matri, & auiæ C.
quand. mul. tut. offic. fung. pot. Ruin. cõſ. 199.
num. 1. lib. 1. latè Tiraq. de retract. conuent.
§. 2. gloſ. 1. num. 3. forma autem debet ad vn-
242 guem ſeruari, aliàs vitiatur actus, & diſpo-
ſitio. Doct. in l. 1. ff. de liber. & poſthum. idem
Tiraq. in tract. de iudic. in reb. exig. ferend.
num. 12. Ruin. d. conſil. 199. nu. 1. lib. 1.

243 Nona concluſio eſt, quòd vbi conditio eſt
impleta, requiritur quòd impleta ſit cum ef-
fectu, aliàs non diceretur impleta, nec tran ſ-
244 miſſioni locus eſſet; puta conditio, ſi ſtudue
rit in legibus; intelligitur, ſi Doctor euaſerit:
Sic ex profeſſo Iaſ. conſil. 149. lib. 4. & Dec.
conſil. 177. & ſequitur Surd. conſ. 381. num.
18. lib. 3. Idem eſt de conditione; ſi præſenta-
ta fuerit perſona ad tale beneficium, quæ poſ
ſit reſidere; quia intelligitur, ſi effectualiter
reſideat. cap. relatum. de cleric. non reſid. Idē
de conditione; ſi talis præſentatus fuerit ad
tale beneficium; quia intelligitur, ſi erit inſti-
tutus, & ſic de ſimilibus: Nam verba ſunt ac-
cipienda cum effectu. l. 1. §. hæc autem verba.
ff. quod quiſq. iur. l. penult. §. docere. ff. ne
quis eum.

245 Decima concluſio eſt, quòd conditio non
habetur pro impleta, quando de iure impleri
poterat, & nulliter impleta ſit. l. hęc conditio,
la. 1. ff. de condit. & demonſtr. vbi conditio; ſi
nupſerit; non cenſetur impleta, ſi ea quæ nu-
bit nō ſit nubilis ætatis, vel ſit affinis, vel alias
nupſerit ei, cuius nuptijs eſt ei interdictum;
Simile eſt in. l. penult. ff. quād. dies legat. ced.
l. 3. ff. de fideiuſſ. l. ea quidem C. ſi mancip. ita
fuer. alienat.

246 Declaratur procedere, vt dixi, quando cō-
ditio poteſt impleri de iure, aliàs enim ſuffi-
ceret impleri ipſum factum. l. Mæuius. ff. de
condit. & demonſtrat. vbi conditio de ali-

quid

quid dando alicui, cùm quo non eſt teſta-
menti factio, vel pecunijs in mare deijcien-
do, implenda eſt.l.mulier.§.ſi quis hæredita-
rium.ff.de condit.inſt.l.pen.§.Paulus.l.Sti-
cus ſi hæredi.ff.de ſtatulib. vbi hæredi lici-
tum eſt implere conditionem manumittendi
ſeruum antequàm adeat hæreditatem,& ſer-
uo permiſſum eſt promittere hæredi, licet &
manumiſſio, & promiſſio ſit inualida, ac in-
utilis.

247 Vndecima eſt concluſio, quòd non poteſt
conditio haberi pro impleta, ſi reſpiciat tan-
tummodo qualitatem actus, non etiam ſub-
ſtantiam. Dec.in d.l.1.num.3.C.de inſtit.&
ſubſtit. & ante eum Bald. in l. vter ex fratri-
248 bus. ff.de condit. inſtit. & ratio eſt, nam
quando verba non ſunt adiecta ſubſtantiæ,
tunc actus non dicitur conditionalis.l.in con
ditionibus.§.hæc ſcriptura.ff. de condit. &
demonſtr.Bald. conſ.286.num.4.lib.3. So-
cin.conſil.92.col.5.verſ. confirmatur hoc ex
alia coniectura.libro 1.Crauet.conſ.101.nu-
mero 1.

249 Duodecima concluſio eſt, quòd vbi ex-
tat ſtatutum, prout eſt Venetijs, quòd verba
teſtamenti intelligantur, prout iacent ſine
ſubauditione, vel interpretatione, tunc con-
ditio nunquam habetur pro impleta etiam in
caſibus, in quibus pro impleta habetur, ſed ve
rè conditio impleri debet. Paul.de Caſtr.in l.
Iulianus.num.3.Socin.num.5.ff. de condit.
& demonſtr.

250 Decima tertia eſt concluſio, quòd condi-
tio non dicitur eſſe impleta, niſi ea impleta
ſit naturaliter, nàm cõditio; ſi filius naſcatur;
non verificatur, ſi productus ſit in lucem ſe-
cto ventre matris. Socin.ſen.conſ.197.lib.2.
Menoch.de præſumpt.lib.4.præſumpt.201.
num.75. verùm iſta concluſio requirit longè
altiorem indaginem, illamquè diligenter di-
ſcutit Ioſeph Ruſtic. in comment. ad l. cum
auus.lib.4.cap.14.ff.de condit.& demonſtr.
ad quem recurrendum eſt.

251 Quæritur autem primò, an iſta conditio; ſi
decem Titio dederit; ſit poteſtatiua, vel mix-
ta: & quòd ſit poteſtatiua, eſt tex.in l.fin.ff.de
condit.inſtit.vbi filius in poteſtate poteſt in-
ſtitui ſub ea conditione, quamuis ſub condi-
tione mixta inſtitui non poſſit.l.ſi pater.C.de
inſtit.& ſubſtit.l.Lucius. ff. de condit. & de-
monſtr. Et ita tenet Socin.in l.2.num.45.ff.
cod.de condit.& demonſtr. Paul.de Caſtr.in
l.1.num.7. C. de inſtit. & ſubſtit. & Mantic.
de coniect. vlt.volunt.lib.11. tit.17. num.1.
& ſeqq. Quòd ſit mixta, eſt tex. in l. cum ita
datur.ff.de condit. & demonſtr. vbi legatum
relictum ſub conditione; ſi legatarius decem
Titio dederit; extinguitur Titio decedente,
antequàm legatarius dederit dicta decẽ: ideo
cum deficiat per caſum, dicitur conditio mix
ta.l.legatum.C.de condit. inſert. Nam pote-
ſtatiua per caſum non deficit, vt ſupra dixi:
Veritas eſt, quòd inſpecta eius natura eſt mix
ta, cũ pendeat à voluntate dantis,& recipien-
tis.l.3.ff.de condit.inſtit. Sed quia eſt facilis,
cum veriſimile ſit, vt quis libenter accipiat.
gloſ.in l. cura.§.deficientium. in verb. ſi ex
voto. ff. de muner. & honor. ideo reputatur
poteſtatiua.l.ſuus quoque.§. puto. ff. de hæ-
red.inſtit.& ſic firmant Dec. in l. 1. num.12.
& ibi Iaſ.ſub num.9.verſ.in ſeptima particu-
la.C.de inſtit.& ſubſtit.vbi de communi. Si-
252 cut è conuerſo conditio poteſtatiua, quæ
multùm difficilis eſt, non dicitur poteſtatiua,
ſed ratione difficultatis dicitur mixta per tex.
in d.§.puto.

253 Quæritur ſecundò de conditione illa, quæ
collata eſt in perſonam tertij implenda tamẽ
per eum in perſonã legatarij; veluti ſi Titius
nupſerit Seiæ, lego eidem Seiæ centum; an ea
reputetur conditio caſualis, ita vt Titio recu-
ſante nubere, deficiat conditio, quamuis Seia
nubere parata ſit: Reſpondetur, quòd ſic; &
ratio eſt, quia teſtator conſiderauit factum il-
lius tertij, non legatariæ; ob id redditur caſua
lis, & conſequenter non habetur pro impleta,
qualitercumque deficiat, vt ſupra dictum eſt:
& hanc ſententiam firmarunt Imol. Cuman.
in l.in teſtamento.la 2.ff.de condit.& demon
ſtrat.Iac.de Rauen. Petr. Cyn. Ang.Fulgoſ.
Alex.& Socin.num.9.

254 Quæro tertiò, an ſufficiat cõditionem mo-
mento impleri, licet implementum nõ duret,
& regula eſt, quòd ſic.l. ſi quis hæredem.C.
de inſtit.& ſubſtit.l.cum vxori.C.quand.dies
legat.ced.l.in ſubſtitutione.ff. de vulgar. Et
hanc quæſtionem tractat Gabriel. concluſ.8.
de fideicomm. vbi facit illationes, ampliatio-
225 nem, & fallentias: Verùm contra vltimam
iſtius regulæ fallentiam, quæ dicit, quòd con-
ditio, quæ habet tractum ſucceſſiuum; putà ſi
morabitur cum filijs; non ſufficit, vt implea-
tur temporis momento, & ob id quod tanquã
non impleta non operatur tranſmiſſionem, te
net Ioan.de Anan. conſ.8. num.3. verſic. re-
ſtat.& num.4.& conſ.75.num.1.verſ.præte-
rea. Crauet. in l.cum filiofamilias. in 2. part.
num.257.ff.de leg.1.Phanuc. in tract. de in-
uent.in 6. part. num. 83. hi enim affirmant,
quòd eo ipſo, quòd conditio ſucceſſiua eſt in-

cępta, habetur pro impleta, & iccirco legatũ, & fideicommiſſum ſub tali conditione relictũ tranſmittitur: Nihilominùs non eſt recedendum à Fallentia, nempè quòd non ſufficit momentaneum implementum; ſed quòd requiritur perſeuerantia, & conſequenter non ſit locus trãſmiſſioni: Et pro hac parte facit tex. in l. ſi pro patre, §. verſum. ff. de in rem verſ. vbi verſum dicitur illud, quod durat verſum. l. item eorum. §. quod ſi actor. ff. quod cuiuſque vniuerſ. nomin. cum alijs adductis à gloſ. in d. §. verſum. in verb. duret. & ſic in conditione ſucceſſiua tenet Ang. conſil. 34. num. 9. Alex. conſ. 53. nu. 9. lib. 6. Roland. conſil. 39. num. 55. lib. 4. Bald. in l. ſi quis hæredem. nu. 1. & ibi Iaſ. num. 14. verſ. quartò. & Dec. nu. 3. C. de inſtit. & ſubſtit. idem Bald. in l. inter Caſtellianum. ff. de arbitr. & in l. humanitatis num. 28. verſic. in cõditionibus autem. C. de impub. & alijs ſubſtit. Gabriel. d. concluſ. 8. num. 10. de fideicommiſſis; nàmque non debet ſcindi conditio, cuius natura eſt indiuidua. l. cui fundus. ff. de condit. & demonſtrat. non perſeuerantia verò eodem modo imputatur ei, qui perſeuerare habet, prout imputatur non implementum conditionis, de quo ſupra dictum eſt.

256 Quæritur quartò, an is, in cuius perſonam implenda eſt conditio, & per quem ſtat, quin impleatur, poſſit deinde pęnitere, ita quod eius pęnitentia faciat deficere conditionem, & conſequenter tranſmiſſionem impediat, niſi ille, qui implere debet conditionem, denuò offerat illam implere.

Partem affirmatiuam, quod denuò teneatur implementum offerre, tenet Cyn. & Petr. in l. 1. C. de inſtit. & ſubſtit. Et facit ratio, quia vltima mora nocet. l. illud. ff. de peric. & commod. rei vendit.

Partem negatiuam tenent Salic. & Bald. in d. l. 1. num. 23. & ſic communiter teneri atteſtatur Iaſ. nu. 8. verſic. quid autem. & Dec. num. 13. C. de inſtit. & ſubſtit. Et eſt ratio, quia ſufficit conditionem momento impleri. l. ſi quis hæredem. C. eodem; ideo non ſeruantes conditiones teſtatoris faciunt locum ſubſtituto, & ſequenti in gradu, & adeo ius ei acquiritur, quod non eſt amplius locus pęnitentiæ, nec mora purgari poteſt in præiudicium iuris eidem quæſiti. Iaſ. in l. is qui poteſt. nu. 12. ff. de acquir. hæred. Paul. de Caſtr. conſil. 292. num. 5. lib. 2. Roland. conſ. 70. num. 69. & 70. lib. 3.

In hac difficultate ſic communiter diſtinguitur, vt ante factam executionem ſuper hæreditate, legato, vel fideicommiſſo, ſiue facta ſit à iure, ſiue ab homine, procedat opinio affirmatiua, quòd hæres, legatarius, vel fideicommiſſarius denuò teneatur offerre implementum ipſius conditionis, aliàs quòd conditio non dicatur impleta, nec locus ſit tranſmiſſioni; Poſt factam autem executionem procedat negatiua, quòd ampliùs non teneatur ad aliquid, ſed quòd non inſpecta pęnitẽtia, habeatur conditio pro impleta, & tranſmiſſioni locus ſit; Huius diſtinctionis auctor fuit Bart. in l. cum quidam. num. 3. quàm ſecutus eſt ibi Paul. de Caſtr. num. 3. C. de condit. inſert. idem Paul. de Caſtr. in l. iure ciuili. ſub num. 3. ff. de condit. & demonſtr. Socin. in l. in teſtamento. la 2. num. 11. ff. eod. Dec. in l. 1. num. 13. & ibi Alex. num. 8. poſt alios per eum adductos. C. de inſtit. & ſubſtit. Et

257 ratio diſtinctionis eſt, quia ad exceptionem inducendum poteſt mora purgari. l. 1. §. item ſi ita. ff. ad leg. Falcid. l. 1. ff. de pen. legat. quò verò ad actionem acquirendum non. l. Thais. §. intra. ff. de fideicom. libert. quam rationẽ, & iura adducit Bart. in l. hæc conditio. la 2. in fin. ff. de condit. & demonſtrat. & Dec. in d. l. 1. num. 13. C. de inſtit. & ſubſtit. Et ratio rationis, quare poſſit purgari mora quoad exceptionem inducendum, non autẽ quoad actionem acquirendum, ea eſt quia re integra poteſt mora purgari. l. illud. ff. de peric. & commod. rei vendit. Sed poſt factam executionẽ ſublatę, & diſſolutę ſunt obligationes. tot. tit. C. de execut. rei iudic. ita quòd non remanet ius purgandi; Et ſic in terminis moræ, & per hanc rationem, quòd ea purgari non poſſit poſt executionem ab homine, ſiue à iure factam, dicit Salicet. in tract. de mora. 2. quæſt. princ. concluſ. 3.

258 Quæritur quintò, ſi aliàs verba non importarent conditionem, & teſtator dixiſſet; ſub hac conditione; an huiuſmodi diſpoſitio cenſeatur eſſe conditionalis: & breuiter non eſſe conditionalem dico per text. in l. ſocietatem mecum. in princ. ff. pro ſocio. l. Mæuia. ff. de manumiſſ. teſtam. l. 2. §. Titio. ff. de donat. l. ea conditione. C. de reſcind. vendit. l. cum res. C. de donat. l. quoniam. C. de rer. permut. quibus iuribus probatur, quod ſi poſt diſpoſitionem factam ſub conditione ſequatur dictio; vt; tunc ea non eſt conditionalis, ſed modalis. Idem tradit Bart. in l. quibus diebus. §. Termilius. numero 5. ff. de condit. & demonſtrat. vbi dicit, quòd ſi teſtator legat tibi centum ea conditione, vt aliquid facias, erit modus, & non conditio. per d. l. Mæuia. & per d.

l. 2.

l.2.§.Titio. quia magis attendenda eſt ſignificatio verborum, ſequitur Bald. in d.l. cum res. per illum tex. C. de donat. Felin. in cap. cum Ioannes. num. 2. verſic. ſecundò. de fide instrum. Ioann. And. in addit. vlt. ad Specul. in tit. de inſtrum. edit. §. nunc vero aliqua. verſic. ſuperaddam. Paul. de Caſtr. conſil. 5. num. 2. part. 1. Alex. conſ. 102. num. 2. lib. 1. Iaſ. conſil. 162. nu. 16. & 17. lib. 2. & dixi ſupra num. 15. & ſeqq.

259 Declaratur nonò & vltimò caſus principalis, vt locum non habeat nec procedat quando conditio ſub qua conceptum eſt legatum, vel fideicommiſſum habetur pro non ſcripta, vel pro non appoſita, tunc enim idem legatum, vel fideicommiſſum ſub ſimili conditione relictum tranſmittitur perinde ac ſi eſſet purum: vt de conditione inhoneſta, tex. eſt in l. filiæ. l. cum ità legatum ſit l. hoc modo l. eum tale §. reſcriptum. ff. de condit. & demonſtr. l. turpia. §. 1. ff. de leg. 1. & de conditione impoſſibili. l. ſi poſt diem. §. ſed ſi ea. ff. quand. dies leg. ced. l. 1. l. ſi quis ità. ff. de condit. inſtit. l. obtinuit l. multa §. ſi ſeruos. in fin. ff. de condit. & demonſtr. §. impoſſibilis. inſtit. de hæred. inſtituen. de conditione quæ eſt contra edicta Principum, aut contra leges, aut quæ legis ſcriptæ vicem obtinent, aut aliàs à Prætore improbata l. conditiones. 2. ff. de condit. inſtit. de cõditione quæ eſt in fraudem legum l. ſi quis ſub conditione eod. tit. vel contra bonos mores l. conditiones la 1. & 2. vel quæ deriſoria eſt d. l. conditiones 2. ff. eod. de condit. inſtit. vt eſt conditio deferendi nomen Veſpillonis. l. ſed ſciendum. in fin. l. facta. §. ſi vero nominis. ff. ad Trebell. vel reliquias teſtatoris in mare proijciendi l. quidam. ff. eod. de condit. inſtit. de conditione turpi l. non dubitamus ff. de condit. & demõſtr. vt plerunquè eſt conditio iurandi d. l. non dubitamus l. hæc ſcriptura ff. eod. & l. quæ ſub conditione. in princ. ff. de condit. inſtit. De conditione ſuperuacua, putà ſi relictum ſit legatum ſub conditione; ſi hæres hæreditatem adierit. l. ſi titio. §. quædam. ff. quand. dies leg. ced. vel ſub eadem conditione, ſub qua alius hæres inſtitutus eſt l. aliquando ff. de condit. & demonſtr. l. ſi dies. §. ſi ſub conditione ff. quand. dies leg. ced. De conditione tacita, quæ venit extra teſtamentum, quæ ſcilicet tacitè ineſt extra teſtamentum ex natura rei legatæ, vel ex legis diſpoſitione l. conditiones extrinſecus. ff. de condit. & demonſtrat. l. quod purè ff. quand. dies leg. ced. cuius exempla adduxi ſupra nu. 16. & ſeqq.

260 Reſtat, vt videamus, an huiuſmodi legata
vel fideicommiſſa conditionalia, vel etiam in
diem incertam relicta, ante euentum condi-
tionis, vel diei poſſint in alios transferri per
viam ceſſionis; & non poſſe veritas eſt, nàm
261 quæ ad hæredes vniuerſales tranſmiſſibilia
non ſunt, nec per ceſſionem transferri poſ-
ſunt. l. ex pluribus. vbi Bart. ff. de adminiſtrat.
tut. Alex. in l. ſi ſtipulatus fuerim. num. 2. ff.
de verb. obligat. Bald. in rubric. C. de nou. co-
dic. facien. in fin. & conſ. 327. num. 5. lib. 1. &
conſ. 123. num. 4. lib. 5. Tiraq. de retract. li-
gnag. §. 26. gloſ. 1. nu. 47. Igneus in l. dudum
num. 57. 58. C. de contrah. empt. Surd. conſ.
269. nu. 29. lib. 2. & quidem rationabile eſt,
ſi enim non poſſunt tranſmitti ad hæredem,
qui reputatur eadem perſona cum defuncto.
§. 1. in authent. de iureiur. à morient. præſt. &
qui ſuccedit in vniuerſum ius defuncti. l. cum
hæres. ff. de diuerſ. & tempor. præſcript. mul-
to minus in ſucceſſorem ſingularem, quia hę-
262 res vniuerſalis eſt magis dilectus, quam par
ticularis. Crauet. conſ. 161. num. 5. verſ. ve-
nio nunc. Et quia cũ vniuerſitate multa trãſ-
feruntur, quæ titulo ſingulari transferri ne-
queunt. cap. ex litteris. de iure patronat. l. in
modicis. & ibi glo. vlt. ff. de contrahen. empt.
l. quædam. vbi gloſ. in verb. fundus. ff. de ac-
quir. rer. domin.

263 Declaratur tamen, vt diuerſum ſit quando legata, & fideicommiſſa conditionalia ex ordinatione teſtatoris expreſſa vel coniecturata vel alijs modis ſuperius recitatis tranſmiſſibilia ſunt, tunc enim legatarius vel fideicommiſſarius prædecedens grauato, poteſt illud ius quod ſperat ex huiuſmodi legatis & fideicommiſſis tranſmiſſibilibus alteri inter viuos cedere vel vendere: ſic Cuman. quem refert & ſequitur Iaſ. in l. 1. num. 18. C. de pact. & poſt Cagnol. & Claud. de Seyſel tuetur Zanch. in l. hæredes mei. §. cum ità. nu. 363. verſ. contrarium. ff. ad trebell. ſicuti etiam poteſt ius illud alteri legare. idem Zanch. in loc. cit. num. 361. vbi hoc diſputat ad partes, nimirũ quia legatum & fideicommiſſum conditionale quod tranſmittitur, ęquiparatur contractui conditionali, vt dicit idem Zanch. in d. §. cum ità num. 211. & num. 361. verſ. mouetur etiam: Et pariter poteſt ſpem fideicommiſſi ipſi grauato remittere. Fulgoſ. conſil. 100. & poſt eum Zanch. in loc. cit. num. 360. per tex. in l. 1. C. de pact. & prædicta ampliantur procedere etiam ſi adeſſent alij conſubſtituti, ità conſuluit Fulgoſ. d. conſ. 100. & ſequitur idẽ Zanch. in d. §. cum ita. num. 364.

*S V M-*

*SVMMARIVM.*

1 *Tranſmiſsio legati, & fideicommiſsi purè relicti diſtincta ab Alciat. in quinque caſus: & ab autore in duos tantum. 2.*

3 *Fideicommiſſa & legata particularia in quibus differant ab vniuerſalibus.*

4 *Legata & fideicommiſſa particularia quòad tranſmiſsionem cedunt à die mortis teſtatoris: quòad obligationem à die aditæ hæreditatis. 6. quòad translationem dominij vere ab adita hæreditate: ficte à die mortis teſtatoris 7. Ampliatur & declaratur vt nu. ſeqq.*

5 *Legata, & fideicommiſſa particularia etiam ignoranti quæruntur.*

8 *Inſtitutio purè facta in re certa, dato cohærede vniuerſali tranſmittitur ad hæredes etiam cohærede vniuerſali ante aditam hæreditatem decedente.*

12 *Vſusfructus, vſus, & habitatio tranſmittuntur à die aditæ hæreditatis, non à die mortis teſtatoris.*

13 *In his quæ ad hæredes tranſmiſsibilia ſunt, regulariter cedit dies à morte teſtatoris.*

14 *Legata, & fideicommiſſa particularia purè relicta etiam non agnita cedi poſſunt.*

15 *Fideicommiſſa vniuerſalia purè relicta, quòad tranſmiſsionem cedunt à die mortis teſtatoris: Ideo tranſmittuntur ad hæredes, ſiue fideicommiſſarius deceſſerit poſt aditam hæreditatem, ſiue ante. 18. ampliatur. num. 20. 21. 26.*

19 *Quæ ſit ratio diuerſitatis inter hæreditatem, & fideicommiſſum vniuerſale, quod hæreditas non adita non tranſmittitur, fideicommiſſum ſic.*

20 *Fideicommiſſum vel legatum purum non agnitum nec acceptatum tranſmittitur à die mortis teſtatoris etiam relictum in codicillis, ac etiam ſi ſit relictum à ſubſtituto. 21 & non ſolùm ad filios ſed etiam ad hæredes extraneos. 22. Idem ſi eſt conditionale ſed poſtmodum purificatum. num. 23. dummodo purificatum ſit ante mortem fideicommiſſarij vel legatarij. num. 25. Idem ſi fideicommiſſarius decedit ante hæredem inſtitutum num. 27. ſecus tamen ſi ante teſtatorem num. 28. vel ex coniecturis apparet de contrario. 29.*

24 *Puri, & purificati idem eſt iudicium.*

27 *Legatum, & fideicommiſſum purum, deficiente legatario, & fideicommiſſario ante mortē teſtatoris, efficitur quaſi caducum, & non tranſmittitur.*

*Fallit ſi ex coniecturis teſtatoris apparet in contrarium. 29. & ſeqq.*

*Fallit item in fideicommiſſo facto in contractu. 33.*

*Fallit item in fideicommiſſo relicto ſub nomine dignitatis. num. 34.*

30 *Quod de ſui natura tranſmiſsibile non eſt, teſtator poteſt facere quod tranſmiſsibile ſit.*

*Et quod tranſmiſsibile eſt à die mortis teſtatoris, poteſt facere quod tranſmiſsibile ſit poſt certum tempus tantum, adhibita tamē diſtinctione. 31.*

32 *Verba quæ important conditionem, ex coniectura ta mente teſtatoris important diem.*

35 *Legatis duabus rebus alternatiuè, vna purè, altera ſub conditione; ſi legatarius decedat ante euentum conditionis non tranſmittit nec conditionale, nec purum.*

*Hoc tamen procedit ſi conditio pendet etiam poſt mortem legatarij; ſecus ea purificata, vel defecta viuo legatario. 36.*

37 *Legatum purū quando legatarius habet ſubſtitutum vulgarem non tranſmittitur ſemper, ſed diſtinguitur: & declaratur. num. 38. 39.*

40 *Pœna adiecta ſolutioni legati non tranſmittitur.*

41 *Fideicommiſſa vniuerſalia pura, vel in diem certam relicta, non agnita, non poſſunt cedi titulo ſingulari, ideo ceſsionarius non poteſt cogere hæredem adire, & reſtituere ex Trebelliano.*

42 *Fideicommiſſarius vniuerſalis licet non poſſit cedere ius fideicommiſsi, poteſt tamen cōſtituere procuratorem ſimplicem nomine ſuo, & ſpecialem ad petendum reſtitutionem.*

43 *Ceſsionarius, & procurator in rem ſuam, & ſi non poſsit compellere hæredem adire, tamen ſecus eſt, ſi peteret hæredem cogi adire, & reſtituere fideicommiſſario ad vtilitatem ipſius ceſsionarij.*

44 *Fideicommiſſarius vniuerſalis poſt agnitum fideicommiſſum, poteſt illud cedere, & pro ſuo arbitrio diſponere.*

## CASVS SECVNDVS.

*Fideicommiſſorum & legatorum purè relictorum tranſmiſsio explicatur.*

1 NVnc de tranſmiſſione legati, & fideicōmiſſi purè relicti agendum eſt, & hoc caſu multi alij caſus ſuboriuntur, quos recitat Alciat. in l. cum filiofamilias. num. 25. ff. de leg. 1.

leg. 1. Primus eſt, quando hæres grauatus legata, vel fideicommiſſa poſt hęreditatem aditam fuit in mora reſtituendi, hoc caſu locum eſſe tranſmiſſioni, ſine controuerſia, ſenſit Alciat. ex text. in l. ſi vſusfructus legatus. ff. de vſuſfr. & quemad. quis vtat. & l. 3. §. 1. verſic. idem. ff. de adimend. legat. Secundus eſt caſus, quando talis fuit mens teſtatoris, quod legatum, vel fideicommiſſum tranſmittatur, & tunc locus eſt tranſmiſſioni. Tertius eſt caſus in illis caſibus, in quibus hæreditas ipſa non adita ſuadente æquitate tranſmittitur, in eiſdem caſibus, ſi eadem aderit æquitas, tranſmittetur etiam legatum, vel fideicommiſſum purum. Quartus caſus eſt, quando fideicommiſſarius rei ſingularis, vel legatarius deceſſit poſt aditam hæreditatem; hoc etiam in caſu locum eſſe tranſmiſſioni affirmarunt Paul. de Caſtr. in l. vnic. in princ. num. 7. C. de caduc. tollend. Pract. Papien. in form. libell. pro legato rei ſingularis. in gloſ. 1. numero 10. Capra conſil. 62. in 2. dub. & in conſil. 66. in fin. Iaſ. in l. ſi infanti. colum. penult. C. de iur. delib. Rip. in l. hæredes mei. §. cum ita. num. 47. ff. ad Trebell. Socin. ſen. in d. l. cum filiofamilias. num. 32. Et hic quidem caſus probatur ex tex. in l. cogi. §. Mætianus. ff. ad Trebell. l. 3. l. ſi in perſonam. C. de fideicom. & ratio eſt nàm cum hæres adeundo hæreditatem videatur cum legatarijs, & fideicommiſſarijs contrahere. l. 3. i. fi. ff. ex quib. cauſ. in poſſeſſ. eat. & ob id ipſis fideicommiſſarijs actio incipiat ex teſtamento competere, qua contra hæredem experiantur, vt reſtituat. l. 1. C. cōmun. de legat. & tradit Bart. in l. ſi legatus. in princ. ff. ad trebell. Apparet iam ius aliquod ipſis fideicommiſſarijs acquiſitum eſſe, nempe actionem, quam ad ſuos hæredes tranſmittunt. l. 1. C. de hæredit. act. Quintus eſt caſus, quando fideicommiſſarius rei ſingularis, vel legatarius deceſſit ante aditam hæreditatem ab hærede, hic caſus maiorem habet dubitationem, communis tamen ſententia eſt locum eſſe tranſmiſſioni; ita communem teſtatur Alciat. in d. l. cum filiofamilias. num. 26. verſ. vltimus caſus. ff. de leg. 1. qui huius ſententiæ recenſet Socin. ſen. in conſil. vlt. lib. 4. atteſtātem pariter eſſe communem. & verè eam probarunt Bart. in d. l. cum filiofamilias. nu. 13. & Alex. in d. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebell. vbi Rip. num. 58. refert pariter Imol. & Guid. Pap. & his accedunt Socin. iun. in conſ. 155. colum. vlt. lib. 2. Crauet. in d. l. cum filiofamilias. in 2. part. num. 264. & nu. 283. Phanuc. in tractatu de inuētar. part. 6. nu. 73.

Hi ſunt caſus recitati, vt dixi, ab Alciat. *in* d. l. cum filiofamilias. nu. 25. ff. de legat. 1.

2 Ego autem ad duos tantum caſus materiam tranſmiſſionis legatorum, & fideicommiſſorum purè relictorum reſtringo.

3 Primus eſt de legatis, & fideicōmiſſis particularibus. Secūdus de fideicōmiſſis vniuerſalibus differūt. n. legata & fideicōmiſſa particularia à fideicommiſſis vniuerſalibus, quia legata & fideicommiſſa particularia exæquata ſunt, fideicommiſſa autem vniuerſalia non ſunt exæquata legatis particularibus. gloſ. in l. 1. in fin. ff. de leg. 1. quam ſequitur Bart. ibi num. 5. & ſeqq. Ripa num. 30. & alij. Picus in l. in quartam. num. 2. ff. ad leg. falcid. Craſſ. in §. legatum quæſt. 1. num. 4. Gomez. uar. reſol. tom. 1. cap. 12. num. 1. Differentias vero inter fideicommiſſum vniuerſale & particulare recitat idem Craſſ. in §. fideicommiſſum. quæſt. 3. & quædam de his tradit Peregr. de fideicom. art. 5.

4 Inquantum igitur ad primum caſum, nempe ad legata & fideicommiſſa particularia, hæc quoad tranſmiſſionem cedunt à die mortis teſtatoris, ita vt ſi legatarius, ſeu fideicommiſſarius poſt mortem eiuſdem teſtatoris quocunque tempore decedat, legatum, & fideicommiſſum, petitionemquè ipſius legati, & fideicommiſſi ad eius hæredes tranſmittit. l. ſi poſt diem. in princ. l. 1. ff. quand. dies legat. ced. l. vnic. §. cum igitur. & §. in nouiſſimo. C. de caduc. tollend. l. ſi ità legatum. §. illi ſi volet. ff. de leg. 1. gloſ. in d. §. cum igitur. in verb. cedere. & ibi Bart. num. 1. Bald. num. 6. Caſtren. nu. 7. & ratio eſt, quia
5 legata, & fideicommiſſa particularia etiam ignoranti quæruntur. l. cum pater. §. ſurdo. ff. de leg. 2. l. fin. C. quando dies legat. ced. l. ſi partem. §. ſi per fundum. & ibi gloſ. vlt. ff. quē ad ſeruit. amitt. nec obſtat, ſi dicatur qđ legata, & conſequenter fideicommiſſa hæc particularia poſſint repudiari l. ſi tibi homo. §. cum ſeruus ff. de leg. 1. & ſic non tranſmittantur niſi fuerint agnita & acceptata, cùm idem ſit de hæreditate filij, qui etiam quòd ex præſumptione iuris ſit hæres patris. glo. in auth. vt ij qui obligatas. §. vt autem. in verb. parentes. gloſ. 2. in l. 1. C. ſi min. ab hæred. ſe abſtin. & gloſ. in l. neceſſarijs. in verb. teneantur. & ibi Alex. ff. de acquir. hæredit. tamen intelligitur ipſo volente, non aliàs. Bart. Paul. de Caſtr. & Corn. in l. ſi matre C. de ſuis & legit. attento quod habet ius abſtinendi. §. ſui. inſtit. de hęred. qualit. & differ. & regula eſt generalis quòd diſpoſitio concernens fauorem certæ

per-

perſonæ intelligitur ipſa volente l.2.ff.de leg.commiſſ.latè Roland.conſ.81,num.5.& ſeqq.vol.3.Tiraq.ĩ tract.Le mort ſaiſit, part. 7.declar.1,num.4.& ſeqq. quia reſpondetur quod licet legata & fideicommiſſa particularia irreuocabiliter, & incõmutabiliter acquirantur ſolùmmodo poſt acceptationem, & agnitionem, ex eo quia tunc repudiari non poſſunt; nihilominus acquiruntur etiam ſtatim mortuo teſtatore ante acceptationem vel agnitionem reuocabiliter tamen, & commutabiliter, cùm tunc repudiari poſſint, ità ſoluit gloſ.in l.ei qui ità. in verb. acquiri.ff. de condit.inſtit.& ibi Bart.Bald.Paul.de Caſtr. & cæteri omnes & Surd.conſ.253. num. 24. & ſeqq. vol. 2. Petr. de fideicom. quæſt. 1.1.
6 num.593. Quò verò ad obligationem cedunt à die aditæ hæreditatis tantùm, & non ante; & eſt ratio, quia obligatio oritur ex quaſi contractu, qui reſultat ex aditione.l. apud Iulianum. in fine. & l. ſeq. ff. quibus ex cauſ. in poſſeſſ.eatur.§.hæres, Inſtit. de oblig.quæ ex quas.contr.naſc.& ſic dicunt Bart.Bald. Angel. & Caſtr. loc. cit. & Gomez. var. reſol. tom.1.cap.5.nu.14.verſ.ſi verò hæres ſpõte.
7 quò ad tranſlationem autem dominij, iura videntur inter ſe diuerſa, nàm quod dominium rei legatæ tranſeat in legatarium à die aditæ hæreditatis per hæredem tex.eſt in l. ſi tibi homo.§.cum ſeruus.ff. de leg.1.l. & eleganter.§.item ſi ſeruum ff.de dolo; ſed quòd imò tranſeat à die mortis teſtatoris eſt tex.pariter apertus in l.vnic.§ cum igitur. in fin. & §.in nouiſſimo.C.de caduc. tollend. vbi dicitur quod dies legati cedit à morte teſtatoris, & in l. legatum ità.ff. de leg.2.l.à titio.ff.de furt.vbi quod dominium rei legatæ tranſit recta via in legatarium,& concordat l. ſi ſeruus legatus ff. de noxa.lib. Pro conciliatione igitur iſtius contrarietatis diſtinguitur, vt verè cedat à die aditæ hæreditatis, & hoc modo procedit tex.in d. l. ſi tibi homo.§. cum ſeruus. & l. & eleganter.§. item ſi ſeruum, quia non poteſt peti legatum niſi hæreditate adita; fictè autem cedat à die mortis teſtatoris,& hoc modo intelligitur tex. ĩ d.l. vnic. §. cum igitur. in fin. &.§. in nouiſſimo. cum alijs iuribus ſupracitatis, & ſic conciliat gloſ. in d.§. cum ſeruus. in verb. aditæ. & in d.§. item ſi ſeruum.in verb. factus. & in l.à Titio. in verb.recta via.ff.de furt.& Bart.ac Bald.in loco præcitato. Aret. in l.omnia.num.2.ff.ſi cert.pet.
8 Ampliatur primò iſte primus caſus, vt locum habeat etiam in inſtitutione purè facta in re certa dato cohærede vniuerſali; hæc enim cum habeatur loco legati,& naturam legati ſortiatur, ſimiliter tranſmittitur ad heredes ipſo inſtituto in re certa decedente ante aditam hæreditatem ab hærede vniuerſali. Bart.in l.ex facto.la grande.num.3.ff. de hæred.inſtit. Alex.conſ.211.num.2.lib.7. Crauet.in l.cum filiofamilias. in 2.part. nu.265. ff.de leg.1. quamuis aliter ſit de inſtitutione vniuerſali, vt dicam in caſu.8.numer. 161.& ſeqq.

Ampliatur ſecundò, vt procedat quoque in legato, vel fideicommiſſo particulari relicto ſub conditione, vel in diem; poſtquam purificata eſt conditio, vel ceſſit dies, de quo dicam inferius.num.23.

Ampliatur tertiò, vt locum habeat, quando legatur ab vno legatario, vel fideicommiſſario in alterum, vt pariter dicam inferius nu. 26.

9 Ampliatur quartò procedere, etiamſi legata, vel fideicommiſſa relicta ſint à ſubſtituto; nam legatario, vel fideicommiſſario quandocunquè poſt mortem teſtatoris decedente nõ ſolum antequam venerit dies ſubſtitutionis, ſed etiam antequam inſtitutus hæreditatem adierit, legatum vel fideicommiſſum quoad petitionem ad hæredes tranſmittit.l.hæredis aditio.§. inde dicimus.ff. quando dies legat. ced.quod verum eſt, etiamſi relicta ſint à ſubſtituto pupillari d.l.hæredis aditio.§.tantundem.& l.1.ff.eodem.tit.

10 Declaratur primò caſus iſte, vt locum non habeat, quando legatum, vel fideicommiſsũ, ſi dies ipſius ſtatim cederet à die mortis teſtatoris redderetur inutile; vt quando teſtator in teſtamẽto reliquit libertatem ſeruo, eique aliquid legauit, nam hoc caſu legatum iſtud non cedit, nec conſequenter tranſmittitur à die mortis teſtatoris, ſed à die aditæ hæreditatis tãtùm. l.heredis.§.interdum.cum l.ſeq. ff.quãd.dies leg.ced.l.1.§.ad eos.iuncta gloſ. in verbo.futurus.ff.ad leg.Falcid.d.l. vnic.§. libertatibus.C.de caduc.tollend.& hoc ea ratione quia ſi dies legati cederet à die mortis teſtatoris, illud eſſet inutile, quaſi datum ſeruo ſine libertate.l.ſeruis.C.de legat.legatum enim non debetur ante libertatem, quia ſequeretur, quod hæreditas acquireret ſibi ipſi, cum quicquid acquirit ſeruus, acquirat Domino, ſiue hæreditati; libertas autem non competit ante aditam hæreditatem. l.nam cum libertas.ff.quand. dies leg. ced. d. l.vnic.§.libertatibus; quia ſi fieret liber ante aditam hæreditatem, & poſtmodum contin-

geret

geret hæreditatem non adiri, abſurdum eſſet
libertatem reuocari: gloſ. in d. §. libertati-
bus. in verbo libertatibus. Idem probat
tex. in l. epiſtolam. §. mulier. ff. ad Trebel-
lian. vbi Auia inſtituit nepotem, quem gra-
uauit reſtituere nurui ſuæ, quam quidem nu-
rum deinde grauauit reſtituere filio hæredi
inſtituto ab Auia, & ſic ei, à quo acceperat, in
telligitur nurus grauata poſt mortem; & hoc
ex eo reſpectu, quia aliàs fideicommiſſum nu
rui inutile eſſet; ſic declarat Bart. in d. §. mu-
lier. & Aret. conſ. 155. nu. 3. verſ. nec obſtat.
& Ruin. conſ. 131. nu. 6. lib. 2. Menoch. de
præſumpt. lib. 4. præſumpt. 199. nu. 9.
11 Declaratur ſecundò non procedere in le-
gato, quod facit teſtator ſeruo ſimiliter alteri
legato. l. hæredis. §. interdum. cum l. ſeq. & l.
cum legato. ff. quand. dies leg. ced. & rationē
aſſignat gloſ. in d. §. libertatibus. in verb. alijs,
verſic. in ſecundo. quia cum legatarius non
habeat ius in ſeruo legato ante aditā hæredi-
tatem, conſequenter ſeruus ei non acquirit
per l. cū ita. §. cū ſeruo. ff. quand. dies leg. ced.
12 Declaratur tertiò non procedere in legato
vſusfructus, vſus, & habitationis; in his enim
non cedit dies à morte teſtatoris, ſed ab adita
hæreditate tantum, & decedente legatario
ante aditam hæreditatem non tranſmittit le-
gata, nec eorum petitionem ad hæredes. de
vſufructu. l. 2. l. ſi poſt diē. §. ſi vero. ff. quand.
dies leg. ced. l. vnic. §. libertatibus. C. de ca-
duc. tollend. de vſu, & habitatione. d. l. 2. Et
ratio eſt, quia hæc non ſunt ad hæredes tranſ-
miſſibilia. l. 3. l. ſi habitatio. ff. quand. dies leg.
ced. & videbimus inferius caſ. *66.* & *67.* ſicut
13 è conuerſo in his, quæ ad hæredes tranſ-
miſſibilia ſunt, regulariter cedit dies à morte
teſtatoris, vt per Cyn. Bart. Angel. & commu
niter Doct. in d. l. vnic. §. in nouiſſimo. C. de
caduc. tollen. vbi reprobata gloſ. dicunt ſer-
uitutes reales cedere à morte teſtatoris ſicut
cætera legata, ea ratione quia iſtæ ſeruitutes
ſunt tranſmiſſibiles ad hæredes, & ratio ratio
nis eſt nam dies dicitur cedere quoad tres ef-
fectus, nempe tranſmiſſionis, obligationis, &
translationis dominij. Bart. Bald. Ang. Ca-
ſtrenſ. & alij in d. l. vnic. §. cum igitur. C. de
caduc. tollen. Modò dies cedit à morte teſta-
toris ad effectum tantum tranſmiſſionis, nam
quoad alios effectus obligationis. ſ. & transla
tionis dominij cedit ab adita hæreditate, vt
ſupra proximè viſum eſt, & teſtantur DD.
prædicti: Igitur vbi ſumus in materia ad hæ-
redes nō tranſmiſſibili, fruſtratorium eſt quę
rere, an ad effectum tranſmiſſionis dies cedat
ante aditam hæreditatem. d. l. 3. ff. quand.
dies leg. ced.
Declaratur quartò non procedere, quan-
do legatarius, vel fideicommiſſarius deceſſit
viuo teſtatore, vt infra dicam. nu. 28.
14 Huiuſmodi autem legata, & fideicommiſ-
ſa particularia purè relicta, etiam non agnita
cedi, donari, & in alium transferri poſſunt.
Iaſ. in l. 1. nu. *96.* ff. de leg. 1. Ruin. conſ. 126.
num. 15. lib. 3. Peregr. de fideicomm. art. 31.
num. 31.
15 Secundus caſus eſt de fideicommiſſis vni-
uerſalibus puris, & in his quoque cedit dies,
quoad tranſmiſſionem à tempore mortis te-
ſtatoris, ſicut in legatis, & fideicommiſſis par
ticularibus, ita vt ſi fideicommiſſarius dece-
dat poſt mortem teſtatoris fideicommiſſum
purum etiam non agnitum ad hæredes tranſ-
mittit: ſic poſt Cyn. & Iacob. de Aren. tenet
Bart. in d. l. cum filiofamilias. num. 13. ff. de
leg. 1. & conſ. 13. num. 10. quam opinionem
communem eſſe teſtantur Iaſ. in d. l. cum fi-
liofamilias. num. 118. Ripa. num. 76. Guid.
Pap. conſ. 122. num. 4. & 5. pro quo facit tex.
in d. l. vnic. §. cum igitur. §. in nouiſſimo. C. de
caduc. tollend. vbi indiſtinctè dicitur diem le
gatorum, & fideicommiſſorum purè relictorū
16 cedere à die mortis teſtatoris: Et ratio eſt,
quia fideicommiſſario vniuerſali ſtatim ſecu-
ta morte teſtatoris competit officium nobile
ad cogendum hæredem inuitum adire, & ſibi
reſtituere hæreditatem. l. quia poterat. ff. ad
Trebell. gloſ. in l. ſi legatus. in verb. iudicium.
vbi Bart. ff. eod. & gloſ. in l. & ſine. in verb. cō-
uentos. vbi Bal. num. 4. C. ad Trebell. Dec.
conſ. 478. numero 7. verſic. ſed breuiter. Offi-
17 cium autem Iudicis nobile ſurrogatum loco
actionis de ſui natura eſt tranſmiſſibile ad hæ
redes. l. non ſolum. ff. de in integr. reſtit. l. Pan
18 tonius. in princ. ff. de acquir. hæred. Ex quo
ſequitur, quod ſiue fideicommiſſarius deceſ-
ſerit poſt aditam hæreditatem nondum ſibi
facta reſtitutione, ſiue deceſſerit ante hæredi-
tatem aditam, indiſtinctè tranſmittit; de pri-
mo nempè cùm deceſſerit poſt aditam hære-
ditatem nondum ſibi reſtitutione facta, addu
citur tex. in l. cogi. §. Mætianus. §. idem Mæ-
tianus. ff. ad Trebell. l. à teſtatore. ff. de cōdit.
& demonſtrat. l. 3. l. ſi in perſonam. C. de fi-
deicommiſſis. & tradit Bart. in d. l. cum filio-
familias. num. 12. & ibi Alciat. num. *26.* verſ.
vltimus caſus. & Socin. ſen. num. 32. & Ripa
nu. 73. qui teſtantur de communi opinione;
idem Socin. ſen. conſ. vlt. num. 4. lib. 4. Dec.
conſil. 478. num. 5. Socin. iun. conſil. 129. nu.

1511b,1. Albi conſil.79.num.20.lib.1.Pere-
gr.de fideicom,art.31.num.4.Vaſqu.de ſuc-
ceſſ.progreſſ.§.7.num.49.Curtiun.conſil.
16.num.8.propè fin. & num. 9. Benedict. in
c.Rainutius.de fideicommiſſ. ſubſtit. nu. 63.
64.Gomez.var.reſolut.tom.1.cap.5.num.9.
verſ.ſi vero talis.& num.14.verſ.item quæro
Gaill.obſeruat.131.num.1.& ſeqq.lib.2.

Quoad ſecundum, quando ſcilicet fidei-
commiſſarius deceſſit ante aditam hæredita-
tem ab hærede,quod adhuc locus ſit tranſmiſ
ſioni,hoc probatur in l.3.§.ſi quis Titio.verſ.
idem dicendum.ff.de adimen.legat.l.quidã
ita in teſtamento.ff.ad Trebel.d.l.vnic.§.cũ
igitur.& §.in nouiſſimo.C.de caduc.tollend.
& tenet Bart. in d.l.cum filiofamilias. num.
13.& communem ibidem eſſe teſtantur So-
cin.ſen.num.35.& Iaſ.num.106.verſ.in con-
trarium.ff.de leg.1.& Ripa in l.hæredes mei.
§.cum ita.num.58.ff.ad Trebell.& in d.l.cum
filiofamilias.num.76.ff.de legat.1.ſequitur
Pariſ.conſil.66.num.57.lib.3.Neniz.conſil.
64.num.8.Guid.Pap.conſ.122.num.7.&
conſ.148.num.2.Roland.conſ.46.numer.4.
lib.3.Couar.in c.Rainaldus.§.1.num.3.de te
ſtam.Crauet.in d.l.cum filiofamilias. in 2.
part.num.280.in fin.Zanch.in repet.d.§.cũ
ita.num.163.& Bologn.num.129.in 2.& 3.
ampliat.Vaſqu.de ſucceſſ.progreſſ.§.7.nu.
49.Capic.deciſ.89.num.5.Natta.conſ.472.
num.14.Benedict.in d.c.Rainutius.de fidei-
com.ſubſtit.num.64.verſ.plus dico.Soarez.
recept.ſent.lit.F num.113.Craſſ.in §.fidei-
commiſſum.quæſt.67.num.1.Præt.de inter-
præt.vlt.vol.fol.212.nu.20.Gomez.d.tom.
1.cap.9.verſ.ſi vero nondum.cum pluribus
alijs quos allegat Soarez loc.cit.Cæuall.de
comm.contr.comm.quæſt.635.ratio autem
19 differentiæ,quare hæreditas non adita regu-
lariter non tranſmittatur.l.vnic.§.in nouiſſi-
mo.C.de caduc.tollend,l.emancipata.C.qui
admitti;Et tamen tranſmittatur fideicommiſ
ſum non agnitum, maxime fideicommiſſum
vniuerſale,quod aſſimilatur hæreditati,§.re-
ſtituta.inſtit.de fideicom.hæred.l.ſi filiusfa-
milias §.1.ff.quod cum eo.Corn.conſil.180.
ſub num.2.lib.4.ea eſt,quia hæres ante aditã
hæreditatem nullum ius habet deducibile
aduerſus alium; fideicommiſſarius autem
vniuerſalis ante aditam hæreditatem habet
ius à lege,ſcilicet officium Iudicis,quo poteſt
cogere heredem adire,& reſtituere.l.apud Iu
lianum.§.vtrum.l.cogi.§.Mætianus.& §.idẽ
Mætianus.ff.ad Trebell.quod quidem iudi-
cis officium tranſmiſſibile eſt d.l.non ſolum.
ff.de in integr.reſtit.poſt aditam vero hære-
ditatem habet actionem ex teſtamento, quâ
illum cogere poteſt ad reſtituendum.l.1.ff.
comm.de legat.quæ actio pariter ad hæredes
tranſmiſſibilis eſt.l.vnic.C.vt action.& ab hę
red.& contra hæred.

20 Ampliatur iſte ſecundus caſus, vt idem ſit
quoque in fideicommiſſo purè relicto in co-
dicillis,vel vigore clauſulæ codicillaris indu-
cto; iſtud enim fideicommiſſum tranſmitti-
tur,ſiue illud vniuerſale ſit, ſiue particulare;
& ſiue adita, ſiue non adita ſit hæreditas: vt
poſt Alexan.Aret.Roman.& Raphael.Cu-
man.& contra Bart.in l.1.in 1.quæſt.ff.de iu
re codicill.& conſ.12.& illius ſequaces, nem
pe Ang.de Aret.Barth.Socin.& Alex.tenẽt,
& tuentur Iaſ.in d.l.cum filiofamilias.num.
120.& ſeqq.& Ripa num.74.& 75.vbi etiã
teſtatur de communi.ff.de leg.1.idem Ripa
in l.hæredes mei.§.cum ità num.57.in fine.
ff.ad trebell.Dec.conſ.478.num.6.& ſeqq.
& conſil.490.numero 11.& 12.latè Cra-
uet.in d.l.cum filiofamilias nu.284.& ſeqq.
vbi quindecim fundamentis docet Bart.&
eius ſequaces malè ſenſiſſe; & hanc quoque
opinionem contra Bart.tenet Gulielm.de Be-
ned.in repet.c.Rainutius.in verb.ſi abſque
liberis moreretur.2.num.66.de fideicom.
ſubſtit.de teſtam.& probauit Peregr.de fi-
deicom.art.31.num.5.& ita demum deci-
ſum fuit,vt per Capic.deciſ.89.numer.5.ſe-
quitur Præt.de interpræt.vlt.vol.lib.3.in-
terpræt.1.dub.5.ſolut.4.num.20.fol.212.&
Craſſ.in §.fideicommiſſum.quæſt.67.nu.3.
& ea potiſſimum adducitur ratio,quia virtus
teſtamenti trãſfunditur in codicillos,& pro-
pterea ſibi aſſumit naturam fideicommiſſi,&
codicillorum l.2.§.fin.ff.de iure codicill.

Ideo cùm in facto occurriſſet caſus ſequen
tis tenoris: quidã Petrus Perrera inſtituit hę
redem ſuum Ioanem Lerget eius nepotem ex
ſorore, & ei ſine liberis decedenti ſubſtituit
quoſdam alios conſanguineos,qui ſubſtituti
deceſſerunt viuente dicto Petro teſtatore &
in teſtamento adiecta fuit clauſula codicilla-
ris, obijt idem teſtator cum illo teſtamento,
Ioannes autẽ Lerget eius hæres ſciens hære-
ditatem ſibi delatam non curauit adire, & ſic
elapſo anno deceſſit;vnde orta fuit cõtrouer-
ſia ſuper hæreditate dicti teſtatoris inter Frã
ciſcum Perrerã nepotem ipſius teſtatoris ex
fratre,& Nicolaum Lerget fratrem cõſangui
neum ipſius Ioannis Lerget hæredis inſtituti
& ſic inter hæredem ab inteſtato teſtatoris,&
hæredẽ ab inteſtato Ioannis Lerget inſtituti,
quia

quia Fräciſcus Perrera dicebat quòd cùm hæreditas dicti ſui patrui non fuiſſet adita per Ioannem Lerget inſtitutū, teſtamentum erat factum irritū, & conſequenter hereditas ſpectibat ad eum; Nicolaus autem Llerget è conuerſo dicebat quòd cùm in teſtamento adeſſet clauſula codicillaris, hæreditas erat conuerſa in fideicōmiſſum purum, & propterea illud eſſe ad ſe tranſmiſſum, ſtante quod fideicommiſſum purum etiam non agnitum tranſmittitur ad hæredes, vt ſupradictum eſt, nàm clauſula codicillaris operatur, quòd ſi teſtamentum non valet ex eo quòd non eſt adita, hæreditas hæres ab inteſtato cogitur reſtituere hæreditatem hæredi ſcripto detracta per eum Trebelliamica l. eam quam C. de fideicomiſſ. l. quia autem. ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſt. Bart. in l. 1. nu. 17. ff. de iur. codicil. Alex. cōſ. 9. num. 6. vol. 1. Conſuluit ergo in hac facti ſpecie Cancer. uar. reſol. lib. 3. cap. 31. num. 198. cum voto quoque aliorum Iuriſconſultorum iſtud fideicommiſſum ſic inductum vigore prædictæ clauſulæ codicillaris etiam non agnitum nec adita hæreditate eſſe tranſmiſſum ad prædictum Nicolaum hæredem ab inteſtato ſupradicti Ioannis Lerget hæredis inſtituti.

Subampliatur autem hæc ampliatio, quia fideicommiſſum iſtud vigore clauſulæ codicillaris inductum tranſmittitur etiam fideicommiſſario decedente ante hæredem inſtitutum. Craſſ. in d. §. fideicommiſſum quæſt. 67. num. 1. & 3.

21 Ampliatur pariter vt procedat etiam ſi fideicommiſſa relicta ſint à ſubſtituto, quia fideicommiſſario quandocunque decedente poſt mortem teſtatoris, etiam ſi decedat antequam aduenerit dies ſubſtitutionis, vel hæres hæreditatem adierit, tamen ius petendi fideicommiſſum ad hæredes tranſmittit l. hæredis aditio. §. inde dicimus ff. quād. dies leg. ced. etiā ſi eſſent relicta à ſubſtituto pupillari. d. l. heredis aditio. §. tātundē. & l. 1. ff. eod. tit.

22 Ampliantur primò generaliter iſti duo caſus quia legatum, & fideicommiſſum purum non agnitum, nec acceptatum tranſmittitur à die mortis teſtatoris nō ſolùm ad filios, ſed etiam ad hæredes extraneos. Ripa in l. hæredes mei. §. cum ita. num. 57. ff. ad Trebell. Gabriel. conſ. 121. num. 21. lib. 1. Odd. de compend. ſubſtit. part. 6. quæſt. 1. art. 2. ampliat. 1. Intrigl. de ſubſtit. cent. 3. quæſt. 45. num. 3.

23 Ampliantur ſecūdò iſti duo caſus vt locū habeant non ſolùm in legato vel fideicommiſſo puro, ſed etiam in legato vel fideicommiſſo conditionali purificato, vel etiam in diem poſtquàm dies ceſſit, quia legatum vel fideicommiſſum conditionale ſiue ſit particulare, ſiue vniuerſale, poſtquàm eſt purificatum, vel in diem poſtquàm dies aduenit ſimiliter tranſmittitur ante agnitionem vel acceptationem: hoc probatur ex tex. in l. fin. ff. quand.
24 dies leg. ced. & in l. fin. C. eod. & ex ratione quia legatum vel fideicommiſſum conditionale dicitur purum poſtquàm conditio euenit, cùm puri ac purificati idem ſit iudicium l. ſi pupillus. ff. de condit. inſtit. l. ſed & ſi de ſua. in fin. ff. de acquir. hæred. l. potior. §. videamus. ff. qui potior. in pignor. hab. l. vlt. §. titius. ff. de vulg. & pup. Zanch. in repet. l. hæredes mei. §. cum ita. num. 463. ff. ad Trebell. & ſic quod tranſmittatur, reſponderunt Socin. ſen. conſ. vlt. num. 4. lib. 4. Socini iun. conſ. 141. num. 27. vol. 2. Cæphal. conſ. 132. num. 8. Roland. conſ. 46. num. 6. lib. 3. Paul. de Caſtr. conſ. 77. num. 6. part. 2. Surd. conſ. 253. num. 28. vol. 2. & conſ. 517. nu. 2. verſ. & ſi dicatur. & nu. 3. lib. 4. Gabriel. conſ. 121. num. 21. lib. 1.

25 Subampliatur quia tranſmittitur non ſolùm ad filios ſed etiam ad extraneos hæredes, vt dixi num. 22.

Declaratur ampliatio, nā requiritur quod purificatio, vel ceſſio diei euenerit ante mortem legatarij ſeu fideicommiſſarij, alias ſi eueniſſet poſt mortem non eſſet locus tranſmiſſioni l. 4. §. ſed & ſi deceſſerit ff. de alim. & cibar. leg. l. vnic. §. ſin autem aliquid C. de caduc. tollend. l. ſi in perſonam. & ibi gloſ. in verb. vtiliter C. de fideicom. Corn. cōſ. 248. num. 1. vol. 1.

26 Ampliantur tertiò omnes iſti duo caſus, vt procedant etiam cùm legatur ab vno legatario vel fideicommiſſario in alterū, cùm enim huiuſmodi legatum vel fideicommiſſum purum cedat à die mortis teſtatoris, ob id ſecundus legatarius vel fideicommiſſarius poſt mortem eiuſdem teſtatoris decedens, legatum vel fideicommiſſum illud etiam non agnitum ad eius hæredes tranſmittit Crauet. in d. l. cum filiofamilias. 2. part. num. 270. & ſeq. ff. de leg. 1. qui reprobat Iacob. de Nigr. contrarium dicentem in l. 1. nu. 58. verſ. non obſtat ratio. ff. eod.

27 Ampliantur quartò ijdem duo caſus, vt procedant etiam ſi legatarius vel fideicommiſſarius moriatur ante hæredem inſtitutum quia nihilominus (cùm agatur de legato, & fideicommiſſo puro, quod cedit à die mortis teſtatoris) tranſmittit omne ius ſuum ad

hæredes. Odd. de compend. part. 6. quæſt. 1. art. 2. verſ. primus caſus. Trentacinq. de ſubſtit. part. 4. cap. 14. num. 26. Intrigl. de ſubſtit. cent. 3. queſt. 45. num. 2. Craſſ. in §. fideicommiſſum, quæſt. 67. num. 1. Rota Roman. deciſ. 163. num. 1. part. 2. in recent.

Ampliantur quintò duo caſus prædicti, vt non ſolùm procedant quoad tranſmiſſionem legati & fideicommiſſi, ſed etiam quoad tranſmiſſionem iuris repudiandi ipſum legatum, & fideicommiſſum; namquè ſi legatarius vel fideicommiſſarius deceſſit ante agnitionem, poteſt hæres ex perſona eiuſdē legatarij, vel fideicommiſſarij defuncti legatum & fideicōmiſſum illud repudiare eo modo quo poterat defunctus; hoc probat tex. in l. ſi fundum ſub conditione §. ſi titius ff. de leg. 1. & ratio eſt quia hæredi licita ſunt omnia, quæ defuncto permiſſa erant l. hæres in omne ius ff. de acquir. hæred. l. cum hæredes ff. de acquir. poſſ. l. nihil aliud ff. de verb. ſignif. l. heredem ff. de reg. iur. nimirùm quia repræſentat perſonam defuncti §. 1. in auth. de iureiur. à morient. & in eum tranſeunt omnia iura, & actiones l. 1. C. vt action. ab hæred. & cont. hæred. & ſimile eſt de hæreditate, quia in caſibus, quibus ea non adita tranſmittitur ad hæredes, tranſmittitur cum beneficio abſtinendi, & repudiandi l. ſi quis filium familias §. 1. l. neceſſarijs ff. de acquir. hæred. §. ſui. Inſtit. de hæred. qualit. & differ. & ità in ſpecie quòd hæres legatarij poſſit repudiare legatū non agnitum ab eodē legatario, tradit Socin. iun. conſil. 150. num. 4. volum. 2. & Surd. ex profeſſo conſ. 300. vol. 2.

Nec obſtat, quòd dominium rei legatæ tranſeat recta via, & ipſo iure in legatarium l. à Titio ff. de furt. etiamſi ignoret legatum ſibi factum l. cum pater §. ſurdo ff. de leg. 2. ob id tanquàm acquiſitum ampliùs repudiari nō poſſit ad tex. in l. ſuus hæres. & l. ſicut maior C. de repud. hæred. quia reſpondetur quòd licèt dominium tranſeat recta via in legatarium, tamen tranſit commutabiliter, & reuocabiliter, ità quòd legatarius poteſt illud legatum ante agnitionem acceptare, & repudiare l. ſi tibi homo §. cùm ſeruus. l. ſeruum filij. §. ſi quis ff. de leg. 1. ſic reſpondet gloſſ. in l. ei qui ità, in verb. acquiri ff. de cōdit. inſtit. Paul. de Caſtr. in l. ſi ità legatum. §. illi ſi volet nu. 2. ff. de leg. 1. Aret. in l. omnia nu. 2. ff. ſi cert. pet. Socin. conſ. 78. num. 6. vol. 4. Bertrand. conſ. 116. num. 20. & ſeqq. vol. 2. Natta conſil. 488. nu. 20. vol. 3. Benint. deciſ. 37. nu. 8.

Declaratur tamen iſta ampliatio, vt non procedat quando quis vellet repudiare legatum in damnum, & præiudicium alterius ſine proprio ſuo commodo, puta ſi vellet legatum renunciare in præiudicium creditorum, qui non poſſent ſatisfieri de illorum credito, niſi illud computaretur in hæreditate debitoris, idemque renuncians nullum ex hac renūciatione commodum ſentiret, hoc enim caſu non eſſet ei permiſſa repudiatio legati l. liberto octoginta ff. de bon. libert. quamuis aliter dicendum ſit dùm repudiat ad propriam vtilitatem licèt cùm damno alterius, quia tùnc poteſt hæres legatarij legatum ipſum repudiare, non habita conſideratione damni alterius quod poteſt euenire; ſic declarat Bart. in l. ſi mihi & tibi. num. 3. in fin. quem ſequitur ibi Caſtrenſ. num. 4. Alex. num. 6. verſ. ſubſequenter Iaſ. nu 17. & ſeqq. ff. de leg. 1. idem Alex. conſ. 113. num. 5. vol. 3. Surd. d. conſ. 300. num. 20. & ſeqq. vol. 2. & ratio eſt quia intereſſe proprium renunciantis facit ceſſare ſuſpicionem fraudis l. meritò ff. pro ſoc.

28 Declarantur primò duo caſus prædicti, vt locum non habeant quādo legatarius, vel fideicommiſſarius deceſſit ſuperſtite teſtatore, tunc enim licet legatum & fideicommiſſum ipſum ſit purum, tamen non tranſmittitur, ſed efficitur quaſi caducum: de legato l. ſi auguſtæ. ff. de leg. 2. l. vnic. §. pro ſecundo C. de caduc. tollen. Crauet. in l. cum filiofamilias. in 2. part. num. 266. ff. de leg. 1. ex ſententia Paul. de Caſtr. in l. ciuitatibus. §. 1. ff. de leg. 1. & Corn. conſ. 118. num. 6. lib. 2. Et de fideicommiſſo d. l. vnic. §. pro ſecundo C. de caduc. tollen. Curt. iun. conſ. 96. numer. 4. & 5. Crauet. in loc. cit. num. 314. & Præt. de interpræt. vlt. vol. fol. 215. ſub num. 34. verſ. ſanè. Gabriel. conſ. 91. num. 5. lib. 2.

Et idem eſt ſi decedat ante hæredem grauatum de aliquid dando, vel ſoluendo poſt eius mortem, vel cùm morietur, quia legatarius, vel fideicommiſſarius decedens ante ipſum hæredem grauatum, non tranſmittit legatum vel fideicommiſſum ad hæredes ſuos, non quia illud effectum ſit caducum, ſed quia eſt conditionale, & decedens ante ipſum hæredem dicitur decedere ante euentum conditionis l. 1. §. dies. ff. de condit. & demonſtrat. l. ſi cum heres l. huiuſmodi. ff. quand. dies leg. cedat l. ſi pecunia. §. quod ità ff. de leg. 2. l. vnic. §. ſin autem aliquid ſub cōditione. verſ. quod ſi in medio C. de caduc. tollend. imò illud non tranſmittit neque ad liberos. Pariſ. conſ. 83. nu. 1. & ſeqq. vol. 2. & conſ. 21. nu. 1. & 2. vol. 3.

Idem

Idē eſt quoque de hærede inſtituto, quia
ſi is decedat ante teſtatorem caducatur teſta-
mentum, & ſubſtitutio pupillaris. De teſta-
mento tex. in l. non putauit §. à primo gradu
ff. de contra tab. d. l. vnic. §. pro ſecundo C. de
caduc. tollend. & de ſubſtitutione pupillari l.
quod ſi filius ff. de captiu. & poſtlim. reuerſ.
gloſ. in d. §. pro ſecundo. in verb. ſubſtitutus.
Quamuis aliter dicendum ſit de ſubſtitutio-
ne vulgari, vel etiam fideicommiſſaria, hæc
enim non expirat, nec efficitur caduca ſi inſti-
tutus decedit in vita teſtatoris d. l. 1. §. pro ſe-
cundo: ſed latè de caducitatibus ſubſtitutio-
num, & an & quando caducato primo gradu,
ſequens admittatur, tradunt Menoch. conſil.
106. nu. 373. & ſeqq. Peregrin. de fideicom.
art. 15. & Fuſar. de ſubſtit. fideicom. quæſt.
469.
29 Subdeclaratur primò huiuſmodi declara-
tio non procedere ſi ex coniecturis conſtare
poteſt de intentione teſtatoris, quòd voluerit
legatum & fideicommiſſum tranſmitti etiam
ſi legatarius, vel fideicommiſſarius decedat
30 ante teſtatorem, poteſt enim teſtator id quod
de ſui natura tranſmiſſibile non eſt tranſmiſ-
ſibile facere, & è conuerſo, Bald. in l. ſi pater,
num. 19. C. de inſtit. & ſubſtit. Dec. in l. 1. nū.
7. C. eod. Socin. in l. 3. num. 3. ff. de leg. 1. Iaſ.
in l. ſi is qui pro emptore. num. 345. ff. de vſu-
cap. Zanch. in l. hæredes mei. §. cum ita num.
195. in 1. editione. ff. ad trebell. Natta conſil.
688. num. 2. vol. 4. Dec. conſ. 574. num. 4. So-
cin. iun. conſil. 63. num. 2. & 3. lib. 4.
31 Sic etiam quod tranſmiſſibile eſt à die mor
tis ipſius teſtatoris poteſt facere quòd illud
tranſmiſſibile ſit ſolummodo poſt certum tē-
pus, puta ſi idem teſtator dixerit; titio centū
dato, aut ſi titius ante deceſſerit quàm acci-
piat, eadem centum Sempronio dato; tunc ſi
titius decedat ante legati exactionem, illud
non intercedente mora hæredis teſtatoris ad
hæredes non tranſmittit l. 3. §. ſi quis titio.
vbi Bart. num. 4. ff. de adim. leg. & latiùs dicā
inferius num. 37. & ſic non attenderetur tem
pus mortis teſtatoris, ſed exactionis: ſic ver-
32 ba quę aliàs important conditionem ex con-
iecturata mente teſtatoris important diem,
non conditionem. Ruin. conſ. 166. num. 10.
lib. 3. Torniell. in l. hæredes mei. §. cum ita;
num. 61. verſ. moueor. & ibi Zanch. nu. 209.
per tex. in d. l. in conditionibus. §. hæc ſcriptu
ra. ff. de condit. & demonſtrat. & l. Seius Sa-
turninus ff. ad trebell. & ita quod legatarius
vel fideicommiſſarius ex coniecturata teſta-
toris volūtate tranſmittat etiam ſi is ante te-
ſtatorem decedat, tenet Ruin. conſ. 156. nu.
1. iuncto nu. 4. lib. 2. Dec. d. cōſ. 574. nu. 1. &
ſeqq. quod extollit Socin. iun. conſ. 167. nu.
21. & ſeq. vol. 2. idem Dec. conſ. 369. num. 1.
Crauet. in l. cum filiofamilias. 2. part. num.
267. ff. de leg. 1. Molin. in apoſt. ad cōſ. Alex.
109. vol. 2. in apoſtill. magn. ad finem, quem
allegat Zanch. in d. §. cum ita. num. 215. Bur-
ſat. conſ. 261. num. 12. Phanuc. de inuentar.
part. 6. nū. 88. in fin. Baldaſſ. Quint. conſ. 177.
num. 45. inter conſ. vlt. vol. lib. 1. Mantic. de
coniect. vlt. vol. lib. 11. tit. 20. nu. 29. & hanc
veram eſſe puto, licet è contra teneant Curt.
iun. conſ. 96. num. 4. & 5. Paul. de Caſtr. con-
ſil. 402. num. 1. lib. 2. Torniell. in d. §. cum ita.
nu. 62. in fin. Crauet. in d. l. cum filiofamilias.
in 2. part. num. 314. & 359. ff. de leg. 1. Præt.
de interpræt. vlt. vol. lib. 3. fol. 215. ſub num.
34. verſ. ſanè; ſed iſti intelliguntur quando
non extant coniecturæ teſtatoris in contra-
rium ex iam dictis.
33 Subdeclaratur ſecundò non procedere in
fideicommiſſo facto in cōtractu iuxta l. quo-
ties. C. de donat. quæ ſub mod. & tradita per
Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 14. num. 8. & Mar-
tam conſ. 191. nu. 1. & ſeqq. cum multis rela-
tis per eos, tunc enim illud pariter tranſmit-
titur ad hæredes etiam decedente fideicom-
miſſario ſuperſtite fideicommittente per tex.
in §. ex conditionali. inſtit. de verb. oblig. §.
cum quis. inſtit. de inut. ſtipul. l. is cui. ff. de
action. & obligat. & ſic tenet Gulielm. de Be-
ned. in c. Rainutius. in verb. vxorem nomine
Adelaſiam. de ſucceſſ. ab inteſt. num. 62. de te
ſtam. Zanch. in d. §. cum ita. nu. 154. verſ. am-
plia ſecundò. Surd. conſ. 517. num. 3. lib. 4. &
deciſ. 144. num. 24. & dicam in caſ. 5. nume-
ro 5.
34 Subdeclaratur tertiò iſta declaratio non
procedere quādo legatum, vel fideicommiſ-
ſum relictum eſt alicui ſub nomine dignita-
tis, tunc enim licet legatarius vel fideicom-
miſſarius decedat antequàm cedat dies lega-
ti vel fideicommiſſi, nihilominus legatum ip-
ſum, vel fideicommiſſum non fit caducum,
ſed tranſit ad ſucceſſorem in ea dignitate,
quia præſumitur teſtatorem voluiſſe relinque
re non illi particulari perſonæ exiſtenti in di-
cta dignitate, ſed ipſimet dignitati. l. quod
Principi. & ibi Bart. Bald. & Paul. de Caſtr. ff.
de leg. 2. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit.
17. num. 1. & 2. Menoch. de præſumpt. lib. 4.
præſumpt. 121. num. 1. & ſeqq. quod tamen
intellige quando dignitas competit iure pro
prio, ſecus ſi nomine alterius, vel ex alterius
per-

perſona; idem Bart. Bald. & Paul. de Caſtr. in d. l. quod Principi. Mantic. loc. cit. num. 3. & Menoch. d. præſumpt. 121. nu. 5.

35 Declarantur ſecundò iſti duo caſus, vt nõ procedant quando legatæ ſunt duæ res alternatiuè, & vna legata eſt purè, altera ſub conditione, tunc enim ſi legatarius decedat ante euentum conditionis non ſolùm non tranſmittit legatum conditionale, ſed nequè legatum quod purè relictum eſt l. cum illud, §. nec aliud. l. cum ità. in princ. ff. quand. dies leg. ced. Zench. in d. §. cum ità. nu. 188. Roman. ſing. 88. Euerard. in loc. legal. loc. à natur. alternat. nu. 12. verſ. quintò.

36 Subdeclaratur iſta declaratio vt locum habeat quando conditio pendet etiam poſt mortem eiuſdem legatarij, tunc enim verum eſt, quòd legatis duabus rebus alternatiuè, vna purè, altera ſub conditione, non ſolùm non tranſmittitur legatum conditionale, de quo nullum eſt dubium, ſed neque tranſmittitur legatum, quod purè relictum eſt. Si autem cõditio extitit viuo legatario, tunc ſtante purificatione ipſius conditionis ſine dubio tranſmittitur, vt mox dixi nu. 23. & pariter ſi conditio non extitit, ſed defecit in vita, idem eſt, quia adhuc iſtud legatum purum tranſmittitur. d. l. cum ita. in princip. ff. quand. dies leg. ced. & ſi defecit in puncto mortis, puta ſi teſtator dixerit; Seiæ decem dato, aut ſi peperit dato fundum: tunc ſi ea deceſſerit antequam pariat, conditio cenſetur deficere in puncto mortis, & tali caſu legatum decem, quod eſt purum, ad hæredes pariter tranſmittitur. l. ſi vſusfructus. §. inde quęrit. ff. quand. dies leg. ced. & ſic intelligit, & diſtinguit Bart. in d. l. cum illud. verſ. circa iſtud.

37 Declarantur tertiò iſti duo caſus, nàm aliter dicendum eſt quando legatarius habet ſubſtitutum vulgarem, cũ in legato fieri poſſit ſubſtitutio vulgaris, ſicut in inſtitutione. l. vt hæredibus. ff. de leg. 2. puta ſi dictum ſit lego tibi fundum, & ſi nolueris, ipſum lego Sẽpronio; quando enim legatarius cui facta eſt hæc ſubſtitutio vulgaris, agnouit legatum in vita, moriens quidem tranſmittit ipſum legatum ad eius hæredes, non ad ſubſtitutum, ex quo ipſa ſubſtitutio vulgaris per agnitionem legati expirata eſt. l. ſi legata. C. de legat. & per mortem agnoſcentis amplius non reuiuiſcit l. qui res. §. aream. ff. de ſolut. l. ſolita. C. de remiſſ. pignor. Verùm ſi idẽ legatarius moritur antequàm legatum agnoſcat vel repudiet; huiuſmodi legatum quamuis purum ſit non ſemper tranſmittitur ad eius hęredes, ſed diſtinguitur hoc modo: Aut verba executiua referuntur ad ipſum legatarium, & tunc ſi hæres teſtatoris fuit moroſus in ſolutione legati, illud tranſmittitur ad hæredes eiuſdẽ legatarij, at ſi non fuit moroſus non tranſmittitur ſed vadit ad ſubſtitutum l. 3. §. 1. ff. de adimend. legat. Aut referuntur ad hæredem ideſt hæredem teſtatoris, Et tunc ſi ſumus in legato particulari tranſmittitur ad hæredes ipſius legatarij ſtatim quod dies ceſſit, hoc eſt à die mortis teſtatoris, nec requiritur aliqua mora hæredis d. §. 1. verſ. ſed & cum quis; ſi autem ſumus in legato vniuerſali, illud vadit ad ſubſtitutum, nec tranſmittitur ad hæredes legatarij, niſi vel eidem legatario facta fuerit reſtitutio ipſius legati l. quidam ità. ff. ad trebell. vel hæres teſtatoris fuerit moroſus in reſtitutione eiuſdem legati. d. §. 1. verſ. idem dicendum: & ſic diſtinguendo tenet Bart. in d. l. 3. §. 1. num. 4. ff. de adimend. legat. & cum eo tranſeunt. Paul. de Caſtr. in l. ſi legata. nu. 2. & Alex. & Iaſ. num. 1. C. de legat.

38 Subdeclaratur primò hæc tertia declaratio, vt locum habeat ſi legatarius decedit poſt diem legati cedentem, quia ſi decederet antequàm cedat dies legati, legatũ ipſum ad eius hæredes nunquàm tranſmitteret, ſed iret indiſtincte ad ſubſtitutum d. l. 3. §. 1. & ibi glo. in verb. Titij. l. ſi legatum. §. quod ſi ita. ff. de adimend. legat.

39 Subdeclaratur ſecundò hæc declaratio vt non procedat quando in legato facta eſt ſubſtitutio fideicommiſſaria, puta ſi teſtator grauauit legatarium reſtituere rem legatam alteri, namque ſi idem primus legatarius moritur antequàm legatum agnoſcat, vel percipiat, huiuſmodi legatum nec tranſmittitur, nec extinguitur, ſed remanet apud hæredes teſtatoris cum onere ſuo, hoc eſt quia debent illud reſtituere ſubſtituto, ſi res legata eſt apud eos. l. ſi ab eo. ff. de vſufruct. legat. Bart. Bald. & Paul. de Caſtr. in l. fideicommiſſum. ff. de leg. 1. Iaſ. in l. ſi legata. num. 2. C. de legat. ſi verò eſſet apud alium debent actionem cedere aduerſus eũ. l. ſi ſeruus legatus. §. qui Margaritam. ff. de leg. 1.

40 Declarantur quartò omnes iſti duo caſus quia licet legata pura cedant, & tranſmittantur à die mortis teſtatoris etiam non agnita, non tamen idem dicendum eſt de pęna adiecta ſolutioni ipſorum legatorum, nàm ſi legatario relictum eſt aliquid ſoluendum ab hærede intra certum tempus ſub pęna amiſſionis hęreditatis, vel alia pęna; idem legatarius quandocunquè decedens poſt mortem teſta-

toris

toris ante ſolutionem legati, legatum quidē ad hæredes transmittit; pœnam autem adiectam ſolutioni ipſius legati & commiſſam ob non factam ſolutionem intra ſtatutum tempus, minimè transmittit. Sic tradunt Bart. col. 7. Guliel. de Benod. in repet. c. Rainutius. verbo ſi abſque liberis. 2. de legat. & fideicom. num. 230. Caualcan. decis. 10. nu. 38. in fin. parte 3. Roman. ſing. 491. Præt. de interpræt. vltim. vol. lib. 3. fol. 217. num. 54. adducunt tex. in l. ſi pænum. & l. cum ſine. ff. quād. dies leg. ced. quæ leges hoc non probant; ſed tamē declaratio in ſe vera eſt, nam actio quæ pęnalis eſt ex vtraque parte vt ī hoc caſu quia agitur de pęna applicāda his, à q bus nihil abeſt, non tranſit ad hæredes; nec contra hæredes Bart. in l. 1. nu. 6. ff. de priuat. delict. Oſaſch. decis. 152. num. 8. vbi plures refert. Farinac. in pract. crim. quæſt. 10. nu. 61. & ſeqq. Ang. Aret. in §. his autem. num. 2. verſ. ſecundò habes. inſtit. de lege aquil.

41 Sed licet hæc fideicōmiſſa vniuerſalia pura, & ſimiliter in diem certam relicta quoad transmiſſionem cedant à die mortis teſtatoris, tamen antequam agnita ſint, non poſſunt alteri cedi titulo ſingulari, vel particulari, ita quòd ceſſionarius cogere poſſit hæredem adire, & reſtituere ex Trebelliano l. ſi mulier. la 2. §. ex aſſe. ff. de iure dot. Bald. in l. 2. num. 1. C. de pact. & conſil. 219. num. 1. lib. 2. Iaſ. in l. 1. num. 96. ff. de legat. 1. & in l. cum ſecundum num. 2. C. de fideicomm. Ruin. conſil. 126. num. 12. lib. 3. Ripa in l. hæredes mei. §. cum ita. num. 63. ff. ad Trebell. Corn. conſil. 211. num. 11. vol. 2. Tiraquel. cum alijs per eum allegatis de retract. lignag. §. 26. gloſ. 1. num. 52. & ratio colligitur ex eodem text. in d. §. ex aſſe, nempe quia reſtitutio non fieret ſecundum quòd teſtator diſpoſuit, quam rationem adducit etiam Bart. in l. qui ita §. 1. ff. ad Trebellian. Iaſ. in d. l. 1. num. 97. ff. de leg. 1. Roland. conſil. 28. num. 35. lib. 2. Peregr. de fideicommiſſ. artic. 31. num. 30. ideo Bald. in l. ſancimus. num. 2. C. ad Trebell. dicit hoc eſſe ſpeciale in reſtitutione ex Trebelliano ea ratione, quia non poteſt ſeparari à perſona fideicommiſſarij, ſed oportet, quòd ſumat vim in eius perſona.

42 Declaratur primò, quia licet fideicommiſſarius vniuerſalis non poſſit cedere ius fideicommiſſi vniuerſalis, & ceſſionarium conſtituere procuratorem in rem ſuam; poteſt tamen conſtituere procuratorem ſimplicem nomine ipſius fideicommiſſarij ad petendum reſtitutionem l. reſtituta, §. ſed & ſi voluntate. l. qui ita. §. etiam abſentis; & vtrobique Doctores. ff. ad Trebell. gloſ. in l. apud Iulianum. §. vtrum. in verb. & reſtituere. ff. eodem tit. Peregrin. de fideicomm. art. 31. numero 32. qui tamen procurator ſecundum Bart. in l. ſi ſtipulatus fuerim. numero 6. ff. de verbor. oblig. & eundem Peregrin. ibidem, debet habere mandatum ſpeciale.

43 Declaratur ſecundò, vt tunc demum ceſſionarius, & procurator in rem ſuam non poſſit agere, nec hæredem compellere adire, quando ſcilicet peteret ſimpliciter hæredem cogi adire, & ſibi reſtituere, ſecus ſi peteret hæredem cogi adire, & reſtituere fideicommiſſario ad vtilitatem tamen ipſius ceſſionarij, ſiue emptoris; hoc enim modo agere, & hæredem compellere poteſt, vt poſt Bald. Angel. Imol. & Raphael. tenet Alexand. in d. l. apud Iulianum. §. vtrum. num. 3. Paul. de Caſtr. in d. l. qui ita. §. etiam abſentis. num. 6. ff. ad Trebellian. Boſſ. in tit. Bannit. quid amitt. num. 16. Gabriel. conſil. 121. numero 49. lib. 1. & ratio eſt, quia ſic iura tranſeunt in fideicommiſſarium, & conſequenter ceſſat ratio propter quam prohibita eſt ceſſio fideicommmiſſi; idē Gabriel. d. conſil. 121. numero. 49. lib. 1.

44 Declaratur tertiò, quia poſt agnitum fideicommiſſum vniuerſale, poteſt fideicommiſſarius illud cedere, vendere, & de eo vti de hęreditate adita diſponere. ff. & C. de hæredit. vendit. Peregrin. de fideicom. art. 31. nu. 34.

## *SVMMARIVM.*

*1 Legatum, & fideicommiſſum in diem certam relictum, quoad transmiſsionem cedit à die mortis teſtatoris; quoad obligationem, & translationem dominij die adueniente.*

*2 Legatum, & fideicommiſſum relictum in diē incertam omni incertitudine nullatenus cedit, nec conſequenter tranſmittitur, niſi die adueniente.*

*3 Dies incertus facit conditionem.*

*4 Dies incertus omni incertitudine appoſita executioni legati ſeu fideicommiſsi puri, facit illud conditionale, & impedit tranſmiſſionem.*

*5 Legatum & fideicommiſſum relictum in diē, quam certum eſt eſſe venturam; ſi certum eſt venturam eſſe in vita legatarij, tranſmittitur ad hæredes; ſi incertum, non tranſmittitur, niſi die adueniente.*

*6 Dies, quam incertum eſt, eſſe exituram in vita legatarij, ſeu fideicommiſſarij, impedit tranſmiſsionem etiam ſi ea appoſita non eſt ſub-*

*ſubſtantiæ ſed executioni, ac etiam ſi appoſita eſt in perſonam tertij non habentis intereſſe.7.*

8 *Legatum, & fideicommiſſum relictum in diē non incertam omni incertitudine, ſed incertam, an ventura ſit, vt eſt dies certæ ætatis, dicitur conditionale, & non tranſmittitur; ſiue adiecta ſit perſonæ honorati. ſiue in perſonam grauati.9 & ſeqq. ſiue in perſonam tertij.12.*

10 *Differentia inter dictionem, poſt, & dictionē, cum;*

11 *Dictio; tamen; iuncta cum dictione, ita, vel dictione, ſi, ſtat taxatiuè.*

13 *Dies certæ ætatis facit legatum, & fideicommiſſum conditionale vbi appoſita eſt ſubſtantiæ; at vbi appoſita eſt executioni diſtinguitur.*

14 *Tempus nuptiarum dicitur incertum, & non omninò futurum.*

15 *Dies dicitur adiecta executioni, quando apponitur in alia oratione poſt perfectum legatum, & fideicommiſſum.*

16 *Dies certæ ætatis non facit conditionem, nec impedit tranſmiſsionem propter fauorem legatarij & fideicommiſſarij: ſed reprobatur.*

17 *Legatum, & fideicommiſſum relictum ad certum tempus limitatum, non eſt conditionale, ſed tranſmittitur.*

18 *Legatum libertatis relictū in diem certæ ætatis alicuius, non extinguitur, etiam ſi ad diē præſtitutam non peruenerit.*

## CASVS TERTIVS.

*Fideicommiſſorum, & legatorum tranſmiſsio diſcutitur quæ relicta ſunt in diem.*

QVantum ad tranſmiſſionem legati, vel fideicommiſſi in diem relicti, diſtinguendi pariter ſunt aliqui caſus.

1 Primus caſus eſt, quando à teſtatore expreſſa eſt dies certa, vt die.25. Nouembris, & tunc dies legati, & fideicommiſſi quòad trāſmiſſionem cedit, vt in legato, & fideicommiſſo puro, nēpe à die mortis teſtatoris, ita quod quandocunque legatarius, ſeu fideicommiſſarius poſt mortem teſtatoris decedat, legatum ſeu fideicommiſſum huiuſmodi in diem certam relictum ad hæredes tranſmittit l. ſi poſt diem. §. ſi verò. & ibi gloſ. in verb. poſt diem. l. ſi dies. in princ. vbi gloſ. in verb. ſtatim. ff. quand. dies legat. ced. l. Sempronius. cum gloſ. in verb. cum poſt. ff. de vſufruct. legat. l. vnic. §. cum igitur. in fin. C. de caduc. tollend. quoad obligationem, & petitionem cedit die tantummodo adueniēte. d. l. ſi dies. in princip. l. ſi cui legetur. in princip. ff. de leg. 1. & gloſ. in d. l. vnic. §. cum igitur. in verb. cedere. C. de caduc. tollend. Nec inconueniens eſt, quòd dies legati, vel fideicommiſſi non cedat quoad petitionem; ſed tamen cedat quoad tranſmiſſionem. l. hæredis. in princ. ff. quand. dies legat. ced. Ruin. conſ. 85. num. 7. in fin. lib. 2. Zanch. in l. hæredes mei. §. cum ita. numero 206. ff. ad Trebell. Quò verò ad trāslationem dominij, ſimiliter cedit die adueniente tā um, & non ante. Ripa poſt Imol. Aret. & Alex. in l. 1. num. 61. verſ. vndecimò limita. ff. de leg. 1. per tex. in d. l. Sempronius. ff. de vſufruct. legat. Pract. Papienſ. in form. libel. pro legat. in gloſ. 1. ſub num. 5.

Ampliatur, & declaratur hic primus caſus in omnibus & per omnia prout ampliatus & declaratus eſt caſus præcedens in partibus cōcernentibus legatum & fideicommiſſum purum; nàm cùm legatum & fideicommiſſum purè, & in diem certam relictum quoad tranſmiſſionem parificentur, eaſdem quoque ampliationes & declarationes tā ſpeciales, quàm generales recipere neceſſe eſt.

Ampliatur autem in ſpecie caſus iſte, quia fideicōmiſſarius tranſmittit ad hæredes etiā ſi is decedat ante inſtitutū. Odd. de compend. part. 6. quæſt. 1. art. 2. verſ. primus eſt. Intrigl. de ſubſtit. cent. 3. quæſt. 46.

2 Secundus eſt caſus, quando ab eodem teſtatore expreſſa eſt dies incerta omni incertitudine, vt cùm magiſtratum inierit, vel cum nupſerit; hoc caſu dies legati, vel fideicommiſſi tàm quoad petitionem, quàm quoad tranſmiſſionem, & alios effectus cedit ſolummodo die ipſa adueniente. d. l. ſi dies. verſ. at ſi incerta. ità quòd ſi legatarius vel fideicommiſſarius deceſſerit ante aduentum diei, legatum, vel fideicommiſſum ad hæredes nō trāſmittit. l. 1. §. dies autem. ff. de condit. & demōſtrat. l. vnic. §. ſin autem aliquid. C. de caduc.
3 tollend. quia dies incertus facit conditionem l. dies incertus. ff. de cond. & demonſtr. l. talis ſcriptura. §. ſed ſi ſub conditione. ff. de leg. 1.

4 Ampliatur procedere, etiamſi legatum, & fideicommiſſum eſſet purum, hæc autem dies incerta omni incertitudine appoſita eſſet executioni, & præſtationi ipſius legati, ſeu fideicommiſſi; nàm quamuis hæc dies non ſit appoſita ſubſtantiæ legati, vel fideicommiſſi, ſed executioni, tamen totum legatum, & fideicommiſſum redditur conditionale, & impe-

ditur

ditur tranſmiſſio, ſi legatarius, vel fideicommiſſarius interim decedat. l. quibus diebus. §. quidam Titio. ff. de cond. & demonſtr. Ruin. conſ. 85. num. 5. lib. 2. Doctores in l. ſi cui legetur. §. hoc autem. & ibi Bart. in princ. & Iaſ. num. 6. vbi dicit ſic communiter tenere Doctores. ff. de leg. 1.

6 Tertius caſus eſt, quando expreſſa eſt dies non omnino incerta, ideſt quando expreſſa eſt dies, quam certum eſt eſſe venturam: Et tunc diſtinguitur, aut certum eſt illam eſſe venturam in vita legatarij; veluti ſi teſtator dicat, hæres meus cùm Titius morietur, centum eidem Titio dato; & tunc quia certum eſt Titium legatarium eſſe moriturum, & ſic diem iſtam in vita eiuſdem legatarij purificaturam eſſe, ob id legatum iſtud tranſmittitur à die mortis teſtatoris, ita vt quandocunque legatarius deceſſerit, legatum ad hæredes tranſmittit. l. 4. §. ſi verò. ff. quand. dies leg. ced. l. hæres meus. in princ. & ibi gloſ. 1. ff. de condit. & demonſtrat. gloſ. in l. vnic. §. cum igitur. in verb. in diem certam. C. de caduc. tollend. Aut incertum eſt illam diem eſſe venturam in vita legatarij, vel fideicommiſſarij; veluti ſi teſtator dicat hæres meus cum morieris, centum Titio dato; vel inſtituo mihi hæredem vxorem meam, & poſt eius mortem ſubſtituo Aloyſium fratrem meum: & tunc licet certum ſit diem omnino venturam, quia tamen certum non eſt ipſam extituram in vita legatarij, vel fideicommiſſarij, nempè quod hæres moriturus ſit ante legatarium, vel fideicommiſſarium, ideo legatum, & fideicommiſſum iſtud tanquàm conditionale, cum dies incerta faciat conditionem, ſimiliter non tranſmittitur, niſi die ipſa adueniente; ita quod legatario, vel fideicommiſſario ante mortem hæredis decedente, legatum, vel fideicommiſſum ad eius hæredes non tranſmittitur. l. 1. §. dies d. l. hæres meus §. hæres meus l. quibus diebus. §. quidam titio ff. de condit. & demonſtrat. l. ſi cũ hæres. l. huiuſmodi. ff. quãd. dies legat. ced. l. ſi pecunia §. 1. ff. de legat. 2. Odd. de compend. part. 6. art. 2. ſub num. 70 Intrigliol. de ſubſtit. cent. 3. quæſt. 46. nu. 4. Gabriel. conſ. 121. lib. 2. Eugen. conſ. 33. nu. 25. & ſeqq. lib. 2. qui alios allegat & conſuluit in eadem facti ſpecie; ſaluo ſi eſſent coniecturæ teſtatoris in contrarium, quas adduxi in caſ. 1. num. 88. & ſeqq. Aliud eſt exemplum, ſi teſtator dixerit; lego Titio centum, ſiue ipſe contraxerit matrimonium intra annum cum Berta, ſiue non contraxerit; nam licet certum ſit alterutrum dictorum caſuum extiturum, quia tamen dubitatur, an viuo, vel mortuo legatario, ſeu fideicommiſſario extiturus ſit, ideo legatarius, vel fideicommiſſarius ante impletam conditionem decedens non tranſmittit. d. l. huiuſmodi. ff. quãd. dies leg. ced. gloſ. in l. neceſſario in verb. perfectam. ff. de peric. & comm. rei vendit.

6 Ampliatur primò hæc vltima pars iſtius diſtinctionis, vt locum habeat, etiamſi dies iſta non eſſet apposita ſubſtantiæ legati, vel fideicommiſſi, ſed apposita eſſet ſolutioni, & præſtationi eiuſdem legati, ſeu fideicommiſſi, nam quando incertum eſt, an dies extitura ſit in vita legatarij, vel fideicommiſſarij, legatum, & fideicommiſſum dicitur conditionale, & non eſt tranſmiſſibile, etiamſi dies ipſa præſtationi, & executioni apposita ſit. l. quibus diebus. §. quidam Titio. ff. de condit. & demonſtr. & ibi Bar. & Paul. de Caſtr. gloſ. vlt. & Doctores in l. Seius Saturninus. ff. ad Trebell. Iaſ. & alij in. l. ſi cui legetur §. hoc autem. num. 6. ff. de leg. 1. Zanch. in. l. hæredes mei. §. cum ita. num. 172. verſ. contrarium. & nu. 178. ff. ad Trebell. Ruin. conſ. 85. nu. 4. in fin. & num. 5. vbi teſtatur de communi. lib. 2.

7 Ampliatur ſecundò, vt procedat non ſolum quando dies apposita eſt in perſonam ipſius hæredis grauati, ſed etiam quando apposita eſt in perſonam tertij, vel alterius nullum intereſſe prætendentis, vt ſi teſtator dixit; lego centum Caio, cũ Seius morietur, vel poſt mortem Seij; hoc enim caſu, quia incertum eſt, an dies ipſa extitura ſit in vita legatarij, vel fideicommiſſarij, ideo tanquam legatum, vel fideicommiſſum conditionale ſimiliter non tranſmittitur. d. l. quibus diebus. §. quidam Titio. ff. de condit. & demonſtr. Zanch. in d. l. hæredes mei. §. cum ita. num. 172. verſ. contrarium. ff. ad Trebell.

8 Quartus caſus eſt, quando dies expreſſa à teſtatore non eſt incerta omni incertitudine, ſed incertum eſt, an ea ventura ſit, vt ſi teſtator dicat; Titio, cùm viginti quinque annorum erit, centum lego; hoc caſu quia incertum eſt Titium ad hos annos peruenire, ob id legatum ſimiliter dicitur conditionale, & ipſo Titio legatario ante aduentum temporis moriente legatum extinguitur, & ſic non tranſmittitur. l. ſi cui legetur. §. hoc autem. ff. de leg. 1. l. ſi ita ſcriptum fuerit. ff. de manum. teſt. l. ſi ſeruus liber eſſe. ff. de ſtat. liber. Bart. Bald. Ang. Caſtrenſ. Salicet. & Corn. in l. ex his. C. quand. dies leg. ced. Natta conſ. 472. num. 8. Peregrin. de fideicom. art. 31. nu. 26.

9 Ampliatur primò, vt procedat non ſolùm

quando dies hæc certæ ætatis adiecta fuit
perſonæ legatarij honorati, vt dictum eſt in
hoc quarto caſu; ſed etiam quando appoſita
eſt in perſonam hæredis grauati, vt ſi teſtator
dixit; heres meus cum viginti quinque anno-
rum erit, centum Titio det; Nam dies iſta pa-
riter legatum conditionale facit. l. Thais. §. li
bertatem. in verb. humaniore interprætatio-
ne. ff. de fideicom. libertat. vbi apparet ſpe-
ciale eſſe fauore libertatis, vt certum tempus
ætatis hæredis non faciat conditionem, & ſic
in contrarium ſit ius commune; cui quidem
textui non obſtat, quod dicit Bart. in. l. ſi cui
legetur. num. 2. verſ. ſed contra prędicta. ff. de
leg. 1. dum reſpondet illum textum loqui de
benigna interprætatione, quæ fit in qualibet
vltima voluntate, quia contrarium habetur
in. l. ſi ita ſcriptum. ff. de manumiſſ. teſt. &
pro hac parte, quòd dies iſta faciat legatum
conditionale, eſt etiam text. in l. fideicom-
miſſaria. la 1. §. etiam. ff. eod. de fideicomm.
10 libert. & licet in d. §. etiam. ſit dictio; poſt;
tamen etiam dictio; cum; facit conditionem,
& inter iſtas dictiones alia differentia non
eſt, niſi quod dictio; poſt; requirit maiorem
perfectionem; & quòd dictio; cum; deſignat
rem in potentia naturali, ſed dictio; poſt; in
actu; l. inter illam. ff. de verb. ſignif. Alex. in d.
l. ſi cui legetur. §. hoc autem. num. 2. & Iaſ. nu.
9. ff. de leg. 1. & ſic partem iſtam, quod hæc
dies adiecta perſonæ hæredis faciat legatum
conditionale, tenent Dyn. Salicet. Imol. Ra-
ph. & Aret. in d. l. ſi cui legetur. §. hoc autem.
ff. de leg. 1. Iac. de Aren. Cyn. & Bald. in. l. ex
his. C. quand. dies leg. ced. quos refert, &
pariter ſequitur Alex. in d. §. hoc autem. nu-
mero 1. & Iaſ. num. 8. & num. 9. Contrarium
verò, quod non faciat legatum conditionale
tex. eſt in l. libertis quos. §. ab hęredibus. ff. de
aliment. & cibar. legat. vbi hæres grauatus
emere militiam ſeruo; cum ipſe hæres perue-
nerit ad 25. annum, ſi contingat eum ante ip-
ſam ætatem decedere, nihilominus tranſmit-
tit onus emendi militiam ad eius hæredes, &
per iſtum tex. ſic tenet Bart. in d. l. ſi cui lege-
tur. §. hoc autem. num. 1. & 2. ff. de leg. 1. &
illum ſequitur Bald. Ang. Florian. & Paul. de
Caſtr. ibi, & Roman. in l. in illa. ff. de verbor.
oblig. quos pariter refert Alex. in d. §. hoc au
tem. num. 1. & Iaſ. num. 8. non tamen recedo
à priori opinione, quæ ex deductis verior vi-
detur, quòd ſcilicet iſtud legatum ſit condi-
tionale & hærede decedente ante annum ſuæ
ætatis. 25. legatum ipſum remaneat extinctū.
l. intercidit. ff. de condition. & demonſtrat.
& non obſtat text. in l. libertis quos. §. ab hæ-
redibus. ff. de aliment. & cibar. legat. quia te-
ſtator ibi cenſetur legaſſe militiam in remu-
nerationem ſeruitij præſtiti hæredi, ex eo
quòd legatarius cum eo moratus erat, illum-
que non dereliquerat; & iſte ſenſus colligi-
tur ex illis verbis ibi (ſi tamen te ante non re-
liquerit) nam dictio, tamen, quando iuncta
1 eſt cum, ita, vel conſequenter cum, ſi, ſtat ta
xatiue. Iaſ. in. l. ſi mora. num. 7. in fin. ff. ſolut.
matrim.
12 Ampliatur ſecundò, vt procedat nedum
quando dies iſta certæ ætatis appoſita fuit in
perſonam honorati, vel grauati; ſed etiam
quando appoſita fuit in perſonam tertiæ per
ſonæ, vt ſi teſtator dicat; lego centum Caio,
quando Seius erit 30. annorum; quia hoc ca-
ſu legatum vti conditionale non tranſmitti-
tur. l. ſi ita ſcriptum. ff. de manum. teſtam. l. ſi
ſeruus liber eſſe. ff. de ſtatuliber.
13 Declaratur primò, vt quidem verum ſit
diem ætatis, quando incertum eſt illam eſſe
venturam facere conditionem, & impedire
tranſmiſſionem, vbi appoſita eſt diſpoſitioni,
& ſubſtantiæ legati, l. vt in hoc quarto caſu
exemplificatum eſt; ſecus tamen dicendum
eſſet, quando ea eſſet adiecta ſolutioni, & prę
ſtationi eiuſdem legati, & ſic quando legatū
eſſet purum, illius autem ſolutio differretur,
nam tali caſu diſtinguitur hoc modo: Aut ſo-
lutio differtur in tempus, quod omnino futu-
rum eſt, ſi legatarius vixerit, puta cum perue-
nerit ad quatuordecim, vel ad viginti quin-
que annos, & tunc dies non facit conditio-
nem; ſed eodem legatario ante illud tempus
decedente, legatum tranſmittitur. l. ex his ver
bis. C. quand. dies leg. ced. l. Seius Saturni-
nus. ff. ad Trebell. l. firmio. §. 1. ff. quand. dies
leg. ced. Aut differtur in tempus non omnino
futurum, & ſic incertum omni incertitudine;
vt cum nupſerit; & tunc legatum eſt conditio
nale, ſicut ſi tempus adiectum eſſet ſubſtantię
legati, & conſequenter non tranſmittitur le-
gatario ante impletam conditionem dece-
dente. Iaſ. in. l. ſi cui legetur. §. hoc autem. nu.
6. ff. de leg. 1. Ruin. conſ. 85. numero 5. lib. 2.
& dixi ſupra numer. 4. namque tempus nup-
14 tiarum dicitur incertum, & non omnino
futurum l. hæc conditio filiæ meæ. in princ.
ff. de condit. & demonſtrat. l. cum teſtator.
vbi gloſ. vlt. C. de teſtam. manumiſſ. l. ſi dies.
ff. quand. dies legat. ced. Gabriel conſ. 150.
num. 4. lib. 2.
15 Tunc autē dies dicitur adiecta ſubſtātiæ,
legati quādo appoſita eſt in eadem oratione,
& con-

& conſtructu verborum, vt lego titio centum cum erit quatuordecim annorum: l. ſi cui legetur. §. hoc autem. ff. de leg. 1. ſolutioni autem, & præſtationi adiecta eſſe dicitur, quando apponitur in alia oratione poſt perfectum legatum; vt ſi teſtator dixerit, lego Caio centum, quæ ei præſtari volo, quando peruenerit ad 25. annos ſd. l. ex his. C. quād. dies leg. ced. ſic Bart. in. l. ſi cui legetur. §. hoc auté. in princip. verſ. tu dic. & ibi Bald. propè finem. verſ. aut eſt dubium ff. de leg. 1. & Paul. de Caſtr. conſ. 125. num. 2. lib. 1. & Maric. de conſect. vlt. vol. lib. 11. tit. 23. num. 28. vel ſi dixerit: lego Caio centum ex reditu prędiorum meorum futuri anni. l. firmio. in princ. ff. quand. dies leg. ced. quando autem ſumus in dubio an ſit appoſita in eadem oratione, vel in alia; ſic diſtinguitur: Aut reſpicit ſubſtantialia, & cenſetur appoſita ſubſtantiæ; aut reſpicit accidentalia, & cenſetur appoſita executioni. Bald. in c. fin. num. 2. de præſumpt. Iaſ. in l. ité quia num. 52. ff. de pact. Dec. in l. in omnibus obligationibus. num. 8. & ibi Cagnol. num. 24. ff. de reg. iur. Crott. in l. nemo poteſt, nu. 85. ff. de leg. 1.

16 Declaratur ſecundò iſte quartus caſus, vt locum non habeat propter fauorem legatarij, vel fideicommiſſarij; vt ſi teſtator legauit filiæ, cum peruenerit ad ſexdecim annos; nam illius fauore legatum præſumitur factum purè; & ſic tempus videtur adiectum ſolutioni, non autem ſubſtantiæ legati l. Seius Saturninus. ff. ad Trebell. & per illum tex. Crott. in l. 1. num. 38. verſ. primò. Ioan. de Nigr. num. 62. verſ. in duobus. Fabius num. 33. in fin. ff. de leg. 1. ſed tamen aduertendum eſt textum. in d. l. Seius Saturninus. non inducere tranſmiſſionem legati vel fideicommiſſi conditionalis ob fauorem alicuius perſonæ, quia ibi dies adiectus eſt ſolutioni qui non facit conditionem. ſic poſt Bart. Ang. & Imol. in. l. ſi Mater. in princ. ff. de vulg. & pup. voluit Alexan. in d. l. Seius Saturninus. num. 3. Crauett. in l. cum filiofamilias. in 2. part. num. 350. ff. de leg. 1. Zanch. in l. hæredes mei. §. cum ita. numer. 325. ff. ad Trebell. & Rot. Rom. deciſ. 782. num. 18. & num. 19. part. 1. diuerſ.

17 Declaratur tertiò non procedere, quando dies certæ ætatis appoſita eſt ad extinctioné legati, vel fideicommiſſi; & ſic legatum, vel fideicommiſſum relictũ eſt ad certum tempus limitatum, vt ſi teſtator reliquit vſum fructũ Caio, dum filius, vel alius ad certam ætatem peruenerit tantum, hoc enim caſu legatum, vel fideicommiſſum non dicitur relictum in diem incertum, & conſequenter non eſt conditionale, nec extinguitur per mortem illius, de cuius ętate actum eſt, ſi ea occurrat ante illud tempus limitatum. l. ambiguitatem. C. de vſufruct. & ibi notant Bart. Bald. & alij. idem Bald. in. l. ſi cui legetur. verſ. quartò oppono. ff. de leg. 1. & ſimile eſt in l. fin. C. de legat. vbi legato facto ad certum tempus finito tempore reuertitur ad hæredes teſtatoris, nec trãſit ad hæredes legatarij.

18 Declaratur quartò hic quartus caſus, quia legatum libertatis relictum in diem certæ ętatis alicuius, non extinguitur ſpeciali fauore libertatis, quamuis is, de cuius ętate actum eſt, ad præſtitutam ætatis diem non peruenerit, ſed die adueniente debetur. l. ſi ita ſcriptum. ff. de manumiſſ. teſtam. l. ſi ſeruus liber eſſe. ff. de ſtat. liber. l. fideicommiſſaria. la 1. §. etiam. ff. de fideicom. libert.

Huiuſmodi autem legata, vel fideicommiſſa in diem relicta non poſſunt cedi via ceſſionis, vt de his, quæ relicta ſunt in diem incertam dixi in primo caſu numer. 260. & de his, quæ relicta ſunt in diem certam dixi in ſecundo caſu num. 41. & ſeqq.

### *SVMMARIVM.*

1 *Legatum & fideicommiſſum relictum ſub modo, tranſmittitur ad hæredes, ſi modus per eos impleri poteſt; ſecus ſi impleri non poteſt. 4.*

2 *Legatum, & fideicommiſſum relictum ſub modo, quoad tranſmiſſionem dicitur purũ; quoad petitionem dicitur modale.*

3 *Modus quid ſit.*

5 *Legatum & fideicommiſſum relictum ſub modo impoſſibili, eſt purum, & tranſmiſſibile.*

## CASVS QVARTVS.

*Fideicommiſſorum, & legatorum tranſmiſſio tractatur quæ relicta ſunt ſub modo.*

SEquitur de legato, & fideicommiſſo relicto ſub modo, puta quando teſtator legat centum, vt legatarius, & fideicõmiſſarius aliquid faciat: hoc caſu videretur dicendũ legatario ante modũ impletũ vel ante cautionem præſtitam defuncto, legatum, & fideicommiſſum ad hæredes eiuſdem legatarij, & fideicommiſſarij non tranſmitti, at-

tento quod legatum, & fideicommiſſum ſub
modo peti non poteſt, niſi præſtita cautione
de illum implendo.l. quibus diebus.§. termi-
lius.ff.de condit.& demonſtrat. iccirco ſatiſ-
datione non præſtita videtur tranſmiſſioni
non eſſe locum: ſed tamẽ veritas hęc eſt, quod
ſi m dus i npleri poteſt per hæredes, tunc le-
gatum, & fideicommiſſum modale ad eos
tranſmittit.r, etiamſi legatarius, & fideicom
miſſarius ante modum impletum, vel cautio-
nem pręſtitã decedat per tex. & ibi gloſ. vlt.
in l.à teſtatore.ff. de condit. & demonſtrat.l.
ſi poſt diem.§.eiſdem.iuncta gloſ.in.verb.hę-
redi.ff.quand.dies legat.ced.nam quoad trãſ
2 miſſionẽ legatum, & fideicommiſſum eſt pu
rum, quoad petitionem, eſt ſub modo; eſt
3 enim modus non diſpoſitioni, ſed executioni
eius adiacens determinatio. Bald.in.l. ſi plu-
res.num.25.C. de condit. inſert. Aut ab hæ-
4 redibus impleri non poteſt, & ad eos non trãſ
mittitur; ſic diſtinguunt, & firmant Bart.in d.
l.quibus diebus.§. Termilius. numero 13. &
Bald.in d.l.ſi plures num.25.C.de condit. in
ſert.Papienſ.in form.libell. pro legat.gloſ. 1.
num.13.Alex.in l.huiuſmodi.num.1. in fin.
ff.de leg.1.& in l. ſi decem. in fin. ff. de verb.
obligat.Zanch.in d.l.hæredes mei.§.cum ita.
numer.337. verſic.vltimò.ff.ad Trebell.Ga-
briel.conſ.5.num.22. lib.1. Gomez. var. re-
5 ſol.tom.1.cap.12.num.71.& cum eis tranſit
Ruſtic.in comment.ad l.cum auus.in proem.
num.69.Si autem modus legato, & fideicom
miſſo adiectus, eſt impoſſibilis, tunc pro non
adiecto habetur.l.1.in fin.C.de his, quæ penę
nom. ſicut dicimus de cõditione impoſſibili.
l.ſi poſt diẽ.§.ſed ſi ea ff.quãd.dies leg.ced.l.
1.l.ſi quis ita.ff.de condit.inſtit.l. obtinuit.l.
multa.§.ſi ſeruos.in fin.ff.de condit. & demõ
ſtrat.§.impoſſibilis.inſtit.de hæred.inſtit. ob
id legatum, & fideicommiſſum ſub eodem
modo impoſſibili relictum remanet purũ, &
trãſmittitur Papiẽſ.in d.gloſ. 1.nu.13.in fin.

*SVMMARIVM.*

1 *Contractus conditionales tranſmittuntur ad hæredes actiuè & paſsiuè, & ratio differentię inter contractus, & vltimas voluntates. 2.*

3 *Pactum, & ſtipulatio amplectitur hæredes etiam nulla mentione de eis facta.*

4 *Reſeruatio conditionalis facta in renunciatione hæreditatis tranſmittitur ad hæredes etiam ſi reſeruans decedat ante conditionem.*

5 *Fideicommiſſum conditionale inſtitutum in contractu tranſmittitur etiam ante conditionis euentum.*

6 *Contractus conditionalis non tranſmittitur ad hæredes, ſi eſt perſonalis, vel actum eſt de iure perſonali.*

7 *Contractus conditionalis non tranſmittitur; ſi initus eſt ſuper materia non tranſmiſsibili.*

8 *Contractus conditionalis non tranſmittitur, ſi factus eſt ſub conditione poteſtatiua, vel mixta cuius non ad implementum procedit ex facto hominis tantum.*

## CASVS QVINTVS.

*Contractus conditionalis tranſmiſsio differtur.*

1 LIcet pendentia conditionis in
vltimis voluntatibus regula-
riter impediat tranſmiſſio-
nem, vt dictum eſt in primo
caſu; tamen diuerſum eſt in
contractibus, quia ſi ſtipula-
tor, vel promiſſor moriatur pendente condi-
tione obligationes, & diſpoſitiones conditio
nales tàm actiuas, quam paſſiuas ad hæredes
tranſmittit.§. ex conditionali. inſtit. de ver-
bor.obligat.§. cum quis ſub aliqua. inſtit.de
inutil.ſtipul.l.is cui.& ibi gloſ. 1.ff. de action.
& obligat.l.veteris.C.de contrah.ſtipulat.fa
cit.l.ſpem C.de donat.l. iuris gentium.§. pa-
ctorum & l.tale.in princ.ff. de pactis. & ratio
2 differentię inter iſtum, & primum caſum, hoc
eſt inter conditionem appoſitam in contra-
ctibus, & conditionem appoſitam in vltimis
voluntatibus, ea eſt, quia in contractibus in-
teruenit factum ſtipulatoris volentis ſibi, &
hæredibus ſuis proſpicere, & conſulere: ſic re-
ſpondet gloſ. vlt. communiter approbata in
d.§. ex conditionali. & gloſ. vlt. in.l. ſi vxo-
rem.C.de condit.inſert.cuius reſpõſum pro-
batur in.l.ſi pactum.ff de probat.vbi quilibet
3 præſumitur ſuo hæredi, vt ſibi prouidere; &
hinc fit, quod pactum, & ſtipulatio amplecti-
tur hæredes etiam nulla de eis mentione fa-
cta.d.l.ſi pactum.l.ſi neceſſarias.§.de venden-
do.ff.de pignorat. action. d.l. veteris. C. de
contrah. & committend. ſtipulat. quod non
eſt in legatario, vel fideicommiſſario, cuius
nullum factum interuenit, ſed ei legari poteſt
etiam abſenti, ignoranti, & dormienti, & ſibi
ipſo iure acquiritur legatum. l. cum pater. §.
ſurdo. ff. de leg. 2. & hanc eandem rationem
addu-

adducit etiã Tiraq. de primogen. quæſt. 40. num. 70. & licet Iaſ. in l. ſi is qui pro emptore. nu. 316. & ſeqq. ff. de vſucap. colligat quinque rationes iſtius differentiæ, tamen & ipſe ibi. num. 319. in princ. & num. 320. in fine. ſequitur rationem iſtam, quam etiam tenet. Gomez var. reſol. tom. 2. cap. 11. nu. 36. & Craſſ. in §. tranſmiſſio. quæſt. 31. num. 3. Pyrr. Farrus. conſ. 32. num. 6. inter conſ. vlt. vol. lib. 2.

4. Ampliatur primò caſus, vt procedat etiam in renunciatione hæreditatis facta cum reſeruatione conditionali; nam illa reſeruatio trãſmittitur, licet reſeruans decedat ante euentum conditionis Socin. conſ. 147. col. 5. circa medium, verſ. ſecundò quod cogitauerit. lib. 1. Crauet. conſ. 127. num. 9. 10. 11. & 12. Zanch. in repet. l. hæredes mei. §. cum ita. nu. 154. ff. ad Trebell.

5 Ampliatur ſecũdò vt procedat quoquè in fideicommiſſo facto in contractu iuxta l. quoties. C. de donat. quæ ſub mod. nàm ſubſtituto decedente ante donatarium ſiue hæredem grauatum, vel ante euentum conditionis: tamen fideicommiſſum ad eius hæredes tranſmittitur Bart. in l. huiuſmodi ff. quand. dies leg. ced. Bald. in d. l. quoties. in fin. Couar. pract. quæſt. cap. pen. num. 3. & 4. Gulielm. de Bened. in c. rainutius. in verb. & vxorem nomine Adelaſiam. de ſucceſſ. ab inteſt. deciſ. 5. num. 62. Oldrad. conſ. 224. numer. 28. Surd. conſ. 247. num. 6. vol. 2. & conſ. 517. num. 3. vol. 4. & deciſ. 144. numer. 24. Oſaſch. deciſ. 24. num. 2. Zanch. in d. §. cum ità. num. 154. verſ. amplia ſecundò. poſt Ang. Aret. & Rip. per eum allegatos.
2 Hæc tamen ampliatio non habet locum, quando conditio eſt expreſſa, & nominatim facta, eaquè defecta eſt, vt in ſuo loco dixi in caſ. 1. num. 198. & ſeq. vbi etiam explicaui, an ſententia ad hunc effectũ æquiparetur contractui, vel vltimæ voluntati.

6 Declaratur primò caſus non procedere, vbi perſona tantùm contrahentis conſiderata eſt, tunc enim vti actus perſonalis nunquã ad hæredes tranſmittitur l. Aurelio ff. de liber. legat. l. epiſtola. §. fin. & ibi gloſ. vlt. l. qui in futurum §. ſi ex altera ff. de pact. l. ſi ſine. §. ſi in ſtipulatione. ff. rem rat. hab. l. ob res quoque donatas. §. ſi conuenerit. ff. de pact. dotal. l. ſi marito. §. ſi pater. ff. ſolut. matrim. & idem eſt de alijs iuribus perſonalibus, quia licet ius ex contractu tranſmittatur, tamen fallit quãdo ius eſt perſonale Dec. conſ. 443. verſ. & ità etiam reſpondetur. Surd. conſ. 403. num. 41. vol. 3.

7 Declaratur ſecundò non habere locum in his quæ ex eorum natura non ſunt ad hæredes tranſmiſſibilia. Ang. in l. ſi ità ſtipuler. ff. de verb. oblig. vt vſusfructus, ſeruitus, vſus, habitatio, & ſimilia de quorum ſingulis ſuo loco inferius tractabitur.

8. Declaratur tertiò vt caſus iſte procedat, quando ſtipulatio, vel diſpoſitio facta eſt ſub conditione caſuali tantùm; quia ſi facta eſſet ſub conditione poteſtatiua non tranſiret ad hæredes l. qui Romæ. §. Augerius. ff. de verb. obligat. Bart. in l. ſi decem cum petiero. num. 6. ff. eod. tit. Burſat. conſ. 45. col. 4. verſ. non obſtant. & pariter non tranſiret, ſi facta eſſet ſub conditione mixta. Ruin. conſ. 26. num. 12. lib. 2. Cephal. conſ. 118. num. 24. & num. 33. verſ. ad illud vero. Rolãd. conſ. 63. num. 50. verſ. nec vis. lib. 4. Verùm quoad conditionem mixtam diſtinguo, vt ſi non adimplementum ipſius conditionis proceſſit ex cauſa, vel facto hominis tantum, non etiam caſus, & fortunæ; tunc dijudicanda ſit, tãquàm poteſtatiua, & conſequenter diſpoſitio ad hæredes non tranſibilis: Si autem proceſſit ex cauſa, vel facto caſus, & fortunæ tantùm, non etiam hominis, æſtimanda ſit caſuàlis, & ſic diſpoſitio ad hæredes tranſibilis, & ita dixi quoque in 1. caſ. num. 228.

*S V M M A R I V M.*

1 *Ius, & facultas implendi conditionem in vltimis voluntatibus actiue ad hæredes non tranſmittitur.*

*Fallit ſi implere debens non fuit in mora ſed fuit paratus implere. 2. paſsiue autem diſtinguitur. 3. & ſeq.*

5 *Ius implendi conditionem in contractibus tranſit ad hæredes actiuè, & paſsiuè ſicut contractus; ſi conditio eſt caſualis, ſecus ſi eſt poteſtatiua 6. etiamſi eadem conditio poteſtatiua procedat ex diſpoſitione legis 8.*

7 *Conditio debet impleri in forma ſpecifica.*

*Ius implendi conditionem acceſſoriam contractui puro ad hæredes tranſmittitur.*

10 *Ius implendi conditionem in contractibus tranſit ad hæredes, quando aliquid accipitur ex implemento eiuſdem conditionis.*

## CASVS SEXTVS.

*Ius & facultas implendi conditionem tàm in vltimis voluntatibus, quàm in contractibus an tranſmittatur.*

DIctum eſt de diſpoſitionibus conditionalibus tàm vltimarum voluntatum, quàm contractuum: nunc ſequitur de iure, ac facultate implendi cõditionem, an ſcilicet ius, & facultas implendi conditionem ad heredes tranſeat;& diſtinguo per caſus.

1 Primus caſus eſt de iure, ac facultate implendi conditionem in vltimis voluntatibus actiuè & hoc caſu ius implendi conditionem ad hæredes non tranſmittitur l. à teſtatore. ff. de condit. & demonſtr. l. fin. ff. de condit. inſtit. Bart. in l. cui fundus. num. 5. ff. de condit. & demonſtrat. & conſ. 29. nu. 1. Paul. de Caſtr. in l. ſi decem cum petiero. & ibi Iaſ. num. 12 ff. de verb. obligat. Couar. pract. queſt. capit. 39. num. 4. verſ. ſecundò. ſicut nec diſpoſitiones conditionales in vltimis voluntatibus ad hæredes tranſmittuntur. l. vnic. §. ſin autem aliquid ſub conditione. C. de caduc. tollend. l. ſi cui legetur. §. hoc autem. ff. de leg. 1.

2 Declaratur non procedere, quando implere debens non fuit in mora ſed paratus fuit implere; quia tunc ius implendi conditionem bene tranſit ad eius hæredes Bart. in d. l. cui fundus. num. 5. ff. de condit. & demonſtrat. & conſ. 16. per tex. in l. in teſtamento. & l. cum ita. la 2. in fin. ff. de condit. & demonſtrat. Paul. de Caſtr. in d. l. ſi decem cum petiero. verſic. fallit tamen. vbi Cyn. Ang. & Imol. quos refert, & ſequitur ibi Iaſ. num. 12. verſ. fallit. ff. de verb. obligat.

Subdeclaratur tamen, quia volente eo qui paratus erat implere, conditio habetur pro impleta. l. 3. ff. de condit. inſtit. l. cum pupillus. ff. de condit. & demonſtr. & ſic non eſſet amplius quærendum, an tranſeat ius illam implendi.

3 Secundus caſus eſt de iure, ac facultate implendi conditionem in vltimis voluntatibus paſſiuè, dum ſcilicet quærimus, An ius implendi conditionem tranſeat in hæredes illius in cuius perſonam implenda erat adeo ut conditio in perſonas eorundem hæredum impleri poſſit: & iſto caſu ſic diſtinguitur, nàm aut teſtator iuſſit conditionem impleri ſub nomine appellatiuo hæredis, & tũc poteſt impleri in perſonas hæredum ipſius hæredis. l. ſub diuerſis. §. hæredi. l. cum ità. la 2. ff. de condit. & demonſtrat. l. ſi peculium. §. hæredi. ff. de ſtatulib. & ratio eſt quia cenſetur habitus reſpectus potius ad hæreditatem quàm ad perſonam, vnde cùm illa ſit apud hæredem hæredis qui teſtatoris eſt hæres. l. fin. C. de hæred. inſtit. l. Stichum. ff. de re iudic. ob id in eius perſonam, poteſt quoque conditio impleri, quam rationem conſiderat Paul. de Caſtr. in d. l. ſub diuerſis. §. hæredi. num. 3. ff. de condit. & demonſtrat. Aret. in l. ſi mihi, & titio. col. 1. verſ. vnde. ff. de verb. oblig. & Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 11. tit. 17. nu. 12. Aut iuſſit eã impleri ſub nomine proprio, & hoc caſu non poteſt impleri in perſonas hęredum illius. d. l. cum ità. in princ. ff. de cõdit. & demonſtrat. in ſpecie Socin. conſ. 24. num. 11. vol. 3. Ruin. conſ. 26. num. 12. vol. 2. Aut deniquè iuſſit teſtator conditionem impleri ſub vtroque nomine & appellatiuo & proprio, & tunc inſpicitur illud nomen quod pręcedit, Nam ſi præcedit nomen appellatiuum, conditio cenſetur concepta ſub nomine appellatiuo, & ſi nomen proprium, ſub nomine proprio l. ſi communis ſeruus ità ſtipuletur. ff. de ſtipulat. ſeruor. & late dicam in caſ. 51. num. 16. Et hanc diſtinctionem videtur ſentire gloſ. in d. l. cum ità. in verb. hæredi. & ſic explicitè diſtinguit Bart. in d. l. ſub diuerſis. §. hæredi. ff. de condit. & demonſtrat. & Salicet. in l. ſi plures. num. 6. & ibi Petr. de Bellapert. Cyn. & Bald. num. 32. C. de condit. inſert. Mantic. d. lib. 11. tit. 17. numer. 25. poſt medium.

4 Declaratur caſus, nàm licet diſtinctio, an aliquis iuſſus ſit darę alicui ſub nomine appellatiuo, vel proprio procedat in hærede, quando ſcilicet quis iuſſus eſt dare hæredi, non tamen cadit in legatario quando ſcilicet quis iuſſus eſt dare legatario, puta: ſi decem tali legatario dederit: Nam legatario ipſo decedente antequàm ei dentur dicta decem non poteſt grauatus illa conditione dandi decem, conditionem ipſam implere in perſonas hæredum eiuſdem legatarij, & conſequenter non poterit idem grauatus conſequi hęreditatem, vel rem ſibi relictam ſub dicta conditione, ſed conditio deficit in perſona ipſius legatarij defuncti. d. l. ſub diuerſis. §. hæredi. l. cum ità. la 2. verſ. diuerſa. ff. de condit. & demonſtrat. & ratio eſt quia hæres legatarij non dicitur legatarius, nec conuenit ei nomen legatarij, ſicut hæres hæredis dicitur hæres primi teſtatoris. ſic Bald. in d. §. hæredi

redi & ibi Paul.de Caſtr. num.3. iuſſus enim dare legatario, videtur iuſſus ei dare nominatim, & nõ videtur teſtator ſenſiſſe de illius hærede. Bart. ibidem num. 1. in fin. per tex. in l. nominatim ff. de condit. & demonſtrat. ſubdeclaratur tamen declaratio hæc vt aliud ſit, ſi conſtaret teſtatorem aliud ſenſiſſe. l. ſi peculium. §. heredi. ff. de ſtatulib. Mantic. de coniectur. lib. 11. tit. 17. num. 29.

5 Tertius caſus eſt de iure, & facultate implendi conditionum in contractibus, quocirca ſuboriũtur alij duo caſus ſubalterni: Primus eſt quando agitur de conditione caſuali, & tunc ius implendi conditionem actiuè, & paſſiuè in hæredes tranſit, ſicut contractus conditionales. Bart. in d. l. cui fundus. num. 5. Paul. de Caſtr. in d. l. ſi decem cum petiero. & ibi Iaſ. num. 12. verſic. aut loquimur. ff. de verbor. oblig. & ratio eſt, quia talis conditio caſualis non impletur ab hærede, ſed à fortuna, & caſu, ſicquè hanc rationem adducit Iaſ. in d. l. ſi decem. num. 12. & Gaill. pract. obſeruat. obſeruat. 2. num. 1. lib. 2. & hinc eſt, quod conditio caſualis retrotrahitur ex eadem ratione, quia non poteſt imputari contrahenti, quare eam non impleuerit, cùm nõ ab eo penderet, ſed à fortuna. l. qui balneum. §. amplius. l. potior. ff. qui potior. in pignor. habeant. Bart. in l. ſi filiusfamilias. verſic. ſed quæ eſt ratio. & ibi Iaſ. num. 2. verſ. ſecundò limita. Paul. de Caſtr. & Alex. num. 4. & alij ff. de verb. oblig.

6 Secundus caſus ſubalternus eſt, quando agitur de conditione poteſtatiua: Et hoc caſu ius, & facultas illam implendi ad hæredes nõ tranſit, nec hæredibus competit. l. qui Romæ. §. Augerius. ff. de verb. obligat. d. l. ſi decem cum petiero & ibi Bart. num. 6. Bald. num. 2. Paul. de Caſtr. & Iaſ. num. 12. verſ. ſecus eſt. ff. eod. de verb. oblig. Tiraq. de retract. conuent. §. 1. gloſ. 6. nume. 15. cum alijs allegatis per eum; Couar. pract. queſt. cap. 39. in princ. verſ. obtinuit. & infra. vbi teſtatur ſic omniũ ferè conſenſu receptum eſſe, quamuis concluſionem iſtam is acriter impugnet. & ratio eſt, quia conditio videtur iniuncta perſonæ. l. ſi ita expreſſum. ff. de condit. & demonſtr. gloſ. in l. 4. ff. locat. Bart. in d. l. ſi decem cum petie-
7 ro. in fine. ff. de verb. oblig. & hinc eſt, quod debet impleri in forma ſpecifica l. qui hæredi. in princ. l. mæuius. ff. de condit. & demõſtrat. vbi conditio; ſi dederit titio, non impletur dando hæredi titij: & ſic in ſubſtantia ratiocinatur Bart. Bald. Paul. de Caſtr. & Iaſ. in d. l. ſi decem cum petiero, & Gaill. d. obſeru. 2. nu.
8 3. lib. 2. Ampliatur iſte ſecundus caſus ſubalternus, vt locum habeat, etiamſi hæc conditio poteſtatiua procedat ex diſpoſitione legis, quando nempe ex diſpoſitione legis venit aliquid implendum; nam adhuc ius, & facultas implendi ipſam conditionem legalem non tranſit ad hæredes. l. 3. in princ. vbi Bart. ff. de collat. bonor. Alex. in d. l. ſi decem cum petiero. num. 5. Iaſ. num. 12. in fin. vbi reprobant opinionem Cuman. contrarium dicentis. ff. de verb. obligat. & ſequitur Ruin. conſ. 17. num. 8. lib. 3. Dec. conſ. 261. num. 5. verſ. poſtremò.

9 Declaratur primò hic ſecundus caſus ſubalternus, vt locum non habeat, quando conditio incipit à præcedenti diſpoſitione pura; veluti promitto ſtare ſententiæ arbitri, & ſi non ſtetero promitto decem nomine pænæ; namquè hoc caſu facultas implendi conditionem tranſit ad hæredes. l. diem. §. 1. ff. de arbitr. Bart. in l. cui fundus. num. 5. verſ. ſed quãtum. ff. de verb. obligat. Bald. in d. l. ſi decem cum petiero. in fin. & Iaſ. num. 13. ff. eodem tit. Gaill. d. obſeruat. 2. num. 6. verſ. ſecundò limita. lib. 2. & ratio eſt, quia cum principalis diſpoſitio, quæ pura eſt, ad hæredes tranſeat. l. ſi pactum. ff. de probat. l. veteris. l. fin. C. de contrahend. ſtipulat. conditio quoque, quæ acceſſoria eſt, ad hæredes pariter tranſit. l. cũ principalis. ff. de reg. iur. capit. acceſſorium eod. tit. lib. 6. ſubdeclaratur hæc declaratio, vt procedat quando conditio habet præcedentem diſpoſitionem quoad hoc vt damnum euitet, non vt lucrum conſequatur. Bart. in l. à teſtatore num. 3. verſ. dices. per illum tex. ff. de condit. & demonſtrat.

10 Declaratur ſecundò non procedere, quando ille, qui debet obligari, aliquid accipit ex implemento conditionis, nam hoc caſu ius implendi conditionem tranſit ad hæredes tàm implentis, quàm illius, cui impleri debet, vt in retrouenditione, quæ fit de re empta in vim conditionis, & pacti oblato prætio. l. 2. C. de pact. int. empt. & vendit. & in venditione prædij ſub pacto addictionis in diem, hæredibus ſcilicet intra diem addictionis exiſtẽtibus. l. ſi prædio. in princ. ff. de in diem addict. Bart. in l. à teſtatore. num. 3. verſ. item oppono. & in d. l. cui fundus. in fin. ff. de condit. & demonſtr. & in d. l. ſi decem cum petiero. num. 5. verſ. quid dicemus. & Iaſ. num. 14. ff. de verb. oblig. ſequitur Gaill. obſeruat. 2. nu. 3. verſ. limita. lib. 2. Bero. conſ. 28. num. 25. vol. 2. Paul. de Caſtr. conſ. 249. ſub numer. 3. verſ. non obſtat quod tertio loco. lib. 2. & ratio eſt, quia tunc partes cenſentur contem-

plare

plare commodum quod pars conſequitur ex implemento conditionis,non perſonam quæ debet implere,vel cui debet impleri;quod dicendum non eſt,quando ex implemento conditionis nihil eſt acquirendum, quia ceſſante commodo partes dicuntur contemplare, & reſpicere ſolummodo perſonam, quæ debet implere,& hanc rationem aſſignat Iaſ.in d.l.ſi decem cum petiero.num.14.verſ.tu dic.ff.de verb. obligat.

11 Declarantur præmiſſa omnia quia concluſio, quòd implementum conditionis non tranſit ad hæredes, vel alios ſucceſſores, non procedit nec locum habet quando implementum conditionis fundatum eſt in iure ad eos tranſmiſſibili, hoc enim caſu ius implendi ipſam conditionem tranſit ad eoſdem hæredes, vel ſucceſſores in conſequentiam eiuſdem iuris quod tranſmittitur l.ſeruus ſi heredi.in princ.ff. de ſtatuliber. Paul.de Caſtr.conſ.329.num.2. verſ.reſpondetur lib.2. Roſell. inter conſ. eiuſdem Paul. de Caſtr. conſ.249.in fin.lib.2.

*S V M M A R I V M.*

1 *Subſtitutio vulgaris non tranſmittitur ad hæredes neque ad filios, vel deſcendentes. 2. Fallit ſi eſt vnita cum iure accreſcēdi. 3. & 4. Fallit etiam quia tranſmittitur ad ſubſtitutum. 8.*

5 *Ius ſubſtitutionis eſt potentius iure accreſcendi.*

6 *Expreſſa voluntas teſtatoris facit ceſſare tacitam.*

7 *Prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionem legis.*

9 *Subſtitutio pupillaris non tranſmittitur ad hæredes; neque ad proprios deſcendentes. 10. tranſmittitur tamen ad ſubſtitutum d.num. 10. & quando ea vnita eſt cum iure accreſcendi. 11.*

*Ampliatur autem & declaratur vt nu. ſeqq.*

20 *Subſtitutio exemplaris quoad tranſmiſſionē regulatur in omnibus & per omnia ſecundum terminos ſubſtitutionis pupillaris.*

21 *Subſtitutio breuiloqua, ſiue reciproca non trāſmittitur ad hæredes; neque ad proprios deſcendentes. 22. Et multòminus ſi facta ſit ſub conditione: ſi ſine liberis deceſſerint. 23. Fallit ſi eſt mixta cum iure accreſcendi. 24.*

25 *Nulla ſubſtitutio de iure communi tranſmittitur ad hæredes, & quare iure ſubſtitutionis directæ non tranſmittatur. 26. ampliatur quia nō tranſmittitur neque in fiſcum. 27. Fallit concluſio, quando teſtator voluit eas tranſmitti, & de eius voluntate ſaltem ex coniecturis apparet. 28.*

29 *Voluntas teſtatoris tranſmiſſibile facit id quod ſui natura tranſmiſſibile non eſt.*

## CASVS SEPTIMVS.

*Subſtitutionum directarum tranſmiſſio tractatur.*

NVnc dicendum eſt de tranſmiſſione ſubſtitutionum directarum, an ſubſtitutus decedens ante hæredem inſtitutum vel antequàm ipſe hæres repudiet hæreditatem, tranſmittat ius ſubſtitutionis ad hæredes,& conſtituo caſum negatiuum.

1 De vulgari enim quòd ius ſubſtitutionis vulgaris ad hæredes non tranſmittatur textus eſt in.l.toties. ff. de acquir. hæred.l. ſi ex pluribus.§.alia cauſa.ff.de ſuis,& legit.l.Lucius.§.fin.ff.de vulg. & pupill.

2 Ampliatur, quia neque tranſmittitur ad filios,vel deſcendentes Odd.de compendioſ. part.6.art.2.num.8.& 12.Peregr.de fideicōmiſſ.artic.31.num.6.Gomez var. reſol. tom. 1.cap.9.num.49.verſ.& idem eſt.

3 Declaratur primò non procedere in ſubſtitutione vulgari,quæ vnita eſt cum iure accreſcendi l.cum ex filio.§.fin.ff. de vulg. & pupill.l.qui ex duabus.ff.de acquir. hæredit. Iaſ.in.l.licet Imperator.num.26. ff. de legat. 1.Zanch.in l.heredes mei.§.cum ita.nu.159. ff.ad Trebell.Paul.de Caſtr.in l.qui patri.nu. 10. ff. de acquir. hæredit. Socin.in l. marcellus.§.quidam liberis,num.8.in fin.ff.ad Trebell.Bero.conſil.94.num.14.vol.2.

4 Subdeclaratur primò declaratio hæc vt locum non habeat quando ſupereſt aliquis ex eiſdem ſubſtitutis qui poteſt venire ad portionem deficientem,tunc enim ille præfertur & illius exiſtentia facit ceſſare ius accreſcendi & ſic tranſmiſſionem vulgaris vnitæ cum eo l.ſed ſi plures. in princ. ff. de vulg. & pup. gloſ.vlt.verſ.& hoc puto. in l.qui patri. ff. de acquir. hæred. & ibi Bart. num.3. verſ. dicit tamen.& Paul.de Caſtr.num.6.verſ.ſed contra.& in l.toties.in princ. & nu.2. ff. eod. tit. Iaſ.in l.qui plures nu.2. ff. de vulg. & pupill. Zanch.in l.hæredes mei.§.cum ita.num.311. in fin. ff. ad trebell. Iacob. Cancer. var.reſol.

5 lib.3.cap.21.nume.261. & ratio eſt quia ius ſubſtitutionis eſt potentius iure accreſcendi. l.2.§.ſi duo.ff.de bon. poſſ.ſec.tab. auth. hoc amplius.C.de fideicom.gloſ.in d.l.qui patri.

ff.de

ff. de acquir. hæred. Mantic. de coniect. vlt.
vol.lib.4.tit.12.num.15.Gomez. var. reſol.
tom.1.cap.3.num.26.& cap.10. numero 36.
Craſſ.in §.ſubſtitutio,quæſt.13.num.1.& ra
6 tio rationis eſt quia cùm ſubſtitutus habeat
teſtatoris voluntatem expreſſam,ceſſat tacita
coniecturalis ſubſtitutio,cùm expreſſum fa-
ciat ceſſare tacitum l.cum ex filio,§.filio ff.de
7 vulg.& pupill.& prouiſio hominis faciat ceſ-
ſare prouiſionem legis l. fin. C.de pact. con-
uent.l.& habet.§.cum quis,ff.de precar.& in
terminis tradit Petr.de fideicom.quęſt.9.ſub
num.254.verſ.ad differentiam.
Subdeclaratur ſecundò vt procedat ad ex-
cludendum extraneum, ſecus quando ſubſti-
tutus eſt aliquis de deſcendentibus teſtato-
ris.Gabriel.conſ.91.nu.24.lib.2. Rota Rom.
deciſ.100.num.6.part.1.in recent.
8 Declaratur ſecundò quia licet ius ſubſti-
tutionis vulgaris non tranſmittatur ad hære-
des, tamen benè tranſmittitur ad alium ſub-
ſtitutum l. ſi titius l.cohæredi.in princ. ff. de
vulg. & pup. §. ſed ſi inſtituto hæredi. inſtit.
eod.l.quàmdiu inſtitutus.§.is autem ff.de ac
quir.hæred.Bart. in l.qui habebat. numer.3.
verſ.quæro vltimò ff.de vulg. & pup. Socin.
ſen.conſ.298.num.2.verſ.primus.inter con-
ſil.Corn.vol.3.& conſ.52.num.14.lib.1.So-
cin.iun.conſ.181.num.47.vol.2.Paul.de Ca
ſtr.conſ.152.nu.1.lib.1. Boer.deciſ.38.nu.
21.Zanch.in §.cum ita.num.27. Ruin. conſ.
94.num.1.lib.2.Menoch.conſ.106.nu.374.
Gabriel.concluſ.2.num.42.de hæred.inſtit.
quam concluſionem communem eſſe dicit
Iaſ.in d.l.qui habebat.numer.4.verſ.conclu-
dunt.vbi confutat opinionem Aret.& reſpõ-
det ad tex.in l. ſed ſi plures ff. eod. Verùm
quod ſubſtitutio tranſeat ad alium ſubſtitu-
tum, hoc eſt quod caducata prima ſubſtitu-
tione admittatur ſequens ſubſtitutus,id eue-
nit iure propriæ vocationis, non iure tranſ-
miſſionis,cum enim ſubſtitutus vocatus fue-
rit à teſtatore, ideo ſuccedit ex perſona pro-
pria, non autem defuncti Corn. conſ.35.nu.
25.& ſeq. vol.2. Zanch. in l. hæredes mei.§.
cum ità.num.337.ff. ad Trebell. Mantic. de
coniect.vlt.vol.lib.11.tit.20.num.7.ob id de
hac materia tàm in vulgari, quàm in pupilla-
ri, compendioſa, & fideicommiſſaria ſubſtitu
tione, vti non pertinente ad tranſmiſſionem,
videatis per Socin.ſen.conſ.52.numer.14.&
15.vol.1.Boer.deciſ.38.num.21.& 22.Zan-
ch.in d.§.cum ità.num.27.& ſeqq.Menoch.
conſ.106.num.373.& ſeqq.Peregr.de fidei-
com.art.15.Fuſar.de ſubſtit.quæſt.469.

9 De ſubſtitutione pupillari idem dicendũ
eſt, vt ſi ſubſtitutus præmoritur pupillo, ius
ſubſtitutionis pupillaris ad hæredes ſimili-
ter non tranſmittatur l. ſed ſi plures ff. de
vulg.& pupill.l.qui habebat, & ibi per illum
tex.Bart.Bald.Caſtrẽſ. & alij ff.eod.de vulg.
& pup.Socin.ſen.conſ.52. num.14. verſ. ſe-
cundus caſus. lib.1. Boer. deciſ.38. num.21.
verſ. ſecundus caſus. Dec. conſ. 427. in fin.
Pariſ.conſ.18.num.45.lib.2.& conſ.73. nu.
40.lib.3.Socin.iun.conſ.114.num.25.lib.1.
Gomez.var.reſol.tom.1.cap.4.num.15.Ro-
man.conſ.17.Bertrand.conſ.145.numero 1.
part.1.vol.2.
10 Ampliatur, quia nequè tranſmittitur ad
proprios deſcendentes Alex.in d.l.ſed ſi plu-
res.in princ. ff. de vulg. & pup. pro quo dicit
eſſe caſum ſecundùm Doctores. in l. cum vi-
rum C.de fideicom.& in l.hæredes mei.§. cũ
ità ff. ad Trebell. ſequitur Gulielm. de Bene-
dict.in c. Rainutius. verb. ſi abſque liberis.il
2.in materia pupillaris ſubſtitutionis num.
117.Gomez.var.reſol.tom.1. cap.9. nu.49.
verſ.& idem eſt.
Declaratur primò, quia & ſi ſubſtitutio
pupillaris non tranſmittatur ad hæredes, ta-
men tranſmittitur ad ſubſtitutum, ſi extat
ſubſtitutus.Paul.de Caſtr.conſ.249.num.3.
lib.2.ſed vt ſupra dixi nu.8.verſ. verùm. hoc
non eſt de materia tranſmiſſionis, ſed voca-
tionis propriæ,ideo videatis per Doctores ibi
dem allegatos ad vnum tamen aduertendũ
eſt,quod quando inſtitutus moritur ante te-
ſtatorem, tunc ſubſtitutio pupillaris efficitur
caduca, & euaneſcit.l. quod ſi filius.ff. de ca-
ptiu.& poſtlim.reuerſ.gloſ.in l.vnic.§. pro ſe
cundo.in verb.ſubſtitutus. C. de caduc. tol-
lend.iccirco nec tranſmittitur ad ſubſtitutũ.
11 Declaratur ſecundò non habere locum in
ſubſtitutione pupillari,quæ vnita eſt cũ iure
accreſcendi, vt quia cohæres inſtitutus, ſit
ſubſtitutus pupillo, hæc enim ad hæredes
tranſmittitur,ita quod ſi idem cohæres inſti-
tutus decedat ante pupillum poſtea deceden
tem in ætate pupillari, tranſmittet ius illud
pupillaris ſubſtitutionis ad ſuum hæredem
l.qui patri,& ibi Bartol.& Alex.num.8.Paul.
de Caſtr.num.10.ff.de acquir. hæred. Iaſ. in
l.qui plures.nu.2.ff.de vulg.& pupill. Bald.
conſ.9.num.1.vol.2. Alex. conſ. 20. num.7.
lib.1.Mantic.de coniectur.vlt.vol.lib.11.tit.
20.num.13.Zanch.in l. hæredes mei. §. cum
ita.num.276.& ſeqq.ff.ad Trebell.Bero.cõſ.
94.nu.14.vol.2. Præt. de interpræt. vlt.vol.
lib.3.fol.213.num.28. Natta conſ.68.nu.8

vol. 1. Ruin. conſ. 91. nu. 6. vol. 2. intelligendo tamen, vt mox dixi. num. 4.

12 Ampliatur primò hæc ſecunda declaratio, vt locum habeat etiam in ſubſtitutione pupillari tacita compræhenſa in vulgari expreſſa, nàm ſi vnita eſſet cum iure accreſcendi, pariter ad hæredes tranſmitteretur. Roman. & Alex. in l. qui patri, num. 12. verſ. ſubſequenter dubitauit. ff. de acquir. hæred. & ſic etiam reprobata opinione Aret. tenet Crott. in l. re coniuncti. num. 116. verſic. diſpoſitio tamen, ff. de leg. 3. ratio namquè adducta in d. l. qui patri, eodem modo militat in tacita pupillari, ſicut in expreſſa; & taciti ac expreſſi idem eſt iudicium vbi in iure non inuenitur differentia. l. cum quid. ff. ſi cert. pet. l. item quia. in princ. ff. de pact.

Declaratur ampliatio, vt non procedat, quando mater eſt in medio ità poſt Roman. ſcribit Trentacinq. de ſubſtit. part. 4. cap. 14. num. 13. in fin.

13 Ampliatur ſecundò, vt locum habeat etiã quãdo pupillus vniuerſaliter inſtitutus fuit, & pupillariter ſubſtitutus eſt alteri filio, vel filiæ inſtitutæ in re certa, nàm ſi idem filius vniuerſaliter inſtitutus decedat ante filium, vel filiam inſtitutam in re certa, & deinde decedat quoquè idem filius, vel filia in pupillari ætate; nihilominus adhuc vigore iuris accreſcendi locus eſt tranſmiſſioni. Paul. de Caſtr. in d. l. qui patri. numer. 10. & Alexand. num. 11. poſt Imol. & Raphael. quos allegat.

14 Ampliatur tertiò procedere etiam quando ſubſtitutio facta eſſet impuberi per hæc verba; quiſquis mihi erit hæres, filio meo impuberi hæres eſto; nàm licet per hæc verba videantur ſubſtituti ſolũmodo hæredes ſcripti. l. cum filio. l. qui liberis. §. hæc verba. ff. de vulgar. & pupill. Et ille qui eſt inſtitutus, vel ſubſtitutus dicatur ſcriptus. l. 1. ff. de his quæ in teſtamen. delent. & ſic teneat Bald. in l. quidam elogio. num. 22. in fin. C. de iure deliber. nihilominus quod imò locus ſit tranſmiſſioni, tenent Paul. de Caſtr. in d. l. qui patri. num. 10. verſic. in gloſ. fin. vbi Roman. & Alexand. num. 15. qui dicit quòd ſic omnes videntur tenere: & ad iura in contrarium adducta reſpondet Alexand. ibi, & Crott. in l. re coniuncti. numer. 118. ff. de leg. 3. quod ideo illud ibi eſt, quia ſupererant alij, & quia ius ſubſtitutionis non erat coniunctum cum iure accreſcendi.

15 Ampliatur quartò hæc ſecũda declaratio, quia tranſmittitur etiam ſi teſtator filio impuberi ſubſtituiſſet ſuperuiuentes, nàm quãuis hæc ſubſtitutio videatur eſſe perſonalis quoad ipſos ſuperuiuentes tantùm, ideoquè non tranſmiſſibilis ad hęredes ſubſtituti. arg. l. ſi pater filiũ. ff. de vulg. & pupill. & per hanc rationem, & legẽ ſic dicat. Bald. in d. l. qui patri. num. 23. verſ. ſed non ne. ff. de acquir. hæred. tamen contrarium, quòd imò ad hęredes eorundem ſubſtitutorũ tranſmittatur verius eſt, quia d. l. qui patri. admittit hæredes ſubſtituti pupillaris etiam ſi idem ſubſtitutus vocatus eſſet per nomen proprium. glo. fin. in d. l. qui patri. ob id multò magis admittẽdi sũt, ſi ipſe ſubſtitutus vocatus eſt per hoc verbũ, ſuperuiuens; & hanc rationem adducit Alex. ibidem num. 19. & per eam ſic tenet Paul. de Caſtr. num. 10. verſ. in gloſ. fin. ſequitur Gabriel. concluſ. 2. num. 59. verſ. contrarium. de hæred. inſtit. & Crott. in l. re coniuncti. num. 117. ff. de leg. 3.

16 Subdeclaratur primò hæc ſecunda declaratio, vt ea non procedat, nec conſequenter locus ſit tranſmiſſioni ſubſtitutionis pupillaris tanquàm vnitæ cum iure accreſcendi ex diſpoſitione d. l. qui patri. ff. de acquir. hęred. quando pupillus abſtinuit ſe ab hæreditate paterna, quamuis enim contrariam ſententiã quòd imò hoc caſu locus ſit tranſmiſſioni, tenuerint Doctores in d. l. qui patri. nẽpe Raph. Imol. Roman. Fulgoſ. Gulielm. de Cun. Bal. Franc. de Rampon. & Paul. de Caſtr. num. 6. quos refert, & pariter ſequitur Alexand. ibi num. 9. verſ. in gloſ. in fin. & illam communẽ eſſe dixerit Crott. in l. re coniuncti. num. 120. in fine. ff. de legat. 3. nihilominus exiſtimo tranſmiſſioni non eſſe locum, cùm enim pupillus non adiuerit hæreditatem patris, eius hæreditas non fuit commiſta cum eadem hæreditate paterna, vnde non poteſt habere locum ius accreſcendi, quod ceſſat in hæreditate diuerſorũ. l. ſi ſub cõditione. ff. quib. mod. vſusfruct. amitt. & hãc partẽ tenet gloſ. in l. vnic. §. ſin autem aliquid ſub conditione. in verb. ſuperſtite. C. de caduc. tollend. Bart. in d. l. qui patri. num. 4. & ibi Ang. colum. 2. verſic. ſecundum principale eſt. & Crott. in d. l. re coniũcti. num. 119. & 120. ff. de legat. 3. vbi etiam ſoluit obiecta omnia.

17 Subdeclaratur ſecundò, vt locum non habeat hæc ſecunda declaratio, quando pupillus cui facta eſt ſubſtitutio exhęredatus fuit; exhæredato namque poteſt ſubſtitui pupillariter. l. 1. §. ſubſtituere. ff. de vulg. & pupill. §. non ſolùm. inſtit. de pupill. ſubſtit. & ſic tenet Ang. in d. l. qui patri. verſ. ex prædictis. &

Alc-

Alexan.numer.9.verſic.& plus dicunt. ff.de acquir.hæred.& Crot.in d.l.re coniuncti.numero 121.ff.deleg.3.Paul.de Caſtr.in l.quidam elogio. num.4. C. de iure delib. ducuntur ea ratione, quia dum pupillus exhæredatus eſt, non poteſt tractari de iure accreſcẽdi, cũ nec habitu, nec actu aliquã partẽ habeat.

18 Subdeclaratur tertiò hæc ſecunda declaratio, vt locum non habeat quando ille, qui erat ſubſtitutus pupillo, erat inſtitutus in re certa, non in quota parte hæreditatis. Angel. Aret. & Paul.de Caſtr.in d.l.qui patri. nu.9. & Alex.num.10.ff. de acquir. hæred. Crott. in l.re coniuncti.num.121. & 122. ff. de leg. 3. Et ratio eſt quia aditio hæreditatis facta per inſtitutum, illa eſt quæ obligat eum, vt non poſſit recuſare hæreditatem pupilli; ſed inſtitutus in re certa non dicitur adire, quia non eſt hæres, ſed habetur loco legatarij. l. quoties.C.de hæred.inſtit.

19 Subdeclaratur quartò, vt locum non habeat, quando extant alij conſubſtituti, qui iure ſubſtitutionis admitti poſſunt, quia ipſi præferrentur, & ſic ceſſaret ius accreſcendi, & conſequenter tranſmiſſio pupillaris ſubſtitutionis, gloſ.vlt.verſ.& hoc puto.in l. qui patri.ff.de acquir.hæred.& ibi Bart. numero 3. verſic.dicit tamen.& Paul. de Caſtr. num. 6. verſ.ſed contra.& in l. toties. in princ. & nu. 2.Gabriel.concluſ.2. num.58. vbi alios allegat.de hæred.inſtit.Præt.de interpræt.vlt.volunt.lib.3.fol.213.num.28.verſ.intellige. & dixi ſuperius num.4.

20 De ſubſtitutione exemplari, eadem regula ſeruatur in ea, quæ ſeruata eſt in ſubſtitutione pupillari, eademquè ampliatio, & declarationes adhibentur in ipſa, quæ in eadem ſubſtitutione pupillari adhibitæ ſunt, namque hæc ſubſtitutio exemplaris regulatur in omnibus & per omnia à natura ſubſtitutionis pupillaris Ang.in d.l.qui patri.col.1.verſ. idem dicas.& ibi Imol.col. fin. verſ. idem dicit hìc Ang. & Crott. & Cuman. & poſt illos Gabriel.concluſ.2.num.47.de hæred.inſtit. ſed in ſpecie quando ſubſtitutio exemplaris vnita eſt cum iure accreſcendi, quòd tranſmittatur ad heredes, dicit Paul.de Caſtr.in d.l.qui patri num.10.verſ.& pro prædicta.

21 De ſubſtitutione breuiloqua, ſiue reciproca idem pariter ſancitum eſt, vt ius reciprocæ ſubſtitutionis in portione cohæredis ſubſtituti ad hæredes non tranſmittatur l. Lucius. §.fin. vbi Bart. & Iaſ. num. 2. l.qui plures.1. ff.de vulg.& pupill.Dec.conſ.435.num.1.& conſ.287.num.13. Alex. conſ.62. numer.1. verſ.ſecundò.& num.2.lib.7.Bero. conſ.94. numer. 10. & ſeqq.vol.2. Petr. de fideicom. quæſt.9.num.254.

22 Ampliatur primò vt nequè tranſmittatur ad proprios deſcendentes gloſ. vlt. communiter approbata in l. vnic. C. de his qui ant. apert.tab.Alex.d.conſ.62.num.2. lib. 7. Bero.d.conſ.94.nu.10.& ſeqq.vol.2. Gulielm. de Bened.in c.Raínutius.verb.ſi abſquè liberis.2.in materia pupillaris ſubſtitutionis nu. 117.per tex.in d.l.Lucius.§.fin.ff.de vulg.& pupill.

23 Ampliatur ſecundò vt multò magis procedat, ſi huiuſmodi ſubſtitutio facta eſſet ſub cõditione; ſi ſine filijs decedant; adhuc enim ſi non eſt factus alius ſubſtitutionis gradus, primò decedens cum filijs non tranſmittit ad illos ius ſubſtitutionis reſpectu portionis alterius cohæredis, etiam dato quod idem cohæres poſtmodum ſine filijs deceſſerit. Natta conſ.551.num.26. & 27. Gabriel conſil.91. num.6.& ſeqq.lib.2.Intrigl. de ſubſtit. cent. 3.quæſt.47.nu.4.vbi alios allegat, cùm enim partem dicti cohæredis habiturus eſſet ſub cõditione; ſi idem cohæres decederet ſine liberis; & deceſſerit pendente ipſa conditione, ob id non potuit tranſmittere l.vnic.§.ſi autem aliquid ſub conditione.C.de caduc. tollend. At ſi factus eſſet alius gradus ſubſtitutionis; puta ſi ſine filijs decedant ſubſtituo Sempronium; tunc intrat diſtinctio quod aut idẽ ſubſtitutus, eſt extraneus & fit tranſmiſſio ad filios; aut eſt de deſcendentibus teſtatoris, & tranſmiſſio ceſſat, vt dixi in caſ.1. num. 183.

24 Declaratur pariter non procedere quando ſubſtitutio hæc reciproca mixta eſt cum iure accreſcendi. Iaſ.in d.l.Lucius. §. fin. num.2. ff.de vulg.& pup.Iac. Cancer.var. reſ. lib.3. cap.21.num.259.& ſeq. vbi concludit quod ſi vna ex duabus filiabus inſtitutis, & inuicẽ ſubſtitutis prædecedat cum filijs, & demum altera ſuperſtes decedat ſine filijs, quod prædecedens ob mixturam iuris accreſcendi trãſmiſit ius dictæ ſubſtitutionis in ipſos eius filios: Hæc tamen declaratio intelligitur ſecundùm quod dixi ſuperius num.4.

25 Et hoc deniquè quod ius ſubſtitutionis regulariter non tranſmittatur ad hæredes verum eſt in omni ſubſtitutione. Bald. in l. quidam elogio num.18.verſ.in contrarium. C. de iur.delib. Iaſ.in l.qui plures. 1.num. 1.ff. de vulgar.Bero.conſ.94.nu.13. vol.2. Alex. Raud.conſil.vlt.num.82.inter conſ.vlt. vol. lib.2.Alex.conſ.36.num.3.verſ. confirmantur prædicta lib.3. Crauet. conſ.67. num. 6.

conſil.131.num.3. & conſ. 152.nu.3. Boer,
deciſ.354.num.13.Zanch.in l. hæredes mei.
§.cùm ità.num.164.ff.ad trebell.Gabriel cō-
cluſ.2.num.12.de hæred. inſtit. Præt. de in-
terpræt.vlt.vol.fol.216. num.46. Peregr. de
26 fideicom.art.31.num.6.ratio autē quare ius
ſubſtitutionis directæ ad hæredes non tranſ-
mittitur vna eſt, quia ſubſtitutio, quæ nondū
competit non dicitur eſſe in bonis noſtris, vt
poſſit tranſmitti. l. ſubſtitutio. ff. de acquir.
rer.dom. alia ratio eſt quia ſubſtitutio imita-
tur inſtitutionem, cùm ſit ſecunda inſtitutio.
l.in ratione. la 1. §. ſi filio. ff. ad leg. Falcid.
gloſ.rubric.ff.de vulg.& pupill.Azo.in Sūm.
C. de impub. & alijs ſubſtit. Sed inſtitutio
ante aditam hereditatem finitur cum perſo-
na, & non tranſmittitur ad heredes, attento
quod hæres ante aditam hereditatem non ha
bet aliquam actionem, vel ius radicatū, quod
tranſmittere poſſit, vt videbitur inferius caſ.
8.num.1.prout habet fideicommiſſarius, igi-
tur non tranſmittitur neque ſubſtitutio, &
ſic ratiocinatur.gloſ.in l.ſi ex plurib. in verb.
alia cauſa ff.de ſuis, & legitim.& in l. vnic. §.
his ita definitis. in verb. defuncti. C. de ca-
duc. tollend. & Papienſ. in form. libell. quo
agit.ex ſubſtit. gloſ. qui ex eis ſuperuiueret.
nùm.4. alia denique ratio eſt, nàm quelibet
ſubſtitutio appellatur conditionalis ex diſpo
ſitione teſtatoris.l.coheredi.§.cohæres.ff. de
vulg. & pupill.l.in ratione.la 1. §. quod vul-
gò.ff.ad leg.Falcid.conditionalia verò ad hæ
redes non tranſmittuntur.l.vnic.§.ſin autem
aliquid. C. de caduc. tollen.l. hæres meus. ff.
de condit.& demonſtr. legatarius enim, &
fideicommiſſarius conditionalis conditione
pendente non dicitur creditor.l.legata. ff. de
condit.& demonſtr.l.is cui. ff. de action. &
obligat.
27 Ampliatur caſus, q̃a ſubſtitutiones direc-
tæ non tranſmittuntur neque in fiſcum. Be-
ned.in c.Raynutius.verb.& vxorem nomine
Adelaſiam.art.5.num.281.& in verb. ſi abſ-
què liberis.il 2.de pupill.ſubſt.num.118.Pe-
regrin.de iure fiſc.lib.5.tit.1.num.94.
28 Declarantur præmiſſa omnia non habere
locum, quando ex coniecturis apparet de vo-
luntate teſtatoris tranſmittere volentis, tunc
enim ſpes directæ ſubſtitutionis tranſmitti-
tur.Bart.& cæteri in l.qui habebat.num.2.ff.
de vulg.& pupill.Ruin. conſ.156.num.4.&
num.5.verſ.veriſimile.lib.2.Pariſ.conſil.73.
nu.41.lib.3.Zanch.in l. hæredes mei. §. cum
ità.num.213.ff.ad Trebell.Gabriel. concluſ.
2.num.16. de hæred. inſtit. Menoch. conſil.
106.num.379.fol. Præt.de interpræt.vlt.vo-
lunt. 214. numer.34. verſ. & extacita mente
vbi alios allegat: quicquid in contrarium vo-
luerit Phanuc.de inuentar. part.6.num.93.&
ſeq. & multò magis tranſmittitur quando te-
ſtator id expreſse ordinaſſet, vt dixi in.1. caſ.
29 num.63. Et ratio eſt, quia voluntas teſtatoris
tranſmiſſibile facit id quod ſui natura tranſ-
miſſibile non eſt Dec.in l.1.num.7. C. de in-
ſtit. & ſubſt. & conſil.574. num.4. Socin. in
l.3.num.3.ff.de leg.1.Ruin.conſ.95. num.6.
lib.2.Iaſ.in l.ſi is qui pro emptore.num.345.
ff.de vſucapion. in teſtamentis enim volun-
tas teſtatoris totum facit. l. ex facto. la gran-
de. §.& facit.ff.de hæred. inſtit. Coniecturas
autem tranſmiſſionis adduxi in d.caſ. nu.88.
& ſeqq. quæ hic repetendæ non ſunt.

Id tamen aduertendum eſt aliter eſſe de
inſtitutione, ea enim etiam ex coniecturis
tranſmitti non poteſt Surd.conſ.463. vol.4.
vbi ex profeſſo, namque inſtitutió non poteſt
competere ex tranſmiſſione cùm ſuccedens
ex tranſmiſſione non ſuccedat propriè teſta-
tori, ſed tranſmittenti. l. fin. C.de hæred. in-
ſtit. Socin. conſ.67.num.4.lib.4.Zanch. in d.
§.cùm ità, num.202.

## *SVMMARIVM.*

1 *Hæreditas non adita non tranſmittitur; Am-
pliatur num.2.9.10.11.16.17.18.19.20.*
3 *Bonorum poſſeſsio decretalis non agnita non
tranſmittitur ex potentia ſuitatis, ſecus eſt
in bonorum poſſeſsione edictali.4.*
5 *Bonorum poſſeſsio in deſcendentes vigore.l.
vnic.C. de his qui ant. apert.tabul.trāſmit-
titur etiam non agnita, reprobata diſtinctio
ne facta inter fauorabilem, & odioſam 6.*
7 *Hæres inſtitutus decedens antequàm præte-
ritus petat contra tabulas, tranſmittit ad
hæredes beneficium petendi bonorum poſſeſ-
ſionem ſecundum tabulas, & contra tabu-
las.*
8 *Bonorum poſſeſsio tranſmitti non poteſt ne-
que per viam ceſsiõnis.*
10 *Hæreditas non adita non tranſmittitur, ne-
que à Clerico, neque à patre.16. etiam extā
te ſtatuto, de continuando poſſeſsionem.17.*
11 *Infans hæreditatem extraneorum non aditam
ad aſcendentes de linea paterna ex ſpeciali
priuilegio paterno vigore.l. ſi infanti.C. de
iure deliber.tranſmittit: ad alios autem, ſeu
etiam ad matrem ſecus.12.& extra caſum.
d.l.ſi infanti.non tranſmittit, neque ad pa-
trem.13.*

*Fallit*

*Fallit quia hæreditas extraneorum non adita transmittitur ad illum qui eſt aſcendens vtriuſque 14. & 100.*

*Fallit etiam quia remedium. d. l. ſi infanti. nõ extenditur ad excluſionem procedentem ex alio capite, quàm ex hæreditate non adita. 15.*

18 *Creditores non poſſunt exercere ius hæreditarium, antequàm illud quaſitum ſit debitori mediante aditione.*

21 *Filius hæreditatem patris non aditam tranſmittit: & ſi eſt ſuus, & in primo gradu trãſmittit iure ſuitatis ad quoſcunque etiam extraneos hæredes 22.*

23 *Tranſmiſsio hæreditatis non aditæ eſt commodum & fauor filij.*

24 *Filius infans ex beneficio ſuitatis hæreditatem paternam non aditam ad quoſcunque tranſmittit.*

25 *Quarta quæ debetur filio arrogato etiam non petita nec agnita tranſmittitur ab eo non ſolum ad deſcendentes, ſed etiam ad quoſcunque hæredes. 27. Intellige ſi decedat poſt patrem arrogatorem, ſecus ſi ante. 28.*

26 *Illud, quod non defertur vt hæreditas, ſed titulo ſingulari, tranſmittitur etiam ſine agnitione.*

29 *Hæreditatem non aditam, nedum paternam, ſed etiam fraternã ex teſtamento patris delatam filius iure ſuitatis ad quoſcũque trãſmittit: idem de portione obuenta vigore ſtatuti numer. 30. & eandem hæreditatem, ac portionem tranſmittit filius non ſuus iure ſanguinis num. 113. & ſeqq.*

31 *Eæ quæ deferuntur ex iure ſpeciali, non tranſmittuntur ſine agnitione.*

32 *Hæreditas tranſmittitur nõ tanquam adita, ſed tanquàm adeunda & num. 175. intellige vt num. 37.*

33 *Fæmina ſemel excluſa à ſucceſsione patris vigore ſtatuti propter maſculos, remanet ſemper excluſa etiam maſculis mortuis.*

34 *Continuatio, & retentio facilius permittitur, quàm noua acquiſitio.*

35 *Eadem res non debet diuerſo iure cenſeri.*

35 *Nepos excludit patruum etiam in primogenituris.*

37 *Statutum habetur pro iure communi.*

38 *Filius iure ſuitatis tranſmittit hæreditatem patris non aditam ad quoſcunque etiam extraneos hæredes excluſis fratribus: etiam furioſus. 41.*

39 *Succedens ex iure tranſmiſſo excludit ſubſtitutũ vulgarem, ac etiam venientem per ius accreſcendi.*

40 *Filius inſtitutus in re certa tranſmittit iure ſuitatis hæreditatem ab hærede vniuerſali repudiatam, & ab eodem inſtituto in re certa non agnitam.*

42 *Hæreditas non adita tunc demum tranſmittitur a filio, quando eſt ſuus.*

*Primum requiſitũ ſuitatis eſt primus locus & gradus lineæ deſcendentium. 43.*

44 *Succeſſorium edictum non habet locum in ſuitate.*

*Et ſufficit habere primum locum de tempore deſtituti teſtamenti 45. dummodo de eo tẽpore natus eſſet, vel conceptus. 46.*

*Secundum requiſitum ſuitatis eſt vt quis ſit in poteſtate morientis de cuius ſucceſsione agitur. 47.*

*Fallit num 49. 51. 52. 53.*

48 *Hæreditatem maternam non aditam filius non tranſmittit niſi iure ſanguinis.*

50 *Qui eſt in vtero, habetur pro iàm nato in his quæ concernunt ſuum commodum.*

54 *Vbi datur ſuitas abſque patria poteſtate, non dicitur ſuitas propriè, ſed fictè.*

55 *Suitas quibus modis ceſſet, vel tollatur. & num. ſeqq.*

81 *Beneficium reuocandi repudiationem, ſeu abſtenſionem competens filio, non tranſmittitur ad eius hæredes.*

82 *Priuilegium perſonale non tranſit ad hæredes.*

89 *Monachus dicitur habere agnationem in cœlis, non in terris, & eſt mortuus mundo.*

90 *Fictio non egreditur caſum ſuum.*

91 *Emancipatus non retinet ſuitatem, nec iure ſuitatis tranſmittit ad extraneos hæreditatem non aditam: ſed ad deſcendentes ſuos tantum beneficio. leg. vnic. C. de his, qui ante apert. tabul. 102.*

92 *Filius non ſuus, quàmuis hæreditatem non aditam non tranſmittat vigore ſuitatis ad quoſcunque, tamen eam tranſmittit ad deſcendentes vigore ſanguinis ex beneficio. d. l. vnic. ac etiam ius deliberandi num. 112.*

93 *Exiſtentia nepotis impedit tranſmiſsionem ad extraneos & 94.*

97 *Deſcendentes qui non ſunt in poteſtate, hæreditatem aſcendentium non agnitam tranſmittunt ad eorum deſcendentes iure ſanguinis beneficio. leg. vnic. C. de his qui ant. apert. tab. ampliatur num. 102. & ſeqq. nõ autem trãſmittitur ad aſcẽdentes. 98. niſi ſint aſcendentes vtriuſque nu. 100. neque ad extraneos. 101.*

99 *Caſus exceptus firmat regulam in contrarium.*

103 Eman-

103 *Emancipati hodie ſuccedunt ad ſimilitudinem ſuorum ſublata differentia ſuitatis, & emancipationis; intellige quoad ſucceſsionem ab inteſtato, non quoad alia.*

104 *Filius in poteſtate, cenſetur eadem perſona cum patre, ſecus eſt in filio emancipato.*

105 *Monachus & ſi ad monaſterium hæreditatem non aditam non tranſmittat iure ſuitatis tamen eam tranſmittit vigore.l.vnic.C. de his qui ant.apert.tabul.ſed controuertitur.*

106 *Tranſmiſsio hæreditatis aſcendentium non aditæ ex potentia ſanguinis vigore.l.vnic. competit non ſolum filijs, & deſcendentibus legitimis, & naturalibus, ſed etiam naturalibus tantùm, & in naturales tantùm.*

107 *Filius vel alius deſcendens qui non eſt in poteſtate, tranſmittit hæreditatem aſcendentium non aditam ad eius deſcendentes vigore ſanguinis ex l.vnic. etiam nondum natos, nec conceptos viuentibus eiſdem aſcendentibus.*

108 *Hæreditas delata de iure prætorio non agnita, tranſmittitur in deſcendentes vigore dictæ leg.vnic. ad inſtar hæreditatis delatæ de iure Ciuili.*

109 *Hæreditas, & bonorum poſſeſsio à pari procedunt.*

110 *Tranſmiſsio quæ fit ad deſcendentes de hæreditate aſcendentium non adita vigore ſanguinis, vel vigore iuris deliberandi excludit ſubſtitutum vulgarem.*

111 *Diſpoſitio hominis facit ceſſare diſpoſitionẽ legis; quomodo intelligatur.*

112 *Beneficium ſuitatis excedit beneficium.leg. vnicæ C.de his, qui ante apert.tabul. in eo tantùm, quod ſuus tranſmittit ad quoſcunque; & ex d.l.vnic. tranſmittitur ſolummodo ad deſcendentes.*

113 *Ex beneficio.leg. vnic. tranſmittitur quoque hæreditas fraterna non adita, quæ peruenta eſt ex teſtamento patris etiam partem ſororis obuentam ex ſtatuto. 114.ſeqq.*

115 *Portio accreſcens debet ſapere naturam eius rei cui accreſcit.*

122 *Requiſita leg.vnica.C.de his qui ante apert. tabul.*

123 *Hæreditas delata ſub conditione non tranſmittitur neque vigore legis vnicæ ad liberos vel deſcendentes. & ſeq.*

*Idem de legatis, & fideicommiſsis conditionalibus.125.*

*Fallit in legitima.126.*

127 *Hæreditas ante aditionem recuſata non trãſmittitur vigore.d.l.vnic.*

128 *Hæreditas non adita tranſmittitur, ſi hæres de ea in teſtamento diſpoſuit.*

129 *Hærede decedente intra annum à die ſcientiæ hæreditatis delatæ, & non aditæ tranſmittit ad hæredes ius deliberandi. Ampliatur nu.130.131.133.134.141.142.*

132 *Ius accreſcendi non habet locũ inter venientes ex tranſmiſsione iuris deliberandi.*

149 *Infans doli capax tranſmittit ius deliberandi, ſecus ſi non ſit doli capax. Declaratur num.ſeqq.*

143 *In tranſmiſsione iuris deliberandi tranſmittitur ſolummodo illud reſiduum temporis anni quod ſupererat.*

144 *Ius deliberandi non tranſmittit, qui non habet ſcientiam hæreditatis delatæ; tranſmittit tamen beneficium reſtitutionis in integrum ad deliberandum.146.*

*Idem ſi ius deliberandi tranſmiſſum eſt in eũ à ſciente.147.*

145 *Qui ignorat non poteſt deliberare.*

148 *Ius deliberandi non tranſmittitur in fiſcum.*

149 *In tranſmiſsione iuris deliberandi non tranſmittitur tẽpus impetratum à Principe, vel iudice vltra tempus legis.*

150 *Hæreditas non delata nec adiri nec tranſmitti poteſt.*

151 *Ius ſuccedendi reſeruatum ex pacto, tranſmiſsibile eſt.*

152 *Hæreditate ad certum tempus dilata à teſtatore; hæres interim decedens, actionem trãſmittit ad hæredes.*

153 *Vſufructuario ſuperuiuente hæredi, an idem hæres interim tranſmittat.*

154 *Ius competens ex beneficio legis nondum delatum tranſmittitur; & ſufficit quod competat habitu, etſi non actu.*

155 *Hæreditas non delata tranſmittitur, ſi ius ſubſtitutionis vnitum eſt cum iure accreſcendi.*

156 *In tranſmiſsione fideicommiſſorum, vel legatorum ſub conditione, vel die incerta relictorum non attenditur aditio hæreditatis, ſed euentus conditionis, vel diei: in tranſmiſsione fideicommiſſorum, & legatorum purè, vel in diem certam relictorum, dies mortis teſtatoris; etiam ſi ſint fideicommiſſa vniuerſalia. Ac etiam ſi nondum facta ſit reſtitutio fideicommiſsi.157.*

*Et etiam ſi hæres directus nondum adierit hæreditatem.159.*

*Ac item ſi relicta ſint in codicillis.160.*

158 Fi-

158 *Fideicommiſſarius vniuerſalis habetur loco hæredis.*

161 *Hæres inſtitutus in re certa tranſmittit ipſam rẽ in qua inſtitutus eſt ante illius agnitionem, ſecus eſt quoad ius accreſcendi, & quoad alios effectus quos capit hæc inſtitutio ab inſtitutione vniuerſali. 163.*

162 *Quæ titulo ſingulari obueniunt, tranſmittuntur ad hæredes ante aditionem.*

163 *Inſtitutus in re certa, in quibus habeatur loco hæredis, & in quibus loco legatarij remiſſiuè.*

164 *Inſtitutio caducata non tranſmittitur etiã ex coniecturis teſtatoris.*

165 *Impeditus adire hæreditatem, interim decedens tranſmittit, ſed diſtinguitur.*

166 *Infans decedens in infantia tranſmittit hæreditatem paternam non aditam iure ſuitatis ad quoſcunque; hæreditatem extraneorum ad patrem, & aſcendentes de linea paterna; ad matrem autẽ vel ad fratres ſecus.*

167 *Hæreditatem extraneorum non aditam licet infans non tranſmittat, niſi ad patrem, & aſcendentes de linea paterna; tamen tranſmittit beneficium reſtitutionis in integrum aduerſus aditionem omiſſam.*

168 *Maior 25. annis, an tranſmittat ius petendi reſtitutionem in integrum aduerſus omiſſam hæreditatis aditionem; diſtinguitur.*

169 *Reſtitutio in integrum ceſſat ceſſante æquitate; vel elapſo quadriennio. 170.*

171 *Hæreditates, & legata pro non ſcripta, vel quaſi caduca tranſmittuntur ad ſubſtitutos, & coniunctos, non tamen iure tranſmiſſionis, ſed iure propria vocationis.*

172 *Caducata vna ſubſtitutione, quando admittatur ſequens ſubſtitutus, remiſſiuè.*

173 *Hæreditas non adita tranſmittitur, cùm talis eſt voluntas teſtatoris, de qua ſufficit apparere nedum expreſſè, ſed tacitè ex coniecturis.*

174 *Bona damnatorum, quæ applicantur ex authentica bona damnatorum. C. de bon. damnat. non agnita tranſmittuntur ad hæredes.*

176 *Nepos hæreditatem aſcendentium neque à ſe, neque à patre ſuo aditam ad deſcendentes beneficio leg. vnic. C. de his qui ant. apert. tabul. tranſmittit; ad alios quàm ad deſcendentes non tranſmittit neque ex beneficio d. l. vnic. neque ex beneficio ſuitatis; ſed ſi decedit intra annum deliberatoriũ, tranſmittit ius deliberandi.*

177 *Mater ſuperuiuens filio pupillo, præfertur ſubſtituto ex tacita pupillari, & decedens hæreditate ipſius filij non adita, tranſmittit ius prælationis ad hæredes ex capite iuris deliberandi tantùm, non ex alio capite.*

178 *Ius adeundi hæreditatem, alteri cedi non poteſt; hæreditas autem adita ſic.*

179 *Tranſmiſſarius ingreditur locum & ſtatum tranſmittentis.*

## CASVS OCTAVVS.

*Hæreditatis tranſmiſſio plenè diſcutitur.*

POſtquàm de tranſmiſſione legatorum, & fideicommiſſorum, ac ſubſtitutionum directarum dictum eſt; nunc venio ad tranſmiſſionem hæreditatis, quæ non minus difficilis materia eſt, nec minus ardua.

1 Caſus igitur ſit quod hæreditas nõ adita non tranſmittitur l. ſi ex pluribus. in princ. ff. de ſuis & legitim. l. vnic. §. in nouiſſimo. C. de caduc. tollend. l. quoniam ſororem. C. de iur. deliber. l. emancipata C. qui admitti. & quòad ipſam hæreditatem, ſeu dominium ſucceſſionis ratio eſt, quia hæres ante aditam hæreditatem nullum ius habet. l. ſi ſeruus hæreditarius. ff. de ſtipulat. ſeruor. ideo non poteſt illud tranſmittere. l. traditio. ff. de acquir. rer. domin. l. nemo plus. ff. de reg. iur. quoad ius adeundi eadem eſt ratio, quia illud non eſt ius dominij, neque deducibile in iuditium, ſed eſt facultas quædam, quæ in bonis noſtris ſimiliter non connumeratur. l. prætia rerum. §. ſed nec hæredem. vbi Bald. ff. ad leg. Falcid. idem Bald. in l. 2. num. 2. C. de iur. & fact. ignor. & in l. Deo nobis. §. fin. num. 6. in fin. C. de epiſc. & cleric. & in l. quoniam. in princ. C. de iure delib. Iaſ. in l. Gallus §. & quid ſi tantùm. num. 123. ff. de liber. & poſthum. & facit text. in l. ſubſtitutio. & l. rem in bonis. ff. de acquir. rer. domin. & ſic hanc rationem adducit Bart. poſt Dyn. in l. cum filio familias. num. 12. & ibi Iaſ. nu. 107. & ſeqq. ff. de leg. 1. idem Bart. in l. is poteſt. num. 14. & Aret. col. 4. verſ. ad iſtud. ff. de acquir. hæred. Bald. in d. l. ſi ſeruus hæreditarius. ff. de ſtipulat. ſeruor. Vaſqu. de ſucceſſ. progreſſ. §. 9. nu. 14. amplè per Vincent. de Franch. deciſ. 101. nu. 24. & ſeqq. Surd. deciſ. 140. nu. 5. & 6. Gomez. var. reſolut. tom. 1. cap. 9. nu. 1. cum alijs per eum adductis, qui & ipſe ſub num. 6. verſ. ſed eligendo, huic rationi adhæret; hinc ius iſtud adeundi non compræhenditur in generali bonorum obligatione. Vin-

cent.

cent.de Franch.d.deciſ.191.num.30.Surd.
d.deciſ.140.num.9.neque in donatione om-
nium bonorum, iurium, & actionum, idem
Vincent.de Frãch.deciſ.60.in princ.& d.de-
ciſ.101.num.27.& 30. quò verò ad faculta-
tem poſſendi adire, illa non trãſmittitur, quia
non eſt defenſata ab aliqua actione, cum hæ-
res ante aditam hæreditatem, nullam actio-
nem habeat, & de per ſe conſiderabilis non
eſt ad l.poſt emancipationem.§.illud.ff.de li
berat.legat. Hinc ſeruus non efficitur ſtatuli-
ber, nec ſpem ſtatutæ libertatis conſequitur
niſi hæreditate adita.l.2.ff.de ſtatuliber.

2 Ampliatur primò idem eſſe in bonorum
poſſeſſione, hæc enim non agnita ſimiliter nõ
tranſmittitur ad hæredes.l.3.§.acquirere.ff.
de bonor.poſſeſſ.l.Pantonius.ff.de acquir.hę
red.l.emancipata.C.qui admit.

Declaratur ampliatio, quia in tranſmiſſio-
ne bonorum poſſeſſionis conſtituenda eſt dif
ferentia inter tranſmiſſionem fiendam ex po-
tentia ſuitatis, & tranſmiſſionem fiendam vi
gore.leg.vnic.C.de his qui ant.apert.tabul.
Et quoad tranſmiſſionem fiendam ex poten-
tia, ſuitatis iterum diſtinguendum eſt inter
bonorum poſſeſſionem decretalem, & bono-
3 rum poſſeſſionem edictalem; Nàm in bono-
rum poſſeſſione decretali, vera eſt ampliatio,
quod non agnita non tranſmittitur ex poten
tia ſuitatis, ea eſt ratio quia illa non competit
filio, nec aliquid ius ei tribuit, donec à iudice
petita, & per iudicem decretata ſit; In bono-
4 rum verò poſſeſſione edictali, nempe faculta-
te agnoſcendi decretalem, & paternam hære-
ditatem ampliatio non procedit; quia hæc fi-
lio competit ipſo iure ex edicto prætoris illi-
co mortuo patre, ideo tranſmittitur ex poten
tia ſuitatis, ſicuti etiam dicitur de reſtitutio-
ne in integrum, quæ licet factum extrinſe-
cum requirat, ſcilicet impetrationem à iudi-
ce, tamen ſi minor moriatur ante impetratio-
nem tranſmittit ad hæredem.l.non ſolum.ff.
de in integr.reſtit.l.minor.§.fin.ff.de mino-
rib.& ſic tenet Iaſ.in l.emancipata.num.14.
C.qui admit.quẽ refert & ſequitur Gulielm.
de Benedict.in cap.Raynutius.in verb.mor-
tuo itaque teſtatore.il 2.num.123.& 124.de
teſtam.Dec.in l.infantis.num.9.C.qui ad-
mit.& ita intelligi debet Gomez.variar.reſo-
5 lut.tom.1.cap.9.nu.47. Quò verò ad tranſ-
miſſionem fiendam in deſcendentes vigore.
l.vnic.C.de his qui ant.apert.tabul.amplia-
tio ſimiliter non procedit; nàm bonorum poſ
ſeſſio etiam non agnita in deſcendentes vigo
re d.l.vnic.tranſmittitur, quia beneficium.d.
l.vnic.habet locum etiam in ſucceſſionibus
prætorijs, quòd latè tuentur Iaſ.in d.l.eman-
cipata.num.18.& ſeqq.& Gomez.variar.re-
ſolut.tom.1.d.cap.9.num.45.& tradit So-
cin.conſ.153.num.15.vol.2.cum alijs ibi al-
legatis, nam hereditas & bonorum poſſeſſio à
pari procedunt.l.hæreditatis.la 2.ff.de ver-
bor.ſignific.Dec.in d.l.emancipata.num.28.
cum adductis per eum.

6 Subdeclaratur verum eſſe in bonorum poſ
ſeſſione fauorabili, ſecus in odioſa, vt eſt bo-
norum poſſeſſio contratabulas, quæ ſecundũ
Bald.Fulgoſ.& Alex.in d.l.emancipata.& ibi
Iaſ.num.24.non tranſmittitur beneficio.d.l.
vnic.quia publicè intereſt ne teſtamenta rum
pantur.l.Gallus.§.quid ſi his.& ibi gloſ.in
verb.vtilitatem.ff.de liber.& poſthu.& quia
bonorum poſſeſſio contratabulas datur con-
tra voluntatem defuncti.l.ſed cum patrono.
§.bonorum.ff.de bonor.poſſeſſ.hanc tamen
diſtinctionem, & benè reprobat Dec.in d.l.
emancipata.num.32.& infra.C.qui admit.
nàm cum hæreditas & bonorum poſſeſſio
æquiparentur, vt dictum eſt, ideo diſpoſitio
facta in vno, habet locum in altero, quæ con-
cluſio locum habet etiam in materia correcto
ria & pænali.idem Dec.in c.cauſam quæ.nu.
7.verſ.ſed reſpondetur, quod ex quo.de iu-
dic.Iaſ.in l.ſi arrogator.num.53.verſ.ſed re-
deundo ad principalem quæſt.ff.de adopt.&
alibi pluries.Crauet.conſ.205.numer.41.ad
finem.Nec obſtat quod publicè interſit, ne te
ſtamenta rumpantur, quia reſpondetur maio
rem fauorem deberi filio, quàm teſtamento,
vt per Dec.in loc.cit. Et quòd ad effectum
tranſmiſſionis non ſit fienda differentia inter
hæreditatem, & bonorum poſſeſſionem con-
tra tabulas, tuetur. Vaſqu.de ſucceſſ.pro-
greſſ.§.7.num.36.verſ.ſuperiora.cum num.
ſeqq.

7 Declaratur ſecundò ampliatio hæc, quia
hæres inſtitutus, donec ab alio præterito na-
to, vel naſcituro poteſt peti bonorum poſſeſ-
ſio contra tabulas; non poteſt petere bono-
rum poſſeſſionem, neque ſecundum tabulas,
ex quo ab alio poteſt peti contra tabulas.l.il-
lud.§.ſi quis eum.ff.de bonor.poſſeſſ.cont.
tab.neque bonorum poſſeſſionem contra ta-
bulas, ex quo ipſe reperitur inſtitutus.l.non
tantùm.§.ſi quis ex liberis hæres.ff.eod.licet
ſecus ſit ex perſona præteriti, quia ſi præteri-
tus contratabularet, ipſe quoquè ex perſona
eiuſdem præteriti contratabulare poſſet d.§.
ſi quis ex liberis hæres: ob id idem hæres tan-
quàm legitimè impeditus ex facto alterius, ſi

con-

contingat decedere antequàm præteritus petat contratabulas, tranſmittit ad hæredes beneficium petendi bonorum poſſeſſionem ſecundum tabulas, ac etiam contratabulas ex perſona præteriti. l. ſed & ſi deceſſerit. ff. de bonor. poſſeſſ. cont. tabul.

8 Inquantum autem ad ceſſionem, an ſcilicet hæc bonorum poſſeſſio cedi poſſit ex conuentione, negatiuè decidit Tiraq. de retract. lignag. §. 26. gl. 1. num. 47. ea ratione quia ad hæredes non eſt tranſmiſſibilis.

9 Ampliatur ſecundò, vt hæreditas non adita nec tranſmittatur in fiſcum; ideo ſi bannitus tempore banni hæreditatem ſibi delatam non adiuerat, ea in confiſcationem non venit Nell. de bannit. 1. part. 2. tempor. quæſt. 30. vbi hanc partem defendit, & ſic de facto determinatū fuiſſe teſtatur Dec. in l. ſi quis iniquū. §. illud. ff. quod quiſq. iur. & poſt Imol. Alex. & Iaſ. in l. ſi quis mihi bona fide. §. 1. ff. de acquir. hæred. & Cephal. conſ. 321. tenet Peregr. de iure fiſc. lib. 5. tit. 1. num. 95. Surd. deciſ. 140. numer. 7. & 19. & Farinac. in ſua prax. quæſt. 25. numero 41. qui omnes alios recenſent.

10 Ampliatur tertiò, vt locum habeat etiam ſi hæres eſſet clericus, nàm is quoquè hereditatem non aditam non tranſmittit Abb. in repet. c. Eccleſia Sanctæ Mariæ, num. 18. & ibi Felin. num. 67. de conſtit.

11 Ampliatur quartò, quia licet ab infante hereditas extraneorum non adita ad patrem, auum, & proauum paternos non quidem vti hæredes, ſed ſpeciali priuilegio paterno trāſmittatur. l. ſi infanti. C. de iure delib. tamen ad alios aſcendentes quàm de linea paterna non tranſmittitur, prout extra caſum dictæ. l. ſi infanti, quæ loquitur de infante tantùm, nō tranſmittitur neque ad aſcendentes de linea paterna. per tex. in l. 2. §. ſi quis ex liberis. & ibi gloſ. in verb. agnoſcitur. ff. ad Tertullian. & firmat Petr. Cyn. & Bart. num. 3. in l. vnic. C. de his q ante apert. tabul. ſequitur Rayn. & Fulgoſ. in d. l. ſi infanti. & ibi Ang. num. 1. C. de iur. deliber. idem Petr. & Cyn. in l. 2. C. ad orfician. & Bald. in l. cum in antiquioribus num. 12. verſ. ſi autem non erat ſuus. C. eod. de iur. deliber. & eſt magis communis opinio, vt per Alex. conſ. 168. num. 9. lib. 7. Socin. conſil. 114. in princ. vol. 4. & ratio iſtius ampliationis eſt regula caſus principalis, quia hæreditas non adita non tranſmittitur; & quamuis tranſmittatur ad aſcendentes de linea paterna, tamen hoc inductum eſt in priuilegium ipſorum ob poteſtatem quam habēt in tranſmittentes, quod quidem priuilegium ad alios extendi non debet. l. ſi verò. §. de viro. ff. ſolut. matrim. nec obſtat. l. apud hoſtes C. de ſuis, & legitim. & gloſ. quæ per illū tex. mouetur. in l. vnic. in verb. in liberos. C. de his, qui ante apert. tabul. vbi filia tranſmittit hæreditatem patris ad matrem etiam non aditam, quia reſpondetur illum tex. intelligi de filia ſua in poteſtate eiuſdem patris exiſtente, quæ ideo tanquàm ſua hæreditatem patris etiam non aditam tranſmittit ad quoſcunque vt infra videbitur. numer. 22. Et ſic etiam intelligit Bart. in l. ventre. num. 11. verſ. quartus caſus. ff. de acquir. hæred. Bald. conſ. 204. vol. 5. & Alex. d. conſ. 168. num. 10. lib. 7. Et
12 ità quoque quòd hæreditas extraneorum nō adita per infantem non tranſmittatur ad matrem, contra Oldrad. conſ. 171. num. 15. conſuluit Raph. Cuman. conſ. 130. nu. 4. Corn. conſ. 146. conſ. 275. & conſ. 321. lib. 1. & tuentur Vaſqu. de ſucceſſ. progreſſ. §. 8. num. 1. & Craſſ. in §. tranſmiſſio. quæſt. 21. num. 3. & quæſt. 27. nu. 2. & tenet Iaſ. in d. l. ſi infan-
13 ti. num. 3. C. de iure delib. vbi etiam teſtatur hanc eſſe communem Doctorum ſententiam quòd extra caſum dictæ. l. ſi infanti, ea non tranſmittatur neque ad patrem. idem Corn. conſ. 325. lib. 3. Bald. d. conſil. 204. volum. 5. Nec obſtat pariter authētica defuncto. C. ad Tertullian. neque quod hodie ſublata ſit differētia agnationis, & cognationis. §. nullam. authentico. de hæredibus ab inteſt. venient. quia ad euitandum legum correctionem iura nouiſſima debent diſtingui per vetera not. in l. ſciendum. in princ. ff. qui ſatiſd. cogant. facit. l. præcipimus. in fin. C. de appellat. cap. cū expediat. de elect. in ſexto. Ideoque hæc iura debent intelligi, vt procedant in hæreditate adita, in qua aſcendentes ſuccedunt vti heredes, ſecus autem in hæreditate non adita, quę ad aſcendentes tantùm de linea paterna ex priuilegio paterno tranſmittitur, quod priuilegium ad alios extendendum non eſt.

14 Declaratur primò hæc quarta ampliatio ſecundum Alex. in d. conſilio 168. numero 11. lib. 7. cum adductis per eum, quia benè tranſmittitur hæreditas non adita ad illum qui eſt aſcendens vtriuſquè, nempe & infantis tranſmittentis, & illius de cuius hæreditate tranſmittēda agitur, & refert Craſſ. in §. tranſmiſſio. quæſt. 26. num. 2. verſ. contrarię. & dicam inferius. num. 100.

15 Declaratur ſecundò ampliatio hæc, quia remedium dictæ. l. ſi infanti prouidet patri, & alijs aſcendentibus de linea paterna in eum

L casum

caſum tantùm in quo excluduntur ab illa hęreditate propter non aditionem, Ideo hoc remedium nō extenditur ad excluſionem procedentem ex alio capite, quàm ex hæreditate non adita. Sic Bart. in l. ventre. num. 29. ff. de acquir. hæred. vbi per hanc rationem infert, quòd ſi filius emancipatus ſubſtituat pupillariter filio ſuo infanti extraneum, idemquè filius emancipatus deceſſerit; & demum deceſſerit etiam filius infans hæreditate cuiuſdam alterius extranei ſibi delata, & non adita, hoc caſu ad ipſum auum non tranſmittitur; & ratio eſt, quia non excluditur ab illa hæreditate propter hęreditatem non aditam, ſed excluditur propter ſubſtitutum, quia ſi hæreditas eſſet adita, eſſet ſubſtituti. l. ſed ſi plures. §. ad ſubſtitutos. ff. de vulg. & pup.

16 Ampliatur quintò caſus vt locum habeat etiam in hæreditate filij, nàm pater vel mater hæreditatem filij non aditam ſimiliter non tranſmittit neque ad alios filios. Bart. in l. ſi infanti num. 5. C. de iure delib. vbi etiam dicit ſe ità iudicaſſe Paul. de Caſtr. conſ. 304. propè fin. verſ. ex his relinquitur. libro 1. Corn. conſ. 1. nu. 7. vol. 2. Bertrand. cōſ. 220. num. 2. vol. 7. Crauet. conſ. 37. numer. 4. Cuman. conſ. 111. num. 2. Surd. conſ. 341. num. 15. & 16. vol. 3.

17 Ampliatur ſextò, quia hæreditas non adita non tranſmittitur etiam ſi extet ſtatutum vel conſuetudo, quòd poſſeſſio ipſo facto cōtinuetur in hæredem, nàm continuationi iſtius poſſeſſionis in hæredem locus eſſe non poteſt, niſi in primis hæres ſit, & licet filius ſit hæres patris ipſo iure, gloſ. in auth. vt ij qui obligatas §. vt autem, in verb. parentes. gloſ. 2. in l. 1. C. ſi min. ab hæred. ſe abſtin. & gloſ. in l. neceſſarijs. in verb. teneantur. & ibi Alex. ff. de acquir. hæred. & ſic hæreditas cenſeatur adita, & conſequenter eius poſſeſſio in illum continuata, nihilominùs adhùc intelligitur ipſo volente, non alias, ideſt quatenùs velit eſſe hæres, & quatenùs velit poſſeſſionem in eum tranſire: De prima enim concluſione quòd filius eſt ipſo iure hæres patris, quòd ea intelligatur ſi idem filius velit; tradit Bart. Paul. de Caſtr. Salicet. & Corn. in l. ſi matre. C. de ſuis & legitim. quod etiam voluiſſe videtur d. gloſ. in l. neceſſarijs, & in d. l. 1. dùm dixit quòd & ſi valeat conſequentia, ſi filius ergo hæres, hoc tamen intelligitur quoad nomen, non quoad commodum, vel incommodum; namque filius etiam ſuus hodie non eſt hęres neceſſarius, ſed habet ius abſtinendi l. ſi quis filiumfamilias. §. 1. l. neceſſarijs ff. de acquir. hęred. §. ſui. Inſtit. de hęred. qualit. & differ. nec repugnat quòd hęreditas in ſuo habeatur pro adita, quia intelligitur quoad effectum tranſmittendi, non quoad alios effectus hęreditarios, vt mox dicam nu. 18. De ſecunda verò quòd poſſeſſio, quę vigore ſtatuti vel conſuetudinis tranſit ipſo iure in hæredem, quòd ea pariter intelligatur; ſi ipſe hęres velit; hoc tenet & probat Tiraq. in tract. le mort ſaiſit. part. 7. declarat. 1. per tot. Ideò concludendum eſt huiuſmodi ſtatutū, vel conſuetudinem abſque aliqua filij & hęredis declaratione neceſſariam aditionem, vel conſequenter tranſmiſſionem non operari, quod etiam comprobauit ex profeſſo idem Tiraq. d. tract. le mort ſaiſit. part. 7. declarat. 2. per totum.

Declaratur ampliatio, quia & ſi hęreditas non cenſeatur adita vigore iſtius ſtatuti vel conſuetudinis, tamen in caſibus in quibus tranſmittitur hęreditas non adita, ea tranſmittitur cum beneficio poſſeſſionis, nempè cum illo iure vt aditione ſecuta, cenſeatur ſtatim acquiſita poſſeſſio ipſius hęreditatis. Vaſqu. de ſucceſſ. progreſſ. lib. 1. §. 7. nu. 54. verſ. retenta.

18 Ampliatur ſeptimò caſus, quia hęreditas non adita, non trānſit nec tranſmittitur in creditores, nàmque non poſſunt creditores ius hęreditarium exercere antequàm illud quęſitum ſit debitori, vel hęredi ipſius debitoris mediante aditione ſeu declaratione voluntatis, ſic in his terminis conſuluit Paul. de Caſtr. conſ. 254. num. 1. lib. 1. & tradit Surd. deciſ. 140. num. 15. & 19. & ratio ea eſt quia hęreditas tranſmittitur tanquam adeunda, non tanquàm adita ideſt quòd hęres in quem eſt tranſmiſſa poteſt eam adire & repudiare. l. ſi quis filium §. 1. ff. de acquir. hęred. Socin. conſ. 67. num. 10. verſ. tertia. & num. ſeqq. libro 4. Dec. conſ. 442. num. 14. Crauet. conſ. 984. num. 95. verſ. ſecundo. & conſ. 985. nu. 46. Paul. de Caſtr. d. conſ. 254. num. 1. verſ. nec obſtat quod tranſmiſerunt. lib. 1. Gomez. var. reſolut. tom. 1. cap. 9. num. 55. quod procedit etiam in filio ſuo, quia is pariter habet beneficium abſtinendi, & hodie non eſt neceſſarius hæres §. ſui. inſtit. de hæred. qualit. & differ. d. l. ſi quis filium. §. 1. l. ei qui. ff. de acquir. hæred. & licèt in ſuo hæreditas habeatur pro adita ipſo iure, vt dictum eſt num. 17. & ſic videatur poſſe creditores ſuper eadem hęreditate tanquàm adita ſatisfieri de eorum credito, nihilominùs aduertendum eſt quòd hæreditas in ſuo habetur pro adita ad effectū

cam

eam tranſmittendi tantùm, hoc eſt quòd ſuus tranſmittit hæreditatem etiam non conſtito de actuali aditione idque per fictionem ob identititem ſcilicet perſonarum repræſentatarum in ſuo, icçircò non extenditur ad alios effectus hæreditarios, quia fictio non egreditur caſum ſuum l. 2. §. Diuus Adrianus. ff. de iure fiſci. Bart. in l. eius qui delatorem num. 5. ff. eod. tit. Bald. in c. 2. num. 15. in fin. de ordin. cognit. & in l. 2. num. 22. & ibi Iaſ. num. 22. verſ. quartò. C. de edend. & ità reſpondet in effectu idem Paul. de Caſtr. d. conſil. 254. num. 1. verſ. nec obſtat lib. 1.

19 Ampliatur octauò quia ad effectum acquirendi hæreditatem ex tranſmiſſione requiritur quòd adita ſit hereditas omnium, ad quos facta eſt tranſmiſſio eiuſdem hæreditatis ſine ſubſecuta illius aditione, veluti ſi mater moritur ab inteſtato, & eius hæreditas vigore ſtatuti excludentis feminas tranſmittatur ad filios maſculos, ijdemque maſculi decedant nõ adita hæreditate ipſius matris ſuperſtite patre, & pater hæreditatem ipſam ſimiliter non adiuerit, & demum filia velit hæreditatem matris ex trãſmiſſione, debet primo loco adire hæreditatem patris, poſtea hæreditatem fratrum, & vltimò hereditatem ipſius matris; in hæreditate namque paterna reperitur ius adeundi fraternam, & in fraterna reperitur ius adeundi hereditatem maternam, & eſt ius hæreditarium iccircò non facta aditione omnium, non poteſt filia hæreditatem ipſam maternam acquirere ex tranſmiſſione ſic Paul. de Caſtr. d. conſ. 254. num. 1. verſ. in puncto verò lib. 1. benè tamen eam adire poſſet ex perſona ſua quando adiret hæreditatem paternam, & repudiaret fraternam, & deindè faceret edictum, an aliquis velit eſſe hæres fratrũ, tunc enim aliquo non reperto eorum hæreditas deſineret eſſe hæreditas, & inciperent eſſe bona vacantia, & ità filia per ſucceſſorium edictum poſſet ex perſona ſua adire ipſam hæreditatem matris ex capite vnde liberi. idem Caſtrenſ. d. conſ. 254. num. 2. lib. 1.

20 Ampliatur nonò caſus, quia hæreditas nõ tranſmittitur etiam adita quando adita eſt ex iure incompetenti, vel ex teſtamento inualido. arg. l. Clodius. ff. de acquir. hæred. & in ſpecie Bald. conſ. 142. num. 2. vol. 3. & idem eſt ſi aditio non valuit, idem Bald. conſ. 349. in princip. vol. 4. non enim dicitur titulus qui apparet inualidus. l. nec vllam §. itẽ in titulo. ff. de petit. hæred. & per illum tex. Menoch. de retin. poſſ. remed. 3. num. 639.

21 Declaratur primò caſus principalis non procedere in filijs, nàm tanta in eis eſt repręſentatio patris, vt diuino quodam vinculo pater, & filius iuncti dicantur. l. cum in adoptiuis. verſ. quis patiatur iura. C. de adopt. & vna, ac eadem perſona eſſe cẽſentur. l. fin. C. de impub. & alijs ſubſtit. vna caro c. contradicimus. §. hac autoritate. 35. q. 3. & vna vox. §. ei vero qui. inſtit. de inut. ſtipular. & naturali ratione debetur filio ſucceſſio in bonis paternis. l. cum ratio. in princ. ff. de bonis damnat. imò, & filius dicitur quaſi Dominus bonorum patris etiam viuente eodem patre, ita vt cenſetur potius in eum continuatio dominij, quàm noua delatio hæreditatis. l. in ſuis. ff. de liber. & poſth. §. ſed ſui. inſtitut. de hæred. qualit. & differ. naturalemque poſſeſſionem bonorum paternorum habere dicitur. l. 2. §. filium. ff. pro hæred. l. cùm miles. ff. ex quibus cauſ. maior. & plura de hac continuatione dominij parentis in filium tradit Tiraquel. in præfat. l. ſi vnquam. num. 19. & ſeqq. C. de reuocand. donat. Sicut è contrario pater ipſos filios in poteſtate habet. l. patre furioſo. l. itẽ in poteſtate, l. nã & ciuium. ff. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur. inſtitut. de patria poteſt. in princ. Hinc orta eſt ſuitas, quæ tantæ potentiæ extat, vt illius vigore hereditas patris cenſetur adita ipſo iure abſque alia aditione. d. l. in ſuis. l. 1. §. ſciendum. ff. de ſuis & legitim. l. 1. §. qui ſunt ĩ poteſtate. ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam. l. fin. §. ſin verò perpetuo. C. de curat. furioſ. & conſequenter tanquàm adita propter hanc immixtionem quam ius ipſum facit abſque alia præcedente actuali aditione trãſmittitur. l. vnic. §. in nouiſſimo. C. de caduc. tollend. l. vnic. C. de his qui, ant. apert. tabul. Verùm quia ipſi filij diuerſimodè tranſmittunt, propterea pro explicatione iſtius declarationis duos caſus ſubalternos conſidero.

22 Primus caſus ſubalternus eſt de filio, vel alio deſcendente qui ſuus eſt, nempe quia tenet primum locum, & eſt in poteſtate morientis; Secundus eſt de alijs deſcendentibus, qui non ſunt in poteſtate: Quantum ad primum caſum concluſio eſt affirmatiua, quòd filius vel alius deſcendens qui ſuus eſt iure ſuitatis hæreditatem parentis ſui vel aui paterni non aditam indiſtinctè tranſmittit ad quoſcunque etiam extraneos heredes. gloſ. vlt. in l. apud hoſtes, & ibi Iac. de Aren. Petr. de Belapert. Richard. Malumb. Rayn. de Forliu. & Vltramont. C. de ſuis, & legit. Bartol. in l. ex militari. §. ſi filius. ff. de teſtam. milit. & in l. ventre. numero 12. ff. de acquirenda hereditate, & in l. ſi infanti, numero 10. C. de iure

delib.vbi dicit ſic infinitis vicibus conſuluiſſe, & quod in Ciuitate Peruſij ſic indicatur per omnes, ac etiam collegialiter in Collegio determinatum eſſe; ſic etiam tenet Bald. in l. ſi fratris.numero 2.& ſequentibus.C.de iure deliber. poſt Cyn. Dyn. & Nicol. de Mattaſell, per eum adductos, qui dicit ità communiter tenere omnes Doctores, & eſſe caſum in l. cùm in antiquioribus, C. eodem. & ad hoc communiter allegatur.d.l.fin.§. ſin vero perpetuo, C.de curat.furioſ.l.3.C. de iure delib. l.apud hoſtes.C.de ſuis, & legitim.l. hæreditate, §. filiusfamilias.ff. de Caſtrenſ. pecul. l. qui duos, §.cum in bello.ff.de reb.dub.l.1. §. qui ſunt in poteſtate.ff.ſi quis omiſſ.cauſ. teſtam.& rationem adducit idē Bald. quia ſuus tranſmittit ius dicendi nullum.l.ſi à primo.ff. de liber.& poſthum.l.2.C.de liber.præter.ergo tranſmittit etiam hæreditatem per not.in l. ſuus. C. de repud. hæred. Sed poteſt dici quod tranſmittitur ad quoſcunque etiam extraneos ea de cauſa quia propter ſuitatem habetur pro adita ipſo iure, & ſic tranſmittitur tanquàm adita: Hanc opinionem quòd ſuus iure ſuitatis hæreditatem nō aditam ad quoſcunque hæredes etiam extraneos tranſmittat, ſequitur Corn.Alex.& Iaſ.in d.l.ſi infanti.numero 15.Caſtrenſ.in l.ventre.num.3.& ibi Aret.colum.12.ff.de acquir. hæred. idem Alex.in l.emancipata.numero 3.& Iaſ. num. 1.C.qui admitt.Romā.conſilio 58.in 2.dub. Angel.conſilio 241.& conſilio 287.numero 1.& in l.ſi infanti.numero 7. C. de iur. delib. vbi de magis communi Anchar. conſil. 278. Benedict.Capra conſil. 12. num.3.& conſil. 14.num.1.Corn.conſil.146.col.2.lib.1.& conſil.150.& conſil.208.lib.2.Iaſ.conſ.130. num.15.vol.1.Dec.conſ.331.numer.5.& 6. conſ.245.numer.1.& conſ. 250. vbi pro hac parte adducit etiam Azon. Iacob. Balduin. & Odoff.idem etiam tenet Tiraquel.in tract. le mort ſaiſit le vif.part.2. declarat.5.nu.22. Craſſ.in §.tranſmiſſio.quæſt.24.num.1.Vaſqu. de ſucceſſ.tit.de tranſmiſſ.§.8.num.8.lib. 1.Præt.de interpræt.vlt.vol.fol.210.num.6. Cuman.conſ.130.num.1.Surd.deciſ.138.nu. 9.& tuetur Ioan.Pyrrh.in tract.ſuitat.quæſt. 8.& omnium latiſſimè Angel. Peruſ. in ſuo tract. ſuitat. quæſt.9.num.73.& infra. Et licet filij hodie habeant beneficium abſtinendi, nec ſint neceſſarij hæredes ſecundum ius ciuile antiquum.§.ſui.inſtit.de hęred. qualit. & differ. Nihilominus iſtud beneficium abſtinendi inductum à prætore non tollit ſuitatē.l.1. §.qui ſunt in poteſtate.ff.ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam. & ratio eſt, quia non operatur niſi, vbi eſt commodum, & fauor filij, ita vt ſi commodum filij eſt ſtare iuri ciuili antiquo, tunc ſtandum eſt, & ius prætorium nihil operatur, & è cōtra.l.ſi filius qui patri.ff.de vulg.
23 & pupill. ſed nulli dubium eſt, quod tranſmiſſio hæreditatis non aditæ eſt commodum, & fauor filij. l. & quia hoc. ff. de interrogat. action. & facit in arg.l.Iulianus.ff.de acquir. hæred. Igitur beneficium abſtinendi non impedit tranſmiſſionem iſtam hæreditatis; ſic ratiocinatur Bart.in d.l.ſi infanti.num.10.C.de iur.delib. & poſt eum Bald.in l.ſi fratris. nu. 2.& ſequentib. C.eodem.& Gomez. var. reſolut. tom.1. cap.9.numero 23. verſ. ſed ego teneo, & num.26.Socin.conſ.153. numer.18. verſ.ſed ad iſta, vol.2.& conſ. 67. numer.11. vol.4.

24 Ampliatur primò hic primus caſus ſubalternus vt idem ſit de filio infante, is namque ex beneficio ſuitatis hæreditatem paternam non aditam ſimiliter ad quoſcunque tranſmittit; & licet in contrarium videatur textus in l.ſi infanti.§.ſin vero.C.de iure deliber. vbi dicitur omnes hæreditates ad infantem deuolutas, & non agnitas ità intelligi, quaſi ab initio non eſſent ad eum delatæ, & ita per illum tex.voluerit ibi Bald.num.17.ad quem dicit nō poſſe reſponderi, & Salicet.in l.apud hoſtes. C. de ſuis & legitim. tamen quod beneficio ſuitatis filius etiam infans paternam hęreditatem non aditam in quoſcunque etiam extraneos tranſmittat, hoc probatur in l.fin. §.ſin vero perpetuò.C.de curat.furioſ.l.apud hoſtes.C.de ſuis & legit.l.ex militari §.vlt.cū l.ſeq.ff.de teſtam.milit.& ita tenet Bart.in d. l.ſi infanti.num.10.& ibi Alex.Fulgoſ.Corn. & Iaſ.num.16.verſ.ſecundò limita, idem Iaſ. conſ.130.lib.1.Imol.in l.ventre.ff.de acquir. hęred. Tiraq.in tract.le mort ſaiſit part.2.declarat.17.num.3. Gaill. obſeruat.131.num. 7.lib.2.Borgnin.de tutor.& curat.cap.1.nu. 69.Dec.conſ.331.nu.5.in fin.& nu.6.vbi de cōi:Rom.cōſ.58.nu.2.Craſſ.in §. tranſmiſſio quęſt.23.nu.2. Ang.cōſ.241.nu.2.vbi dicit quòd iſta opinio videtur ei humanior, & qđ ei ſemper adhæſit conſulendo, & legendo; maior enim ratio tranſmittendi hæreditatem nō aditam militat in infante, cui non poteſt imputari negligentia, quare non adierit, quàm in maiore Iac. de Rauen. Petr. & Cyn. quos refert, & ſequitur Bald.in l.vnic.num.14. C. de his, qui ant.apert.tabul. Socin.ſen. conſil. 153.num.30.verſ.ſed contraria. vol. 2. & ad tex.in d.§.ſin vero, dum dicit omnes hæreditates;

tates ;

tates; reſpondent illum intelligi de hæreditatibus extraneorum, non de hæreditatibus paternis, qui quidem intellectus fundatur in illo verbo, deuolutas; quia hæreditas patris nō dicitur propriè deuolui ad filium. l. in ſuis. ff. de liber. & poſthum. §. ſui. inſtitut. de hæred. qualit. & different. & ante eos ſic intellexit. gloſ. in d. l. ſi infanti. in verb. continentur, & ibi Bart. ſub num. 10. & in l. ex militari. §. ſi filius. ff. de teſtam. milit. & ſic explicitè ad eundem tex. reſpondet ipſemet Bald. in l. apud hoſtes. num. 4. C. de ſuis, & legitim.

25 Ampliatur ſecundò, vt procedat etiam in filio arrogato, huic enim vigore conſtitutionis Diui Pij debetur quarta. l. vlt. ff. ſi quid in fraud. patron. l. ſi arrogator. ff. de adopt. l. 2. C. eod. l. Papinianus. §. ſi quis impubes. ff. de inoff. teſtam. §. ſed & ſi decedens. inſtit. de adopt. quam quidem quartam etiam non petitam, neque agnitam tranſmittit. l. 1. §. ſi impuberi. ff. de collat. bonor. Cyn. in d. l. ſi arrogator. & ibi Bart. in repet. numer. 1. in fin. Iaſ. num. 14. verſ. ſed iſta. Bald. num. 5. verſ. ſecūdò oppono. ff. de adopt. idem Bald. in l. cum in antiquioribus. numero 7. vbi Paul. de Caſtro numero 6. Salicet. & Alex. numero 6. C. de iur. deliber. & ibidem Ang. num. 3. vbi repræhendit gloſ. in verb. veluti contrarium dicentem, ſequitur Pyrrh. in tractat. ſuitat. quæſt. 3. Alex. conſ. 150. num. 7. lib. 2. idque procedit non ſolum ratione ſuitatis, ſed etiā ex eo, quia iſta quarta non defertur titulo hæ
26 reditario, nàm illud quod non defertur, vt hæreditas vel pars hæreditatis; ſed defertur titulo ſingulari, vt iſta quarta, tranſmittitur etiam ſine agnitione Bart. in repetit. d. l. ſi arrogator num. 8. in fin. & num. 9. Bald. num. 5. verſ. item eſt titulus Iaſ. num. 14. ff. de adopt. Alex. d. conſil. 150. num. 7. lib. 2. Paul. de Caſtr. in l. cum in antiquioribus. num. 6. in fine. C. de iure deliber. & ibi Alex. nu. 6. & latius dicam. num. 174.

27 Et iſtam quartam tranſmittit non ſolùm ad deſcendentes, ſed etiam ad quoſcunque hæredes Bald. poſt Cyn. in d. l. ſi arrogator. in addit. verſ. ibi quartam, & ratio eſt quia arrogatus eſt aggregatus familiæ arrogatoris, eſt hæres ſuus, & pariter in poteſtate eius eſt perinde ac ſi eſſet legitimus & naturalis. l. cū in adoptiuis. §. vlt. C. de adoption. Doctores in d. l. ſi arrogator. ff. eod.

28 Declaratur ampliatio iſta, vt locū habeat, ſi filius arrogatoris decedat poſt patrem arrogatorem, ſecus ſi ante mortem eius, quia tunc ius petendi iſtam quartam ad ſuos hæredes non tranſmitteret, nàm iura competitura poſt mortem alterius dicuntur cōditionalia l. ſi cum hæres. ff. quand. dies leg. ced. & quæ conditionalia ſunt, non tranſmittuntur l. vnic. §. ſin autem. C. de caduc. tollend. & ſic in ſpecie Signorol. de Homod. in l. ſi arrogator. num. 31. ff. de adoption.

29 Ampliatur tertio hic primus caſus, vt idē ſit in hæreditate fraterna ex teſtamento patris delata; veluti ſi teſtator filium ſuum puberem pupillariter alteri filio impuberi etiā habenti bona aduentitia ſubſtituiſſet, quia idem ſubſtitutus hanc hæreditatem ſui fratris impuberis non aditam ad quoſcunque hæredes iure ſuitatis tranſmittit, nàm cùm ea delata ſit ex teſtamento paterno cenſetur paterna. l. ſed ſi plures. §. quos poſſum. ff. de vulgar. & pup. vbi dicitur, quos poſſum hęredes mihi facere neceſſarios, poſſum & filio, & l. ſi pupillus paterna. §. cæterum. ff. de acquir. hæred. vbi ſi frater à patre fratri impuberi ſubſtitutus ſit, ſine dubio neceſſarius ei hęres exiſtit, & ſic tenet in terminis Bart. in d. §. quos poſſum. & ibi Ang. & Aret. num. 3. ff. de vulgar. & pupill. idem Bart. in l. moribus. nu. 46. ff. eod. Alex. in l. ſi fratris num. 2. & in l. quoniam num. 1. C. de iure delib. Iaſ. in l. emancipata nu. 3. C. qui admitt. & in l. qui ſe patris num. 10. C. vnde liber. Gulielm. de Bened. in c. Rainutius. verb. ſi abſque liberis. 2. numero 105. 106. & verb. mortuo itaque teſtatore 2. num. 146. de teſtam. Aret. in §. 1. num. 6. verſic. eſt etiam alius effectus. inſtit. de pupill. ſubſt. Ioan. Pyrrh. in tract. ſuitat. numero 4. Alex. conſ. 131. in princ. lib. 1. Ruin. conſil. 91. num. 6. lib. 2. Vaſqu. de ſucceſſ. progreſſ. §. 7. nu. 3. & 4. Craſſ. in §. tranſmiſſio. quęſt. 23. num. 8. Gabriel conſ. 108. numer. 1. lib. 1. Corn. conſ. 208. num. 4. verſ. his tamen non obſtantibus. vol. 2. Et idem eſt quando teſtator duos filios impuberes inſtituiſſet, & vltimo decedenti aliquem alterum pupillariter ſubſtituiſſet, nàm ſi decedit primus impubes, & poſtea decedat etiam ſecundus impubes non adita per eum hæreditate dicti fratris ſui impuberis, ipſam hęreditatē fratris ſui nō aditā tranſmittet ad hærede ſuum, ideſt ad ſubſtitutum pupillarem, quia teſtator videtur tacitè voluiſſe, vt portio primi morientis perueniat in ſecundum ſuperſtitē; vnde ſicut quando hæreditas defertur fratri ex ſubſtitutione pupillari, ea tranſmittitur etiam non adita, vt mox dictum eſt, ita etiam hoc caſu, & ſic dixit Ang. in l. quoniam ſororem num. 2. C. de iur. delib. per tex. in l. qui duos. ff. de vulg. &

pup.

pup.&l.qui duos.ff. de reb. dub. & illum ſe-
quitur abſolutè Paul.de Caſtr.in d.l. q duos.
num.3.& Alex,num.4.verſ.& ideo.ff. de vul
gar,& pup,Aret,in l,ſed ſi plures.§, quos poſ
ſum num,3.ff.de vulg. & pup, idem Paul.de
Caſtr.in d.l.qui duos.ſub num.3. verſic. &
ideo videtur.ff,de reb,dub.Alex.in l. quoniã
ſororem,num,1,C.de iur.delib.Iaſ.in l. ſi in-
fanti,num,17,verſ, itẽ eodem modo. C. eod,
tit,& Benedict,in d.c,Raynutius.verb.ſi abſ-
que liberis,2.de pupill,ſubſt, num,106. verſ.
quinimo,& verb, mortuo itaque teſtatore,2,
num,146,verſ,& idem eſſet,

30 Ampliatur quartò vt procedat etiã in par-
te obuenta vigore ſtatuti,nàm extante ſtatu-
to quòd mortuo patre ab inteſtato ſuccedãt
filij maſculi feminis excluſis, ſi eueniat caſus
quòd moriatur pater relicto filio & vna filia
femina, idemque filius ante aditam hæredi-
tatem patris decedat ſuperſtite ſorore prædic
ta, adhùc partem hanc ſtatutariam eidem fi-
lio obuentam vigore dicti ſtatuti tranſmittit
beneficio ſuitatis ad quoſcunque etiam ex-
traneos hæredes excluſa dicta eius ſorore, ſic
tenet Paul.de Caſtr,in l.fin,num.3. ff, de ac-
quir. hæred. vbi etiam refert ità conſuluiſſe.
Bald. & ſic quoque conſuluit Socin. conſil.
153.num.9.& ſeqq.lib.2. & conſil,67. num.
6.& infra.lib.4.Brun,de ſtatut.excluſ.femin.
art.13.quæſt.6, numer.93. Dec, conſil.331.
numer.6,verſic,venio ad ſecundum,vbi dicit
iſtam eſſe communem opinionem, cui firmi-
ter inhærendum eſt,& in l.ſi maritus num. 6.
C,de collat,Alex,in l.ſi filius.in fin,ff.de vul-
gar.& pupill.& conſ.20. lib.1, vbi hunc paſ-
ſum examinat ad partes,& num.9. concludit
pariter hanc eſſe veram,& magis communem
opinionẽ,quam etiam ſequitur Ang. in trac-
tat. ſuitat.quæſt.9. num,80,verſ.ſed an præ-
dicta,& nu.81.& 82.Laur. de Palat. in tract.
de ſucceſſion.maſculor,excluſ.fæmin,per ſta-
tut.part.3. num,18. & num.30. & infra. Iaſ.
conſil,201.num,4.vol.2.Præt. de interpræt.
vlt.vol.fol.211.num.9.& 10.& ità iudicauit
Senatus Mantuanus,vt per Surd. deciſ.138.
num. 9. & ſeqq. vbi alios plures concordãtes
adducit;ſequitur Gabriel.conſ.5.numer.11.
lib.1.& Craſſ.in §.tranſmiſſio.quæſt.25. nu.
1.& ſentit Zanch.in l.hæredes mei §.cum ità
num.277.ff.ad trebell.nec auſi ſunt ab ea re-
cedere idem Iaſ.in l.ſi arrogator num.19.&
ſeqq.ff.de adoption. & Roman. in l. ventre.
ff.de acquir. hæred. qui ſuper hoc reliquerũt
cogitandum: & fundamenta iſtius partis ad-
ducunt Socin.d.conſ.153.numer.9.& ſeqq.
vol.2.Dec.d.conſ.331.num.6.Alex.d.conſ.
20.lib,1.& Surd.6.deciſ,138. nu.9.& ſeqq.
Contrarium autem quod imò non tranſmit-
tat,tenet Salicet.in,l,1,in vlt,queſt.C.ad leg.
Iul.de adult.Bart.in l,liberorum num. 13.ff.
de verb.ſignif.Calcan, conſ.82. col.2. in fin,
& col.3,in fine,Ang.conſ.81.nu.4. cum alijs
relatis per Surd.d.deciſ.138.num.1.Marant.
in 10.quæſt.num.27.& Anton.de Roſell. in
tract.ſucceſſ.ab inteſtat.nu. 125, in fin.& ità
deciſum fuit Neapoli, vt per Grãmat.deciſ.
31 63.Et pro hac opinione vrgẽt huiuſmodi ra
tiones, primò qa portio ſororis defertur maſ
culis à ſtatuto,& ſic ex ſpeciali iure, ob id ea
non acquiritur, neque tranſmittitur niſi ac-
ceptetur l.emancipata, C. qui admitt.l, 1. §,
ibidem,ff.de collat, bonor. Secũdò quia cum
filius non habeat hanc portionem ſororis tã-
quàm ſuus; ſed ex iure ſpeciali ipſius ſtatuti,
ergo ſuitas in illa portione non poteſt opera-
ri tranſmiſſionem hæreditatis non aditæ arg.
l.mulieri & titio.ff.de condit.& demonſtrat.
vbi dicitur quòd non habet ius accreſcendi
qui admittitur ad legatum ex iure ſpeciali:
32 tertiò quia hæreditas tranſmittitur non tan-
quam adita,ſed tranſmittitur tanquã adeun-
da,ideſt vt poſſit acceptari & repudiari prout
poſſet à tranſmittente ſi viueret.l.ſi quis filiũ
§.1.ff.de acquir.hæred.Paul.de Caſtr.conſil.
254.num.1.verſ. nec obſtat quod tranſmiſe-
runt.lib.1.Zanch.in l.hæredes mei.§.cum ità
num.343.in fin.ff.ad Trebell.Crauet.conſil.
984.num.95.verſ.ſecundò, & conſ.985.nu.
46.Dec.conſ.442.num.14.Socin. conſil.67.
num.10.verſ.tertia,& num.ſeqq. vol.4. Go-
mez.var.reſol.tom.1.cap.9.num.55.ergo il-
le ad quem tranſmittitur ius adeundi nõ de-
bet ſua aditione poſſe excludere filiam, quia
qualitas filiationis propter quam ipſa exclu-
ditur perſonalis eſt, & non durat in hærede,
nec cedi aut tranſmitti poteſt.Bart.in l.is po-
teſt num.8.ff.de acquir.hæred.& ibi Caſtrẽſ.
num.1.in fin.Aret. ſub.num.1. Iaſ. num.28.
Surd.conſ.403.numer.44.vol.3.Has autem
rationes nititur concordare Gulielm. Bened.
in repetit.c.Raynutius. verb. mortuo itaque
teſtatore.2.num.120. vbi dicit quod ſi ſtatu-
tum ſimpliciter, & abſolutè excludit femi-
nas propter exiſtentiam maſculorum, tunc
verum eſt, quod maſculus portionem ſtatu-
tariam non aditam tranſmittit ad quoſcũque
heredes ſuos etiam extraneos; ſed ſi ſtatutum
non excludit ſimpliciter filias propter exiſtẽ-
tiam maſculorum, ſed iubet eas dotari, tunc
illam portionem non tranſmittit, ſed debe-

tur

tur ſorori, ea ratione quia dos ſuccedit loco
legitimæ, & propterea cum ſtatutum velit eã
habere ſuam legitimam, & eam in totum non
priuet, conſequenter non deſinit eſſe ſua pro
pter exiſtentiam maſculi, idem poſt Bart. &
Alex. dicit Iaſ. in l. ſi arrogator num. 21. ff. de
adopt. ſed tamen ex allegatis pro prima opi-
nione per Socin. d. conſ. 153. num. 9. & ſeqq.
vol. 2. & per Dec. in loco cit. & Alex. d. conſ.
20. lib. 1. & per Surd. d. deciſ. 138. num. 9. &
ſeqq. nunquam ab ea recederem; quibus ad-
do huiuſmodi conſiderationes, quæ potiſſi-
mum me trahunt in hanc ſententiam, quia ſci
33 licet fœmina excluſa à ſucceſſione patris vigo
re ſtatuti propter maſculos habetur pro mor-
tua l. 1. §. quidam filium. ff. de bon. poſſeſſ. con
tra tabul. l. 1. §. ſi pater emancipatus. ff. de con
iung. cum emanc. liber. Socin. d. conſ. 153. nu.
11. vol. 2. & quia cum fæmina fuerit ſemel ex
cluſa remanet ſemper excluſa etiam ipſis ma-
ſculis mortuis. Tiraquell. in repet. l. ſi vnquã.
verb. ſuſceperit liberos num. 193. & 194. &
Gabriel. in tit. de ſtatut. concluſ. 4. num. 1. vbi
allegant vltra viginti doctores hanc conclu-
ſionem firmantes; & vltimo loco Merlin. de le
gitim. lib. 3. tit. 1. quæſt. 3. vbi ex profeſſo. &
34 quia continuatio excluſionis, ac retentio fa-
cilius permittitur, quàm noua acquiſitio. l. 1.
§. caſum. ff. de poſtul. l. patre furioſo. ff. de his
qui ſunt ſui, vel alien. iur. & fauorabilior eſt
quam repetitio. l. ſi repetendi. C. de condict.
ob cauſ. in quantum autem, quòd filia dotata
vigore ſtatuti non deſinat eſſe ſua ex eo quia
dos ſuccedit loco legitimæ, reſpondetur non
eſſe verum quòd extante huiuſmodi ſtatuto
dos cõſideretur tanquàm legitima, cum enim
ea non ſuccedat ab inteſtato vnà cum maſcu-
lo, non debetur ei legitima, quæ eſt portio
eius, quod ab inteſtato debetur l. cum quæri-
tur. l. parentibus. C. de inoff. teſtam. Docto-
res in auth. nouiſſima C. eod. tit.

Et hoc multò magis locum habet in tranſ-
miſſione fienda ad hæredes ſuos per tex. in l.
cum auus. ff. de condit. & demonſtrat l. cum
acutiſſimi. C. de fideicom. & tex. in l. 3. §. ſe-
cundum. cum duabus. ll. ſeqq. ff. de aſſignand.
libert. vbi ſi pater aſſignat libertum vni ex fi-
lijs, deſcendentes ex ipſo filio excludunt pa-
truos, ac alios quoſcunque; & quia ſicut filius
tranſmittit partem delatam de iure commu-
ni, ita tranſmittere debet partem delatam iu-
35 re ſtatutario, cùm eadem res non debeat di-
uerſo iure cenſeri l. cum qui ædes. ff. de vſu-
cap. c. cũ in tua. de decim. c. cognouimus. 12.
q. 2. maximè, quia pater habet partem corpo-
ris ſui in filio, & ſic in filia, & cõſequenter ius
bonorum ſuorum continuatum eſt ex ſangui-
ne tranſmiſſo, nàm pater ibi eſſe, & ſtare dici-
tur vbi filius eſt. l. cum ſcimus. in fin. C. de
36 agricol. & cenſit. lib. 10. cum idem quoque ſit
de primogeniturìs, nàm filius pariter tranſ-
mittit in nepotem ius primogenituræ. Bart.
in l. is poteſt num. 8. ff. de acquir. hæred. & ibi
Caſtrenſ. & Aret. ſub. num. 1. Iaſ. num. 28. Ti
raq. de iure primogen. quæſt. 40. nu. 91. Mo-
lin. de primogen. lib. 3. cap. 6. num. 38. Pere-
grin. conſ. 1. numer. 23. & 26. lib. 2. & ſi enim
regulariter tranſmitti non poſſit id quod eſt
in ſpe, tamen fallit quando ſpes eſt firma, &
certa vt eſt in primògenitura, quæ primoge-
nito auferri non poteſt, idem Tiraquel. d.
quæſt. 40. num. 69. illudque ſecundùm magis
veram & obſeruatam opinionem tranſmittit
filius in eundem nepotem etiam ad excluſio-
nem patrui iam ſemel excluſi. Oldrad. conſil.
224. vbi in fine dicit ita fuiſſe iudicatũ. Ioan.
And. in addit. ad Specul. in rubric. de feud. co
lum. 3. verſ. redeundo ad indiuiduum. Gram-
mat. deciſ. 1. qui refert ità Neapoli deciſum
fuiſſe. Couan. pract. quæſt. cap. 38. num. 6. &
infra. Tiraq. de iure primogen. quæſt. 40. nu.
19. & ſeqq. cum alijs infinitis quos recitat ſub
numer. 12. ſic etiam tenuit Rota Rom. vt per
Bellam. deciſ. 724. & ita in primogeniturìs
ſeruari teſtatur idem Grammat. d. deciſ. 1. nu
mero 18. Bertachin. in repert. verb. nepos nu.
50. Iacob. de ſanct. Georg. in ſua inueſtit. in
verb. Carolus Dux. verſ. quid ſi Rex num. 8.
Afflict. in cap. 1. numer. 102. de ſucceſſ. feud.
Scap. de iur. non ſcript. cap. 10. lib. 2. Roſen-
tall. de feud. cap. 7. concluſ. 26. num. 13. &
ibi addit. in litera. P. vbi alios adducit Craſſ.
in §. tranſmiſſio quæſt. 24. num. 3. Mantic. de
coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. 10. numer. 9. vbi
alios ſimiliter allegat.

37 Nec obſtant duo prima fundamenta addu
cta in contrarium pro parte negatiua, quia re-
ſpondetur quòd ſtatutum habetur pro iure
communi non pro iure ſpeciali, nàm in ditio-
ne ſtatuentium ſuccedit loco iuris communis
l. omnes populi, vbi Bart. & alij. ff. de iuſtit. &
iur. Alex. conſ. 148. num. 1. vol. 6. Anchar. cõ-
ſil. 303. num. 3. Surd. d. deciſ. 138. numer. 17.
& textus in d. l. emancipata. C. qui admitt. &
l. 1. §. ibidem. ff. de collat. bonor. intelligitur
de bonorum poſſeſſione decretali, quæ cum
ſit facti non tranſmittitur. l. cum hæredes. ff.
de acquir. poſſeſſ. non autem locum habet in
bonorum poſſeſſione edictali, hæc enim non
requirit factum extrinſecum, ſed propter illã

datur

datur ſpes conſequendi decretalem, & facultas poſſendi agnoſcere, iccircò ad hæredes tranſmittitur. Iaſ. in d. l. emancipata num. 13. & ſeqq. Bened. in c. Raynutius. verb. mortuo itaque teſtatore. 2. num. 123. & ſeq. Dec. in l. infantis. num. 9. C. qui admitt. Minùs obſtat quòd hæreditas non tranſmittatur tanquàm adita ſed tanquàm adeunda, quia reſpondetur quòd hæreditas in ſuo ad effectum tranſmittendi habetur pro adita ipſo iure, vt mox dixi num. 17. & ſeq. iccircò non tranſmittitur priuilegium excluſionis, ſed tranſmittitur ipſa hæreditas. Socin. conſ. 153. num. 18. verſ. non ergo, vol. 2.

Subampliatur iſta quarta ampliatio, vt procedat etiam ſi ſtatutum admittat maſculũ ſub conditione; ſi voluerit vel potuerit hæreditatem adire; adhuc enim non ſolum partem ſuam, ſed etiam partem ſororis nõ aditam ad quoſcunque etiam extraneos hæredes tranſmittit. Socin. d. conſ. 153. nu. 23. verſ. quartò. & num. ſeqq. vol. 2. Brun. de ſtatut. art. 13. quæſt. 6. num. 92. Surd. d. deciſ. 138. numerò 16. verſ. quæ procedit.

38 Ampliatur quintò iſte primus caſus ſubalternus locum habere etiam in præiudicium, & excluſionem aliorum filiorum teſtatoris, nam tanta eſt potentia ſuitatis, vt ſuus hæreditatem non aditam tranſmittit ad quoſcunque etiam extraneos excluſis alijs filijs teſtatoris, de cuius ſucceſſione agitur; veluti ſi duo filij in poteſtate, heredes mei ſunt & alter eorum mea hæreditate nondum agnita deceſſit inſtituto herede extraneo; ad ipſum extraneũ tranſmittit hæreditatem meam excluſo fratre ſuo, ita quod idem hæres extraneus præfertur fratri ſuperſtiti; hæc eſt verior & magis communis ſententia, quã poſt Bart. Caſtrenſ. Alex. Iaſ. Ang. Salicet. Imo. Fulgoſ. Roman. Aret. Gualdenſ. & Corn. quos allegat ac reprobata opinione Barbat. & eiuſdem Corn. contradicẽtiũ, tenet Vaſqu. de ſucceſſ. creat. §. 21. num. 268. Craſſ. in §. tranſmiſſio. quæſt. 24. num. 2. & Surd. deciſ. 138. num. 27. tranſmiſſio enim fortior eſt quàm ius accreſcendi l. vnic. C. de his qui ant. apert. tabul. Bart. in l. 1. num. 20. ff. de vulg. & pupill. Iaſ. in l. vnic. num. 25. C. quand. non pet. part. & ibi Picus num. 25. Socin. conſ. 67. num. 2. vol. 4. Crott. in l. re coniuncti num. 150. ff. de leg. 3. Menoch. conſ. 209. numer. 34. Surd. d. deciſ. 138. in fine, nàm ius accreſcẽdi ſolùm competit propter deficientiam, & non dicitur deficere portio, quæ tranſmittitur ad hæredes l. ſed & ſi manente. ff. de precar. Surd. conſ. 529. nu. 23. vol. 4. idem Craſſ. in d. §. tranſmiſſio. quæſtio. 18. num. 5.

39 Hinc ſuccedens ex iure tranſmiſſo excludit ſubſtitutum vulgarem Bart. in l. 1. numer. 20. Alex. num. 19. verſ. puto ergo. Socin. nu. 17. verſ. vnde ex præmiſſis, & Rip. num. 131. ff. de vulg. & pupill. Vaſqu. de ſucceſſ. progreſſ. §. 12. numer. 22. verſ. ſic ergo; quàmuis cauſa ſubſtituti vulgaris ſit potentior, quàm illius qui venit per ius accreſcendi: l. vnic. §. in primo. §. pro ſecundo. C. de caduc. tollend. Doctores in l. quidam teſtamento. ff. de vulg. & pupill. & in l. pen. ff. de iniuſt. rupt. ergo multò magis debet excludere venientem per ius accreſcendi, iuxta regulam, ſi vinco vincentẽ te ergo magis vinco te. l. de acceſſionibus. ff. de diuerſ. & temp. præſcript.

40 Ampliatur ſextò, quia etiam inſtitutus in re certa tranſmittit iure ſuitatis hæreditatem ab hærede vniuerſali repudiatam, quamuis idem inſtitutus in re certa hæreditatem ipſam in vita non agnouerit. Salicet. in l. quoties & ibi Alex. num. 6. C. de hæred. inſtit. vbi dicit hoc dictum videri veriſſimum, & ſequitur Craſſ. in d. §. tranſmiſſio. quæſt. 19. num. 3.

41 Ampliatur ſeptimò iſte primus caſus ſubalternus, quia ſuus tranſmittit hæreditatem non aditam ad quoſcunque ei ſuccedentes ab inteſtato etiam ſi is furioſus eſſet Fulgoſ. conſil. 64. ſuper 1. dubio Ang. conſ. 241. nume. 2. Præt. de interpret. vlt. vol. fol. 210. numer. 6. nàm etiam filius furioſus exiſtens in poteſtate patris, eſt ſuus hæres patri l. fin. §. ſin verò perpetuo C. de curat. furioſ.

42 Declaratur primò iſte primus caſus ſubalternus procedere & locũ habere extante ſuitate, & non aliàs: ſciẽdum eſt autem ſuitatem conſtare ex duobus coniunctim, quorum altero deficiente non dicitur eſſe ſuitas.

43 Primum requiſitum neceſſarium ad eſſentiam ſuitatis eſt, vt quis teneat primum locũ de tempore mortis teſtatoris, ita vt nemo eũ præcedat in gradu, quia ſuitas reſidet ſolummodo in primo gradu lineæ deſcendentium, non in vlterioribus. §. ſui. Inſtit. de hæred. qualit. & differ. Gulielm. Bened. in repetit. c. Raynutius, verb. mortuo itaque teſtatore. 2. num. 11. de teſtam. Craſſ. in §. ſuitas. quæſt. 5. num. 1. Ang. Peruſ. in tract. ſuitat. quæſt. 5. num. 11. adeo vt extantibus filio, & ex eo nepote, & pronepote, ac vlterioribus, ſolus filius habet ſuitatem tanquàm proximior in gradu, eo autem deficiente, & ſublato de medio morte, vel emancipatione, tunc nepos, pronepos, vel deſcendens ex eo intrat locum eius, &

ſuita-

ſuitatem conſequitur, & ſi plures ſunt in eodem proximiori gradu, omnes habent ſuitatem,& æqualiter admittuntur. l. poſthumorum.ff.de iniuſt.rupt.§.poſthumorum.Inſtit. de exhæredat.liber.§.ità demum.inſtit.de hæred. quæ ab inteſt.deferunt.

Ampliatur primò iſtud primum requiſitũ, quia nepos, pronepos, vel alius deſcendens efficitur ſuus,& ſuitatem conſequitur non ſolùm ſi filius moriatur, vel emancipetur, ſed etiam ſi is exhæredetur, idemque nepos,pronepos,vel deſcendens hæres inſtituatur,tunc enim ipſe nepos efficitur ſuus, & tanquã ſuus hæres ſuccedit auo.l. qui in aliena. §. interdũ & ibi Bart.per illum tex.nu.1. verſ.oppo. extra gloſ.Alex.num.6.Aret.numer.7.Paul.de Caſtr.num.2.Iaſ.num.1.& 2.ff.de acquir.hæred.Ioan.Fab.in §.ſui.num.1.verſ. ſed iuxta. inſtitut. de hæred. qualit. & differ. Gomez var.reſolut.tom.1.cap.9. num.12. eadem ratione,quia exhęredatus habetur pro mortuo. l.1.§.ſi pater.ff.de coniung. cum emancipat. liber.

44 Ampliatur ſecundò adeò verum eſſe iſtud requiſitum, vt in ſuitate nec locũ habeat ſucceſſorium edictum, namque filio abſtinente vel repudiante hæreditatem patris, nepos nõ ſuccedit in ſuitate nec efficitur ſuus auo nec ideo tranſmittit hæreditatem eiuſdem aui iure ſuitatis ad quoſcunque; & licet Doctores in hoc valdè laborent, tamen hæc eſt vera & communis ſententia,& eſt tex.in l.1.§.ſciendum ff.de ſuis, & legitim. & ratio eſt quia ad hoc vt quis ſit ſuus, requiritur quod teneat primum locum de tempore mortis.§.ſui §. ità demum.inſtit.de hęred.qual.& differ.idcirco dum tempore mortis aui pater præcedit nepotem, non poteſt idem nepos fieri ſuus auo nec ſuitas in eum tranſire, nec conſequenter hæreditatẽ iure ſuitatis trãſmittere ad quoſcunque;& ſic tenent Curt.iun. in l. qui ſe patris.num.41.C.vnd.liber.& ibi Iaſ. num.45. verſ.ego autem.Paul. de Monte Pico nu. 58. & 59.vbi dicit ab hac concluſione in iudicando non eſſe recedendum, ſequitur Acoramb. num.89.vbi affert omnia fundamenta vtriuſque partis.Gozadin.numer.141.& ſeq. Sapia nu.34.& Vaſq. de ſucceſſ.creat.§. 20. requiſit.29.declarat.2.num.134.

Subampliatur iſta ampliatio vt procedat etiam ſtante ſtatuto quòd filius poſſit repudiare hæreditatem patris, namque filio repudiante,nihilominus nepos ex eo non efficitur ſuus auo.ſic contra Paul.de Caſtr. in d.l. qui ſe patris nu.7.verſ.ſed pone, & ibi Gozadin. num.146.& ſeq. & Vaſqu. de ſucceſſ. creat. lib.2.§.19.num.57.& per eandem rationem tenet & rectè Alex.in d.l. qui ſe patris. num. 13.verſ.in vno tamen,& Iaſ.num.46.C.vnd. lib.

45 Declaratur iſtud primum requiſitum quia vt quis ſit ſuus ſufficit quod habeat primum locum de tempore deſtituti teſtamenti, licet non de tempore mortis teſtatoris,veluti ſi pater habens filium & ex eo nepotem in poteſtate, filium exhęredaſſet, & nepotem prætetijſſet, hæredemquè inſtituiſſet extraneum,nam ſi deliberante hærede moriatur filius, & poſtea hæres repudiet,teſtamentum remanet deſtitutum & redactum ad cauſam inteſtati,neposquè efficitur ſuus hæres, cùm de eo tempore nemo eum præcedat, tex. eſt in l. ſi quis filio exhæredato.in princ.ff. de iniuſt. rupt.l. ſcripto.ff. vnd.lib.l.1.§. ſciendũ ff.de ſuis, & legitim.§.cum autem.inſtit.de hæred.quę ab inteſt.defer.l.ſi filius hęres.ff.de liber. & poſt

46 hum.intellige tamen quod tunc ſufficit tenere primum locum de tempore deſtituti teſtamenti, ſi idem nepos de tempore mortis aui teſtatoris natus erat vel ſaltem conceptus,ſecus ſi conceptus eſſet poſt mortem, quia tunc ſuus hæres auo fieri nequit.d.l.ſi quis filio exhæredato.in princ.verſ.non fuiſſe.l.1.§.ſciendum.ff.de ſuis & legitim.& §.cum autem.inſtit.de hæred.quæ ab inteſt.defer. ſed tali caſu eidem auo ſuccederet iure tranſmiſſionis vigore l.vnic.C. de his qui ant. apert.tab. ex perſona patris ſui cui delata eſt hæreditas ob teſtamentum deſtitutum, vt dicam inferius num.107.

47 Secundum requiſitum neceſſarium pro eſſentia ſuitatis eſt,quòd quis ſit in poteſtate illius morientis, de cuius ſucceſſione agitur, quia adeo neceſſaria eſt patria poteſtas, vt ſi filius non eſt in poteſtate patris morientis nõ dicitur ſuus nec priuilegio ſuitatis gaudet etiam ſi primum locum primũquè gradũ teneat l.lege Cornelia.in fin.ff.de teſtam.§.ſui. inſtit.de hæred.qual. & differ.§. emancipati. inſtit.de hæred.quæ ab inteſt.defer.

48 Ex quo infertur quod cum filius non ſit in poteſtate matris §. fæminæ. inſtit. de adopt. §. cæteri. inſtit. de hæred. qual. & differ.l.illud.§.ad teſtamenta.ff. de contratab. gloſ.1. in l.furioſæ.ff.de curar. furioſ. dand. propterea non dicitur ſuus matri & conſequenter hęreditatem maternam non aditam non tranſmittit iure ſuitatis Bald.conſ.204.vol.5.Socin.conſ.116.nu.13.vol.1.Surd. deciſ.140. num.2.ſed eam tranſmittit iure ſanguinis tan

tũm ad deſcendentes l. 1. C. de his qui ant. apert. tab. vel etiam ad tranſuerſales ac extraneos iure deliberandi, ſi moritur intra annum ſciens hæreditatem matris ſibi eſſe delatam l. cum in antiquioribus. C. de iure deliber. ſic Socin. conſ. 34. nu. 7. vol. 4. Ang. Aret. conſ. 80. num. 3. & ſeq.

49 Declaratur primò iſtud ſecundum requiſitum non procedere in poſthumo, qui licet non eſſet in poteſtate patris morientis, cùm non poſſit quis dici in poteſtate morientis fuiſſe antequam naſcatur l. fin. ff. de collat. bon. tamen naſcendo eſt ſuus & habet iura ſuitatis. §. ita demum. verſ. poſthumi. inſtit. de hęred. quę ab inteſt. defer. Iaſ. in l. ſi filius, nu. 13. ff. de vulg. & pupill. Gulielm. Bened. in c. Raynutius. verb. mortuo itaquè teſtatore. 2. nu. 16. Fab. Accoramb. in l. qui ſe patris. num. 29. & 30. C. vnde liber. Craſſ. in §. Sui-
50 tas. quæſt. 4. num. 4. & ratio eſt quia qui eſt in vtero habetur pro iam nato in his quæ concernunt ſuum commodum l. qui in vtero. la 1. ff. de ſtat. homin.

51 Declaratur ſecundò non procedere in filio in adoptionem dato extraneæ perſonæ, & ſi enim is non ſit in patris adoptiui poteſtate. §. ſed hodie inſtit. de adopt. tamen eſt hæres ſuus patri adoptiuo l. cum in adoptiuis. §. ſed ne. in fin. C. de adopt.

52 Declaratur tertiò non habere locum in filio pupillariter ſubſtituto fratri ſuo impuberi, quia efficitur ſuus hæres & neceſſarius dicto fratri ſuo impuberi in cuius poteſtate certum eſt eum non eſſe l. ſed ſi plures. §. quos poſſum l. 2. §. prius. ff. de vulg. & pupill. l. ſi pupillus paterna §. cæterum. ff. de acquir. hæred. ſed quòd pupillaris ſubſtitutio faciat neceſſarium hæredem verum eſt, quòd autem etiam ſuum hæredem facerè poſſit, eſt dubia ſed tamen communis ſententia. Bart. in l. 2. num. 46. & Ripa num. 63. & 64. ff. de vulg. & pupill. Alciat. in l. qui ſe patris. C. vnde liber. Iaſ. in l. ſi filius. num. 16. ff. de vulg. & pupill. Vaſqu. de ſucceſſ. progreſſ. §. 15. num. 29. vbi alios allegat, & teſtatur de communi, quamuis illam impugnet ibi num. 30. ex ea ratione, quia ſuitas non reperitur niſi in hæreditate aſcendentium reſpectu deſcendentium. d. §. ſui. inſtit. de hæred. qual. & differ. communem tamen ſequitur etiam Gulielm. Bened. in cap. Raynutius. verb. mortuo itaque teſtatore. 2. num. 19. & Craſſ. in §. ſuitas. quæſt. 4. num. 6. & in §. ſubſtitutio. quæſt. 36.

53 Declaratur quartò iſtud requiſitum nõ procedere in Epis, qui etſi per dignitatis apicem, non ſint in patria poteſtate. §. illud. verſ. palam. in authentico conſtit. quæ dignit. authentica. ſed epiſcopalis. C. de Epiſc. & Cleric. c. ſi ſeruus ſciente. 54. diſt. nihilominus remanent ſui, & iura ſuitatis retinent. d. §. illud. verſic. non enim volumus. Alex. in l. ſi filius qui patri. num. 17. ff. de vulg. & pupill. Ang. in §. emancipati. num. 2. inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. defer. Gulielm. Bened. in d. cap. Raynutius. verb. mortuo itaque teſtatore. 2. num. 19. Matth. Matheſyl. in tract. de ſucceſſionibus. num. 5. verſ. notandum, & numer. 6. Gomez. var. reſolut. tom. 1. cap. 9. nu. 11. Craſſ. in d. §. ſuitas, quæſt. 4. num. 8. quamuis ſecus ſit in ſimplici monaco, vt dicam. num. 88. & idem eſt de alijs, qui per aliquam dignitatem à patria poteſtate liberati ſunt, de quibus habetur in §. 1. in authentico conſtit. quæ dignit. & §. filiusfamilias inſtit. quib. mod. ius patriæ poteſt. ſoluit.

54 Subdeclaratur, quia in omnibus his caſibus, quibus datur ſuitas abſquè poteſtate, tunc non dicitur ſuitas propriè, & verè, ſed fictè, & interpretatiuè, ac introducta ex legis diſpoſitione. Gomez. d. tom. 1. cap. 9. num. 13. Craſſ. in §. ſuitas. quæſt. 4. num. 3. Fab. Accoramb. in l. qui ſe patris. numero 30. C. vnde liber. cùm enim patria poteſtas inuenta ſit à iure ciuili. l. nam, & ciuium. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur. §. 2. inſtit. de patr. poteſt. & conſequenter etiam ſuitas, quæ cauſatur ab ea; meritò in aliquo caſu poteſt ius ciuile ſuitatem inducere ſine patria poteſtate. §. fin. inſtit. de legit. agnat. tut. Curt. iun. conſ. 22 ii. numero 18. verſ. confirmari. & numeris ſeqq.

Modò Poſtquàm dictum eſt de requiſitis ſuitatis, ſequitur vt videamus qualiter ſuitas tollitur.

55 Primò itaquè tollitur ſuitas, quando filiò datus eſt cohæres. l. apud iulianum. §. idem Iulianus. ff. ad Trebell. dummodo ſit cohæres extraneus; ſecus ſi frater ſuus ſimiliter in poteſtate. l. ſi filius qui patri. l. ſed & ſi plures. §. quos poſſum. ff. de vulg. & pupill. & ratio eſt, quia teſtator dando cohæredem extraneum, non videtur confiſus de ſola exiſtentia ſui hæredis, quod ſecus eſt quando habet cohæredem fratrem: Declaratur tamen, quia datio cohæredis extranei adhuc non ſemper facit exiſtentiam ſui hæredis inutilem, ſed tantùm circa ea, quæ à teſtatore diſpoſita ſunt in teſtamento; nàm circa ea quæ veniunt extrinſecus, vt circa tranſmiſſionem, datio cohæredis extranei non tollit exiſtentiam

ſui

ſui hæredis. l. ſi fratris. C. de iure deliber. vbi Bart. numero 2. & Caſtrenſ. numero 3. idem Bart. in d. l. ſi filius qui patri. nu. 5. ff. de vulg. & pupill. & communem dicit Vaſqu. de ſucceſſ. creat. §. 21. num. 87. vbi alios recenſet, & excipit quatuordecim caſus, in quibus ſuitas non tollitur datione cohæredis extranei, & de ſucceſſ. progreſſ. §. 10. numero 10. & ratio eſt, quia tranſmiſſio hæreditatis non pendet à teſtatore, vel teſtamento, ſed ex diſpoſitione legis, ideo per dationem cohæredis impediri non poteſt: Contrarium autem quod datio cohæredis extranei neutro caſu tollat ſuitatem, neque quoad ea, quæ diſpoſita ſunt à teſtatore tenet, & tuetur Ang. Peruſ. in tract. ſuitat. quæſt. vlt. numero 47. vſque ad finem, vbi ex profeſſo, quod tamen non curo inueſtigare, an datio cohæredis tollat ſuitatem quoad alios effectus, poſtquam quo ad effectum tranſmiſſionis, quæ eſt materia noſtra iam omnes conueniunt dationem cohæredis ſuitatem non tollere, & ſic tenet quoque Gutierrez. in repet. §. ſui. num. 59. & ſeqq. inſtit. de hæred. qualit. & different. & Gulielm. de Benedict. in c. Raynutius. verb. mortuo itaque teſtatore. 2. num. 209. & 210. Vaſqu. de ſucceſſ. creat. §. 21. nu. 87. Craſſ. in §. ſuitas. quæſt. 1. r. num. 4. cum alijs per eos adductis. Gabriel. conſ. 108. num. 1. lib. 1.

56 Secundò tollitur ſuitas, quando filius in poteſtate habet ſubſtitutum vulgarem. l. ſi filius hæres. ff. de liber. & poſthum. gloſ. in l. Papinianus. §. quartam verb. ad ſubſtitutum. circa medium. ff. de inoffic. teſtam. & ſic tenent Iacob. de Aren. Dyn. Bart. Bald. Imol. Raphael Cuman. quos refert, & ſequitur etiam Alex. in d. l. ſi filius hæres. num. 3. & ſeqq. & Iaſ. numero 28. & num. 52. in fine: vbi hanc concluſionem tractat ex profeſſo, & atteſtatur de magis communi, quamuis contrarium defendant Vaſqu. de ſucceſſ. creat. §. 21. numero 186. & ſeqq. & de ſucceſſ. progreſſ. §. 6. numero 11. & ſeqq. vſque ad fine, & Ang. Peruſ. in tract. ſuitat. quæſt. vlt. nume. 16. & infra. vbi quæſtionem iſtam diſputant ad partes cum alijs adductis per eundem Vaſqu. d. §. 21. numero 184. & hanc partem, quod per dationem ſubſtituti vulgaris tollatur exiſtentia ſuitatis, ſequitur, & communem pariter eſſe teſtatur. Socin. in l. 1. numero 47. ff. de vulg. & pupill. Gulielm. de Bened. in c. Raynutius. verb. mortuo itaque teſtatore. 2. numero 193. verſic. hæc opinio. & numer. ſeqq. cum multis alijs recitatis per Vaſqu. d. §. 21. num. 183. & Craſſ. in §. ſuitas. quæſt. 10. idem etiam tenet Ripa in l. 1. numer. 130. ff. de vulg. & pupill. Fachin. controuerſ. iur. lib. 4. cap. 71. Gutierrez. in repet. §. ſui num. 49. & ſeqq. inſtit. de hæred. qualit. & different. & Gomez. var. reſolut. tom. 1. cap. 9. nu. 34. verſic. ſed his non obſtantibus. & Simon de Præt. de interpræt. vlt. volunt. lib. 3. fol. 241. num. 57. & ratio eſt quia ſuitas facit hæredem neceſſarium, ſiue velit, ſiue nolit. §. ſui inſtit. de hæred. qualit. & different. (nam & ſi hodie habeat beneficium abſtinendi, tamen iſtud beneficium non tollit ſuitatem, vt vidimus ſuperius. num. 22. prope finem) ſubſtitutio autem vulgaris facit eum voluntarium, cum per hæc verba concipiatur; ſi nolit, vel non poſſit. l. cum proponas. C. de hæred. inſtit. ideo pater dando ſubſtitutum vulgarem, videtur tollere neceſſitatem ſuitatis, & filium facere hæredem voluntarium. l. 1. §. ſi proponatur. ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam. quod procedit, ſiue ſubſtitutus ſit extraneus, ſiue ſubſtitutus ſit nepos exiſtens in poteſtate teſtatoris, qui eſt ſequens in gradu per eandem rationem, & per tex. in l. ſi filius hæres. ff. de liber. & poſthum. quem ad hoc allegat, & peregrinum eſſe dicit. ibi Iaſ. num. 5.

57 Hæc autem concluſio, quod per dationem ſubſtituti vulgaris tollatur ſuitas, & ſic ceſſet tranſmiſſio fienda iure ſuitatis, declaratur primò locum habere in ſubſtitutione vulgari expreſſa, ſeu expreſsè facta, ſecus in vulgari tacita contenta ſub expreſſa pupillari; hæc enim tacita vulgaris, eſt ſubſtitutio merè legalis, vnde non poteſt dici, quod per eam teſtator dederit licentiam abſtinendi, quod patet ex eo, quia exiſtentia ſui hæredis operatur quod per ipſam confirmantur tabulæ pupillares. l. filius qui ſe paterna. ff. de acquir. hæred. l. ſi filius qui patri. ff. de vulgar. & pupill. Ideo non poteſt cenſeri ſublata ſuitas. & ita tenet Bart. in l. gallus. §. & quid ſi tantum. num. 6. ff. de liber. & poſthum. & in l. 1. numer. 50. ff. de vulg. & pupill. Socin. in l. 1. numer. 47. verſic. primò. ff. de vulg. & pupill. Paul. de Caſtr. in l. ſi filius hæres num. 5. verſic. poſito autem. Alex. ſub num. 6. verſic. ſed reſponderi. & Iaſ. num. 54. ff. de liber. & poſthum. Gulielm. de Bened. in cap. Raynutius. verb. mortuo itaque teſtatore. 2. num. 194. de teſtam. & refert Vaſqu. de ſucceſſ. creat. §. 21. num. 189. ſequitur Angel. de Peruſ. in tractat. ſuitat. quæſtio. vlt. numero 43. Gomez. variar. reſolut. tom. 1. capit. 9. numero 36.

58 Declaratur conſequenter, & ſecundò concluſio

cluſio hæc, quod cùm coniunctus ſuccedens per ius accreſcendi, cenſeatur tacitè ſubſtitutus à lege. l. ſi titio, & mæuio. §. Iulianus. ff. de leg. 2. iuncta. l. 3. C. de iur. deliber. ob id ex hac tacita ſubſtitutione legali non cenſetur ſublata ſuitas. Iaſ. in l. ſi filius hæres. num. 54. verſic. hinc ex iſta. ff. de liber. & poſthum. Socin. in l. 1. num. 47. verſic. ſecundo limita. ff. de vulg. & pupill. Vaſqu. de ſucceſſ. creat. §. 21. num. 202.

59 Declaratur tertiò non procedere, vbi filio per patrem facta eſſet vulgaris ſubſtitutio in ſuitate, hoc eſt ſecundùm conſilium Galli, vel legis velleiæ, puta ſi dixerit; ſi filius me viuo morietur, tunc nepotem ex eo ſubſtituo; nàm ſi filius non deceſſit eo viuo, erit ſuus hæres poſt mortem patris non obſtante ſubſtitutione l. ſi mater. §. fin. & ibi gloſ. fin. & Bart. num. 2. & alij. ff. de vulgar. & pupill. Alex. in l. ſi filius hæres. num. 6. verſic. tertiò fallit. & ibi Iaſ. num. 57. Paul. de Caſtr. numero 5. ff. de liber. & poſthum. Socin. in l. 1. numer. 47. verſic. quartò limita. ff. de vulg. & pupill. idē Bart. in d. l. 1. numer. 50. ff. de vulg. & pupill. Guliel. Bened. in cap. Raynutius. verſic. mortuo itaque teſtatore. num. 195. de teſtam. Angel. de Peruſ. in tract. ſuitat. quæſt. vlt. num. 43. verſ. primus. Gomez. var. reſol. tom. 1. capit. 9. num. 39. Vaſqu. de ſucceſs. creat. §. 21. num. 191. his ducuntur rationibus, quia hæc ſubſtitutio concipitur in defectum ſuitatis, hoc eſt in caſu, quo filius moriatur in vita patris, & deſinat eſſe ſuus, ideo non eſt intentio ipſius patris ſuitatem tollere ſi filius ſuperuiueret poſt eum, ſed ſolùm ſi præmoreretur eo viuo; Et quia cùm talis ſubſtitutio concipiatur in caſum quo filius moriatur in vita patris, certum eſt de eo tempore filium non poſſe adire, nec conſequenter dici poſſe datā eſſe ei licentiam ſe abſtinendi, quia qui velle non poteſt, non dicitur nolle. l. pater ſeuerinam. in fine. princ. ff. de condit. & demōſtrat. l. eius eſt nolle. ff. de reg. iur.

60 Declaratur quartò hæc concluſio, vt non procedat, quando per repudiationem filij inſtituti vitiarentur legata, quæ regulariter nō intelliguntur repetita à ſubſtituto iuxta notata in l. licet imperator. ff. de leg. 1. tūc enim per dationem vulgaris ſubſtituti, non videtur teſtator dediſſe licentiam inſtituto ſe abſtinendi, ne pereant talia legata, & ſubuertatur iudicium ipſius teſtatoris arg. l. 3. ff. de milit. teſtam. ſicquè hoc caſu non dicitur ſublata exiſtentia ſuitatis. Bald. in l. 1. num. 1. C. ſi omiſs. ſit cauſ. teſtam. Alex. in l. ſi filius hæres. ſub num. 6. verſic. ſeptimò fallit. & ibi Iaſ. num. 58. ff. de liber. & poſthum. Socin. in l. 1. num. 47. verſic. vndecimò. ff. de vulg. & pupill. Gulielm. Bened. in c. Raynutius. verb. mortuo itaque teſtatore. 2. num. 199. Vaſqu. de ſucceſſ. creat. §. 21. num. 197.

61 Declaratur quintò non procedere quando vulgaris ſubſtitutio efficeretur caduca; putà quia teſtatore viuente deficeret ſubſtitutio per mortem ſubſtituti, tunc enim non tollitur exiſtentia ſuitatis, ex quo ſubſtitutio vulgaris omnino defecit, & non habuit effectum, ità ſingulariter tenet Bald. in l. ſi mater. §. ſi filius. ff. de vulgar. & pupill. per ibi nota-
62 ta in gloſ. magna; Contrarium tamen tenuit Imol. in d. §. ſi filius. & illū ſequitur ibi Alex. num. 4. verſic. vltimò, & Iaſ. in l. ſi filius hæres. num. 58. verſic. quinto. & num. 59. ff. de liber. & poſthum. Socin. in l. 1. num. 47. verſ. decimoquartò. ff. de vulg. & pupill. Gulielm. Bened. in d. c. Raynutius. verb. mortuo itaque teſtatore. 2. num. 201. de teſtam. & ratio eſt, quia per dationem ſubſtituti vulgaris videtur filius eſſe inſtitutus conditionaliter; ſi hæres eſſe voluerit; l. cum proponas. C. de hæred. inſtit. quæ conditio tollit ſuitatem. l. verba. ff. de condit. inſtit. & ſibi data eſſe videtur licentia ſe abſtinendi. l. 1. §. ſi proponatur. ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam. Vnde nihil intereſt, quod ſubſtitutio non habeat effectum, quia ſufficit quod ſuitas extincta fuerit ab initio, cùm ampliùs reuiuiſcere non poſſit. l. qui res. §. aream. ff. de ſolut. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de verb. obligat.

63 Declaratur ſextò, nàm per dationem ſubſtituti vulgaris non tollitur exiſtentia ſuitatis vſquè ad legitimam: ſic tenet Iac. Butr. prout refert Bald. in l. ſi arrogator. nu. 5. verſ. ſextò oppono. ff. de adopt. & illum ſequitur Alex. in l. ſi filius hæres. num. 6. verſic. decimò fallit. ff. de liber. & poſthum. Et Gulielm. Bened. in d. c. Raynutius. verb. mortuo itaq; teſtatore. 2. num. 202. Vaſqu. de ſucceſſ. creat. §. 21. num. 199. & plerique moderni, vt tradit Socin. in l. 1. num. 47. verſ. decimo quintò limita. ff. de vulg. & pupill. idemque tenet Gomez tom. 1. cap. 3. nu. 17. verſ. ſecunda principalis opinio: & cap. 9. num. 40. vbi dicit hāc opinionem tanquam veram, & communem eſſe tenendam in iudicando & conſulēdo. & Craſſ. in §. ſuitas. quæſt. 10. num. 7. Ang. de Periglis. in tract. ſuit. quæſt. 10. numero 46. Surd. conſ. 541. nu. 20. vol. 4. pro qua opinione adducitur ratio, quia ſi diceretur ſublata ſuitas vſque ad legitimam, non poſſet filius

ius

ius petendi ipſam legitimam tranſmittere ad hæredes, niſi prius declaraſſet ſe velle, arg. l. ſi ita legatum.§.illi ſi volet.ff.de leg.1.ſed auferre facultatem tranſmittendi cenſetur eſſe onus l.Pantonius.ff.de acquir.hæredit & legitima debetur ſine onere.l.quoniam in prioribus. C. de inoff. teſtam. Contrarium tenet Bald.in d.l.ſi arrogator.num.5.verſ. ſexto oppono.ff.de adopt.& mouetur ea ratione quia exiſtentia ſui hæredis eſt principalius introducta fauore patris, quàm fiij,ergo ſi pater vult eam locum non habere,non dicitur grauare filium, ſed ſatisfacere fauori ſuo, nàm vti iure ſuo poteſtatiuo, vel permiſſiuo non eſt grauare aliquem.l.ſi iudex.ff. de minorib. &ad rationem adductam per Butr. reſpõdet quòd auferre facultatem tranſmittendi non eſt grauamen,ſed eſt natura actus à iure permiſſi.l.Papinianus.§.quarta. ff. de inoffic. teſtam.l.ſi cũ dotem.§.ſi pater.ff.ſolut.matrim. & Baldum firmiter ſequitur Simon de Præt. de interpræt.vlt.vol.lib.3. interpr. 2.dub. 1. ſolut.5.nu.60.fol.241.cum alijs ibi per eum allegatis. Alij autem vt Iaſ.in l.ſi filius hæres. num.61.& ſeqq. ff. de liber. & poſthum. & Socin.in l. 1. num.47. verſ. quintò limita. ff. de vulgar. & pupill. ancipites difficultatem iſtam dimittunt ſine reſolutione : ſed nihilominus opinio Iac. Butr. tutior, eſſe videtur,quia per dationem vulgaris ſubſtituti, filius cenſetur eſſe inſtitutus ſub illa conditione; ſi hæres eſſe voluerit.d.l. cum proponas. C.de hæred. inſtit.illa autem conditio reijcitur vſque ad legitimam.Bald.& Salicet.in d. l.quoniam in prioribus.C.de inoff.teſt.Imol. in l.iam dubitari.ff. de hæred. inſtit. Gomez. d.tom.1.cap.3.nu.17.verſ.ſed nihilominus. & cap.9.nu.40.Angel.de Peruſ. in d.tractat. ſuitat.quæſt.vlt.num.46.& Craſſ.in d.§.ſuitas.quæſt.10.num.7.in fin.quò verò ad bona quæ ſunt vltra legitimam aliud eſt,nàm ſubſtitutio vulgaris pro ea parte legitimam excedente tollit ſuitatem,& ſic impedit tranſmiſſionem ad extraneos, vt ex multis probat Gomez.d.cap.3.num.18.& ſeqq.

64 Declaratur ſeptimò procedere in ſubſtitutione vulgari,ſecus in fideicommiſſaria,nàm per eam non tollitur ſuitas.l.ita tamen.§.ſi pater.ff.ad Trebell.& Iaſ.in l.ſi filius hæres.nu. 65.ff.de liber.& poſthum.Vaſqu.de ſucceſſ. creat.§.21.numer.203.Gomez. var.reſol.d. tom.1.cap.9.nu.38.

65 Declaratur octauò locum non habere,quãdo ſubſtitutus vulgaris, eſt etiam ſubſtitutus per fideicommiſſum, veluti ſi in teſtamento poſita eſt illa clauſula:ſubſtituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum ; tunc enim non videtur ſublata ſuitas, attẽto quod inſtitutus poteſt inuitus ob fideicommiſſariam ſubſtitutionem cogi ad inſtantiam fideicommiſſarij adire.l.non iuſtam. cum gloſ. C. ad Trebell.& ſic non videtur à teſtatore data licentia abſtinendi ſecundùm Bald.in d.l.nõ iuſtam.numero 5.quia ſi videretur data licentia abſtinendi,non poſſet cogi.l. 1.§. ſi proponatur.ff. ſi quis omiſſ.cauſ.teſtam.& hanc declarationem approbant Ang. & Imol. in l.1. ff.de vulg.& pupill.Iaſ.in l.ſi filius hæres.nu. 56.& 65.ff.de liber.& poſthum. Socin. in d. l.1.numero 47.verſ.quintò limita.ff.de vulg. & pupill. vbi dicit ità vidiſſe ſæpius conſultum.Alex.conſ.4.num.15.lib.2. Vaſqu. de ſucceſſ.creat.§.21.nu.204. Ruin. conſ.165. num.4.verſ. & ſimiliter.vol.2.Benedict.in c. Raynutius.verb. mortuo itaquè teſtatore.2. num.197.Gomez.tom.1.cap.9. numero 38. Craſſ.in §.ſuitas.quæſt.10.nu.8.Surd. conſ. 541.num.23.vol.4. Angel. de Peruſ. de ſuitat.quæſt.vlt.num.43.verſ.tertius.

66 Subdeclaratur hæc octaua declaratio, vt procedat,quando ſubſtitutus vult hæreditatem ex fideicommiſſo, quia tunc verum eſt, quod non tollitur ſuitas.l.ita tamen.§. ſi pater.ff. ad Trebell. At ſi eam vult ex vulgari, hoc caſu ſuitas ſublata eſſe cenſetur, namquè ſupponendum eſt,quod ſubſtitutus vulgariter,& per fideicommiſſum habet electionem, an velit ſuccedere ex ſubſtitutione vulgari, vel ex fideicommiſſaria.l.recuſare.§. Titius. & ibi Bart.numero 2.Ang.& Paul.de Caſtr. num.3.Alex.num.1.ff.ad Trebell.& l. ſi quis ſeruo.ff.de manumiſſ.teſtam.idem Bart. in l. Centurio.num.38. & ibi Alex. nu.96. Aret. ſub num.16. verſ. & in quantum.ff. de vulg. & pupill.Socin.ſen.conſil.144.num.3.lib.1. Surd.conſ.236.num.20.vol.2. Peregr. de fideicom.art.2.num.67. & 68. ita quòd ad dignoſcendum, vtrum ex huiuſmodi ſubſtitutione ſit ſublata ſuitas,inſpiciendus eſt euentus,an ſcilicet ſubſtitutus hæreditatem agnouerit ex vulgari, vel ex fideicommiſſaria arg. l.fin.C.de codicill. Et ſic in terminis tenet Ang. in d.l. Papinianus.§.quarta.ff.de inoffic.teſtam. & illum refert Iaſ. in l.ſi filius hæres.num.67.ff.de liber.& poſthum. Socin. in l.1.num.47.verſ.quintò limita.ff.de vulg. & pupill.Aret.in l. Centurio. num.16.in fin.ff. eod.de vulg.& pupill. Gomez.tom. 1.cap.9. num.38.poſt med.

67 Declaratur nonò concluſio iſta,vt non procedat,

cedat, quando vltra ſubſtitutum vulgarem, datus eſt etiam alter ſubſtitutus per fideicom miſſum, quia tunc pariter non cenſetur ſublata ſuitas; attento quod inſtitutus poteſt cogi per fideicōmiſſarium adire; ſic Ang. & Imol. in l. 1. in princ. & ibi Socin. num. 47. verſ. nonò limita. ff. de vulg. & pupill. Alex. in l. ſi filius heres. ſub numero 6. verſ. quintò fallit. & ibi Paul. de Caſtr. num. 5. verſ. item verum. ff. de liber. & poſthum. Gulielm. Bened. in c. Raynutius. verb. mortuo itaque teſtatore. 2. num. 197. de teſtam. Vaſqu. de ſucceſſ. creat. §. 21. num. 193.

68 Declaratur decimò non procedere, quando filius inſtitutus, ſibimet vulgariter etiam ſubſtitutus eſſet, iuxta. l. fin. §. Titius. ff. de vulg. & pupill. & l. 1. §. ſi proponatur. ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam. quia cum per repudiationem primi gradus, purificata ſit tacita conditio quæ ſubſtitutioni ineſt, ideo ſtatim quod excluditur à primo gradu, fit ſuus & neceſſarius hæres ex ſecundo. arg. l. conditionibus pupillus. ff. de condit. & demonſtrat. ſic tenet Bald. in d. l. 1. num. 1. verſ. item ſi ſuus. C. ſi omiſſ. ſit cauſ. teſtam. Alex. in d. l. ſi filius hæres. num. 6. verſ. octauò fallit. & Iaſ. num. 58. verſ. quartò. ff. de liber. & poſthum. Socin. in l. 1. num. 47. verſ. duodecimò. ff. de vulg. & pupill. Guliel. Bened. in c. Raynutius. verb. mortuo itaque teſtatore. 2. num. 200. Vaſqu. de ſucceſſ. creat. §. 21. num. 194.

69 Declaratur vndecimò, vt per dationē ſubſtituti vulgaris cenſeatur ſublata ſuitas, quando filius purè inſtitutus eſt; ſecus ſi eſt inſtitutus ſub conditione poteſtatiua, tunc enim non cenſetur ſublata ſuitas etiam ſi ei datus ſit ſubſtitutus vulgaris per tex. in l. fin. ff. de condit. inſtit. per quem tex. ſic tenet, & tuetur Socin. in l. 1. num. 47. verſ. ſextodecimò. ff. de vulg. & pupill. & illum ſequitur Vaſqu. de ſucceſſ. creat. §. 21. num. 206.

70 Declaratur duodecimò non procedere, quando ſubſtitutus repudiauit hæreditatem, nàm hoc caſu non videtur filius deſijſſe eſſe ſuus, ſecundum gloſ. in l. Papinianus. §. quarta. in verb. ad ſubſtitutū. ff. de inoffic. teſtam. quàm gloſ. tamen impugnat, & benè Ang. ibi, & Vaſqu. de ſucceſſ. creat. §. 21. nu. 205. quia cum ſuitas iàm ſemel extincta fuerit per dationem ſubſtituti vulgaris, non poteſt reuiuiſcere per repudiationem ſubſtituti poſt mortem filij.

71 Declaratur decimotertiò non procedere in vulgari compræhenſa in cōpendioſa, quia hæc nō tollit ſuitatem. Ang. in l. Papinianus. §. quarta. ff. de inoffic. teſtam. Raphael, & Paul. de Caſtr. in l. ſi filius hæres. num. 5. verſ. item in illa. & ibi Alex. ſub num. 6. verſic. vndecimò fallit, qui dicit ſic conſuluiſſe. & Iaſ. num. 56. ff. de liber. & poſthum. Socin. in l. 1. num. 47. verſ. ſeptimò limita. ff. de vulg. & pupill. Guliel. Bened. in c. Raynutius. verb. mortuo itaque teſtatore. 2. num. 203. Vaſqu. de ſucceſſ. creat. §. 21. num. 200. Gomez. var. reſol. tom. 1. cap. 9. num. 37. & ratio eſt, quia compendioſa compræhendit non ſolùm vulgarem, ſed etiam fideicommiſſariam Doct. in l. præcibus. C. de impub. & alijs ſubſtit. & in cap. Raynutius, de teſtam. & Alex. in loc. cit. quo caſu non tollitur ſuitas, vt dictum eſt. num. 65. & ſeq.

72 Declaratur decimoquartò non procedere in vulgari compræhenſa in breuiloqua, ſiue reciproca, quia hæc pariter ſuitatem non tollit, cùm in reciproca contineatur vulgaris expreſſa ſaltem verbis generalibus, ſic dicit & tenet Ang. in d. l. Papinianus. §. quarta. ff. de inoffic. teſtam. Raph. Imol. Paul. de Caſtr. in d. l. ſi filius hæres. num. 5. verſ. item in illa. & Iaſ. num. 55. verſ. intellige. ff. de liber. & poſthum. Vaſqu. de ſucceſs. creat. §. 21. num. 205. vbi dicit hāc partem eſſe veriorem, quicquid in contrarium teneat Alex. in d. l. ſi filius hæres. in fin. quem ſequitur Gulielm. Bened. in c. Raynutius. verb. mortuo itaque teſtatore. 2. num. 203. vbi dicit hanc eſſe veritatem, qui mouentur ex eo, quia in breuiloqua, ſeu reciproca, nulla continetur fideicommiſſaria, niſi ſecum admixta ſit compendioſa, veluti ſi teſtator dixit; Caium, & Titium filios meos hæredes inſtituo, & quandocunquè deceſſerint, eos inuicem ſubſtituo.

73 Declaratur decimoquintò concluſio hæc, vt locum non habeat ſecundùm Ang. in l. 1. ff. de vulg. & pupill. quando teſtator filio ſuo inſtituto, nepotem ex eo ſibi vulgariter ſubſtituiſſet, quoniam hoc caſu non videtur à teſtatore data licentia abſtinendi, mouetur per tex. in l. Iulianus. in prin. ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam. Sed contrarium quod imò tollatur ſuitas tenet Imol. in d. l. 1. ff. de vulg. & pupill. & illum ſequitur ibi Socin. num. 47. verſ. decimotertiò, & Alex. in l. ſi filius heres. num. 6. verſ. ſextò fallit, & Iaſ. num. 15. ff. de liber. & poſthum. Guliel. Bened. ī c. Raynutius. verb. mortuo itaque teſtatore. 2. num. 198. mouentur per tex. in d. l. ſi filius hæres. ff. de liber. & poſthum, ſecundùm communem illius intellectum; vbi ſubſtitutus erat nepos, & tamen per dationem ſubſtituti tollitur ſuitas, & ad

d. l.

d.l. Iulianus reſpōdent, quod loquitur quando inſtitutus erat extraneus; quando enim inſtitutus eſt filius, teſtator videtur cogitaſſe de caſu quo idem filius nolit, & ſic per conſequens cenſetur data licentia abſtinendi, & ſuitas ſublata; non autem videtur cogitaſſe de caſu quo non poſſit, ne videatur cogitaſſe de caſu aduerſo, & aduerſa fortuna filij, quod repugnat voto parentum. l. iſti quidem. ff. quod met. cauſ. quam rationem adducit Bart. in d. l. Iulianus. in 1. oppoſit. & Socin. & Bened. in loc. cit.

74 Declaratur decimoſextò, vt non procedat quando ſubſtitutus vulgaris, non eſt ſubſtitutus in tota hæreditate; ſed in parte eiuſdem hæreditatis tantùm, quia hoc caſu non cenſetur ſublata ſuitas. l. ſi ſolus. ff. de acquir. hęred. & per illum tex. Imol. in l. apud Iulianum. §. idem Iulianus. ff. ad Trebell. ſequitur Alex. in l. ſi filius hæres. nu. 6. verſ. quartò fallit. ff. de liber. & poſthum. Socin. in l. 1. nu. 47. verſ. octauò. ff. de vulg. & pupill. Gulielm. Bened. in c. Raynutius. verb. mortuo itaquè teſtatore. 2. nu. 196. Vaſqu. de ſucceſſ. creat. §. 21. nu. 192. vbi de communi.

75 Declaratur decimoſeptimò non procedere quando ſubſtitutus vulgaris datur in caſu tantùm impotentiæ, quia tunc non tollit ſuitatem in caſu noluntatis, nam quamuis extendatur etiam ad caſum noluntatis, vt not. Bart. & DD. in l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. ff. de liber. & poſthum. & in l. 1. in princ. ff. de vulg. & pupill. tamen quia caſus noluntatis compræhenditur in eo tacitè ex præſumpta mente defuncti tantùm; ideo de eo iudicatur prout de tacita vulgari, quod ſcilicet ſuitas non cenſetur ſublata, vt dictum eſt in declaratione prima; & ſic dicit Alex. in l. ſi filius hæres. num. 6. verſ. ſecundò niſi datus. & Iaſ. num. 55. ff. de liber. & poſthum. Imol. in l. paterfamilias, & in l. iàm dubitari. ff. de hæred. inſtit. Socin. in l. 1. num. 47. verſ. tertiò limita. ff. de vulg. & pupill. Alciat. in l. ſi filius qui patri. num. 40. ff. eod. tit. qui teſtatur de communi. Vaſqu. de ſucceſſ. creat. §. 21. num. 190. Gomez. var. reſol. tom. 1. cap. 9. num. 35.

76 Declaratur decimòoctauo, quia licet datio ſubſtituti vulgaris regulariter tollat ſuitatē, ideoquè filius ſuus cui datus eſt ſubſtitutus vulgaris non tranſmittat hæreditatem non aditam iure ſuitatis ad quoſcunque tamen eam benè tranſmittit iure ſanguinis ad deſcēdentes, vt dicam num. 112.

77 Declaratur generaliter pro vltimo, quia teſtator poteſt facere, vt datio vulgaris ſubſtituti non tollat ſuitatem per tex. in l. in conditionibus primum locum. ff. de condit. & demonſtrat. & per illum tex. ſic dicit Bald. in c. Cumana. num. 5. verſ. puto quòd teſtator. de elect. & illum ſequitur Iaſ. in l. ſi filius hæres. num. 69. ff. de liber. & poſthum. & in l. in pupillari. num. 5. ff. de vulg. & pupill. Gulielm. Benedict. in cap. Raynutius. verb. mortuo ità que teſtatore. 2. num. 204. de teſtam. & Vaſqu. de ſucceſſ. creat. §. 21. num. 207.

78 Ampliatur hæc vltima declaratio, vt locū habeat non ſolùm quando habetur expreſſa voluntas teſtatoris, ſed etiam quando habetur tacita reſultans ex coniecturis, quia in vltimis voluntatibus ſufficit voluntas teſtatoris etiam tacita, quæ ex coniecturis colligatur. l. licet imperator. vbi Bart. ff. de leg. 1. l. cum præponebatur. in fin. ff. de leg. 2. in ſpecie Vaſqu. de ſucceſſ. creat. §. 21. num. 208.

79 Tertiò principaliter ceſſat ſuitas, & tranſmiſſio ad quoſcunque quando filius non eſt inſtitutus purè, ſed ſub conditione poteſtatiua, tunc enim ceſſat, donec conditio impleta eſt. l. fin. ff. de condit. inſtit. & ratio eſt quia pater inſtituendo filium ſub conditione poteſtatiua, videtur eum facere de neceſſario voluntarium hæredem. l. Cornelius. l. iàm dubitari. in fin. ff. de hæred. inſtit. l. verba. ff. de condit. inſtit. ſic Paul. de Caſtr. in l. ſi filius hæres. nu. 2. Aretin. col. 13. in fin. verſ. ſequitur tertius articulus & Iaſ. numer. 13. ff. de liber. & poſthum. Vaſq. de ſucceſſ. creat. §. 21. nu. 209. & 210. & de ſucceſſ. progreſſ. §. 10. numero 9. Gomez. var. reſolut. tom. 1. cap. 9. num. 32. verſic. quæro tamen. Præt. de interpræt. vlt. volunt. fol. 210. numer. 8. verſ. non fit etiam; & hanc ſententiam magis communem eſſe refert Craſſ. in §. ſuitas. quæſt. 11. num. 8. & in §. tranſmiſſio quæſt. 25. numero 4. ſed poſtquàm conditio ipſa impleta eſt, tunc incipit eſſe ſuus. l. conditionibus pupillus. ff. de condit. & demonſtrat.

80 Quartò ceſſat ſuitas, & tranſmiſſio ad quoſcunque, vbi filius in vita expreſsè repudiaſſet hęreditatem patris defuncti. l. vnic. C. de his qui ant. apert. tabul. ibi; ſi tamen hæreditatem non recuſant; vbi Bald. num. 2. Bart. in l. ventre. numero 21. ff. de acquir. hæredit. & ibi Ang. Imol. & Roman. idem Bart. in l. ex militari. §. ſi filius. num. 3. ff. de teſtam. milit. & in l. ſi filius qui patri. num. 7. verſic. & eſt tertius. ff. de vulg. & pupill. Iaſ. in l. emancipata. num. 1. C. qui admitt. Surd. deciſ. 140. numero 18. & eſt ratio, quia non

poteſt

potеſt quis plus commodi tranſmittere ad
hæredem ſuum, quàm ipſe habiturus eſſet.l.
traditio.ff.de acquir. rer. domin. Verum eſt,
quòd filius qui hæreditatem paternam repu-
diauit, poteſt repudiationem huiuſmodi, ſi-
ue abſtenſionem reuocare.l.fin.C.de repud.
hæredit.l.ſi quis ſuus.ff.de iure deliber.l.pro
hærede.§. Papinianus.ff. de acquir. hæredit.
81 ſed beneficium reuocandi repudiationem,
ſeu abſtenſionem competens eidem filio non
tranſmittitur ad hæredes eius. Bart. in l. ex
militari.§.ſi filius.num.3.ff. de teſtam. milit.
& in l.ventre.numero 21.ff.de acquir.hęred.
Ang.Imol.& Roman.in d.l. ventre. Alex. in
l.qui ſe patris. numero 18. circa medium. C.
vnd.liber.& in l.ſi filius.numer.23. verſic.ex
quo puto.ff.de vulg. & pupill. vbi dicit hanc
eſſe magis communem ſententiam, ab eaquè
in iudicando, vel conſulendo non eſſe rece-
dendum, ſequitur Iaſ. qui hoc diſputat ex
profeſſo in d.l.qui ſe patris. numero 43. ver-
ſic. redeundo. & numero 44. C. vnde liber.
Vaſqu. de ſucceſſ. progreſſ. §. 8. num. 45. &
82 §.9. numer. 27. & ratio eſt quia priuilegium
perſonale non tranſit àd hæredes. l. 1. in fin.
ff.de conſtit. princip. l. leges. in fin. C.de le-
gib. §.ſed & quod principi.inſtit.de iure nat.
gent.& ciuil.Iaſ.in d.l.qui ſe patris.num.44.
C.vnde liber.
83 Quintò ſi mortuo patre, filio petenti ſta-
tutus ſit terminus à iudice ad deliberandum,
an velit eſſe hæres patris, idemquè filius in-
tra dictum tempus decedat, cenſetur vti ex-
traneus, & non tranſmittit ad quoſcunque
ex potentia ſuitatis.ſic Bart.in d. l. ex milita-
ri.§.ſi filius.numero 2.ff.de teſtam.milit.Iaſ.
in l. emancipata. numero 2. C. qui admitt.
Ang. in l.cum in antiquioribus.numero 2. &
ibi Alex.num.4. C. de iur. delib. Angel. Pe-
ruſ. in tractat. ſuitat. quæſt.9. num.83. verſ.
quintò, & eſt ratio quia tunc videtur reda-
ctus ad inſtar voluntarij per d. l. cum in anti-
quioribus.C.de iure deliber.
84 Sextò ceſſat ſuitas in filia dotata, à ſtatu-
to excluſa à ſucceſſione patris ab inteſtato,
quæ propterea ſi à patre inſtituta vel ſubſti-
tuta eſſet, hæreditatem non aditam ad hære-
des extraneos virtute ſuitatis non tranſmit-
teret. Angel. Pęruſ.in d.tract.ſuitat.quæſt.9.
num.83.verſic.quartò.allegat Bart.in l. 1. §.
ſciendum.numero 3.ff.de ſuis,& legitim.vbi
dicit, quòd filia excluſa à ſtatuto non dicitur
ſua, quia filius exhæredatus non eſt ſuus; &
ante Angel. Peruſ.hoc idem tenuit Bald.in l.
maximum vitium.num.22.& 23.C.de liber.
præter. ſecuti ſunt Imol. in l.ventre.ff.de ac-
quir. hæred. Roman. in l. apud Iulianum. §.
idem Iulianus.ff.ad Trebell. Contrarium ta-
men, quòd filia dotata non deſinat eſſe ſua,
ſed quòd imò tanquàm ſua tranſmittat, tue-
tur. Alex.conſil.131.lib.1.non enim; dicit ip
ſe; de filia dotata idem iudicandum eſt, quod
de exhæredata, cùm dos ſuccedat loco legiti-
mæ.l.quoniam nouella.C.de inoffic. teſtam.
& qui conſequitur legitimam, vel aliquid lo-
co legitimæ, non dicitur exhæredatus.l.Papi-
nianus.§.ſi quis mortis. ff. de inoffic. teſtam.
Sed prima verior eſt: Nec obſtat, quòd dos
ſuccedat loco legitimæ, quia intelligitur hæc
concluſio, vbi nō extat ſtatutum excluſiuum
fęminarum; tunc enim verum eſt, quòd dos
imputatur in legitimam; ita quòd excludit
querelam inofficioſi; ſed ſtante ſtatuto fęmi-
narum excluſiuo, non debetur eis aliqua le-
gitima. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib.
11.tit.22.numero 44. & ſeqq. vbi alios alle-
gat.& latius comprobabimus in caſ.17.num.
20.nàm legitima eſt portio eius, quod debe-
tur ab inteſtato.l.cum quęritur.l.parentibus.
C.de inoffic. teſtam. igitur dici non poteſt
dotem loco legitimæ ſuccedere.
Septimò ceſſat ſuitas in filio emancipato,
vt dicam num.102.
85 Octauò ceſſat ſuitas, & tranſmiſſio ad ex-
traneos, quando extat ſtatutum, quòd filius
in poteſtate poſſit hæreditatem patris repu-
diare: ſic tenet Paul. de Caſtr. in l. ſi fratris.
num.4.C.de iur.delib. licet ipſe allegetur in
contrario ſenſu in l.qui ſe patris num.7. verſ.
an antequàm.C.vnd.liber. & ratio eſt vt ip-
ſum ſtatutum aliquid operetur vltra ius com
mune; nàm ſupponendum eſt, quòd etiam de
iure communi licitum eſt ab hæreditate pa-
tris abſtinere.l.ei qui ſe.l.neceſſarijs.ff.de ac-
quir. hæred.l.1.C.ſi min. ab hæred.ſe abſtin.
§.ſed his Prætor.inſtit.de hæred.qual.& dif-
fer. & quòd per huiuſmodi abſtenſionem nō
cenſetur ſublata ſuitas ea ratione, quia abſtē-
ſio non tollit nomen hæredis, nec Prætor fa-
cere poteſt, quòd filius deſinat eſſe hæres,
etiam ſi ab hæreditate Patris ſe abſtineat.l.1.
§.qui ſunt in poteſtate. ff. ſi quis omiſſ. cauſ.
teſtam. in tantum quòd remanet hęres neceſ-
ſarius, indequè ſuitas cauſatur; nunc autem,
vt ſtatutum aliquid operetur vltra ius com-
mune, intelligendum eſt quòd tollat omni-
no etiam illud nomen hęredis in quo radicata
eſt ſuitas, cùm in ſimili ità faciat in authenti-
ca. hoc amplius. C. de fideicomm. Contra-
rium tamen, quòd iſtud ſtatutum non tollat
ſuita-

ſuitatem, neque tranſmiſſionem ad extraneos antequam filius veniat ad actum repudiationis tenet Bald. in l. qui ſe patris. num. 15. verſ. item dubitatur. illãque ſuſtinet Alex. ibi nu. 13. verſ. ſed ſuſtineo. C. vnde liber. & adducit rationem, quia ſuitas in hoc caſu eſt in potentia ad non eſſe; ſed certe hæc non eſt ratio deciſionis, nàm vera ratio eſt ea, quia ex tali ſtatuto videtur ſublata neceſſitas ſuitatis, idemque ſtatuturn videtur facere filium de neceſſario voluntarium, & redigere eum ad inſtar extranei, vel emancipati, ſicuti dictum eſt de datione cohæredis, & ſubſtituti vulgaris, & inſtituti ſub conditione poteſtatiua; ideo ſequor opinionem Pauli de Caſtr. & ita tenet quoque Acoramb. in d. l. qui ſe patris. numero 92. quamuis ſuper hoc cogitandum reliquerit. Socin. in reg. 173. num. 7.

86 Nonò ceſſat ſuitas in filio exhæredato, quia exhæredatio tollit ſuitatem. Bart. in l. 1. §. ſciendum. nu. 3. ff. de ſuis, & legitim. Alex. in l. ſi filius qui patri. numer. 10. ff. de vulg. & pupill. & communiter Doctor. vt teſtatur Ant. Gomez. var. reſolut. tom. 1. capit. 11. numero 19 & ſequitur Craſſ. in §. ſuitas. quæſt. 11. nu. 9. Vaſqu. de ſucceſſ. creat. §. 21. numero 211.

Decimò ceſſat ſuitas, & tranſmiſſio fienda ad quoſcunque ex potentia ſuitatis in bonorum poſſeſſione decretali, de qua dixi numer. 2. & 3.

87 Vndecimò tollitur ſuitas ex expreſſa voluntate patris, vel etiam filij; cum enim pendeat à voluntate Patris dare filio cohæredem extraneum, ac item ſubſtitutum vulgarem, & pariter filium inſtituere ſub conditione poteſtatiua, ſeu illum exhæredare, & ſic tollere ſuitatem, & ſimiliter pendeat à voluntate filij hæreditatem repudiare, vel terminum ſtatuti petere ad deliberandum, quibus caſibus pariter amittitur ſuitas, nulla eſt ratio differentiæ, quare ex expreſſa eorum voluntate id facere non poſſint arg. l. 3. §. liberi. l. ſi poſt mortem. §. exhæredati. ff. de bon. poſſ. cont. tabul. c. cum quid vna via. de reg. iur. in 6. & ita quoque tenet Alciat. in l. filius qui patri. num. 37. ff. de vulg. nec ab ea audet recedere Vaſqu. de ſucceſſ. creat. §. 21. numero 215. licet contra communes multùm laboret.

88 Duodecimò videndum eſt, an ceſſet ſuitas in Monacho, itaut hæreditatem non aditam non tranſmittat ad Monaſterium. Pro cuius dubij intelligentia præmitto magnam eſſe controuerſiam inter Canoniſtas, & Legiſtas, ſi monachus ſit inſtitutus hæres; an hæreditas deferatur Monaſterio, ipſo iure & abſque aliquo facto, vel aditione ipſius Monachi, An prius deferatur eidem Monacho inſtituto & deinde mediante eius perſona deferatur Monaſterio: nàm Canoniſtæ tenent, quòd deferatur Monaſterio immediate abſque aditione Monaci inſtituti; legiſtæ autem quòd mediante aditione eiuſdem inſtituti, vt per Clar. in. §. teſtamentum. quęſtion. 30. vbi cõcludit, quòd in tanto opinionum conflictu crederet in foro canonico opinionem Canoniſtarum, & in foro Cæſaris opinionem legiſtarum ſequendam eſſe: Nũc autem in terminis opinionis legiſtarum in foro Cæſaris quòd requiratur aditio inſtituti; dubitatur, an filius Monachus retineat ſuitatem, & illius vigore hæreditatem non aditam tranſmittat ad Monaſterium.

Et pro affirmatiua, ꝙ retineat iura ſuitatis, facit. l. Deo nobis. §. hoc etiam cognitum. C. de Epiſc. & Cleric. l. iura ſanguinis. ff. de reg. iur. l. ius autem agnationis. ff. de pact. & tenet Abb. in c. quia nos. numero 2. de teſtament. Crauet. conſil. 152. numero 2. & in ſpecie quòd Monachus vigore ſuitatis hæreditatem non aditam tranſmittat ad Monaſterium, teſtatur Bald. in d. §. hoc etiam cognitum. num. 4. & in l. cum in adoptiuis. numer. 7. C. de adoption. & in l. apud hoſtes. numer. 6. C. de ſuis, & legitim. Dec. conſ. 674. num. 5. Socin. in l. 1. numero 25. ff. de vulg. & pup. vbi diſputat ex profeſſo. Iaſ. in l. ſub conditione. numer. 1. ff. de liber. & poſthum. & Gulielm. de Benedict. in repet. cap. Raynutius. verb. ſi abſquè liberis moreretur. 2. numero 87. & infra, in materia vulgar. ſubſtit. Gomez var. reſol. tom. 1. cap. 9. numero 10. Et ratio iſtius partis eſt, quia licet per monachationẽ filij ſoluatur patria poteſtas, tamen idem filius Monachus retinet iura ſuitatis, & ſuccedit tanquam ſuus. Gomez. var. reſol. tom. 1. cap. 9. numero 10. cum alijs, quos ipſe recenſet. Iaſ. in l. qui ſe patris. numero 17. C. vnde liber. & in l. patre furioſo. num. 47. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur. vbi alios pariter allegat, & dicit iſtam eſſe veram ſententiam, & ſe ità conſuluiſſe, & ſic communiter concludere Canoniſtas, & adducit rationem quia non cõtradicitur, quod ſit ſublatus à patria poteſtate, et retineat ſuitatẽ, cũ etiã emãcipatus ſublatus ſit à patria poteſtate, & nihilominus retineat iura ſuitatis, ꝑ tex. in l. meminimus. §. cum igitur. C. de legitim. hęred. vbi di

citur,quòd ſuccedit ad ſuorum ſimilitudinē; & idem dicit in l. ſub conditione. numero 2. ff. de liber. & poſthum. Alia ratio eſt, quia Monachatus liberat à patria poteſtate ſolummodo,quando tractatur de eius commodo,ſecus quando de incommodo, quam rationem adducit Paul. de Caſtr. in l. ſub conditione. numero 2.ff.de liber. & poſthum. vbi ad hoc allegat Bald.Guil.& Iacob. Butr. idem Bald. in l.apud hoſtes. numero.6. C. de ſuis, & legitim.

89 Pro negatiua adducitur, quia Monachus dicitur habere agnationem in Cælis, non in terris,gloſ.in d.l. Deo nobis.§.hoc etiam cognitum.in verb.parētum.C.de Epiſc.& Cleric.cum mortuus ſit mūdo c. placuit.il.2.16. q.1. Et quia filius per ingreſſum Monaſterij liberatur à patria poteſtate.gloſ.in l.ſi ex cauſa.§.Pomponius.ff. de minorib. quam ſequitur Bart.ibi.numero 4. & Bald.num. 1. Specul.in tit.de ſtat. Monach. numero 16. Cardin.in Clem.coſ.in 11.quæſt.de regular.& not.in c. indecorum. de ætat. & qualit. ob id non poteſt dici,quod retineat ſuitatem.Bart. in authentica ingreſſi. num.64.C. de ſacroſ. eccleſ. vbi dicit impoſſibile eſſe in monacho remanere iura ſuorum. Bald. in d.§. Pomponius.numero 2.Fachin.controuerſ. iur. libro 10.cap.47.Et iſtam partem,quòd Monachus non retineat iura ſuitatis, & conſequenter quòd hæreditatem non aditam ad monaſterium iure ſuitatis non tranſmittat, ſequendo Bart. amplector; quia licet Monachus ſit habilis ad ſucceſſionem.d.l.Deo nobis.§.hoc etiam.loquendo de Monacho ingreſſo in Monaſterium cāpax bonorum; non tamen reperitur,quòd ſit verè ſuus,& conſequenter exemptus à regulà caſus principalis,qua firmatum eſt hæreditatem non aditam non tranſmitti; nec dicendum eſt eum retinere ſuitatem, quamuis patriam poteſtatem amiſerit ad inſtar emancipati.; quia reſpondetur, quòd emancipatus ſuccedit tanquàm ſuus per fictionem,vt in d.§.cum igitur.ibi; ad ſuorum ſimilitudinem;ergo non extenditur ad tranſ-

90 miſſionem; nam fictio non egreditur caſum ſuum. l.2.§. Diuus Adrianus.ff. de iur. fiſci. Bart. in l. eius, qui delatorem.numero 5. ff. eod..Bald.in cap.2.numero 15.in fine.de ordin.cognit.& in l.2.numero 22.& ibi Iaſ.numero 22.verſic.quarto.C.de edendo.Petr.de Anchar. in cap. 2. de confeſſ. in 6.& quòd

91 emancipatus non retineat ſuitatem,nec trāſmittat ad extraneos hæreditatem non aditā, teſtantur Paul. de Caſtr. Alex. & Iaſ.in l.ſi emancipati.C.de collat.Ang. Peruſ. in tract. ſuitat.quæſt.10.numero 6. & 7. Gomez. variar.reſolut.tom.1.cap.9.numero 24.vbi plures cumulat;In quantum autem quòd Monachatus liberet à patria poteſtate,quando agitur de eius commodo, ſecus quando de incommodo,iſta ratio procedit in Epiſcopis,& dignitatibus ob priuilegium ſpeciale.§.illud. in authentico conſtit.quæ dignit.ea ratione, quia ipſi non cadunt in poteſtatem aliorum, vt cadunt Monaci in poteſtatem Abbatis,ceſſante autem priuilegio, vna & eadem res non debet diuerſo iure cenſeri. l. eum qui ædes.ff. de vſucapion.cap. cum in tua.de decim.

Vnde concluſio eſt filium Monachum remanere ſub hac regula, & ſic hæreditatem non aditam iure ſuitatis ad Monaſterium non tranſmittere.

92 Subdeclaratur iſta prima declaratio primi caſus ſubalterni, de qua ſupra num.42. quia licet ceſſante ſuitate ceſſet trāſmiſſio ad quoſcunque & ſic filius non ſuus non tranſmittat hæreditatem non aditam ad quoſcunque,nihilominus eam tranſmittit ad deſcendentes vigore ſanguinis ex beneficio legis vnic. C. de his qui ant. apert. tab. vt poſt Imol.in l.ſi paterfamilias. col. pen. verſ. vltimò infertur ff.de hæred.inſtit.& in l.fin. col.7. verſ. quid autem ſi filius.ff. de condit. inſtit. tenet Ant. Gomez.var.reſol.tom.1. cap.9. nu.51. verſ. ſecundò, in fin. & idem eſt de alijs caſibus in quibus amittitur ſuitas, nàm licet filius non ſuus non tranſmittat ex potentia ſuitatis, tamen tranſmittit ratione ſanguinis. Vaſqu.de ſucceſſ.progreſſ.lib.1.§.6.num.38.& pariter tranſmittit ius deliberandi ad quoſcunque eius hæredes,vt dicam inferius nu.112.

93 Declaratur ſecundò iſte primus caſus ſubalternus nō procedere quando ſupereſt nepos ex filio, tunc enim idem filius exiſtente nepote ex eo non poteſt tranſmittere hæreditatem non aditam ad quoſcunque, ſed tantùm ad ipſum nepotem,quia exiſtentia nepotis impedit tranſmiſſionem ad extraneos niſi iure ſuitatis, ſaltem iure ſanguinis beneficio leg.vnic.C. de his qui ant. apert. tab. præſertim quia ex præſumpta voluntate aui, hæreditas eius dicitur quaſi debita nepoti l.2. ff. de interd.& releg.l.ſi ex patronis §.fin.ff.de bon.libert.l.fin.C.de codicill. cùm maior affectio naturaliter inſit in nepotes, quam in filios Roland.conſ.68.numero 5.lib.1.Alex. conſ.53.numer.21.lib.4.ſtante quod per eos plus conſeruatur memoria, & nomen eius

quàm

quàm per filios ad tex. in l. liberorum. in fin. ff. de verb. ſignif. & quia per tacitam ſeu præſumptam immixtionem patris ex ſuitate reſultantem non debet nepos excludi, ſicut in ſimili eſt de tacita ſubſtitutione inducta à lege, quæ non excludit matrem l. præcibus C. de impub. aliàs enim induceretur iniquitas & abſurdum contra ius naturale, quòd per illam tacitam immixtionem nepos excluderetur ab hæreditate aui, quæ abſurda interpretatio capi non debet l. 2. C. de condit. inſert. l. conuenticulam C. de epiſc. & cleric. ad hoc etiam conſidero tex. in l. filius qui fuit in poteſtate ff. de cōdit. inſtit. vbi non dicimur poſſe facere ea quæ pietatem lædunt; & ita quòd exiſtentia nepotis impediat fieri tranſmiſſionem hæreditatis in alios, tenet Alex. in l. qui ſe patris. nu. 17. verſ. poteſt tamen. Iaſ. num. 43. verſ. ideo cogitabam; & Sapia. nu. 57. C. vnde lib. idemquè voluerunt ibi Bald. & Alberic. dum dixerunt hoc procedere etiam ipſo nepote renunciante hæreditatem patris.

94 Ampliatur hæc declaratio, vt procedat etiam ſi idem nepos hæreditatem patris repudiauerit, adhuc enim ſecundū aliquos exiſtentia ipſius nepotis impedit fieri tranſmiſſionē hæreditatis aui in alios, ſic voluit Bald. in d. l. qui ſe patris num. 3. & ibi Alber. de Roſat. in pen. col. verſ. vltimò ex hac lege; & Iaſ. num. 47. C. vnde liber. mouentur ex eiſdem rationibus, quòd hæreditas aui debita ſit nepoti, quòdque per tacitam immixtionem patris non patiatur æquitas nepotem ab ea excludi: contra autem, quòd imò nepos, qui repudiat hæreditatem patris excludatur per hæredem ipſius patris etiam ab hæreditate aui, & ſic non impediat tranſmiſſionem hæreditatis auitæ in alios (quod verius eſt) hæc adducuntur fundamenta, quia nepos repudiando hæreditatem patris videtur etiam repudiare hæreditatem aui, quæ vigore ſuitatis commixta erat hæreditati ipſius patris, cùm ſuitas operetur, vt filio ſtatim acquiratur hæreditas patris. l. ſi fratris. C. de iur. delib. & procedit etiam ſi de ipſa hæreditate ignorauerit l. hæreditate. §. filiusfamilias ff. de Caſtrenſ. pec. & quia hæres repræſentat perſonam eiuſdem patris §. 1. in auth. de iureiur. à morient. præſt. Vnde ſicut pater excludebat nepotem, ita hæres patris; & quia is in quem fit tranſmiſſio debet eſſe hæres tranſmittentis. Paul. de Caſtr. in l. ſi quis. 2. num. 3. verſ. ſed dubium, & ibi Iaſ. num. 3. C. de inoff. teſtam. Ripa in l. hæredes mei. §. cum ita num. 63. verſ. pro reſolutione, & ibi Zanch. num. 201. ff. ad Trebell. Crauet. in l. cum filiofamilias. in 2. part. nu. 340. ff. de leg. 1. Idem Paul. de Caſtr. conſ. 254. num. 1. lib. 1. Socin. conſ. 61. numer. 13. lib. 1. Ruin. conſ. 22. num. 16. lib. 3. Pariſ. conſ. 32. num. 2. lib. 3. ideo dum nepos non eſt hæres patris tranſmittentis non poteſt in eum fieri tranſmiſſio hæreditatis aui, & in ſpecie, quòd nepos renunciando hæreditatem patris non impediat fieri tranſmiſſionem hæreditatis aui in alios etiam extraneos hæredes, tenet Paul. de Caſtr. in d. l. qui ſe patris. numero 6. & ibi Alex. numer. 17. vbi teſtatur ſic etiam tenere Salic. Fulg. Roman. & communiter Doctores, eoſquè reprehēdere Baldum contrarium dicentem.

95 Declaratur tertiò, iſte primus caſus ſubalternus, quo ſuperius num. 22. firmatum eſt filium, & deſcendentem ſuum tranſmittere hæreditatem parentis non aditam, vt locum habeat quādo hæreditas delata eſt, ſecus quādo non eſt delata, namquè hæreditas non delata etiam à ſuis, ſiue etiam ad ſuos nō trāſmittitur. not. in l. vnic. C. de his, q. ant. apert. tab. Anchar. conſ. 354. num. 5. verſ. vlterius: hæc tamen declaratio recipit quaſdam reſtrictiones, de quibus dicam nu. 150.

96 Declaratur quartò quia hæreditas non adita tranſmittitur per ſuum tanquàm adeunda, hoc eſt cum beneficio abſtinendi, non autem tranſmittitur tanquàm adita, nàm quàmuis hæreditas in ſuo habeatur pro adita, tamē men ficta hæc aditio operatur effectum reſpectu ſui tranſmittentis tantùm, vt ſcilicet ipſe tranſmittat hæreditatem etiam non conſtito de eius actuali aditione, non autem operatur effectum reſpectu tranſmiſſarij, vt ſcilicet hæreditas tranſmittatur ad eum tanquàm adita, cùm imò idem tranſmiſſarius poſſit abſtinere hæreditatem, què ad ſe tranſmiſſam adire, & repudiare l. ſi quis filium familias. §. 1. ff. de acquir. hæred. Dec. conſ. 442. num. 14. Socin. conſ. 67. nu. 10. verſ. tertia. & num. ſeqq. vol. 4. Crauet. conſ. 984. nu. 95. verſ. ſecundò & conſ. 985. num. 46. Paul. de Caſtr. conſ. 254. num. 1. verſ. nec obſtat quod tranſmiſerunt. lib. 1. Gomez. var. reſol. tom. 1. cap. 9. nu. 55.

97 Secundus caſus ſubalternus huius primæ declarationis caſus principalis eſt de alijs deſcendentibus qui non ſunt in poteſtate, & iſti hæreditatem quorumcunque aſcendentium etiam matris & lineæ maternæ non agnitam tranſmittunt ad deſcendentes tantùm ipſorū tranſmittentium iure ſanguinis beneficio leg. vnic. C. de his qui ant. apert. tab. & fuit introductum iſtud remedium ex quadam æquitate

tate fundata ſuper ratione ſanguinis, nàm cũ
filius non ſuus non poſſet tranſmittere iure
ſuitatis, & ſic remaneret in regula communi
quòd hæreditas non adita non tranſmittitur,
videbatur iniquum vt deſcendentes ab eo
priuarentur hæreditate auita, vel proauita,
vnde hac lege ſuccurſum fuit vt poſſit tranſ-
mittere ad deſcendentes ab eo. Ad aſcen-
98 dẽtes autem puta patrem vel auos paternos,
matrem vel auos maternos iure ſanguinis be
neficio dictæ leg. vnic. hi qui in poteſtate mo
rientis non ſunt hæreditatem eius non aditã
non tranſmittunt. l. 2. C. ad Orfician. Bart. in
d. l. vnic. num. 9. per tex. in l. 2. §. ſi quis ex li-
beris. ff. ad tertull. reprobata gloſ. in d. l. vnic.
& illum ſequuntur Alex. Corn. & Iaſ. in l. ſi
infanti num. 2. C. de iure delib. Bald. conſil.
204. lib. 5. idem Alex. conſil. 89. num. 4. lib.
2. Crauet. conſil. 222. num. 11. verſ. nec ob-
ſtat. Cuman. conſ. 130. num. 3. & 4. Gomez.
var. reſol. tom. 1. cap. 9. num. 48. & communẽ
dicit Gulielm. de Benedict. in c. Raynutius.
verb. mortuo itaquè teſtatore. 2. numer. 152.
de teſtam. & Vaſqu. de ſucceſſ. creat. §. 21.
num. 267. nàm in d. l. vnic. excipiuntur tantũ
deſcendentes tranſmittentis, caſus autem ex-
99 ceptus firmat regulam in contrarium. l. nàm
quod liquide. §. fin. ff. de pen. legat. etſi le-
gislator voluiſſet etiam aſcendentes excipe-
re, hoc dixiſſet ſicuti dixit de deſcendentibus
l. vnic. §. ſin autem ad deficiẽtis. C. de caduc.
tollend. c. ad audientiam. de decim. Maior
enim ratio in deſcendentibus tranſmittentis
eſt, quàm in aſcendentibus l. ſcripto. §. nõ ſic.
ff. vnde liber. l. nàm etſi parentibus. ff. de in-
off. teſtam. cap. 1. de nat. ſucceſſ. feud. cũ imò
in non deſcendentibus ceſſet ratio æquitatis
propter quam introductum fuit remedium
100 d. l. vnic. Si tamen aſcendens ſuperſtes, eſſet
aſcendens vtriuſque ideſt tranſmittentis, &
illius de cuius hæreditate tranſmittenda agi-
tur, tunc ad ipſum aſcendentem tranſmitte-
ret, puta ſi hæreditas filiæ præmortuæ delata
eſſet nepti, & ipſa mortua eſſet ante aditionẽ
eiuſdem hæreditatis: hæreditas hæc quamuis
non fuerit adita per ipſam neptem, tamen iu-
re ſanguinis tranſmittitur ad auiam ſuperſti-
tem vti aſcendentem vtriuſque videlicet ne-
ptis tranſmittentis, & filiæ de cuius hæredi-
tate tranſmittenda agitur Alex. conſil. 168.
nu. 11. & 12. lib. 7. & refert Craſſ. in §. trãſmiſ
ſio. quæſt. 26. numero 2. in fine. & ſequitur
Simon de Præt. de interpræt. vlt, vol. fol. 217.
num. 57. verſ. quatenus.
101 Ad extraneos vero hȩredes vel ad agna-
tos, cognatos, ſiue conſanguineos collatera-
les hȩreditatem non aditam pariter non trãſ-
mittunt cùm in eis ceſſet prȩſumptum deſi-
derium aſcendentis. gloſ. in d. l. vnic. in verb.
in liberos. & ibi Bart. num. 2. idem Bart. in l.
ex militari. §. ſi filius. ff. de teſtam. milit. & in
l. ventre. num. 23. & 25. ff. de acquir. hȩred.
Paul. de Caſtr. conſ. 304. nu. 3. part. 1. Corn.
conſ. 42. vol. 3. Iaſ. conſil. 201. num. 8. vol. 2.
Roland. de lucro dot. quȩſt. 47. nu. 9. Eman.
Coſt. in repet. c. ſi pater. verb. habens. nu. 20.
Vaſqu. de ſucceſſ. progreſſ. §. 7. num. 7. & 8.
Craſſ. in §. tranſmiſſio. quȩſt. 26. num. 3. Bor-
gnin. de tutor. & curat. num. 71.
102 Ampliatur primò iſte ſecundus caſus ſub-
alternus procedere etiam in filijs emancipa-
tis, quia emancipati paternam hȩreditatem
non aditam non tranſmittunt iure ſuitatis ad
quoſcunque hȩredes, ſed ad deſcendentes
ſuos tantùm beneficio. d. l. vnic. C. de his, qui
ant. apert. tab. Paul. de Caſtr. in l. ſi emanci-
pati. num. 7. & ibi Alex. num. 11. Iaſ. numer.
36. verſ. quartò limita. C. de collat. Bald. in
authentica. in ſucceſſione. num. 3. C. de ſuis,
& legitim. & in l. ſi fratris. num. 5. C. de iure
delib. idem Paul. de Caſtr. in l. Gallus. §. &
quid ſi tãtùm. num. 9. ff. de liber. & poſthum.
Imol. in l. iàm dubitari. ff. de hȩred. inſtit. Iaſ.
in l. emancipata. numer. 6. C. qui admitt. cum
alijs per eum adductis. Ang. in l. illud. nu. 3.
ff. ſi pars hȩred. petat. Vaſqu. de ſucceſſ. pro-
greſſ. §. 7. num. 5. & 6. Angel. Peruſ. in tract.
ſuitat. quȩſt. 10. num. 3. & ſeqq. & de commu
ni teſtantur idem Ang. in d. l. ſi emancipati.
num. 10. & ibi Alex. num. 11. C. de collat. Iaſ.
in d. l. ſi fratris. num. 1. in fin. C. de iur. delib.
Soarez recept. ſent. H. num. 24. Eman. Coſta
in repet. c. ſi pater. verb. habens. num. 19. de
teſtam. in 6. Craſſ. in §. ſuitas. quȩſt. 4. nu. 9.
Gomez. var. reſol. tom. 1. cap. 9. num. 24. &
adducunt rationem, quia ſuitas non eſt niſi
in illis qui ſunt in poteſtate l. lege Cornelia.
in fin. ff. de teſtam. §. ſui. inſtit. de hȩred. quȩ
103 ab inteſt. defer. & licet emancipati hodie
ſuccedant ad ſimilitudinem ſuorum ſublata
differentia ſuitatis, & emancipationis. l. me-
minimus. §. cum igitur. C. de legitim. hȩred.
§. nullam verò. in authentico. de hȩred. ab in-
teſt. venient. reſpondent ſublatam eſſe diffe-
rentiam quantum ad ſucceſſionem ab inteſta-
to, non quoad alia, prout ante eos, ſic etiam re
ſpondit gloſ. in d. l. ſi emancipati. in verb. ve-
nientem. circa med. C. de collat. vbi Bart. nu.
11. & gloſ. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. in
verb. emancipatus. ff. de liber. & poſthum. &

ratio iſtius ſolutionis eſt, quia cùm ſuccedant
ad ſuorum ſimilitudinem, igitur non ſunt ve-
rè ſui, nàm quod eſt ſimile non eſt idem gloſ.
in l. quod nerua. in verb. dolum ff. depoſit. ſed
104 per fictionem, quæ fictio non extenditur ad
tranſmiſſionē, quia non egreditur caſum ſuū.
l. 2. §. Diuus Adrianus. ff. de iure fiſc. nimi-
rum quia filius in poteſtate cenſetur eadem
perſona cum patre, quod non eſt in filio eman
cipato. gloſ. 1. in l. 2. C. qui ætat. lib. 11. ex qui
bus infertur deſcendentem emancipatū trāſ-
mittere iure ſanguinis etiam in deſcendentes
pariter emancipatos, & ſic emancipationem
non impedire tranſmiſſionem iure ſanguinis
inter emancipatos neque actiuè, neque paſſi-
uè, ſtante quod reſpectu ſucceſſionis ſublata
eſt differentia ſuitatis & emancipationis.
105 Ampliatur ſecundò iſte ſecundus caſus
ſubalternus, vt locum habeat etiam in mona-
co, nàm licet monachus hereditatem non adi-
tam non tranſmittat ad monaſterium iure
ſuitatis ad quoſcunque, tamen eam tranſmit-
tit ad ipſum monaſterium vigore legis vnic.
C. de his qui ant. apert. tabul. & ità poſt alios
quos allegat, tenet Gaill. obſeruat. 131. num.
11. lib. 2. & Gulielm. de Bened. in c. Raynu-
tius. verb. ſi abſquè liberis moreretur. 2. in ma
teria vulgar. ſubſtit. num. 91. vbi teſtatur de
communi, ea eſt ratio quia monaſterium ha-
betur loco liberorum ipſius monachi. §. ſed &
hoc præſenti. in authentico de ſanctiſſ. epiſco
pis. & authentica. niſi rogati. C. ad Trebell.
gloſ. in l. ſi ita quis. §. ea lege. in verb. intereſt.
ff. de verb. obligat. ideo videtur, quod exclu-
dit ſubſtitutum; ſi ſine liberis. Bald. in c. in prę
ſentia. nu. 18. verſ. ſed certè. de probat. quod
etiam videtur tenere gloſ. fin. in l. cum acutiſ-
ſimi. C. de fideicomm. quam ſequitur ibi Sa-
licet. num. 5. & Corn. num. 9. qui illam dicit
communiter receptam, & idem quod exclu-
dat ſubſtitutum, tenet ibi Bald. num. 17. &
amplectitur eam Greg. Lopez. in l. 10. tit. 4.
part. 6. gloſ. 8. verſ. item quid ſi grauatus, &
Crauet. conſ. 152. Alex. conſ. 121. num. 4. &
ſeqq. lib. 2. quod tamen eſt valdè controuer-
ſum, vt per Guttierrez. Canon. quęſt. cap. 32.
lib. 1. & per Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 429. Sed
iſta ratio non videtur in ſe abſolutè vera, quia
contrarium, quod imò monaſterium non ha-
beatur loco filij, tenet Bart. in authentica. ſi
qua mulier. num. 4. & numer. 19. C. de ſacro-
ſanct. eccleſ. & in dicta authentica. niſi rogati,
vbi dicit, quod nulla lex eſt in mundo, quæ
hoc dicat, ſequitur Bald. in l. filium. nu. 1. ff. de
his qui ſunt ſui, vel alien. iuris; vbi dicit quod
fatuitas eſt dicere, quòd monaſterium habea
tur loco filij, & multipliciter probat Felin. in
c. in præſentia. nu. 42. de probat. & vltimo lo-
co Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit.
7. nu. 6. nouiſſimè autē Guttierrez Canonic.
quęſt. d. c. 32. num. 54. lib. 1. vbi omnes alios
hāc partem tenentes adducit; & Anchar. in
cap. Raynaldus. col. 9. verſ. ſecundò quæ-
ro. in fine. de teſtament. dicit quòd licitum
eſt tenere, id quod placet, & idem dixerunt
Fulgoſ. conſil. 53. & Barbat. conſil. 13. col. 2.
num. 5. & conſ. 20. nu. 4. in fine. verſ. nec ob-
ſtet. vol. 1. Nam licet per ingreſſum monaſte-
rij cenſeatur forſam adimpleta conditio; ſi
ſine liberis; vt patet ex iuribus allegatis, hoc
tamen non euenit ex eo, quia monaſterium
ipſum habeatur loco liberorum, ſed quia iſta
conditio vti impeditiua vitæ contemplatiuæ
habetur pro nō ſcripta, & iſta eſt ratio, quam
adducit tex. in d. §. ſed & hoc præſenti. & al-
legant Bart. Bald. Felin. & Mātic. in locis cit.
106 Ampliatur tertiò iſte ſecūdus caſus ſubal-
ternus, vt procedat & locum habeat nedum
in filio, vel deſcendente legitimo, & naturali;
ſed etiam in filio, vel deſcendente naturali
tantùm, is namque in caſibus quibus patri,
matri, vel aſcendenti ſuccedere poteſt; ſimili-
ter hæreditatem eiuſdem patris, matris, vel
aſcendentis non agnitam ad deſcēdentes eius
ex potentia ſanguinis vigore leg. vnic. C. de
his qui ante apert. tabul. tranſmittit; imò non
ſolùm ampliatur quoad perſonam tranſmit-
tentis, vt ſcilicet ipſe indifferenter tranſmit-
tat, ſiue legitimus, ſiue naturalis ſit: ſed etiam
ampliatur quoad perſonam illius in quem
tranſmittitur, quia pariter ad eum tranſmit-
titur indifferenter, ſiue ſit legitimus, ſiue na-
turalis ex eo, quia priuilegium d. l. vnic. fun-
datur in ratione ſanguinis, & ſic tenet Imol.
in l. vētre. col. 11. verſ. quinta eſt. & ibi Aret.
col. 15. verſ. ſequitur quinta Fallentia. ff. de
acquir. hæred. Salicet. in l. apud hoſtes. col.
fin. C. de ſuis, & legitim. & poſt eos Gomez.
var. reſolut. tom. 1. cap. 9. num. 43. Craſſ. in §.
tranſmiſſio. quæſt. 26. num. 5.
107 Ampliatur quartò, vt talis tranſmiſſio pro-
cedat etiam ſi liberi, vel deſcendētes ad quos
ſit tranſmiſſio non eſſent nati, nec concepti in
vita illius aſcendentis, de cuius hæreditate
tranſmittēda tractatur, nàm licet nepos, pro-
nepos, vel alius deſcendens regulariter non
poſſit ſuccedere ab inteſtato auo, proauo, vel
alio aſcendenti ex ſua propria perſona, quan-
do non fuit natus, vel ſaltem conceptus in vi-
ta illius. l. ſi quis filio exhæredato. §. non fuiſ-
ſe.

ſe, verſ. ſed hoc ita, ff. de iniuſt. rupt. l. 1. §. ſcië
dum, l. Titius, ff. de ſuis, & legitim. l. 1. §. ſi quis
proximior, ff. vnde cognat. §. cum autem quæ-
ritur, inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. deferunt.
de quo tamen multiplicem vndecim caſuum
diſtinctionem facit Menoch. de præſumpt.
lib. 4. præſumpt. 93. nihilominus firmum eſt
quod in illis caſibus in quibus idem nepos,
pronepos, vel alius deſcendens non conce-
ptus in vita illius de cuius hæreditate tracta-
tur, non admittitur ad ſucceſſionem ex ſua
propria perſona, benè admittitur, & poteſt
ſuccedere, ac hæreditatem conſequi ex perſo-
na patris vel ſui anteceſſoris iure tranſmiſſio-
nis, vigore dictæ leg. vnic. C. de his qui ant.
apert. tab. quamuis non ſit natus, nec conce-
ptus in vita illius aſcendentis, de cuius hære-
ditate tranſmittenda tractatur. Bart. in l. fin.
C. ad Orfician. & in l. vnic. nu. 5. & ibi Bald.
num. 3. Paul. de Caſtr. num. 2. & alij. C. de his
qui ant. apert. tab. idem Paul. de Caſtr. in l. ſi
quis filium, numero 4. verſ. primò ergo. C. de
inoffic. teſtam. vbi etiam refert ſic tenuiſſe
Dyn. in l. Gallus. in fin. magnæ diſtinctionis.
ff. de liber. & poſthum. & ita Cyn. obtinuiſſe,
ſequitur Iaſon in d. l. ſi quis filium, num. 8. C.
de inoff. teſtam. Ang. in §. poſthumorum. ver
ſic. ſecundò aduerte, inſtit. de exhæred. liber.
vbi dicit in hoc eſſe communem opinionem
propter votum parentum. l. cum acutiſſimi.
C. de fideicom. Tiraq. de retract. lignag. §. 1.
gloſ. 9. num. 93. ſequitur Gomez. var. reſolut.
tom. 1. cap. 9. num. 44. cum alijs per eos addu
ctis. & Craſſ. in §. tranſmiſſio. quæſt. 26. nu-
mero 5.

108 Ampliatur quintò, vt talis trāſmiſſio quæ
fit vigore dictæ leg. vnic. C. de his qui, ant.
apert. tab. procedat quoquè non ſolùm in hę-
reditate delata de iure Ciuili, ſed etiam in hę
reditate delata de iure prætorio, nempè in bo
norum poſſeſſione; namquè bonorum poſſeſ-
ſio etiam non agnita in deſcendentes vigore
109 dictæ leg. vnic. tranſmittitur; hæreditas
enim & bonorum poſſeſſio à pari procedunt.
l. 1. §. hoc autem. verſ. bonorum. ff. ad Trebell.
l. hæreditatis, la 2. ff. de verbor. ſignific. & ſic
ampliationem iſtam tenet & tuetur Iaſ. in l.
emancipata. num. 18. & ſeqq. C. qui admitt.
& Gomez. var. reſol. tom. 1. cap. 9. num. 45.
vbi dicit hanc eſſe communem opinionem, &
veram, ac tenendam, & eodem tom. 1. cap. 1.
num. 14.

110 Ampliatur ſextò, iſte ſecundus caſus ſu-
balternus, quia filius vel deſcendens inſtitu-
tus tranſmittit ad eius deſcendentes vigore
ſanguinis ex d. l. vnic. hęreditatem aſcenden-
tium non aditam etiamſi eidem filio vel de-
ſcendenti datus ſit ſubſtitutus vulgaris. tex.
eſt in l. vnic. §. in nouiſſimo. iuncto. §. cum au
tem. C. de caduc. tollend. dicit enim tex. in d.
§. in nouiſſimo, quod hæreditas non adita nō
tranſmittitur, niſi vigore ſanguinis per legem
Theodoſianam, quæ eſt l. vnic. C. de his qui
ant. apert. tabul. & vigore iuris deliberandi
per legem, cùm in antiquioribus. C. de iure
delib. poſtea tex. in d. §. cum autē, dicit quòd
ſi non adeatur hæreditas, nec ſint perſonæ ad
quas vigore earundem legum vnic. & l. cum
in antiquioribus, fit tranſmiſſio, admittatur
ſubſtitutus vulgaris; & ſic apertè videtur hę-
redem in quem fienda eſt tranſmiſſio vigore
ſanguinis ex d. l. vnic. præferri ſubſtituto vul-
gari, & facit ratio quia verba ſubſtitutionis
vulgaris hæc ſunt: ſi hæres non erit: quæ qui-
dem verba hunc habent ſenſum à lege; ſi hæ-
res non erit nequè alium hæredem fecerit l. ſi
paterfamilias. ff. de hæred. inſtit. §. fin. inſtit.
de vulg. ſubſt. Bart. in l. cum proponas. num.
2. C. de hæred. inſtit. Salicet. conſ. 70. nu. 14.
& ſeqq. inter conſil. vlt. vol. lib. 1. dùm igitur
inſtitutus alium facit hæredem ex iure tranſ-
miſſionis conſequens eſt ipſum tranſmiſſariū
præferri ſubſtituto, & ità tenet etiam idem
Bart. in l. ſed etſi pro dote. §. non omnia. num.
1. ff. de legat. præſt. & in l. 1. numero 20. ff. de
vulg. & pup. & ibi Alex. num. 19. verſic. puto
ergo. qui dicit hanc eſſe veriorem ſentētiam,
& poſt longam diſputationem quam facit So
cin. in d. l. 1. num. 17. tandem ſub numer. 18.
verſ. vnde ex pręmiſſis, concludit hāc eſſe ma-
gis communem opinionem, & de communi
teſtatur etiam Ripa in d. l. 1. num. 131. ff. de
vulg. & Craſſ. in §. ſubſtitutio. quęſt. 9. nu. 3.
verſ. aut ſecundò. Intrigl. de ſubſtit. cent. 1.
quęſt. 27. num. 16. idem Bart. in d. l. cum pro-
ponas. numer. 3. & 4. C. de hęred. inſtit. & ibi
Bald. num. 3. & 4. Iaſ. in l. 2. num. 3. ff. de ac-
quir. hęred. idem Socin. conſ. 67. num. 4. vol.
4. Bened. de Plumbin. in. l. ſi fratris. nu. 9. C.
de iur. deliber. & Gomez. var. reſol. tom. 1.
cap. 9. numer. 51. verſ. quartò. vbi in fine dicit
hanc eſſe magis communem opinionem, &
ab ea in iudicando, vel conſulendo non eſſe
recedendum. Vaſqu. de ſucceſſ. progreſſ. lib.
1. §. 6. per tot. vbi pariter diſputat iſtam quę-
ſtionem ex profeſſo, & numer. 11. & 34. dicit
hanc eſſe communem & veram ſententiam à
qua non eſt recedendum: Nec obſtat quod
ſubſtitutus vocatus ſit ex expreſſa voluntate
defuncti l. 1. ff. de vulg. & pupill. §. 1. inſtit.
eod.

eod.ti .tranſmiſſio verò ex legis diſpoſitione
d.l.vnic.C.de his qui.ant.apert.tab.& proui-
ſio hominis faciat ceſſare prouiſionem legis
l.fin.C.de pact.conuent.quia hoc procederet
ſi conſtaret volũtatem teſtatoris eſſe penitus
excluſiuam tranſmiſſionis; ſed per dationem
ſubſtituti vulgaris,ea non præſumitur eſſe ta-
111 lis, nàm licet diſpoſitio hominis faciat ceſ-
ſare diſpoſitionem legis, intelligitur de illa
diſpoſitione legis quę eſt de iure ſpeciali, vel
eſt extraordinaria,non aliàs:Bart. in d. l. fin.
num.3.C.de pact.conuent.& in l.& habet.§.
cum quis.ff.de præcar. Cyn. & alij in l. 2. C.
de iur.emphit.Iaſ.in l.3.num.11.ff.de leg.1.
Anchar.conſ.81.num.3. Gabriel concluſ.8.
nu.4. de reg.iur.nec pariter obſtat quòd ſub-
ſtitutio vulgaris tollat ſuitatem,& filium hę-
redem voluntarium faciat, & conſequenter
tollat tranſmiſſionem vigore ſuitatis, vt dixi
ſupra nu. 56. ideoquè pariter tollere debeat
tranſmiſſionem vigore ſanguinis,quia reſpõ-
detur in ſuo extare neceſſitatem,ob id ſubſti-
tutionem vulgarem in eo poſſe operari, ne-
ceſſitatem ipſam tollendo illumquè de neceſ-
ſario voluntarium faciendo; in nõ ſuo autem
neceſſitatem iſtam non extare, ideo tolli non
poſſe nec aliquid operari l. Cornelius l. iàm
dubitari.ff.de hæred.inſtit.l.verba hæc. ff. de
condit. inſtit.nec dicendum eſt ob id, ſuum
videri deterioris conditionis,quia reſponde-
tur quòd imò per dationem ſubſtituti vulga-
ris reducuntur ad paritatem, Nã ſublata ſui-
tate, non cenſetur ſublata tranſmiſſio vigore
ſanguinis ex d.l.vnic.beneficium enim ſuita-
112 tis excedit beneficium leg.vnicæ,in eo tan-
tùm, quòd ſuus tranſmittit ad quoſcunque,
vigore autem d.l.vnicę,tranſmittitur ſolum-
modo ad deſcendentes, adeo vt licet filius
ſuus cui datus eſt ſubſtitutus vulgaris regu-
lariter amittat ſuitatem,nec iure ſuitatis poſ-
ſit hæreditatem non aditam tranſmittere ad
quoſcunque,nihilominus eam tranſmittit ad
deſcendentes iure ſanguinis ex beneficio leg.
vnic.C.de his q ant. apert. tab. vt poſt Imol.
in l.ſi paterfamilias.col.pen. verſ. vltimò in-
fertur.ff.de hæred.inſtit.& in l.fin.col.7.ver-
ſic.quid autem ſi filius.ff.de condit.inſtit. te-
net Gomez.var.reſol.tom.1.cap.9. num.51.
verſ.ſecundò.in fine.

Et idem eſt quoque in omnibus alijs caſi-
bus in quibus ſuitas amittitur, quia etſi filius
poſt ſuitatem amiſſam non poſſit tranſmitte-
re ex potentia ſuitatis, tamen tranſmittit ra-
tione ſanguinis vigore d. l. vnic. Vaſqu. de
ſucceſſ. progreſſ. lib. 1.§.6.num.38. Necnon
tranſmittit quoquè ius deliberandi ad quoſ-
cunque eius hæredes, vt videbimus inferius
num.131.

113 Ampliatur ſeptimò iſte ſecundus caſus,vt
locum habeat etiam in hæreditate fratris per-
uenta ex ſubſtitutione paterna; veluti ſi vnus
ex fratribus ſubſtitutus eſt àlteri fratri à pa-
tre; tunc frater ſubſtitutus tranſmittit hære-
ditatem alterius fratris, cui ſubſtitutus eſt
etiam non aditam, quia cùm ſit peruenta ex
teſtamento paterno cenſetur paterna l. ſed ſi
plures.§.quos poſſum.ff.de vulg. & pupill. l.
ſi pupillus paterna. §. cæterum. ff. de acquir.
hæred.& dixi ſupra num.29.

114 Ampliatur octauò iſte ſecundus caſus
ſubalternus,vt locum habeat etiã quoad par-
tem filijs maſculis obuentam vigore ſtatuti
fęminarum excluſiui,namquè ſi filius nõ ſuus
( puta quia eſt emãcipatus, vel agitur de hęre
ditate matris) moritur ante aditã paternã, ſi-
uè maternã hæreditatẽ ſuperſtite aliqua eius
ſorore per ſtatutum excluſa,portionem hanc
ſororis ad eius deſcendentes non ſolùm maſ-
culos, ſed etiam fęminas tranſmittit ex be-
neficio d.l.vnic. C. de his qui ant. apert. tab.
prædicta eius ſorore ſemper excluſa remanen
te; Et iſta ampliatio comprobatur ex ſequen-
115 tibus, quia portio accreſcens debet ſapere
naturam eius rei, cui accreſcit,idemquè iuris
eſſe debet de augmento quod de principali l.
inter ſocerum.§.cum inter.ff.de pact.dotal. l.
ſi ex toto.in princ.ff.de leg.1. l. etiam C. de
iur. dot. iccircò cùm portio filiæ fęminæ ac-
creſcat portioni filij maſculi debet ſapere na-
turam portionis ipſius filij,& eo modo tranſ-
mitti,quo tranſmittitur portio eiuſdem filij;
ratione enim vnionis cenſetur eſſe eiuſdem
naturę,& habere idem priuilegium tranſmiſ-
ſionis.l.qui patri.cum ibi not.ff.de acquir.hę
red. cùm aliàs abſurdum eſſet eum cui defe-
runtur plures partes vnius hæreditatis poſſe
eſſe hæredem pro vna parte & pro alia non l.
2.ff.de acquir. hæred. prout etiam abſurdum
eſſet eandem rem diuerſo iure cenſeri l. eum
qui ædes.ff.de vſucap. c. cũ in tua. de decim.
Et quia ſtatutum excludens fœminas facit il-
las haberi pro mortuis l.1. §. ſi pater emanci-
patus.ff.de coniung. cum emanc. liber.l.1. §.
quidam filium ff.de bon.poſſ.cont. tab. ideo
dicendum eſt totam hæreditatem deferri fi-
lio maſculo,ac ſi fęmina non eſſet in rerum na
tura per tex.in d.l.1.§.qui habebat.ff.de con-
tratab. & quia quæſitum eſt ius maſculo ad
excluſionem fœminarum, quod ius ad hære-
des etiam fœminas tranſmittitur. arg. l. cum
in

in antiquioribus C. de iur.delib. d. l. 1, C. de
116 his qui ant, apert. tab. Hinc fœmina ſemel per ſtatutum excluſa à ſucceſſione patris propter maſculos remanet ſemper excluſa etiam maſculis ipſis mortuis, vt per Gabriel. in tit. de ſtatut.concluſ.4. num. 1. Tiraquel. in l. ſi vnquàm, verb. ſuſceperit liberos num. 193. & ſeq. C. de reuoc.donat, Merlin.de legitim. lib. 3.tit. 1.queſt. 3.cum pluribus alijs per eos congeſtis: Et pro hac parte facit generalitas d.leg. vnic. quæ loquitur tàm in hæreditate materna, in qua nõ conſideratur ſuitas quàm in hæreditate paterna; & in ſpecie quod quãdo agitur de hæreditate materna, & ſic quando filius non eſt ſuus, nihilominus trãſmittat idem filius ad eius deſcendentes tàm fœminas, quàm maſculos nõ ſolùm propriam eius portionem, ſed portionem quoquè ſororis ei obuentam ex ſtatuto fœminas excludente, firmauit Hugo de Fontana, quem refert & ſequitur Cyn.in l. 1. C. de adulter. Alber.de Roſat.in tract. ſtatut. part. 2. quæſt. 102. Ioan. And.in addit. Spec. rubric. de ſucceſſ. ab inteſt. verſ.ſimilem quæſtionem de amita: & poſt illos Socin.conſ.296.nu.4.verſ.ſed præmiſſis.& num.ſeqq. vol.2.& conſil.67. num, 12.verſ.nunc autem. vol.4. Alex. conſil.20. numer.4.verſ.nàm vult.lib. 1. Crauet.conſil, 185.num.3.Gabriel in tit.de ſtatut. concluſ. 4.num.29.Natta in tract.ſtatut.quòd ſtantibus maſcul.in 3.quæſt.princ. in 8. quæſt. nu, 53. verſic. ſed tu dic, vbi ſuſtinet falſam eſſe opinionem contrariam Saliceti, & Iaſ. conſil. 201.numer. 5.& ſeqq.vol.2. quam etiam nec tutam, nec verã eſſe dicit Præt. de interpræt. vlt.vol.fol.211.ſub, num.4. & eorum ſentẽtia pariter reprobata, ſic in terminis hæreditatis maternæ deciſum fuit in conſilio Neapolitano, vt per Franc.deciſ.32.in princ. & præſertim num.8.& ſeq.

117 Subampliatur ampliatio hæc, vt procedat etiam ſi ſtatutum non excludat ſimpliciter fœminas propter exiſtentiam maſculorum; ſed ſub conditione, ſi maſculi voluerint vel potuerint hęreditatem adire, adhùc enim ijdem maſculi partem ſuam, ac etiam partem ſororis non agnitam ad hæredes deſcendentes tranſmittunt. Socin.conſ.153.num.23.verſ, 4.& num.ſeqq.vol.2.Brun. de ſtatut. art.13, quæſt,6.num.92.& ſeq. vbi dicit hoc eſſe verum etiam in hęreditate materna, & ſequitur Surd, deciſ. 138. num. 16. verſic. quæ procedit.

118 Ampliatur nonò vt locum habeat iſte ſecundus caſus etiam ſi tranſmittentes ignorauerint ſibi delatam eſſe hæreditatem, quia nihilominus eſt locus huiuſmodi tranſmiſſioni iure ſanguinis, ſic habetur in d.l. vnic, C. de his qui ant.apert.tab.

119 Ampliatur decimò, vt procedat quoque in legatis & fideicommiſſis, filij enim & alij deſcendentes legata & fideicommiſſa ab aſcendentibus relicta tranſmittunt ad eorum deſcendentes iure ſanguinis etiam non agnita d.l. vnic.§. quod ſcilicet. licèt in hoc nihil ſit ſpeciale l. 1.§. 1. C. de caduc.tollen.

120 Ampliatur vndecimò, quia traſmiſſio iſta fit in liberos, & deſcendentes cuiuſcumque ſexus, & gradus.d.l. vnic, C. de his qui ant, apert.tab.ibi; cuiuſcumque ſint ſexus, vel gradus.

121 Ampliatur duodecimò iſte ſecundus caſus, quia ius adeundi, ſiue hæreditas non adita trãſmittitur iure ſanguinis cum eiſdem iuribus & prærogatiuis, ac cum eadem qualitate tranſmittentis. l. ſi quis filiumfamilias. §. 1. ff. de acquir.hęred.gloſ.in l. ſed etſi pro dote.§.fin. ĩ verb. ab inteſtato. ff. de legat. pręſt. Ang.conſil.287.nu, 1. Aret, in. l. ſi quis poſthumos.§. ſi filium num.8.in fin. ff. de liber.& poſthum.Socin.conſ.67.numer. 13. & ſeqq. vol.4.Zanch.in d.§.cum ità, num, 203, Surd. d.deciſ. 138.num. 11.verſ.quartò. & numer. ſeqq. qui enim in ius alterius ſuccedit, eius iure vti debet l. qui in ius. ff. de reg.iur. ad hoc l. cùm in antiquioribus. in fin. C. de iur. deliber.l. 2.§. ex his. ff. de verb.oblig.

122 Declaratur primò iſte ſecundus caſus ſubalternus, nàm vt hæc tranſmiſſio hæreditatis non aditæ fienda vigore ſanguinis ex l. vnic. C. de his qui ant. apert. tabul. locum habeat, requiritur quod hæreditas de cuius tranſmiſſione agitur, ſit alicuius aſcendentis, & quòd ille qui habet tranſmittere ſit de deſcendentibus, & ille in quem fit tranſmiſſio ſit pariter de deſcendentibus. gloſ. in d. l. vnic. in verb. liberos. & ibi Doctores omnes. Alex. conſil. 89.numer.4.vol.2.Gomez.var.reſol. tom. 1. cap.9.num.48.in fine. Vaſqu. de ſucceſſ.progreſſ.lib. 1. §. 6.num, 2. vbi exemplificat de genero inſtituto à Socero, & dicit quod quia ipſe non eſt de deſcendentibus à ſocero, iccirco hæreditatem eiuſdem ſoceri non aditam non trãſmittit, quod fuit dictum Baldi in l. ſi auia num. 5. C. de iure delib. & idem eſt de hæreditate, quæ ad patrem, matrem, vel alios aſcẽdentes delata eſt aliunde quàm ex eorũ aſcendentibus, quia ſi non fuit per eos adita non tranſmittitur nedum ad collaterales vel alios extraneos, ſed neque ad proprios eorũ filios

vel

vel deſcendentes, & procedit etiam ſi hæreditas ipſa fuiſſet hæreditas alterius filij vel deſcendentis Bart. in l. ſi infanti numero 5. & ibi Iaſ. num. 2. verſ. tamen pro eadem ſententia. C. de iur. deliber. Paul. de Caſtr. conſil. 304. num. 5. in fin. verſ. ex his relinquitur. vol. 1. Corn. conſil. 1. num. 7. vol. 2. Crauet. conſil. 37. num. 4. Socin. in l. qui duos. §. cum in bello. num. 1. ff. de reb. dub. Bertrand. conſ. 220. num. 2. vol. 7. Cuman. conſil. 1 11. numero 2. Aſcan. de patr. poteſt. effectu. 13. numero 16. Cucus de legitim. fol. 99. num. 1. in aſcendẽtes autem, vel etiam in extraneos, huiuſmodi tranſmiſſio non admittitur, ob id ſi filius vel alius deſcendens qui non eſt in poteſtate, & cui delata fuit hæreditas patris vel aui, decedat ante aditionem, non poteſt eam tranſmittere iure ſanguinis ad matrem vel auos maternos; & è conuerſo hæreditatem matris, vel lineæ maternæ non aditam non tranſmittet ad patrem vel auos paternos, vt dixi ſupra num. 98.

123 Declaratur ſecundò non procedere quando hæreditas delata eſt filio, vel deſcendenti ſub conditione, nàm ſi idem filius dicta conditione pendẽte decedat, hæreditatem ipſam non trãſmittit neque vigore d. l. vnic. ſic gloſ. vlt. in d. l. vnic. C. de his qui ant. apert. tab. quam ſequitur ibi Bart. nu. 4. Paul. de Caſtr. num. 7. & poſt Cyn. Petr. de Bell. pertic. Alberic. Salicet. & Corn. tenet Gomez. var. reſol. tom. 1. cap. 9. num. 49. Gabriel concluſ. 2. nu. 1. iuncto num. 10. de hæred. inſtit. idem Caſtrenſ. in l. hæredes mei. §. cum ità. num. 3. & ibi Alex. num. 6. Socin. num. 9. propè finem. ff. ad trebell.

124 Ampliatur declaratio, vt procedat etiam ſi ſit inſtitutus hæres ſub illa conditione poteſtatiua (ſi voluerit) nàm decedens hac conditione pendente nec tranſmittit hæreditatẽ iure ſanguinis vigore l. vnic. C. qui ant. apert. tab. nec ius deliberandi vigore leg. cum in antiquioribus. C. de iure delib. quia licet hæc conditio in hærede non ſuo habeatur pro nõ adiecta, & ſit ſuperflua ac nihil operetur, cùm ea tacitè inſit, & inſtitutus habeat liberam facultatem acceptandi & repudiandi etiam dicta conditione non appoſita l. Cornelius. ff. de hæred. inſtit. l. verba hæc. ff. de condit. inſtit. nihilominus hujuſmodi iura procedebãt ante iura Codicis quibus inducta eſt tranſmiſſio ex potentia ſanguinis, & iuris deliberandi, ſic reſpondet Gomez. var. reſol. tom. 1. cap. 9. num. 33. poſt Imol. in l. fin. col. 7. verſ. quid autem. ff. de condit. inſtit. Verùm hęc opinio non placet; quia per tranſmiſſionem poſteriori loco inductam non cenſetur derogatum regulis legum veterum, vbi ſpecialiter non eſt expreſſum. l. pręcipimus. in fin. C. de appellat. & quia cùm iſta conditio habeatur pro non adiecta non poteſt aliquid operari nec olim, nec hodie. l. ſi poſt diem. §. ſed ſi ſub conditione. ff. quand. dies leg. ced. iccircò opinor huiuſmodi verba (ſi voluerit) non facere inſtitutionem conditionalem, ſed locum eſſe tranſmiſſioni præterquàm in hærede neceſſario, ideſt ſeruo. l. neceſſarijs. in fin. ff. de acquir. hæred. § neceſſarius. inſtit. de hæred. qualit. & differ. quod etiam voluerunt Ray. Bald. & Ang. in d. l. Cornelius. ff. de hæred. inſtit.

125 Simile eſt de legatis & fideicommiſſis cõditionalibus, quia ante euentum conditionis non tranſmittuntur neque ad liberos. Bald. in l. ſi in perſonam. numero 3. C. de fideicom. Alex. in l. hæredes mei. §. cum ità. num. 6. & ibi Socin. num. 9. Zanch. num. 191. Ripa nu. 59. ff. ad trebell. Crauet. conſ. 152. num. 3. Roland. conſ. 38. num. 11. verſ. aut vult. lib. 4. cũ alijs à me adductis in caſ. 1. num. 32. per tex. in d. l. hæredes mei. §. cum ità. l. cum ex filio. ff. de vulg. l. ſi cui legetur. §. hoc autem. verſ. quod ſi teſtamenti. ff. de leg. 1.

126 Subdeclaratur hęc ſecũda declaratio vt nõ procedat reſpectu legitimę, nãquè ĩ legitima omnis reijcitur cõditio, grauamẽ. & dilatio l. qm̃ in prioribus. C. de inoff. teſtam. iccirco ſi inſtitutus ſit filius ſub conditione, nihilominus inſtitutio reſpectu legitimæ remanet pura & libera ab omni conditione, & conſequẽter eo mortuo conditione pendente legitimã ad alios eius deſcendentes vigore d. l. vnic. C. de his qui ant. apert. tab. tranſmittet. Salicet. in d. l. vnic. in fin. verſ. quęro decimò. Gabriel concluſ. 2. num. 13. de hæred. inſtit. Peregr. de fideicom. art. 36. num. 61. Gomez. var. reſol. tom. 1. cap. 9. numer. 49. verſ. quod tamen. & cap. 3. num. 17. verſ. ſecunda principalis opinio. vſque ad finem, & latius dixi in caſ. 1. numero 37.

127 Declaratur tertiò hic ſecundus caſus ſubalternus, vt non procedat in hæreditate recuſata, namquè hæreditas recuſata ante aditionẽ ad neminem tranſmittitur d. l. vnic. C. de his qui ant. apert. tab. ibi: ſi tamen hæreditatem nõ recuſant: & ibi Bald. nu. 2. Paul. de Caſtr. num. 2. & alij. Dec. conſ. 445. nu. 57. Vaſqu. de ſucceſſ. progreſſ. lib. 1. §. 7. num. 56. & tradit Surd. deciſ. 140. nu. 18. cum alijs per eum allegatis; & Craſſ. in §. tranſmiſſio. quæſt. 18.

nu. 1. & hæc ſunt quoad primam declarationem caſus principalis, de qua ſupra. numero 21.

128 Declaratur ſecundò caſus principalis quo firmatum eſt hæreditatem non aditam non tranſmitti, vt procedat ab inteſtato, ſecus vbi hæres teſtatus eſſet in ſpecie de hæreditate ſibi relicta, quia tunc cenſeretur eo ipſo hæreditatem ipſam adire l. ſi auia. C. de iure delib. facit. §. fin. inſtit. de hæred. qual. & differ. & idẽ ſi aliquo alio modo inducta eſſet hæreditatis aditio, quæ triginta octo modis inducitur, quos recitat Marant. in l. is poteſt. num. 42. & ſeqq. ff. de acquir. hæred. & latè explicat Mantic. de coniectur. vlt. volunt. lib. 12. tit. 9. 10. 11. 12. & 13. & Maſcard. de probat. concluſ. 40. cum duodecim ſequentibus.

129 Declaratur tertiò caſus principalis non habere locum in iure deliberandi ex beneficio leg. cum in antiquioribus. C. de iur. delib. l. vnic. ff. in nouiſſimo. C. de caduc. tollend. namquè licèt hæres decedat hæreditate non adita, nihilominus ſi decedit intra annum datum ad deliberandum nempè à die ſcientiæ hæreditatis delatæ, tranſmittit ad quoſcunquè eius hæredes reſiduum illius temporis, ſic ſtatutum eſt in d. l. cum in antiquioribus. & in d. l. vnic. §. in nouiſſimo, C. de caduc. tollend. quod procedit ſiue hæreditas ipſa delata ſit ex teſtamento, ſiue ab inteſtato, & ſiue idem hæres ſit ſuus, ſiue extraneus, & ſiue petita fuerit deliberatio, ſiue non. d. l. cum in antiquioribus. C. de iure delib. & iſta ſpecies tranſmiſſionis fuit incognita Iuriſconſultis, vt poſt alios docet Eman. à coſta in l. gallus. §. & quid ſi tantum 2. part. num. 179. ff. de liber. & poſthum.

130 Ampliatur primò hæc declaratio procedere etiam in bonorum poſſeſſione. ſeu alia quacunque ſucceſſione prætoria, quia pariter in vim iuris deliberandi ad hæredes tranſmittitur. Corn. Iacob. de Sanct. Georg. Dec. Lancell. & Iaſ. in d. l. emancipata numer. 9. C. qui admitt. Craſſ. in §. tranſmiſſio. quæſt. 19. nu. 4. Ant. Gomez. var. reſol. tom. 1. cap. 1. num. 14. & cap. 9. num. 46. Alex. in l. cum in antiquioribus. num. 10. & ibi Iaſ. num. 4. qui teſtatur de cõmuni. C. de iur. deliber. quicquid in contrarium dixerit Vaſqu. de ſucceſſ. progreſſ. §. 8. num. 13.

131 Ampliatur ſecundo locum habere, etiamſi inſtituto intra annum deliberatorium decedenti datus ſit ſubſtitutus vulgaris; nàm adhuc illud ius deliberandi tranſmitteretur ad quoſcunque hæredes eiuſdem inſtituti excluſo vulgari ſubſtituto, quia licèt hæres inſtitutus, non fuerit hæres; tamen facit alium hæredem miniſterio ſuo, tranſmittendo ius deliberandi, ſic Bart. in l. cum proponas. num. 4. C. de hæred. inſtit. & in l. 1. num. 20. ff. de vulg. & pupill. vbi dicit videri caſum in l. 1. C. de his qui ante apert. tabul. & illum ſequitur Bald. in tract. de ſubſtit. de vulg. ſubſt. num. 13. idem Bald. in l. cum in antiquioribus. numero 2. C. de iur. deliber. & opinionem. Bart. ſequitur, ac magis communem eſſe dicit Socin. in d. l. 1. num. 17. & 18. ff. de vulg. & pupill. & ibi Iaſ. nu. 41. qui dicit opinionẽ Bart. eſſe communem, & pro ea eſſe tex. apertum decidentem hanc quæſtionem in l. vnica. §. cum autem in ſuperiore, iuncto §. in nouiſſimo. C. de caduc. tollend. idem etiam dicit in l. ſi filius hæres. nu. 39. ff. de liber. & poſthum. & in l. 2. num. 3. & 8. & ibi Alex. num. 10. ff. de acquir. heredit. Ripa in d. l. 1. num. 133. ff. de vulg. & pupill. & Gomez. variar. reſolut. tomo 1. cap. 9. numero 51. verſ. ſecundò. in fin. Craſſ. in. §. ſubſtitutio quæſt. 9. num. 3. verſ. aut tertiò, latè Fachin. controuerſ. iur. lib. 4. capit. 62. Odd. in prælud. compend. part. 2. quæſt. 5. col. 2. verſ. quando deniquè. Intrigl. de ſubſtit. cent. 1. quæſt. 27. num. 18. & ſeqq. Salicet. conſ. 70. num. 14. & ſeqq. inter conſ. vlt. vol. lib. 1. & hanc opinionem communem eſſe, ab eaquè non eſſe recedendum refert Lãfranc. in l. centurio. num. 53. ff. de vulg. & pupill. licet poſt Ang. ibi, contrarium is tueri conetur. Nec admittẽda eſt diſtinctio quã facit Bald. conſ. 58. num. 3. vol. 4. & quam ſequi videtur Præt. de interpræt. vlt. vol. libro 3. fol. 210. num. 6. propè finem, vt ſubſtitutio vulgaris tunc tranſmiſſionem iuris deliberandi non impediat, cum fit in defectum aditionis; ſecus cum ea fit in defectum perſonæ decedentis; huic enim diſtinctioni aduerſatur tex. in l. cum proponas. C. de hæred. inſtit.

132 Declaratur ampliatio, nàm ſi plures veniẽt ex tranſmiſſione iuris deliberandi, quorum aliqui adiuerunt, alij repudiarunt; pars repudiantium tranſiret ad ſubſtitutum, non autẽ accreſceret cæteris adeuntibus: Bald. Ang. & Imol. in l. fin. in princ. per illũ tex. ff. de vulg. & eos refert, ac ſequitur Alex. in. l. 1. num. 20. ff. eod.

133 Ampliatur tertiò, vt locum habeat etiam in fideicommiſſario vniuerſali, cui per fideicommiſſum hæreditas eſt reſtituenda: nàm ſi

die

die fideicommiſſi cedente is moriatur infra annum deliberandi, ius illud deliberandi trãſmittit. gloſ. in l. cum filiofamilias. in verb. retenturum. vbi Bart. numer. 14. & Ang. & Iaſ. num. 24. ff. de leg. 1. & ante eos Azo in ſum. C. ad Trebell. nu. 12. Bald. in l. filium quem. num. 48. C. famil. herciſc. idem Iaſ. in l. 1. §. de illo. num. 4. ff. ad trebell. & in l. cum in antiquioribus. num. 4. vbi alios allegat. C. de iur. deliber. Gul. de Bened. in repet. cap. Raynutius. verb. mortuo itaque teſtatore. 2. num. 160. Craſſ. in §. tranſmiſſio. quæſt. 19. num. 5. Ioſeph Ruſtic. in comment. ad l. cum auus. lib. 6. cap. 2. num. 15.

134 Ampliatur quartò, vt idem ſit in infante doli capace, qui pariter ius deliberandi tranſmittit. Bald. conſ. 418. nu. 2. volum. 4. quamuis ſecus ſit in infante doli non capace, in quo ſcientia delatæ hæreditatis non cadit. Ruyn. conſil. 23. num. 5. verſ. & quia. vol. 5. & eſt communis Doctorum ſententia, vt refert Craſſ. in §. tranſmiſſio. quæſt. 21. numer. 1. ad patrem autem tranſmittit ius deliberandi, quamuis non ſit doli capax ex l. ſi infanti. C. de iure deliber. ſic poſt gloſ. in d. l. ſi infanti. in verb. infanti quæſita. & Bart. Bal. Ang. Salic. Alexan. Iaſ. & communiter Doctores, tenet Craſſ. in d. §. tranſmiſſio. quæſt. 21. numero 2.

135 Declaratur ampliatio 3. quia etiam infans doli non capax, & pupillus aliquando ius deliberandi tranſmittit, veluti ſi tutor eiuſdem infantis, & pupilli habuit ſcientiam delatæ hæreditatis, nàm ſufficit ſcientia ſolius tutoris, vt infans & pupillus ius deliberandi tranſmittat, ex quo ſcientia tutoris cenſetur ſcientia pupilli. l. 3. in fin. cum l. ſeq. ff. de tribut. l. non ſolum. §. ſed & ſi. ff. de liber. cauſ. hinc ſolus tutor petit tempus ad deliberandum. l. ait prætor. ff. de iur. delib. & tutor ſolus poteſt adire. l. ſi infanti. C. de iure deliber. & bonorum poſſeſſionem petere. l. bonorum. C. qui admit. & per has rationes ſic tenet Bart. in l. qui duos. num. 8. ff. de reb. dub. & in l. cum in antiquioribus. numero 3. C. de iur. deliber. & cum eo ſimpliciter tranſit Paul. de Caſtr. in d. l. ſi infanti. numero 7. verſ. tertia opinio. C. eod. & Fulgoſ. & Alex. in d. l. cum in antiquioribus. numer. 7. & Iaſ. num. 7. è contra vero, quod ſcientia ſolius tutoris non ſufficiat, tenet Bald. in d. l. ſi infanti. numer. 22. & ibi Salic. & Ang. C. de iure delib. ea ratione, quia ſolus tutor non poteſt velle, & nolle. l. potuit. C. eod. ſed tamen tenenda eſt opinio Bart. quam etiam ſequitur Socin. in l. qui duos. nume. 27. ff. de reb. dub. vbi in fine dicit ab ea non eſſe recedendũ neque in iudicando, neque in conſulendo, & illam communem eſſe teſtatur Sapia. in d. l. cũ in antiquioribus. num. 14. C. de iure delib. & ea potiſſimum ratio eſt, quia ſcientia tutoris videtur ſcientia pupilli. tex. expreſſus in d. l. 3. in fin. cum l. ſeq. ff. de tribut. & tradit Socin. iun. conſ. 45. nu. 4. vol. 4. Bero. cõſ. 121. num. 19. & conſ. 122. nu. 12. & 15. vol. 3. Neuizz. conſ. 20. nu. 34. Natta. conſ. 492. nu. 7. Roland. conſ. 10. num. 20. vol. 2. Surd. deciſ. 4. numer. 10. nec obſtat quod ſolus tutor non habeat velle, neque nolle, quia reſpondetur aliud eſſe ipſum ius adeundi; & aliud eſſe ius deliberandi, nàm licet tutor ſolus non adeat, tamen ſolus deliberat. l. ait prætor. in princ. ff. de iur. deliber. nec obſtat pariter d. l. ſi infanti. quæ loquitur etiam cùm pupillus habebat tutorem, qui neglexit adire hæreditatem, & ſic ſciuit eam eſſe delatam; quia illa lex fuit ædita ante d. l. cum in antiquioribus: ſic reſpõdet Bart. in d. l. cum in antiquioribus. num. 3. C. de iur. delib. & in l. qui duos. num. 8. ff. de reb. dub. & ſequitur Paul. de Caſtr. in d. l. ſi infanti. num. 7. verſ. tertia opinio. & Iaſ. in d. l. cum in antiquioribus num. 7.

136 Imò quod plus eſt, ſufficit ſcientia ſolius tutoris, etiam ſi non ſatisdediſſet, vel non confeciſſet inuentarium ſic Bart. in l. fin. numer. 2. C. de tut. & curat. qui non ſatiſded. & in d. l. cum in antiquioribus. num. 3. & in l. tutor qui repertorium. num. 28. ff. de adminiſtrat. tut. & in l. 1. num. 2. in fin. ff. de tutel. & in l. qui duos. numer. 10. verſic. ſed quid. ff. de reb. dub. Alex. in d. l. cũ in antiquioribus, nu. 9. & Iaſ. num. 7. Socin. in l. qui duos, num. 30. ff. de reb. dub. & ratio eſt quia ius deliberandi eſt tempore periturum, cùm duret anno, vt d. l. cum in antiquioribus, & quia hoc non poteſt eſſe damnoſum pupillo, ea vero quæ tempore peritura ſunt, vel quæ pupillo præiudiciũ afferre non poſſunt, poteſt tutor perficere etiam ſi nihil de ſolẽnitatibus obſeruauerit. l. fin. C. de tut. & curat. qui ſatis non ded.

137 Item ſufficit ſcientia ſolius tutoris, etiam ſi is deceſſit, & poſt eum deceſſit infans ſiue pupillus ſine tutore; quia adhuc ius, & tẽpus deliberandi tranſmittitur; nàm licet tempus anni deliberatorij in ſui initio ſit vtile, poſtea tamen eſt cõtinuum. d. l. cum in antiquioribus. & ibi gloſ. in verb. qui ſciẽs. C. de iur. delibet. & ſic in ſpecie contra Bart. in l. qui duos. nu. 9. ff. de reb. dub. tenet Bald. in l. ſi infanti. nu. 25. & ibi Salicet. C. de iur. delib. Alex. in l. cũ

in antiquioribus.numer.8.C.eod.Craſſ.in §. tranſmiſſio.quæſt.21.num.4.

138 In tutore tamẽ putatiuo, vel accuſato, vel ſuſpecto, vel ſe excuſante, vel curatore pupilli, præmiſſa non procederent. Ang. in d.l.cum in antiquioribus, poſt princ. & Alex. num.9.
139 C.de iur.deliber. Et idem ſi ſunt duo tutores in teſtamento dati cum clauſula ; quod vnus ſine altero nihil poſſit ; namquè ſcientia iſtorum non eſt ſcientia tutorum. Bald. in d.l. ſi infanti.num.24.C.eod.

140 Et idem quod de ſcientia tutoris, dicitur quoque de ſcientia patris, quia ex eadem ratione, ſcientia ſolius patris de delata hæreditate ſufficit, vt filius infans non doli capax, & pupillus ius deliberandi tranſmittat. Bart. in d.l.cum in antiquioribus.num.3.& ibi.Alex. num.7.verſ.mihi placet.& Iaſ. num.7. C. de iur.delib. idem Bart.conſ.232.numer.1.Cuman.conſ.120.num.1.Craſſ.in §.trãſmiſſio. quæſt.21.num.5. & ſic etiam videtur tenere Socin.in l.qui duos.num.29.verſic.& ex prędictis. ff. de reb. dub. ſecus autem dicendum eſt de ſcientia matris, hæc enim non operatur tranſmiſſionem iuris deliberandi, niſi declarauerit ſe velle eſſe tutricem. Paul. de Caſtr. conſil.408.num.1.verſ.quinto dico.lib.1.

141 Ampliatur quintò hæc tertia declaratio, quia tranſmiſſio, quæ fit beneficio.d.l.cùm in antiquioribus, habet locum non ſolùm in extraneis, ſed etiam in filijs ; nàm licet filij poſſint tranſmittere hæreditatem patris non aditam ex potentia ſuitatis, tamen vtile eſt quod etiam poſſint tranſmittere ex beneficio iſtius legis, quia tranſmittendo ex beneficio huius legis, non tenentur condito teſtamento probare ſe eſſe filios, vel eſſe in poteſtate ; quæ probatio requiritur in tranſmiſſione ex potentia ſuitatis, & eſt difficilis l. Lucius. ff. de condit. & demonſtrat. Maſcard. de probat. concluſ.787.num.5. & ſic per hanc rationem tenet Iaſ. in d.l.cum in antiquioribus.numer. 2.& Sebaſt. Sapia num.7.C.de iur.deliber.

142 Ampliatur ſextò hæc tertia declaratio, quia ſi inſtitutus in re certa decedit poſtquã hæres vniuerſalis repudiauit, & antequàm ipſe inſtitutus hæreditatem adiuit, ſi idem inſtitutus, eſt extraneus tranſmittit ius deliberandi, ſi autem eſt ſuus tranſmittit ex potentia ſuitatis ; & ratio eſt, quia tunc fit hæres vniuerſalis, & ſic tenet. Salicet. in l. quoties. & ibi Alex. qui illum refert, ac ſequitur num. 6.C.de hæred. inſtit. Craſſ. in §. tranſmiſſio. quæſt.19.num.3.

143 Subdeclaratur primò hæc tertia declaratio, quia hæres tranſmittit ſolummodo illud reſiduum temporis anni, quod ſupererat, non verò amplius tempus: ſic expreſsè habetur in d.l.cum in antiquioribus, & communiter per Doctores ibidem, & Bart. in l.qui duos.num. 7.ff.de reb.dub. & Gomez. var. reſol. tom.1. cap.9.num.52.

144 Subdeclaratur ſecundò, vt tunc demum habeat locum tranſmiſſio temporis ad deliberandum, quando hæres ſciebat hæreditatem ſibi eſſe delatam, & poſt ſcientiam deceſſit infra annum ; nàm ſi eſſet ignorans nullo modo tranſmittit. ita tex. in d.l. cùm in antiquioribus.verſ.& ſi quidem & ibi Bart.numer.2.& Alex.num.5.idem Bart.in l.qui duos.nu. 7. ff.de reb.dub. Gulielm.de Benedict.in c.Rainutius.verb.mortuo itaque teſtatore.il 2.num. 166.& 182.de teſtam. Surd. conſ.232. num.
145 41.vol.2.& ratio quare tempus deliberandi currat à die ſcientię tantùm, ita vt ceſſante ſcientia ceſſet etiam deliberatio & conſequẽter tranſmiſſio, ea eſt nàm qui ignorat non poteſt deliberare, cùm in deliberando requiratur animi præmeditatio, quæ non poteſt cadere in ignorantem l.fin.C.de condict.indebit. l.manifeſtiſſimi.§. ſin autẽ noſcius C. de furt. igitur qui non habet ſcientiam non habet deliberationem, & conſequenter ius deliberandi non poteſt ad alios tranſmittere, & tantò minus quia animus non poteſt tranſmitti.l. 4.ff.locat.cap.ſi gratioſè.de reſcript. in 6. idẽ in effectu dicit Bart.in l. qui duos. num.7. ff. de reb.dub.vbi de materia ; & Iaſ. in l.emancipata.num.10.C.qui admit.

Adde quod ſufficeret opinio ipſius hęredis & cõmuniter aliorum iuncta cum veritate, nã huiuſmodi propria, & cõmunis aliorum opinio delatæ hæreditatis cum ſubſecuta delatione operatur vt idem hæres tranſmittat tẽpus deliberatorium, perinde ac ſi certã ſcientiam ipſius delationis habuiſſet, idquè probatur ex eo quia etiam ad adeundum requiritur ſcientia hæreditatis delatæ.l. hæres inſtitutus. ff. de acquir. hæredit. & tamen ſufficit iſta opinio iuncta cum veritate l. cum quidã §.quod dicitur. il 2. ff. eod. tit. & non ſolùm ſufficit ad adeundum, ſed etiam ad tranſmittendum fideicommiſſum conditionale, Anchar.conſ.354.& conſ.392. Butr. conſil.78. & ſecuti ſunt Felin. in c.1. num. 2. de ſumm. trinit.& fid. cathol. Gulielm. de Benedict. in c.Rainutius.verſ.& ſoboles quam geſtat. numer.64.Crauet.in l.cum filiofamilias 2.part. nu.262.ff.de leg.1.Zanch.in l. hæredes mei. §.cum ità.num.312.ff. ad trebell. & in ſpecie

tem-

temporis deliberãdi, ſic tenet Vaſqu. de ſucceſſ.progreſſ.lib.1.§.8.num.11.

146 Subdeclaratur tertiò hæc tertia declaratio, quia licet ignorans delatam ſibi eſſe hæreditatem non tranſmittat ius deliberandi, ſtante quod requiritur ſcientia tranſmittentis; nihilominus benè tranſmittit beneficium reſtitutionis in integrum ad deliberandum; ita quod hæres eius ex perſona ipſius defuncti, in caſu quo non conſtet de ſcientia trãſmittẽtis, poterit recurrere ad remedium reſtitutionis in integrum, & petere in integrum reſtitutionem ad deliberandum ex clauſula generali prætextu iuſtæ ignorantiæ. Ang. Paul. de Caſtr. & Imol. quos refert, & ſequitur Alex. conſ.71.num.4.in fin.vol.1.& conſi.169.nu.14.vol.2. Crauet.conſil.420.numer.11. Sebaſt.Sapia.in d.l.cum in antiquioribus.num.12.poſt Bart. & Socin. per eum allegatos. C. de iur.deliber. Craſſ.in §.tranſmiſſio, quæſt. 20.numero 2. & vltimo loco Odd. de reſtit. in integr.quæſt.63.art.6. vbi de magis communi. Surd.d. conſ.232.numero 41. & ſeqq. vol.2.

147 Subdeclaratur quartò quia ignorans trãſmittit ius deliberandi, quando illud idem ius deliberandi tranſmiſſum eſt in eum à ſciente, verbi gratia, ſi hæres ſciens hæreditatem ſibi eſſe delatam decedat intra annum deliberatorium, & ſic ius deliberandi tranſmittat; is autem in quem facta eſt huiuſmodi tranſmiſſio ſimiliter intra dictum annũ decedat ignorans hæreditatem iſtam ſibi eſſe delatam; dico quod iſte ſecundus hæres quamuis ignorans, hoc ius deliberandi pariter tranſmittit, quia ſemel tranſmiſſibile effectum eſt. l. videamus.ff.quod met.cauſ. vbi actio quod metus cauſa competit contra hæredem hæredis, ea ratione quia ſufficit aliquid ſemel perueniſſe ad primum heredem, & quia licet annus deliberatorius ab initio ſit vtilis, ſtante quod non currit niſi à die ſcientiæ, deinde tamen eſt continuus, vt d.l.cum in antiquioribus, & ibi gloſ. in verb.qui ſciens: ideo dum eſt continuus, non eſt neceſſaria ſcientia tranſmittẽtis: & per tex.in d.l.videamus, ac per rationes iſtas, ſic tenet Bart. in d.l.videamus. & in l. qui duos. num. 11. ff. de reb. dub. & illum ſequitur Bald. in d. l. cum in antiquioribus. num.4.& Sebaſt.Sapia.numer.16.C.de iure deliber. vbi teſtatur de communi: idem etiam tenet, & de communi teſtatur Socin. in d. l. qui duos.num.31.ff.de reb.dub.Gomez.var. reſolut.tom.1.cap.9.nu.54. Nec obſtat quod ante aditam hæreditatem nõ dicatur aliquid de illa hæreditate eſſe in bonis noſtris. l. prætia rerum.ff.ad leg. Falcid. quia reſpondetur eſſe verum, quod non dicitur in bonis noſtris taliter quod æſtimationem recipiat; ſed poſtquàm ius adeundi eſt tranſmiſſum, dicitur eſſe hæreditarium, & in bonis. Bart. in d.l. qui duos.num.11. in fine, & ibi Socin. num. 31. ff.de reb. dub. nec obſtat, quod ſecundus hæres non tranſmittat ex potentia ſuitatis, vt cõcludit Ruyn. conſ.161.num.7. lib.3. Pract. Papienſ. in forma libell. pro hæred. ab inteſt. gloſ.1.num.7.Borgnin.de tut. & curat.num. 69. ideo nec videatur quod tranſmittere poſſit ius deliberandi, quia reſpondetur ius deliberandi eſſe priuilegium reale, cùm competat omnibus tàm primis, quàm vlterioribus, ſuitatem autem eſſe qualitatem cohærẽtem perſonæ, quæ non tranſmittitur. l. quia tale.ff.ſolut.matrim. & ſic ſoluit Ruyn. d. conſil. 161. numer. 11. & ſeqq.lib.3. Non obſtat pariter quod ius deliberandi tranſmittatur ad ſucceſſores. vt d. l. cum in antiquioribus, & ſic intelligatur de primis ſucceſſoribus tantùm. arg.l.boues.§.hoc ſermone.ff.de verb.ſignif. quia reſpõdetur regulam dicti. §. hoc ſermone. non habere locum in materia fauorabili. Tiraquel.in d.l. boues. §. hoc ſermone. limitat.3.cum pluribus per eum adductis: Hic autem ſumus in materia fauorabili. Sebaſt. Sapia.in d.l.cum in antiquioribus.num.18. vbi dicit ſic omnes ſentire; igitur ceſſante diſpoſitione dicti. §.hoc ſermone, ſuccedit concluſio, quod appellatione ſucceſſorum continentur proximi, & remoti vſquè in infinitum. l. ſciendum.ff.de verb.ſignif.

148 Subdeclaratur quintò hæc tertia declaratio, vt non procedat in fiſco, quia in fiſcum non tranſmittitur ius deliberandi, ea ratione quia.d.l.cum in antiquioribus. loquitur de morte naturali hæredis, & non debet trahi ad mortem ciuilem; & quia hæc tranſmiſſio iuris deliberandi introducta eſt in fauorem hæredis, vt hæredem habeat aliàs forte non habiturus; ſed ſi fieret tranſmiſſio in fiſcum, hoc tenderet in eius odium. l. quod fauore. C. de legibus, & per has rationes conſuluit, Ruyn. conſ.23.num.26.& ſequent. vol.5. Craſſ. in §.tranſmiſſio.quæſt.22.numer.1. idem tenet Raphael.in l.ſi quis mihi.§.ſi quis planè.ff.de acquir.hæred. quicquid ibi dicat Alex.in contrarium.

149 Subdeclaratur ſextò, vt illud tempus deliberandi tranſmittatur, quod eſt indultum à lege; ſecus ſi vltra annum legis impetratum fuiſſet à Principe, vel à iudice aliud tempus

iuxta.

juxta.l.fin.§.& hęc quidem.C.de iur.deliber.
nam iſtud tempus impetratum non eſt ad hæ-
redes tranſmiſſibile.Raph.Fulg.& Alex.in d.
l.fin.§.fin.in fin.Iaſ.in d.l.cum in antiquiori-
bus,num.5.C.de iur.delib. Contrarium te-
net.Bald.in eadem.l.cum in antiquioribus.
nu.5.& cum eo videtur tranſire Paul.de Ca-
ſtr.numer.4.ſed prima eſt verior,pro qua eſt
tex.in d.l.cum in antiquioribus, per totam.
vbi completo anno excluditur tranſmiſſio, &
hanc partem ſequitur etiam Gul.de Bened.in
c.Raynutius.verb.mortuo itaque teſtatore.
2.num.162.

150 Declaratur quartò idem caſus principalis
tunc locum habere quando hæreditas delata
eſt,quia ad effectum vt hæreditas adiri & ſub-
inde tranſmitti poſſit, requiritur quod ea de-
lata ſit,namquè hæreditas non delata pro cer-
to adiri non poteſt l.is qui.ff.de acquir.hæ-
red.l.delata ff.de verb.ſignif.nec conſequen-
ter tranſmitti Bart.in l.fin.§.quando in pen-
denti num.3.ff.ad Tertull.per d.l.cum in an-
tiquioribus C.de iur.delib.ſequitur Alex.in
l.ſi auus.col.3.verſ.dicebat tamen Bart.C.de
liber.præt.Crauet.conſ.127.nu.11.& conſ.
410.nu.9.& conſ.569.nu.4.Craſſ.in §.tranſ-
miſſio.quæſt.18.numer.1.non enim locus eſt
tranſmiſſioni quando tranſmittenti ius non
competit l.ventre ff.de acquir.hæred.Bart.in
l.cum filiofamilias num.12.& ibi Iaſ.numer.
107.& ſeqq.ff.de leg.1.Bald.conſ.132.circa
med.lib.2.vbi dicit quod impoſſibile eſt trãſ-
mitti hęreditatem non delatam,quoniam prę-
poſterum eſt prius tranſmittere quàm habere
& Roman.conſ.442.in fine.dicit quod nemo
eam hæreditatem tranſmittit quam ipſe adi-
re non potuit, & alios refert Surd.conſ.463.
num.6.vol.4.intantum quòd ſi extaret ſtatu
tum quòd hęreditas non adita tranſmittatur,
illud intelligitur ſi eſt delata, non aliàs Mat-
thæſ.ſing.194.Zanch.in l.hæredes mei §.cũ
ità.nu.216.ff.ad Trebell.Surd.d.conſ.463.
numer.6.& 8.namquè non poteſt quis tranſ-
mittere quod ipſe non habet l.nemo plus ff.
de reg.iur. Itaque filij non admittentur iure
tranſmiſſionis; ſed ſi nati vel ſaltem concepti
erant viuente eo,de cuius hæreditate agitur,
admittentur ex proprijs illorum perſonis.l.1.
§.ſi quis proximior.ff.vnde cognat.

151 Subdeclaratur primò iſta quarta declara-
tio quia ſi hæreditas nondum delata fuit ex
conuentione,& pacto;tunc illud ius ſuccedẽ-
di tranſmittitur,exempli gratia,ſi filia in quie
tatione reſeruauit ſibi ex pacto ius ſucceden-
di poſt mortem fratrum ſine liberis, iſtud ius
reſeruatum ad hæredes tranſmittitur, & ſic in
his terminis tenet Crauet.d.conſ.127.num.
12.& Socin.conſ.147.col.5.circa medium,
verſ.ſecundò quòd cogitauerit.lib.1.& ratio
eſt quia ius conditionale quod debetur in
vim pacti tranſmiſſibile eſt.§.ex conditiona-
li.inſtit.de verb.obligat.& faciunt per me di-
152 cta in caſu.5.num.4. Ampliatur ſubdecla-
ratio, vt idem ſit etiam ſi non fuit delata ex
diſpoſitione teſtamentaria,nàm hæreditate à
teſtatore ad certum tempus dilata, dũmodo
inſtitutio ſit pura, ſi interim hæres moriatur
actionem ad hæredes ſimiliter tranſmittit.l.
ex his verbis.C.quand.dies legat.ced.l.Scius
Saturninus.ff.ad Trebell.Oldrad.conſ.108.
num.4.Simon de Præt.de interpræt.vlt.vol.
lib.3.nu.35.verſ.etiam tranſmiſſio.fol.215.

153 Et hinc eſt quòd quia hęres inſtitutus poſt
mortem vſufructuarij intelligitur inſtitutus
purè,iccircò decedens ante ipſum vſufructua
rium, hæreditatem ad hæredes tranſmittit.
Bald.in l.id quod pauperibus num.27.C.de
epiſc.& cleric.& conſ.26.vol.5.Paul.de Ca-
ſtr.in l.filius à patre num.5.ff.de liber.& poſt
hum.& conſ.121.nu.2.lib.1.Pariſ.conſ.97.
num.6.& ſeqq.lib.2.Simon de Præt.de inter
præt.vlt.vol.lib.3.fol.213.num.27.ſimile eſt
de filijs primi mariti matre tranſeunte ad ſe-
cunda vota, ea enim remanet vſufructuaria
quorumcunque bonorum ad illam peruente-
rum ex bonis eiuſdem mariti,filijs proprieta-
te reſeruata.§.proſpeximus.in auth.de non
elig.ſec.nub.§.ſi vero ſit ſoboles.in auth.de
nupt.l.fœminæ.C.de ſec.nupt.& tamen ſi cõ-
tingat eoſdem filios proprietarios prædece-
dere matri vſufructuariæ ius proprietatis ad
eorum hæredes tranſmittunt d.§.proſpexi-
mus.in auth.de non eligen.ſec.nub.§.veniet.
in auth.de nupt.Aret.conſ.40.num.4.Dec.
conſ.87.num.3.propè fin.& nu.4.

154 Subdeclaratur ſecundò hæc quarta decla-
ratio, nàm ius competens ex beneficio legis
tranſmittitur antequam ſit delatum.l.ſi arro-
gator.ff.de adopt.vbi quarta quę debetur ar-
rogato tranſmittitur etiam antequàm delata
ſit;idem de legitima; in integrum reſtitutio-
ne, & ſimilibus, de quibus dicã in locis ſuis;
non enim neceſſarium eſt ad tranſmittendũ,
quod ius competat actu,ſed ſufficit quod cõ-
petat habitu tantùm.l.ſi quis filium.C.de in-
off.teſtam.Ioan.And.in rubr.de feudis.verb.
ſcias.col.5.verſic.non obſtat.Bald.in l.2.nu.
9.C.de liber.pręter.Fabian.de Giocchis in
auth.nouiſſima.nu.277.C.de inoff.teſtam.

155 Subdeclaratur tertiò, quia hęreditas non-
dum

dum delata tranſmittitur, quando ius ſubſtitutionis vnitum eſt cum iure accreſcendi, nã ſicut tranſmittitur ius accreſcendi. l. ſi ex pluribus. ff. de ſuis, & legitimis: ita quoque trãſmittitur ſubſtitutio: ſic Alex. in l. qui patri. numero 8. ff. de acquir. hæred. & ſatis dixi in caſu 7.

156 Declaratur quintò caſus principalis non procedere in fideicommiſſis, vel legatis; Hæc enim ſi ſub conditione, vel die incerta relicta ſunt, non attenditur in eis aditio hæreditatis; ſed euentus conditionis, vel diei: ſi autem relicta ſunt purè, vel in diem certam: Tunc aut ſunt fideicommiſſa particularia, vel legata, & hæc tranſmittuntur ſtatim à die mortis teſtatoris, quia eorum dies ad effectum tranſmiſſionis à morte teſtatoris cedit. l. ſi poſt diem. ff. quand. dies legat. ced. l. vnic. §. cum igitur. C. de caduc. tollen.

Subdeclaratur iſta declaratio, vt non procedat in legatis vel fideicommiſſis alternatiuè modo infraſcripto relictis: exemplum, ſi teſtator dixerit Titio centum dato, aut ſi idem titius deceſſerit antequàm dictos centum recipiat, ſempronio dato; tunc enim titius legatarius decedens ante exactionem legati non tranſmittit ad hæredes; quod verum eſt indifferenter, ſi verba executiua relata ſunt ad ipſum legatarium, ſed ſi relata ſunt ad hæredem, cum hac diſtinctione, Aut idem hæres fuit moroſus in ſolutione dicti legati, & tunc legatarius tranſmittit, Aut non fuit moroſus, & adhuc non tranſmittit. l. 3. §. ſi quis titio. vbi Bart. ff. de adimend. legat.

157 Aut ſunt fideicommiſſa vniuerſalia, & ea pariter ante reſtitutam hereditatem tranſmittuntur ad quoſcunque hæredes, cùm ad effectum tranſmiſſionis in illis pariter dies cedat à morte teſtatoris, vt de vtroque dixi in ſecũdo caſu. num. 4. & 15. Verùm de huiuſmodi tranſmiſſione fideicommiſſorum vniuerſaliũ ante reſtitutionem fideicommiſſi non adeò clara res eſt, nam quòd imò non tranſmittantur ante reſtitutionem facit tex. in l. apud Iulianum. §. vtrum. §. antiſtia. ff. ad Trebell. & ratio quia reſtitutio fideicommiſſi vniuerſalis illi tantùm fienda eſt, de quo teſtator diſpoſuit, ideo non poteſt alteri cedi, ita vt in ceſſionarium trãſeant vtiles actiones. l. ſi mu-
158 lier. la 2. §. exaſſe. ff. de iur. dot. Et quia fideicommiſſarius vniuerſalis habetur loco hæredis. l. ſi filiusfamilias. §. 1. ff. quod cum eo; §. reſtituta. inſtit. de fideicom. hæredit. ſed hæres hæreditatem non aditam non tranſmittit; & ità tenet gloſ. in l. cum filiofamilias. in verb. retẽturum. ff. de leg. 1. & Azo in ſumm. C. ad Trebell. num. 11. in fin. In contrarium autem quod fideicommiſſa vniuerſalia tranſmittantur etiam ante reſtitutionem veritas eſt, & de hoc eſt tex. in l. cum ſecundum. l. ſi in perſonam. C. de fideicommiſ. l. cogi. §. idem mæcianus. ff. ad Trebell. l. ſi Pontionilla. C. quand. dies legat. ced. Nec obſtat. l. apud Iulianum. §. vtrũ. §. antiſtia. ff. ad Trebell. quia ibi fideicommiſſarius deceſſit ſine hærede gloſ. in d. §. vtrum. in verb. deceſſerit. & ibi Bart. num. 1. idem Bart. in l. cum filiofamilias. num. 12. ff. de leg. 1. & ad primam rationem adductam pro altera parte reſpondetur hoc eſſe intelligendum de eo, qui ſuccedit titulo ſingulari, vel particulari, tũc enim verum eſt, quod hæres non tenetur ei reſtituere fideicõmiſſum vniuerſale, & ità propriè loquitur. d. §. ex aſſe; ſecus de eo, qui ſuccedit titulo vniuerſali, quia hic cenſetur eadem perſona cum tranſmittente. auth. de iureiur. à morient. præſtit. in princ. Ad id quod fideicommiſſarius habeatur loco hæredis, & hæres hæreditatem non aditam non tranſmittat: Reſpondetur aliud eſſe in hærede qui ante aditam hæreditatem nullum ius habet, quod tranſmittere poſſit. l. ſi ſeruus hæreditarius. ff. de ſtipulat. ſeruor. & aliud in fideicommiſſario, qui habet actionem ex teſtamento contra heredem, & officium iudicis ad cogendum hæredẽ adire, quiquè dicitur hæres impropriè l. poſtulãte. §. ſed & in huiuſmodi. verſ. nam & ibi: hæredis loco. ff. ad trebell. Socin. in rubric. ff. de vulg. & pupill. num. 12. Bald. conſ. 70. num. 3. lib. 2. cum multis alijs relatis per Ruſtic. in l. cum auus. lib. 6. cap. 2. num. 17. & hanc partem tenent, & tuentur, illamque communem eſſe teſtantur Bart. in d. l. cum filiofamilias num. 12. & ibi Caſtrenſ. num. 22. & ſeqq. Ripa num. 73. Socin. num. 32. & Iaſ. num. 106. Specul. in tit. de teſtament. §. in primis. num. 19. & ibi Ioann. And. in addit. in verb. eodem tit. Dec. conſ. 478. num. 5. verſ. & cum dicta; & conſ. 496. num. 10. in fine. Natt. conſ. 472. num. 14. Capicc. deciſ. 89. Roland. conſil. 46. num. 4. lib. 3. Corn. conſ. 28. num. 2. lib. 4. Roman. conſ. 17. Guid. Pap. conſ. 122. num. 6. 7. conſ. 148. num. 2. & conſ. 210. idem etiam tenent Cyn. Bald. Imol. Alex. Ang. & alij quos recenſet idem Iaſ. in d. l. cum filiofamilias. nu. 106. & ipſe ſequitur in d. l. cum ſecundum. num. 1. C. de fideicom. Papienſ. in ſua prax. in tit. forma libell. quo agit. ex ſubſtit. in gloſ. qui ex eis ſuperuiueret. num. 30. Gaill. obſeruat. 131. num. 1. & ſeqq. lib. 2. Peregrin. de fi-

dei-

deicom. art.31.nu.4.Vaſqu, de ſucceſſ, pro-
greſſ.§.7.numer.49.Gulielm.de Benedict, in
repet. cap. Raynutius, verb, ſi abſque liberis
moreretur, 2. in materia fideicomm, ſubſtit.
num.63.& ſeqq.

159 Ampliatur primò quia ſtante hoc ſuppoſi-
to, quòd fideicommiſſa vniuerſalia purè vel
in diem certam relicta cedunt à die mortis te-
ſtatoris, conſequenter ea tranſmittuntur etiã
ſi fideicommiſſarius decedat antequàm hæ-
res directus adierit hęreditatem, ſicut dictum
eſt de legatis, & fideicommiſſis particulari-
bus.l.quidam.in princ.ff.ad Trebell.ibi enim
fideicommiſſarius decedens poſtquam ceſſit
dies fideicommiſſi, illud tranſmittit etiam an
te aditam hæreditatem, ſi de voluntate teſta-
toris in contrarium non apparet: & ſic poſt
Cyn.& Iac.de Aren.tenet Bart.in d.l.cum fi-
liofamilias.numero 13.Socin.numer.35. Iaſ.
num.106.verſ.in contrarium.Paul.de Caſtr.
num.24.vbi in fine hanc eſſe communem opi
nionem dicit ff.de leg.1.prout etiam de com-
muni teſtatur idem Iaſ.in d.l.cum ſecundum.
num.1.verſ.imò plus.C.de fideicom.& Dec.
conſ.478.num.5.& Gaill. obſeruat.131.nu.
1.lib.2.ſequitur Roland.conſ.46.num.4.lib.
3.Guid.Pap.conſ.122.num.7.verſ. ſed quid
ſi moriatur.Socin.conſ.vlt.numer.4.lib.4.&
Ripa in d.l.cum filiofamilias.num.76.vbi di-
cit quod in iudicando nõ eſt tutum recedere
ab hac opinione,& nouiſſimè Peregr.de fidei
commiſſ.art.22.num.3.

Subampliatur, quia in caſibus in quibus
non attenditur aditio hæreditatis, veluti quã
do hæreditas tranſmittitur ex potentia ſuita-
tis, vel ex potentia ſanguinis, vel beneficio
iuris deliberandi, vel alijs modis de quibus di
cam inferius, tunc legata & fideicommiſſa de
bentur etiam iure propriæ vocationis, nam-
què licet hæreditate non adita, regulariter ex
tinguatur fideicommiſſum l.ille à quo.§.ſi de
teſtamento.in fine, vbi Doctores omnes.ff.ad
Trebell.l.eam quam C.de fideicom.l.ſi nemo
ff. de teſtam. tut. l. ſi nemo ff. de reg. iur.
§. ſed quia.inſtit. de fideicomm. hęred. Pe-
regr. de fideicom. art.2. numero 12.Fuſar.
de fideicom.ſubſt.quęſt.566.num.1.& ſeqq.
tamen in caſibus quibus tranſmittitur hære-
ditas non adita, fideicommiſſum non extin-
guitur, ſed hæres in quem fit tranſmiſſio tene
tur adire & reſtituere, ſicut ipſe primus hęres
grauatus. Bart. in d.l. ille à quo.§. ſi de teſta-
mento.num.2. verſ. item id. vbi alij ſequun-
tur ff.ad Trebell.Gomez.var. reſol. tom.1.c.
5.num.8.verſ.ſecundò.Craſſ. in §. fideicom-
miſſum quęſt.66.verſ.idem dic.Pręt.de inter
pręt.vlt.vol. fol.369. num.1. Fuſar.d.quęſt.
566.num.39.

160 Ampliatur ſecundò idem eſſe in fideicom-
miſſo relicto in codicillis, vel inducto in vim
clauſulę codicillaris; quia pariter iſtud fidei-
commiſſum tranſmittitur licèt non agnitum,
nec reſtitutum ſit Iaſ.in d.l.cum filiofamilias
num.120.& ſeqq.& ibi Ripa numero 74.75.
Crauet.num.284.& ſeqq.ff.de leg.1.& Dec.
conſ.478.num.6.7.8.& conſil.490.num.11.
12.Gulielm.de Bened.i cap.Raynutius verb.
ſi abſque liberis moreretur. 2. de fideicomm.
ſubſtit. numer.66. in quibus locis confutant
opinionem Bart.contrarium tenentis, cõcor-
dantes adducunt,& hanc communem opinio
nem eſſe dicunt.

161 Declaratur ſextò caſus principalis nõ pro-
cedere in inſtituto in re certa dato cohærede
vniuerſali, nàm decedens ante agnitionem il-
lius rei illam tranſmittit, quia talis inſtitutio
quoad illam rem ſapit naturam legati quod
tranſmittitur etiam legatario decedente ante
aditam hæreditatem ab hærede vniuerſali: ſic
dicit,& tenet Bart.in l.ex facto.la grande.nu
mero 3.ff.de hæred.inſtit.& in l.quoties.in
fin.verſ.item tranſmittit.& ibi Iaſ.numer.7.
circa medium.C.eod.& ſequitur Bald.in d.l.
ex facto.verſ.primò.Paul.de Caſtr.in l.quo-
niam ſororem.numer.2.C.de iure delib.Ro-
man.conſ.64.Franc.in c.1.num.24.in princ.
de teſtam.in 6.Angel. Peruſ.in tract. ſuitat.
quæſt.9.num.82.verſ.ſi autem filius.Crauet.
in l.cum filiofamilias.in 2.part.num.265.ff.
de leg.1.Alex.conſ.211.numero 2.lib.7.Ca-
pra conſ.6.num.17.& conſ.118.num.6.& 7.
Præt.de interpræt.vlt.volunt.fol.212. num.
161 22.& eſt regula generalis, quod ea quæ ob
ueniunt titulo ſingulari tranſmittuntur ad
hæredes etiam ante aditionem; ſic quoque
ſuis locis dicimus de quarta, quæ debetur fi-
lio arrogato, & de legitima filio debita, & de
lucro dotis quod defertur marito ex forma
ſtatuti, & regulam probat textus in l.ſi arro-
gator.ff.de adopt.& ibi Iaſ.num.14.poſt me
dium.& num.15.Paul.de Caſtr.in l. cum in
antiquioribus num.6.& 7.Alex.num.6.C.de
iure deliber.Caſſan.ſuper conſuet.Burgund.
rubr.4.§.14.verſ.la femme maridee num.12.
Alex. conſil.150. numero 7. lib.2. quò vero
163 ad alios effectus quos capit ab inſtitutione
vniuerſali, nempe quod habeat ius accreſcen
di, illud non agnitum non tranſmittit, ſed re-
manet ſub regula iſtius caſus principalis, quia
eſt aliquid hæreditatis ex textu in d.l.quoniã
ſoro-

ſororem.C.de iure delib. ſic Bart.in d.l. quoties.in fin.verſ.item tranſmittit;quem ſequitur ibi Iaſ.nu.7. circa medium. C. de hæred. inſtit.& Surd.qui alios refert conſ.463.num. 9.verſ.decimo.vol.4.licet de hoc dubitet Ripa in l.re coniuncti.nu.88.ff.de leg.3. in quibus autem inſtitutus in re certa habeatur loco legatarij, & in quibus habeatur loco hęredis,tradit Franc.in c. ſi pater. num.24. de teſtam.i 6. & Lambert.de iurepatronat.2.part. 1.lib.16.art.2.quæſt. princ. num.4. fol.317.

164 Sumpta autem occaſione iſtius declarationis oritur difficultas,an inſtitutio vniuerſalis caducata per mortem inſtituti ſecutam viuẽte teſtatore poſſit trãſmitti ad hæredes ipſius inſtituti ex coniecturata voluntate eiuſdem teſtatoris,dubium enim facit quia coniecturata voluntas teſtatoris reddit tranſmiſſibilẽ etiam ſubſtitutionem directam. Ruin.conſil. 156.nu.4.& 5. verſ. veriſimile lib. 2. Zanch. in l.hæredes mei.§.cum ità.num.213.Menoch.conſ.106.numer.379.Præt. de interpræt. vlt.vol. fol.214. numer.34.verſ.& ex tacita mente: vbi alios adducit, ergo idem videtur dicendum de inſtitutione,cum ſubſtitutio ſit ſecunda inſtitutio Bald.in rubr.C.de impub. & alijs ſubſt.num. 1. præterea idem eſt de legatario & fideicommiſſario, is enim decedẽs viuo teſtatore tranſmittit legatum & fideicommiſſum ad hæredes,ſi conſentiant coniecturæ teſtatoris. Dec.conſ.574.numero 1.& ſeqq.& conſ.369.num.1. Socin. iun. conſil. 167.num.2.& 22.vol.2.Ruin.conſ.156. nu. 1.iuncto num.4.lib.2. addit. ad Alex. conſil. 109. lib.2. Et hanc opinionem quod inſtitutio poſſit tranſmitti ex coniecturis, tenet explicitè Alciat. lib. 4. paradox. cap. 5. quibus tamen non obſtantibus veritas ſe habet in cõtrarium, quòd imò inſtitutio tranſmitti non poteſt etiam extantibus coniecturis teſtatoris;ſiquidem inſtitutio non poteſt competere ex tranſmiſſione, cùm ſuccedens ex tranſmiſſione non ſuccedat teſtatori,ſed propriè ſuccedat tranſmittenti, & veniat ex perſona ipſius tranſmittentis,nõ ex vocatione, vel perſona ſua propria l.fin.C.de hæred. inſtit. Socin.conſ.67.num.4.lib.4.Zanch.in d. §. cùm ità.num.202.Burſat.conſ.61.num.15. Riminald.conſ.607.num.51.Surd. deciſ.140.nu. 16.& ſeqq. & hanc partem negatiuam alijs tamen fundamentis tuetur in ſpecie idem Surd.conſil.463. vol. 4. vbi hoc diſputat ad partes.

165 Declaratur ſeptimò caſus principalis, vt ſicut impeditus petere bonorum poſſeſſionẽ ſecundum tabulas,tranſmittit beneficium illam petẽdi.l.illud.§.ſi quis eum. ff. de bonor. poſſeſſ. contr.tabul. ità etiam impeditus adire hæreditatem, interim decedens tranſmittit cum infraſcripta tamen diſtinctione, nàm ſi hæres non adiuit propter metum legis, vel ſtatuti,putà ex edicto Sillaniano, antequàm ſcilicet habeatur quæſtio de familia occiſi, tunc hæreditatem ipſam non aditam tranſmittit.l.ſi quis graui.§. eleganter. l. qui poſthumos.ff. ad Sillanian. quod procedit etiam in acquiſitis medio tempore.l. pen. C. de his quib. vt indign. ſi autem non adiuit propter aliquam aliam dubitationem, tunc aut futurus eſt hæres in omnem caſum, vt in filio in poteſtate qui licet ventre præterito non poſſit adire, quamdiù teſtamentum rumpi poteſt;tamen certus eſt ſe futurum eſſe hęredem in omnem caſum, ſiue venter ſit plenus, ſiue vacuus, ideo interim decedens hæreditatem non aditam tranſmittit l.ventre.§. & ideo. ff. de acquir. hæred. d.l. illud. §. ſi quis eum. ff. de contratab. idem eſt de filio emancipato, cui titulo inſtitutionis hodie relinquendum eſt.§.aliud quoquè.in authentico. vt cum de appellat.cognoſ. idem de alio veniente ab inteſtato inſtituto in teſtamento, quod impugnatur de falſo,nàm ſiue illud ſit falſum, ſiue non,vtroque caſu futurus eſt hæres. Bart. in d.l.ventre num.7.& 8.ff.de acquir.hęred.idẽ eſt quoquè ſi dubitetur, an mater defuncta, de cuius hæreditate agitur, eſſet materfamilias ,vel filiafamilias, puta quia pater eius ab hoſtibus captus ſit,nàm filij interim decedentes ſucceſſionem tranſmittunt. l.1. §. ſi ea. ff. ad Tertull. Aut non eſt futurus hæres in omnem caſum, & tunc hæreditatem non aditam non tranſmittit.d.l.ſi quis graui.§.eleganter. in fin. & l. qui poſthumos. in fin. ff. ad Sillanian. & d.l. ventre. §. emancipatus, & facit quia non debet eſſe melioris conditionis,qui eſt in caſu dubij, quàm qui eſt in caſu certi. l. ordinata.§.fin.ff.de liberal.cauſ.l.iulianus.in princ.ff.de condict.indebit.l.1.in princ.ff. de leg.3.ſed qui eſt ſciens de hæreditate ſibi delata,eam non aditam non tranſmittit ex iuribus allegatis in caſu principali.

Sed quando impedimentum prouenit ex facto tertij, denuò diſtinguendum eſt, Aut poteſt haberi regreſſus contta impedientem, putà quia fecit dolosè, & eſt ſoluendo, & tũc hæreditas non adita non tranſmittitur, ſed competit actio contra impedientem.l.1.§.nõ nunquam.ff.ſi mul.ventr.nom.facit.l. fin. §. §.planè.ff.de eo per quem fact.erit.l.titio cẽ-

tum.§.fin.ff.de condit. & demonſtrat. ſi autẽ non poteſt haberi regreſſus contra impedientem quia ſcilicet iure impediuit, vel non eſt ſoluendo, tali caſu hæreditas nõ adita ex cauſa iſtius impedimenti benè tranſmittitur. l. ſcriptus hæres.ff.de carbon.edict.l.ſi filius.§. ſi falſum.ff.de bon.libert.& facit.l.3.§. fin.ff. de condict. cauſ.dat. ſi verò non adiuit propter abſentiam, tunc hæreditatem non aditam nõ tranſmittit l.Pantonius. ff.de acquir. hæredit.

166 Declaratur octauò caſus principalis, vt nõ procedat in infante, quia ſi infans decedit in infantia, is non ſolum hæreditatem paternã non aditam tranſmittit ex potentia ſuitatis ad quoſcunque, vt ſupradixi numero 24.ſed etiam tranſmittit hæreditatem extraneorum non aditam ad patrem, & aſcendentes de linea paterna,l.ſi infanti.C.de iure delib. quãuis tamen hæreditatem extraneorum nõ aditam limitatè tranſmittat ad patrem, & aſcendentes de eadem linea paterna ſolummodo, ita quod illam non tranſmittit neque ad matrẽ neque ad fratres, vt per tex.in d.l.ſi infanti.& per Vaſqu.de ſucceſſ.progreſſ.§.8.nu.1. vbi alios allegat, & rationibus hoc cõprobat, & Craſſ.in §.tranſmiſſio.quæſt.21.num.3. & quæſt.27.num.2.vbi dicit hanc eſſe receptam DD.ſententiam, & dixi ſupra nu.11.

167 Declaratur nonò caſus, & ſubdeclaratur præcedens declaratio quia licet infans hæreditatem extraneorum non aditam non tranſmittat ad alios, quàm ad patrem, & aſcendentes de linea paterna, tamen tàm idem infans, quàm etiam minòr vigintiquinque annis trãſmittit ad quoſcunque eius hæredes beneficiũ reſtitutionis in integrum aduerſus aditionem ipſius hæreditatis extraneorum omiſſam ex æquitate.leg.Pantonius.ff. de acquir. hæred. Veritas eſt quòd concluſio hæc non tranſit ſine multa difficultate; nàm quoad infantem vrget tex.in d.l.ſi infanti.§.ſin verò.C.de iure delib. vbi dicitur quod non exiſtente tutore, vel eo adire negligente, hæreditates deuolutæ ad infantem intelliguntur ac ſi non eſſent delatæ, ſed ad illas perſonas peruenient, quæ vocabantur ſi hæreditates eidem delatæ non eſſent: & ſic videtur quod non exiſtente tutore vel eo negligente, hęredes infantis excluduntur, nec reſtitutio ad eos tranſmittitur; quod etiam ſic diſtinguendo tenent Bart. in d.l.ſi infanti.num.11.C.de iure deliber. & in l.qui duos.num.5.& 6. ff. de reb. dub. & Bald.in l.vnic.§.in nouiſſime,num.6. C. de caduc. tollend. dùm dicunt, quod ſi infans nõ habebat tutorem, non datur hæredibus eius reſtitutio in integrum tanquàm in culpa exiſtentibus in non petendo tutorem; ſi autem tutorem habebat, qui adire neglexit, & erat ſoluendo, ſimiliter non datur eis reſtitutio, quia habent regreſſum aduerſus eum; Sed ſi tutor non erat ſoluendo, vel aliàs conſanguineis ſeu tutori non poſſit imputari negligentia ob ignorantiam, vel abſentiam, ſeu aliud legitimum impedimentum, tunc reſtitutionẽ tranſmittit; & ità ſequuntur quamplures citati per Odd. de reſtit. in integr. quæſt. 50. art.8.num.74.& ipſe ſequitur. num.75. & infra: Sed tamen his non obſtantibus partem affirmatiuam, quod infans indiſtinctè etiam non exiſtente tutore, vel eo negligente tranſmittat beneficium reſtitutionis in integrum aduerſus omiſſam aditionem hæreditatis extraneorum, tenent magis communiter Doctores allegati per eundem Odd.d.quęſt.50.art. 8.num.74.verſ.in contrarium.& per Viuium comm.opin.verſ. hærede non adeunte. num. 3.& Gaill.obſeruat.131.num.8. & ſeqq. lib. 2.Roman.conſ.58.numer.3. & ibi additio.in verb.tranſmitti & Surd. conſ. 223.num.12. vol.2.& deciſ.138.num. 10.& per Simon.de Præt.de interpræt.vlt.volunt.lib.3. fol.215. numer.37.à qua in praxi non eſt tutum recedere; cum enim tex. in d. l. Pantonius. concedat reſtitutionẽ in caſu abſentię, ergo multò magis in caſu neceſſitatis naturalis, aliàs infans eſſet deterioris conditionis, quàm adultus minor vigintiquinque annis, qui beneficium reſtitutionis ad hæredes tranſmittit, vt mox dicam, cùm tamen debeat eſſe melioris conditionis, quia minus ſibi debet imputari, quàm adulto qui potuit ſibi prouidere; nec obſtat tex.in d.l.ſi infanti.§.ſin vero.C.de iure delib.quia procedit inſpecto iure communi, ſecus habito reſpectu ad beneficium reſtitutionis in integrum Roman. d. conſ.58.nu. 3.Bart.in d.l.ſi infanti.num.11.Caſtrenſ.nu. 7.verſ.item dicit.& Iaſ.num.17.in fin.vbi adducit rationem, quia non inducitur derogatio beneficij reſtitutionis in integrum niſi de eo facta ſpeciali mentione.gloſ. vlt. in l.poſtquam liti.C.de pact.facit tex.in c.coràm, iuncta gloſ.vlt.de reſtit.in integr. & poſt hęc ſcripta inueni ſic in terminis tenuiſſe ac cõſuluiſſe Cancer.var.reſol. part.3.cap.21. nu.173. & ſeqq.

Quò verò ad adultum minorem tamen vigintiquinque annis, quòd pariter is non trãſmittat beneficium reſtitutionis in integrum aduerſus omiſſam hæreditatis aditionem, videtur

detur

detùr obſtare ille rigor conſideratus in d.l.
Pantonius, nempe quia nunquàm fuit læſus
in eius vita, cùm potuerit adire vſquè ad vlti-
mum vitæ ſpiritum, ob id ei non competebat
reſtitutio, quæ non datur niſi læſo.l.fin.ff. de
in integr.reſtit.l.nam & poſtea.§. ſi minor.ff.
de iureiur. ergo in integrum reſtitutionem
non potùit tranſmittere.l. nemo plus.ff.de
reg. iur. præterea caſus ſpecialis inductus ob
abſentiam ex ęquitatę ipſius leg. Pantonius.
ff.de acquir.hęred.demonſtrat in contrarium
eſſe ius commune.l. ius ſingulare.l. quod ve-
rò.ff.de legib.Bald.in l.non iccirco.numer.2.
verſ.adde tamen.C.de iur.& fact.ignor.Dec.
conſ.175.num.7.Roland.conſ.5.num.4.lib.
1.nihilominus circumſcripto rigore, nos ver
ſamur in ęquitate eiuſdem leg. Pantonius,
quę quidem ęquitas extenditur ità procedere
& locum habere in minore ratione ipſius mi-
noris ętatis iunctę cum morte, ſicut in maio-
re ratione iuſtę abſentię vel alterius legitimi
impedimenti ſimiliter iuncti cum morte; Et
hęc concluſio ab omnibus Doctoribus rece-
pta eſt, quos recitant idem Odd.d. quęſt.50.
art.8.num.72.& Gomez var.reſolut. tom.1.
cap.9.num.56.& Surd.deciſ.138.numer.10.
& Pręt. de interpręt. vlt. vol. lib.3. fol.215.
ſub num.37.verſ.magis autem.additio ad Ro
man. conſ.58.in verb. tranſmitti, ad quos me
remitto quia allegant copiosè.
168 Quò verò ad maiorem vigintiquinque an-
nis, an ob iuſtam abſentiam is poſſit ius peten
di reſtitutionem in integrum aduerſus omiſ-
ſam hæreditatis aditionem tranſmittere, ità
diſtinguitur. Aut deceſſit durante tempore
adeundi, vel bonorum poſſeſſionē petendi, &
hoc caſu de rigore iuris non tranſmittit ad hę
redes ius petendi reſtitutionem in integrum
aduerſus omiſſam hæreditatis aditionem, ea
ratione quia adhuc tempus adeundi durabat,
ſed benè ex æquitate fundata ſuper iuſta cau-
ſa abſentiæ & morte, datur hæredi reſtitutio
in integrum.d.l. Pantonius.ff. de acquir. hæ-
redit. Aut deceſſit elapſo tempore adeundi,
ſiue bonorum poſſeſſionem petendi; & tali ca
ſu etiam de rigore, ius petendi reſtitutionem
in integrum ad hæredes tranſmittit.l.1.C.de
reſtit.milit.l.cum quidam.ff.de acquir.hære-
dit.

Ampliatur, vt quod dictum eſt de eo qui
non adiuit propter abſentiam, idem quoquè
dicendum ſit de illo qui non adiuit propter
ignorantiam Odd.de reſtit.in integr. part.1.
quæſt.50.art.7.Borgnin.de tutor.& curat.
nu.72.qui omnes alios adducit.Gomez.var.
reſolut.tom.1.cap.9.nu.56.in fin. Simon de
Præt. de interpręt.vlt.volunt.lib.3.fol.215.
num.38.verſ.non ſolum.
169 Hæc tamen duo ſunt obſeruanda in pro-
poſito iſtius ſubdeclarationis; primum quòd
huiuſmodi beneficium reſtitutionis in inte-
grum aduerſus omiſſam hæreditatis aditio-
nē non tranſmittitur vbicunque ceſſat æqui-
tas, puta quando ſupereſt perſona cui magis
debetur hæreditas, quàm tranſmiſſario, vt ſi
ſuperſunt liberi matris, vel alterius de cuius
hæreditate adeſida tractatur, namquè in prę-
iudicium vel excluſionem eorundem libero-
rum non tranſmittitur beneficium iſtud re-
ſtitutionis in integrum nequè ad patrem l.nō
pro numero. C. ad offic. quem tex. ſic etiam
intelligunt ibi Iac.de Aren. & Bald. num. 2.
& 3.& Socin.conſ.207. num.5. verſ. ſed re-
170 ſpondeo. vol.2. Secundum quòd iſtud ius
tranſmiſſum ad hæredes petendi reſtitutio-
nem in integrum non durat vltra quadrien-
nium per tex.in l.fin.C.de temp.in integr.re-
ſtit.c.1.de reſtit.in integr.in 6. in ſpecie Ca-
pra.conſ.140.num.3.& 4.Simon de Præt.de
interpræt. vlt.vol.fol.215.num.38. Paul. de
Caſtr.conſ.86.numer.3. lib.2.illudquè qua-
driennium incipit currere hæredibus à die
aditæ hæreditatis, ſiue à die qua malitioſe
incæperunt eius aditionem differre l. ea quæ.
§.cum verò maior.C.de tempor.in integr.re-
ſtit. & per hunc tex.Capr.& Simon de Præt.
in loc.cit.
171 Declaratur decimò quia licet hæreditates,
& legata pro non ſcripta, vel quaſi caduca
tranſmittantur ad ſubſtitutos, & coniunctos.
l.vnic.§.in primo §.pro ſecundo.C.de caduc.
tollend. tamen aduertendum eſt ſubſtitutos
huiuſmodi ſuccedere in hæreditatibus, & le-
gatis non iure tranſmiſſionis, nequè ex perſo-
na hęredis, vel legatarij prædefuncti, ſed iure
propriæ vocationis, & ex propria perſona, &
tanquàm ſubſtituti à teſtatore.Zanch.in l.hę-
redes mei.§.cùm ità.num.337.verſ. ſecundò
aduerte.ff.ad Trebell.Mantic.de coniect.vlt.
volunt.lib.11.tit.20.num.7.quando autem
172 caducata vna ſubſtitutione, admittatur ſe-
quens ſubſtitutus, plenè diſcutit. Peregr. de
fideicommiſ. art.15. Menoch. conſ.106. nu.
373. & ſeqq. & remiſſiuè Marzar. de fidei-
comm. quæſt.25. Fuſar. de fideicomm. ſub-
ſtit.quęſt.469.cum alijs adductis per eum, &
per Peregrin.loc.cit.
173 Declaratur vndecimò caſus principalis, vt
non procedat quando apparet defunctum
voluiſſe hæreditatem tranſmitti etiam non

aditam, quia poteſt teſtator tranſmiſſibile facere id, quod tranſmiſſibile non eſt. Dec. in l. 1. num. 7. C. de inſtit. & ſubſtit. & conſ. 574. num. 4. Socin. in l. 3. num. 3. ff. de leg. 1. Iaſ. in l. ſi is, qui pro emptore. num. 345. ff. de vſucapion. Natta conſil. 688. num. 2. vol. 4. Ruin. conſ. 95. nu. 6. lib. 2. Zanch. in l. hæredes mei. §. cùm ità. num. 195. ff. ad Trebell. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 20. num. 8. imò ſufficit, quòd hæc defuncti voluntas vt tranſmittatur eius hæreditas etiam non adita, colligatur ex coniecturis. Ang. & Imol. in l. qui duos. & ibi Alex. num. 4. verſ. & ideo. & Iaſ. num. 3. & 4. ff. de vulg. & pupill. idem Alex. in l. ſed ſi plures. §. quos poſſum. numero 2. ff. eod.

174 Declaratur duodecimò idem caſus principalis non habere locum in his quæ acquiruntur ſeparatim ab hæreditate, ſi .. extra nomẽ hæreditatis, vel titulo non hæreditario, hęc enim ad effectũ vt tranſmittantur ad hæredes nõ requirunt agnitionem ſed tranſmittuntur etiam non agnita l. pro hęrede. §. Papinianus verſ. cæterum. ff. de acquir. hęred. l. quęſitum. ff. de ſepulchr. viol. & per hos textus. Bald. in l. generaliter §. in his. C. de ſecund. nupt. Iaſ. in l. ſi arrogator. numer. 14. & ſeqq. ff. de adopt. Alex. conſil. 150. numer. 7. lib. 2. Roland. de lucr. dot. quæſt. 47. per tot. exemplum eſt in bonis damnatorum, quæ ex iure nouiſſimo authenticorum, vt nulli iudic. §. fin. relato in authentica. bona damnatorum. C. de bonis damnat. non amplius fiſco applicantur ſecundùm leges veteres, ſed ex munificentia, ac largitate imperiali deſcendentibus, vel aſcendentibus, aut ex latere coniunctis vſquè ad tertium gradum, vxoribus autem indotatis vſque ad tertiam partem bonorum mariti conſeruantur; cum enim iſtæ perſonę bona hęc non capiant vti hęredes, vel iure hęreditario, ſed beneficio principis, qui magis priuatorum, quàm fiſci ſui vtilitatem reſpiciens ità ſancitum reliquit; ob id ea etiã non agnita ad eorum hęredes trãſmittunt. Bart. & Franc. Tigrin. conſ. 157. Salicet. in d. authentica. bona damnatorum. col. fin. C. de bon. damnat. Iaſ. in l. ſi arrogator. num. 16. ff. de adopt. Corn. conſ. 279. num. 11. vol. 4. Gulielm. de Bened. in repet. c. Raynutius. verb. mortuo itaque 2. num. 109. Peregr. de iur. fiſci lib. 5. tit. 1. num. 5. vbi etiam multas fallentias recitat, in quibus diſpoſitio dictę authenticę non procedit, Et ad hoc allegatur tex. in l. edicto. §. ad hæredes. ff. de iur. fiſc. Aliud exẽplũ eſt de quarta debita filio arrogato, vt vidimus ſuperius num. 25. & ſeqq. idem eſt de legitima, de quo videbimus in caſ. 10. nu. 1. & ſeqq. idem de lucro dotis, de quo dicam in caſ. 20. idem de iure quod competit pro reſciſſione contractus vt in caſ. 28. num. 141. & generaliter verum eſt in omni lucro vel commodo delato à lege extra nomen hæreditatis, quia receptum eſt quod illud tranſmittitur ſine agnitione Caſſan. in conſuet. Burg. rub. 4. §. 14. numer. 11. & ſeqq. Pinell. in l. 1. part. 1. numer. 36. C. de bon. mater. Surd. deciſ. 138. nu. 15. Crauet. conſ. 185. nu. 3.

175 Subdeclarantur declarationes prædictæ, quia in caſibus quibus hæreditas non adita tranſmittitur ad hæredes, ea ſemper tranſmittitur vt adeunda non autem vt adita, ideſt quòd hæres in quem eſt tranſmiſſa habet beneficium abſtinendi, & poteſt illam adire, & repudiare, ſicut poſſet trãſmittens defunctus ſi viueret l. ſi quis filiumfamilias. §. 1. ff. de acquir. hæred. Paul. de Caſtr. conſ. 254. nu. 1. verſ. nec obſtat quod tranſmiſerunt lib. 1. Crauet. conſ. 984. num. 95. verſ. ſecundò, & conſ. 985. num. 46. Dec. conſ. 442. num. 14. Socin. conſ. 67. num. 10. verſ. tertia. & num. ſeqq. vol. 4. Gomez. var. reſ. tom. 1. cap. 9. nu. 55. & ratio eſt quia excepto hærede rogato de reſtituendo, & ſeruo neceſſario hærede inſtituto, quilibet poteſt adire vel repudiare, & non poteſt inuitus compelli hęreditatem adire. l. nec emere, & ibi gloſ. vlt. C. de iur. deliber. quod procedit etiam in filio ſuo, quia is pariter habet ius abſtinendi, nec hodie eſt hæres neceſſarius d. l. ſi quis filiumfamilias, §. 1. l. ei qui. l. neceſſarijs. ff. de acquir. hæred. §. ſui. Inſtit. de hæred. qualit. & differ. & hinc eſt quòd agens contra filium vti hęredem patris, tenetur probare illum eſſe talem nempè hæredẽ ipſius patris Bart. & alij in d. l. neceſſarijs. ff. de acquir. hæred. Roland. conſ. 20. num. 17. & ſeq. lib. 1. Magon. Rot. Lucẽſ. deciſ. 62. num. 11. Tiraq. in tract. le mort ſaiſit part. 7. declarat. 2. nu. 7. & 8. Gomez. var. reſol. tom. 1. d. cap. 9. numer. 25. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 12. tit. 10. num. 1. & licèt hæreditas in ſuo habeatur pro adita, intelligitur quoad effectum, vt illam tranſmittat etiam non conſtito de actuali aditione, non autem quòd eã tranſmittat tanquàm aditam, & irrepudiabilem, cùm imò tranſmiſſarius etiam ſuus beneficium abſtinendi habeat, hæreditatemquè ad ſe tranſmiſſam acceptare & repudiare poſſit, & ad alios quoquè cum eodem beneficio abſtinendi tranſmittat d. l. ſi quis filiumfamilias. §. 1. l. ei qui ff. de acquiren. hæredit.

176 Nunc

176 Nunc autem quæro, ſi filius tranſmittit hæreditatem patris ſui nõ aditam ad filium ſuũ, idemquè filius in quem facta eſt tranſmiſſio, decedat hæreditate ſimiliter non adita, an is quoquè prædictam hæreditatem aui neque à patre ſuo tranſmittente neque à ſe ipſo aditam ſimiliter tranſmittat. Breuiter conſtituo tres caſus: Primus eſt de tranſmiſſione hæreditatis aſcendentium fienda ad deſcendentes; & tunc non attenditur aditio, quia hæreditas aſcendentium nullo habito reſpectu aditionis primi, ſecundi, vel vlterioris tranſmittitur ad deſcendentes iure ſanguinis beneficio legis vnic. C. de his qui ant. apert. tabul. Secundus caſus eſt de tranſmiſſione hæreditatis aſcendentium fienda in alios, quàm deſcendentes, puta in matrem, vel extraneos; & tunc quidem hæreditas non tranſmittitur vigore dictæ leg. vnic. C. de his qui ant. apert. tabul. quæ locum habet in tranſmiſſione in deſcendentes tantùm, vt dixi nu. 97. & ſeqq. nequè tranſmittitur vigore ſuitatis, quia hæreditas ad ipſum ſecundum hæredem nõ fuit tranſmiſſa vt adita, ſed vt adeunda. l. ſi quis filiumfamilias. §. ſi filius. ff. de acquir. hæred. vbi dicitur, quòd ſi filius deceſſit non adita hæreditate patris, nepos ex eo poteſt ab hæreditate aui ſe abſtinere, & hæreditatem patris ſui acceptare; quod ſecus eſſet, ſi idem filius hæreditatem patris adiuiſſet. d. l. ſi quis filiumfamilias. §. fin. Modò cum dicta hæreditas aui non fuerit adita neque à patre, neque à ſe ipſo, ſuccedit concluſio, quòd prædictam hæreditatem aui tanquàm non aditam nõ tranſmittit ſtante regula iſtius caſus, quòd hæreditas non adita non trãſmittitur l. vnic. §. in nouiſſimo. C. de caduc. tollend. l. quoniã ſororem. C. de iure deliber. Nec iuuat, quòd illam tranſmittat ex potentia ſuitatis, quia nec idem nepos fuit ſuus auo, cum præcederetur à patre tempore mortis aui. l. poſthumorum. ff. de iniuſt. rupt. §. poſthumorum. inſtitut. de exhæred. liber. nec in ſuitate locum habet ſucceſſorium edictum. l. 1. §. ſciendum. ff. de ſuis, & legitim. Bart. in l. qui ſe patris. num. 7. & alij. C. vnde liber. & ſic in terminis, quòd non tranſmittat vigore ſuitatis, tenet, & tuetur Ruin. conſ. 161. num. 7. vſque ad finem. vol. 3. & cum eo ſimpliciter tranſeunt Pract. Papienſ. in form. libell. pro hæred. ab inteſt. gloſ. 1. num. 7. & Borgnin. de tut. & curat. nu. 69. poſt medium. Tertius caſus eſt de tranſmiſſione iuris deliberandi; tunc enim dato, quòd tam filius, quàm idem nepos intra annũ deliberatorium deceſſerint, ſecundus hæres etiam ignorans de hæreditate ſibi delata trãſmittit ius deliberandi, vt ſupra firmaui num. 147. & ratio diuerſitatis, quare hic ſecundus hæres tranſmittit ius deliberandi, & non trãſmittit hæreditatem non aditam ex potentia ſuitatis, ea eſt quia ius deliberandi eſt priuilegium reale, cùm competat omnibus heredibus tàm primis, quàm vlterioribus; ſuitas autem eſt qualitas coherens perſonę, quæ non tranſmittitur l. quia tale. ff. ſolut. matrim. & ita ſoluit Ruin. d. conſ. 161. num. 11. & ſeqq. lib. 3.

177 Quæro inſuper, ſcimus quòd ſancitum eſt in l. fin. C. de inſtit. & ſubſtit. quòd ſubſtitutus ex tacita pupillari non admittitur matre exiſtente in medio, ſed tantùm quãdo mater decedit ante pupillum: vnde oritur dubium, ſi mater ſuperuixit filio pupillo, an præferatur ſubſtituto; & dato quòd ſic, an tranſmittat ius prælationis ad hæredes, ſi contingat eam decedere hæreditate ipſius filij non adita. Quoad primum dubium videtur tex. expreſſus in d. l. fin. §. fin. quòd Mater præferatur, dicit enim, quòd ſubſtitutus præfertur tantùmmodo, cùm mater decedit ante partum, ergo ſecus ea decedente poſt partum. Quoad ſecundum, ius prælationis ad hæredes tranſmittit excluſo ſubſtituto, ex potentia. leg. cum in antiquioribus. C. de iur. delib. tantùm; ſed ex alio capite non tranſmitteret, non quidem iure ſuitatis, quia non adeſt; nec ex beneficio leg. vnic. C. de his qui ant. apert. tabul. quia non datur niſi deſcendentibus; ob id ſi decederet poſt annum datum ad deliberandum, tunc non tranſmitteret, ſed ſubſtitutus præferretur. & ſic poſt longam, vanam tamen diſputationem concludit Vaſqu. de ſucceſſ. progreſſ. §. 9. nu. 15. vſque ad finem.

178 Quæro item pro complemento iſtius caſus, an ius adeundi hæreditatem, alteri cedi poſſit; & cedi non poſſe reſpondet Bald. in c. ex reſcripto. num. 1. de iureiur. & conſ. 357. nu. 2. lib. 1. vbi etiã adducit rationẽ, quia ius adeũdi eſt inſeparabile à perſona, ideq; tradit in cõſ. 448. in fin. vol. 5. ſequitur Tiraquel. cũ alijs per eum allegatis. de retract. lignag. §. 26. gloſ. 1. numer. 49. Vincent. de Franch. deciſ. 60. num. 1. & ſeqq. Surd. conſ. 463. num. 6. verſ. ſextò. vol. 4. & Peregr. de fideicomm. art. 2. num. 52. alia eſt ratio, quia ius adeundi conſiſtit in voluntate, quæ cedi non poteſt. c. ſi gratioſè. de reſcript. in 6. Bald. in rubric. de procurat. num. 26. Poſt aditam vero hæreditatem, poteſt eadem hæreditas cedi. tot. tit. ff. & C. de hæred. vendit. quia poſtquàm hæreditas

ditas patris adita eſt per filium, incipit eſſe hę
reditas ipſius filij, & iuncta eſſe bonis ſuis, l,
ſed ſi plures.§.filio,ff.de vulg,& pupill.l.1.§,
præterea ſciendum,ff.de ſeparationibus &
179 procedit etiam in hæreditate tranſmiſſa,nã
qui hæreditatem conſequitur ex tranſmiſſio-
ne, ingreditur locum & ſtatum tranſmitten-
tis,& efficitur eiuſdem qualitatis Socin.con-
ſil.67.num.15.vol.4.Arct.in l. ſi quis poſthu
mos.§.ſi filium nu.8.in fin.ff.de liber.& poſt-
hum,Ang,conſ.287.num.1.Surd.deciſ.138.
num.11.verſ.quartò.Nec diſſentit Zanch.in
§.cum ità, num.203. ad hoc facit tex. in l. ſi
quis filium.§.1.ff.de acquir. hæred. l. ſi quis
filium. §. fin. C. de inoff. teſtam. & gloſ.in l.
ſed etſi pro dote.§.fin.in verb.ab inteſtato.ff.
de legat.præſt.
180 Non tamen omitto, quòd cùm aditio hæ-
reditatis in facto conſiſtat l. pro hærede in
princ. ff. de acquir. hęred. & ideo non pręſu-
matur niſi probetur l.in bello.§.factę, ff.de ca
ptiu, quòd onus eam probandi incumbit illi
qui ſe fundat in ipſa aditione,& dicit hęredi-
tatem aditã l.1.& 2. ff. de interrogat. action.
Bald.conſ.273.nu.8.vol.1.& conſ.31.nu.2.
vol.2.Roman.conſ.224.num.2. Dec.conſil.
442.num.15.& ſeqq.Crauet. conſ.37.nu.5.
Menoch.conſ.44.nu.21.

*SVMMARIVM.*

1 *Infans tranſmittit ad hæredes hæreditatem extraneorum aditam eius nomine à tutore. Diuerſum eſt in furioſo, niſi fortè aditionem approbauerit poſtquàm reſipuit. num.2. & adducitur ratio diuerſitatis.3. Fallit in ſuo num.5.*

4 *Furioſus legata non agnita tranſmittit, & quæ ſit ratio.*

## CASVS NONVS.

*Infans tranſmittit hæreditatem aditam ſuo nomine: non autem furioſus.*

INfans decedens in infantia
tranſmittit ad hæredes hæ-
reditatem nõ paternam adi-
tã eius nomine à tutore. l.2.
§.ſed ſi infanti.ff.ad Tertull.
2 l.infantis.C.qui admitt. Diuerſum eſt tamen
in furioſo, nàm licet infans, & furioſus æqui-
parētur.l.in negocijs.ff.de reg. iur. ex eo quia
vterque caret intellectu, tamen furioſus hæ-
reditatem non paternam aditam per curato-
rem non tranſmittit ad hæredes niſi in caſu,
quòd eam approbauerit, poſt quàm reſipuit.
ſed illa hoc modo non approbata refertur ad
alios perinde ac ſi nomine ipſius furioſi adita
non eſſet,l.fin.§.ſin autem in furore,C.de cu-
rator.furioſ.Bald.conſ.213.verſ.hic eſt conſi
3 derandum.lib.3.quinque autem rationes di-
uerſitatis allegat Iaſ.in l. infantis. num.2. C.
qui admitt. ſed vera eſt ratio, quam adducit
Bart.in l.ſi infanti,numer.6. C.de iure delib.
nempe quia maior eſt poteſtas quam habet
tutor infantis, qui principaliter datur perſo-
nę.§.certè.inſtit.q.teſtam.tut.dar.poſſ.quàm
poteſtas quam habet curator, qui principali-
ter datur rebus.l.in copulandis.C.de nupt.&
hanc diuerſitatis rationem omnes ſequuntur
excepto Ang. vt teſtatur Iaſ. qui & illam ſe-
quitur in d.l.infantis.numero.2.verſ. vera er
4 go.Benè tamen verum eſt, quod idem furio-
ſus tranſmittit legata. d. l. fin. §. ſin autem in
furore C. de curator. furioſ. & rationem di-
uerſitatis inter tranſmiſſionem hæreditatis,
& legati aſſignat gloſ. in d. §. ſin autem in fu-
rore.in verb.acquirendis;quia in legatis quę-
ritur dominium recta via.l.à Titio.ff. de furt.
etiam ignoranti.l.cum pater. §. Surdo. ff. de
legat.2.hæreditas autem requirit aditionem,
quæ ſine animo fieri non poteſt. §. fin. in fin.
& ibi gloſ.vlt. inſtit. de hæred. qualit. & dif-
fer. Aliam quoque rationem aſſignat, quia
legata ſunt ſine onere, ſed hæreditas non. l.ſi
hæreditatem.ff. mandat.
5 Declarantur præmiſſa non habere locum
in tranſmiſſione hæreditatis fienda iure ſui-
tatis, de ea enim idem dicitur quod de tranſ-
miſſione legati, quia ſuus tranſmittit hæredi-
tatem non aditam ad quoſcunque ei ſucce-
dentes ab inteſtato etiam ſi is furioſus ſit. Ful
goſ.conſil.64. ſuper 1.dubio. Præt. de inter-
pret.vlt.vol.fol.210.nu.6.nã etiã furioſus exi
ſtẽs in poteſtate patris, eſt ſuus hæres patri d.
l.fin.§.ſin verò perpetuo C.de curat.furioſ.

*SVMMARIVM.*

1 *Legitima, & ius petendi ſupplementum eius tranſmittitur etiam non agnita, vel agnitum; & etiam ſi non eſt petitum.4. & tranſmittitur quoque ad hæredes extraneos.5. & cum ſuis priuilegijs.9.*

2 *Legitima competit ex titulo ſingulari, & ex beneficio legis & 23.*

3 *Ea quæ defferuntur titulo ſingulari, & non iure hæreditario tranſmittuntur etiam ſine agnitione.*

6 Ius

9 *Ius detrahendi legitimam tranſmittitur etiam in fiſcum ſi filius delinquat poſt mortem patris. Fallit num. 7. 8.*

10 *Facultas opponendi de ingratitudine aduerſus filium petentem legitimam, vel eius ſupplementum, non tranſmittitur ad hæredes.*

11 *Legitimam filius tranſmittit etiam ſi decedat pendente conditione: ac etiam ſi ſit excluſa per ſtatutum, dummodo tamen ſit inſtituta & grauata onere fideicommiſſi. 12.*

13 *Legitima nedũ, & eius ſupplementum tranſmittitur, ſed etiam fructus ab ea percepti.*

14 *Filius decedens ante patrem non tranſmittit legitimam, quia viuo patre non debetur.*

15 *Iura competitura poſt mortem alterius, dicũtur conditionalia, ideo non tranſmittuntur.*

16 *Feminæ non tranſmittunt ius petendi legitimam, vel ſupplementum legitimæ, quando extat ſtatutum, quòd ſtantibus maſculis filiæ fæminæ non ſuccedant & ſeqq. At ſi ſtatutum eſt tantum ſuſpenſiuum ad tempus diſtinguitur, an moriantur poſt maſculos, vel ante num. 20. & ſeqq.*

21 *Statutum excludens fæminas propter maſculos eſt fauorabile.*

22 *Ius in habitu non tranſmittitur, quando illud eſt conditionale.*

24 *Trebellianica, & Falcidia tranſmittuntur etiam non agnitæ, nec acceptatæ.*

25 *Filius grauatus de reſtituendo ſub conditione, detrahit legitimam, & Trebellianicam; & ius eas detrahendi vnitim tranſmittit eo modo, quo tranſmittit ius detrahendi ſeparatim. 26. fallit num. 27.*

28 *Ius detrahendi legitimam, & Trebellianicam tranſmittitur in alios etiam per viam ceſſionis.*

## CASVS DECIMVS.

*Ius petendi legitimam, & eius ſupplementũ, nec non falcidiam & Trebellianicam, an tranſmittatur, & quomodo.*

1 LEgitima, ac item ius petendi ſupplementum legitimæ trãſmittitur etiam antequàm ſit agnita, vel agnitum; hunc caſum probat tex. in l. quamquam, C. ad leg. Falcid. & explicitè Salicet. in l. ſcimus. in princ. in 1. quæſt. C. de inoff. teſtam. Bald. conſ. 432. numero 1. & 2. vol. 3. Ruin. conſ. 107. num. 12. vol. 3. vbi dicit ità tenere communiter Doctores. Alex. conſ. 55. num. 6. & conſ. 150. num 8. lib. 2. Dec. conſ. 303. in princ. Fabian. de Giocchis in reper. auth. nouiſſima. num. 268. C. de inoff. teſtam. Iaſ. in l. emancipata. nu. 4. C. qui admitti. Craſſ. in §. legitima. quæſt. 37. Peregrín. de fideicommiſſ. art. 42. num. 42. &

2 ratio eſt, quia legitima eſt ius competens ex beneficio legis, & titulo ſingulari; nàm quòd competat ex legis beneficio eſt tex. in l. cum ratio. in princ. ff. de bon. damnat. l. omnimodo. l. quoniam in prioribus l. ſcimus. §. cum autem. ff. de inoffic. teſtam. quòd autem competat ex titulo ſingulari, videmus quòd eſt quota bonorum, non autem hæreditatis l. Papinianus. §. quarta. ff. de inoffic. teſtam. & per illum tex. Bart. in l. ex facto. la grande. nu. 1. verſ. iſtud diſplicet. ff. de hæred. inſtit. Iaſ. in authentica. nouiſſima. nu. 3. C. de inoffic. teſtam. Alex. conſ. 132. nu. 9. vol. 6. Gaill. pract. obſer. obſeruat. 120. numer. 3. lib. 2. Roland. conſil. 39. in princ. lib. 3. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 7. tit. 8. numer. 5. Berengar. in l. in quartam. num. 114. & numer. 116. ff. ad leg. Falcid. vbi citat hanc eſſe communem opinionem. Viu. comm. opin. in verb. legitima. in princ. Soarez recept. ſent. in verb. legitima. num. 63. Surd. conſ. 216. numer. 13. vol. 2. & ſpecialius quòd legitima dicatur titulus ſingularis not. in l. cum à matre. C. de rei vendic. vbi gloſ. vlt. in verſ. item quid ſi in debito. & ibi Ang. num. 1. Bald. in l. ſi arrogator. num. 5.

3 verſ. & quod legitima. ff. de adopt. Ea verò quæ deferuntur ex beneficio legis titulo ſingulari, & non iure hæreditario tranſmittuntur etiam ſine agnitione. l. ſi arrogator. ff. de adopt. & ibi Bart. per illum tex. in repet. nu. 8. in fin. & num. 9. Bald. num. 5. verſ. item eſt titulus. & Iaſ. num. 14. Paul. de Caſtr. in l. cũ in antiquioribus. num. 6. in fin. & Alex. num. 6. C. de iur. delib. idẽ Alex. cõſ. 150. nu. 7. lib. 2. Roland. de lucr. dot. queſt. 47. per tot. Phanuc. de lucro dot. gloſ. 4. num. 8. Pinell. in l. 1. num. 36. C. de bon. matern. Surd. deciſ. 138. numero 15. ideo Bald. in l. generaliter. §. in his. C. de ſecund. nupt. colligit doctrinã quòd quæcunque acquiruntur iure ſeparato ab aditione hęreditatis, & ſunt quid abſtractum vel ſeparatum ab ipſa aditione, hæc talia non requirunt agnitionem ad effectum vt tranſmittantur ad hæredes, allegat l. pro hærede. §. Papinianus. ff. de acquir. hæred. & l. quæſitum. ff. de ſepulchr. viol. & Baldum refert, ac ſequitur Præt. de interpræt. vlt. volunt. fol. 211. num. 10. verſ. quam, & quod dicitur de beneficio legis, idem dicitur de his quæ competunt

tunt ex conceſſione Principis, quia pariter tranſmittuntur ſine agnitione, & etiam conditione pēdente Abb. conſ.85. libro 1. Oldrad. conſ.224. num.28. Præpoſit. in cap.1. num. 8. verſ. tertiò deducitur, tit. de feud. March. vbi dicit idem eſſe de his quoque quæ competunt ex conſuetudine: quorundam autem quæ defferuntur iure hæreditario dantur exēpla inferius caſ.20. num.4. & ſeqq.

4 Ampliatur primò caſus, vt procedat etiā ſi eadē legitima, vel eius ſupplementū petitum non ſit Ruin. conſ.26. nu.13. & 14. vol.3. Cæphal. conſ.56. num.21. lib.1. dum loquitur de filia, quæ deceſſit tempore infantiæ. Boer. deciſ.250. num.4. cum alijs per eum adductis, qui loquitur de filio monaco, qui ignorauit ſibi relictum. Iaſ. in l. ſi arrogator. num.18. ff. de adopt. Gaill. obſeruat.120. num.17. lib.2. vbi dicit quòd iſta eſt verior, & communior opinio.

5 Ampliatur ſecundò, quia ius petendi legitimam, & eius ſupplementum non agnitum, nec petitum tranſmittitur etiam ad hæredes extraneos, idē Salicet. in d. l. ſcimus. in princ. Alex. d. conſ.150. num.8. lib.2. Dec. conſ.81. num.1. & conſ.320. num.3. verſus fin. Ang. conſ.242. num.1. & conſ.287. num.3. verſ. quintò. Roland. conſ.78. num.6. lib.1. Crauet. conſ.312. num.5. Pariſ. conſ.9. num.8. & conſil.45. num.8. lib.2. Gaill. obſeruat.120. num.17. & obſeruat.131. numero 12. lib.2. Boer. d. deciſ.250. num.5. Surd. conſ.128. numero 3. vol.1. & conſ.341. nu.1. vol.3. Natta conſ.199. num.5. Honded. conſ.63. nu.107. lib.1. & ſeparatim de ſupplemento, quòd ius petendi ſupplementum trāſmittatur ad quoſcunque hæredes Alex. conſ.188. numer.1. vol.6. Crauet. conſ.142. num.2. Gulielm. Bened. in c. Raynutius. verb. mortuo itaque teſtatore.2. num.110. de teſtam. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib.7. tit.8. numero 10. qui alios allegant. Craſſ. in §. legitima. quæſt.37. Vaſqu. de ſucceſſ. progreſſ. §.7. numer.18. & ſeqq. Surd. d. conſ.128. num.3. vol.1.

6 Ampliatur tertiò, quia ius detrahendi legitimam tranſmittitur etiam in fiſcum, ſi filius delinquat poſt mortem patris Natta cōſ. 528. num.26. Surd. conſ.570. num.7. vol.4. Peregrin. de iur. fiſc. lib.5. tit.1. num.79. & de fideicom. art.3. num.4. Farinac. quæſt.24. numer.20. verſ. contrarium.

7 Declaratur primò iſta tertia ampliatio vt locum non habeat in his caſibus quibus legitimę poteſt imponi onus, puta quando impoſitio ipſius oneris vel prohibitio alienationis eiuſdem legitimæ facta eſt in fauorem, & vtilitatem filiorum; exemplum eſt quando per teſtatorem prohibita eſt alienatio bonorum vſque ad certam ætatem ipſorum filiorum, hęc enim prohibitio tanquàm fauorabilis eiſdem filijs eſt valida, iccirco ipſis interim delinquentibus, ius detrahendi legitimam non tranſit in fiſcum. Dec. conſ.442. nu.28. Boſſ. de bonor. public. nu.41. Clar. in §. fin. quæſt. 78. num.10. uerſ. & etiam in omnem. Merlin. de legitim. lib.3. tit.1. quæſt.32. num.5. cum alijs ibi per eum allegatis; Aliud exemplum eſt quando ſunt parùm induſtrioſi. Doctores omnes in l. filiusfamilias §. diui. ff. de leg. 1. vel quando onus impoſitum eidem legitimæ poteſt eos retrahere à delictis, quia tunc pariter valida eſt impoſitio oneris legitimæ, & conſequenter ius detrahendi ipſam legitimā non tranſit in fiſcum Surd. conſ.570. num.1. & ſeqq. vol.4. Alios caſus quibus onus imponi poteſt legitimæ deſcendentium recitat Merlin. de legitim. lib.3. tit.2. Fuſar. de fideicom. ſubſt. quæſt.296. Subdeclarantur tamē hæc omnia vt procedant quando extat perſona in quam res peruenire debet in caſu controuentæ alienationis, aliàs prohibitio alienationis tanquàm nudum præceptum non valeret d. l. filiusfamilias. §. diui. il 2. ff. de leg. 1. l. pater. §. Iulius Agrippa. ff. de leg. 3. & ſic ius deducendi legitimam tranſiret in fiſcum Paul. de Caſtr. conſil.77. num.2. verſ. nec obſtat l. de his. lib.1. & illum refert ac ſequitur idem Boſſ. loc. cit. circa medium.

8 Declaratur ſecundò ampliatio hæc, nàm quando filius viuens non impugnauit teſtamentum patris in quo adiectum erat onus eidem legitimæ, vel aliàs illud expreſsè, ſiuę tacitè approbauit, non poteſt fiſcus allegare quod non potuerit iniungi onus ipſi legitimæ, attento quòd iſtud eſt priuilegium perſonale ſolis filijs conceſſum, & ſic in hoc caſu non tranſit in fiſcum ius impugnandi impoſitionem oneris legitimæ, nec conſequenter ius detrahendi ipſam legitimam, prout ità in ſpecie firmant Alciat. conſil.525. num.5. verſic. ſed quia vltra. Bero. famil. quæſt.87. num. 9. verſ. ſed & in caſu. Roland. conſil.98. num. 29. vol.2. Surd. d. conſ.570. num.6. & ſeqq. vol.4. Merlin. de legitim. lib.3. tit.1. quæſt. 32. num.3.4. & 10.

9 Ampliatur quartò, quia ius petendi legitimam tranſmittitur cum ſuo priuilegio, quod habet vt non poſſit vllo onere grauari. l. quoniam in prioribus. l. ſcimus. C. de inoff. teſtā.

hoc

hoc enim priuilegium tranſmittitur ad hæredes etiam extraneos Ang.conſ.242.Anchar. conſ.323. Craſſ. in §.tranſmiſſio. quæſt. 29. num.9.

Contrarium autem quòd imò legitima nõ tranſmittatur ad extraneos hæredes cum priuilegio vt de ea reijciatur grauamen, voluit Caſtrenſ.in l.quoniam in prioribus.numer.8. C.de inoffic. teſtam. vbi dicit quòd legitima debetur filio ſine onere ex ſpeciali fauore ipſius filij,& quod tanquàm priuilegium perſonale non tranſit ad alium; & hinc decidit Alciat.conſ.522.num.5. verſ. ſed quia vltra dicta. quod legitima non tranſit in fiſcum cum priuilegio reijciendi onus de ea, & Alciatum ſequitur Bero.famil.quæſt.87.num.12.verſ. ſed tamen.Roland.conſ.98.num.29.verſ.vlterius.vol.2.Socin.conſ.116.numer.19.verſ. vnde ſtat.& num.ſeqq.lib.1.Cuccus in tract. de legitima. in verb. nec vſufructu. num.21. Surd.conſ.394. num.34. & conſ.412. num. 48.& ſeqq.vol.3.ex eadẽ ratione, quia iſtud eſt perſonale priuilegium filij quod nõ trãſit ad alium c.priuilegium.de reg. iur. in 6. cum ſimilibus: ſed tamen mihi videtur hanc opinionem non ſubſiſtere,& veram eſſe primam ſententiam quòd quandocunque legitima tranſmittitur ad alios, ea tranſmittatur cum ſuo priuilegio,vt de illa reijciatur grauamen, & moueor ex eo quia legitima oritur cũ hac qualitate, vt debeatur ſine vllo grauamine, attento quòd grauamen à legitima cenſetur ſublatum ipſo iure l.ſcimus. C. de inoffic. teſtam. vbi dicitur quod repletio ſupplementi vel grauaminis legitimæ ineſt ipſo iure, & iſtam opinionem probauit quoque Coſta in tract.de fact.ſcient.& ignor.cent.2. diſt. 58. nu.2.& Merlin.poſt hæc viſus in tract. legitim.lib.3.tit.2.quæſt.17.

10 Ampliatur quintò caſus,quia ius & facultas opponendi filio de ingratitudine ad effectum impediendi ſupplementum ſuæ legitimæ non tranſmittitur ad hæredes, ſi ipſa ingratitudo obiecta non eſt à patre, quàmuis enim filius non poſſit petere ſupplementum legitimæ, quando à patre vocatus eſt ingratus,& ingratitudo eſt probata ab hæredibus. l.omnimodo. C. de inoff. teſtam. tñ facultas opponendi ipſam ingratitudinem eſt perſonalis,nec tranſmittitur ad hęredes ipſius patris, ità quod ſi à patre nulla facta eſt mentio ingratitudinis, nec hæredes ipſam ingratitudinem opponere poſſunt. d.l.omnimodo.§. nàm ſi nullam.C.de inoff.teſtam. facit in ſimili tex. in l.1.in fin.& l.fin.in fin.C.de reuoc. donat. vbi dicitur quòd ius reuocandi donationem competens donatori eſt perſonale,nec ad hæredes tranſmittitur.

11 Ampliatur ſextò caſus, vt locum habeat etiam ſi filius decedat pendente conditione nàm reſpectu legitimæ reijcitur ipſo iure omnis conditio,grauamen, vel dilatio. l. quoniã in prioribus.C.de inoff. teſtam. & ſic inſtitutio remanet pura, & conſequenter filius decedens pendente conditione legitimam tranſmittit.Salicet.in l.vnic.in fin.verſ.quæro decimò.C.de his qui ant.apert.tab.Gomez var. reſolut.tom.1.cap.9. num.49. verſ. quod tamen & cap.3.num.17.verſ.ſecunda principalis opinio.Peregr.de fideicom.art.36. nu.61. Gabriel.concluſ.2. num.13. de hæred. inſtit.

12 Ampliatur ſeptimò caſus iſte, vt procedat etiam in filia per ſtatutum excluſa ab hæreditate patris,& ab ipſo patre inſtituta ac grauata onere fideicommiſſi,nàm licet vti excluſa à ſtatuto non poſſit ſuccedere ab inteſtato,& ex conſequenti non poſſit petere legitimam, attento quod legitima eſt portio eius quod debetur ab inteſtato l. cum quæritur l. parentibus.C.de inoffic. teſtam. & in ſpecie reſponderũt Bald.conſ.329.lib.3.Dec.conſ.26.numero 4.& conſ.505.numer.7.Ruin.conſ.51. num.11.lib.3.Crauet.conſ.236.num.1.& 2. Surd.qui alios recenſet conſ.185.nu.1.& 2. vol.2. nihilominus ſi ea inſtituta eſt hæres à patre & grauata onere reſtituendi, poteſt legitimam retinere,& ius illam retinendi ad hęredes tranſmittit Capra conſ.19.numer.9.& ſeq. Dec.conſ.264.num.1.& conſ.257. num. 2.& in l.præcibus.numer.24.C. de impub.& alijs ſubſtit.vbi dicit idem eſſe in Trebellianica, & ſequitur Ripa in l.centurio.num.47.ff. de vulg.& papill.& Surd. d.conſ.185.num. 19.vol.2. eam rationem adducunt quia prohibitus petere, non eſt prohibitus retinere. c. intelleximus.iuncto.c.cum inter. de except. & notatur in l.amplius nõ peti.ff.rẽ rat. hab.

13 Ampliatur octauò quia non ſolùm tranſmittitur legitima, & eius ſupplementum ſed etiam tranſmittuntur omnes fructus ab ea percepti poſt mortem patris, & ius petendi eos, namquè filio à die mortis patris debetur nèdum legitima ſed etiam fructus legitimę gloſ. 1.in l.in fideicommiſſariam in fin. ff.ad Trebell.Bald.conſ.222.nu.2.vol.4. Corn. conſ. 265.num.12.vol.3.Ruin.conſ.56.numer.2. lib.2.Capra conſ.6.num.8.& conſ.153.Menoch.conſ.77.num.13. Surd. conſ.128.nu. 4.vol.1.Fachin.controu.iur.libro 1.cap.94. verſ.quintò.

Q Amplia-

Ampliatur nonò caſus vt procedat non ſolùm in legitima vel eius ſupplemento quod debetur filijs, ſed etiam in legitima vel ſupplemento quod debetur aſcendentibus, namquè ipſi aſcendentes legitimam & ſupplementum legitimæ eis debitum in bonis filiorum etiam non agnitam, nec agnitum pariter tranſmittunt ad quoſcunque hæredes etiã extraneos, & fundatur hæc ampliatio in ratione caſus principalis, quia ſcilicet legitima cõpetit ex titulo ſingulari, quę ideo ad effectum tranſmiſſionis non requirit agnitionem, & in ſpecie ſic tenet Dec. conſ. 303. in princ. Crauet. conſ. 312. num. 5. Rota deciſ. 668. num. 1. & ſeqq. part. 1. diuerſ. Merlin. de legitim. lib. 5. tit. 3. quæſt. 9. num. 11. & ſeqq. vbi reiecta diſtinctione Surdi in cõſ. 341. in fin. vol. 3. diſtinguentis an ſint hæredes vniuerſales, vel non, dicit hanc videri magis communem opinionem.

Ampliatur ſucceſſiuè & decimò vt locum habeat etiam data filij emancipatione, nàm cùm legitima debeatur ex titulo ſingulari nec conſideretur ſuitas, conſequenter ius eam petendi tranſmittitur tàm à patre emancipante in bonis filij, quàm è conuerſo à filio emancipato in bonis patris nulla etiam agnitione præcedente, ita voluiſſe videtur Bald. in l. ſi arrogator ſub num. 5. verſ. item eſt titulus. ff. de adopt. dum dixit quod in tranſmiſſione legitimæ omnes quibus debetur legitima ſunt pares non attento iure poteſtatis ſed ſpeciali natura tranſmiſſionis legitimæ, & eum refert ac ſequitur Rota d. deciſ. 668. num. 2. part. 1. diuerſ. & contra Surdum tradit Merlin. loc. cit. num. 15. & 16.

Ampliatur vndecimò caſus vt etiam procedat in legitima debita filio arrogato, ſiue adoptiuo, de quo latius dixi in caſ. 8. numero 25. & ſeqq.

14 Declaratur primò caſus locum habere quãdo filius moritur poſt patrem, tunc enim verum eſt, quòd legitimam, & eius ſupplemẽtum tranſmittit, ſecus ſi patri præmoriatur: & ratio eſt quia legitima debetur filio poſt mortem patris tantùm, & non ante. l. 1. §. ſi impuberi. ff. de collat. bonor. l. 2. §. interdum. ff. de vulg. & pupill. gloſ. & Doct. in l. cum à matre. C. de rei vendic. Doctores, & Iaſ. in l. in ſuis. num. 18. ff. de liber. & poſthum. Fabian. de Giocchis. in authentica. nouiſſim. num. 78. & 79. C. de inoff. teſtam. Vaſqu. controuerſ. illuſtr. lib. 1. cap. 37. numer. 2. Farinac. quæſt. 24. num. 16. Ob id ſi moritur ante patrem, nõ poteſt illam tranſmittere. l. lex Cornelia. §. ſi verò. ff. de vulg. & pupill. & facit. l. traditio. ff. de acquir. rer. domin. ſicut etiam dictum eſt de hæreditate nondum delata, vt in caſ. 8. nu. 150. Et ſic in his terminis tenet, & communiter teneri teſtatur idem Fabian. de Giocchis. in d. authentica. nouiſſima. numer. 277. C. de
15 inoff. teſtam. Et ratio rationis eſt, quia iura alicui competitura poſt mortem alterius dicuntur conditionalia. l. hæres meus. §. hæres meus. ff. de condit. & demonſtrat. quæ non tranſmittuntur. l. vnic. §. ſin autem aliquid. C. de caduc. tollend. ſic dicitur de ſupplemento congruæ dotis. Bald. in l. 2. num. 9. C. de liber. præter. ſic de quarta in bonis arrogatoris. Signorol. de Homod. in l. ſi arrogator. num. 51. ff. de adopt.

16 Declaratur ſecundò caſus, vt non procedat in his qui excluduntur à ſucceſſione ab inteſtato, vt ſunt filiæ fœminæ in locis vbi extat ſtatutum, quòd ſtantibus maſculis filiæ fęminæ non ſuccedant, eæ namquè non tranſmittunt legitimam, nec eius ſupplementum; quòd non tranſmittant legitimã, tradit Paul. de Caſtr. in l. quoniam in prioribus. num. 7. C. de inoff. teſtam. vbi dicit ſe hoc pluries cõſuluiſſe, & in l. titio centum. §. titio genero. num. 8. verſ. ſecundò præmittit. ff. de condit. & demonſtr. vbi dicit ſe millies de hoc fuiſſe interrogatum, & conſ. 6. numer. 2. verſ. ſed in terminis lib. 2. Alex. conſ. 13. num. 12. lib. 3. Præt. de interpræt. vlt. vol. fol. 211. num. 13. verſ. ſecundò, & ratio ea eſt quia non poteſt petere legitimam qui non ſuccedit ab inteſtato, attẽto quod legitima eſt portio eius quod quis habiturus eſt ab inteſtato l. cum quæritur l. parentibus C. de inoff. teſtam. & ſic in ſpecie de fœminis excluſis à ſtatuto quòd nõ poſſint petere legitimam, dicunt Bald. conſ. 329. lib. 3. Ang. conſ. 105. numer. 4. Cuman. conſ. 125. num. 2. Dec. conſil. 26. num. 4. & conſ. 505. num. 7. Ruin. conſ. 97. num. 8. poſt med. lib. 1. Crauet. cõſ. 236. nu. 1. & 2. Corn. conſ. 150. num. 3. lib. 1. Socin. ſen. conſil. 89. num. 24. lib. 4. Socin. iun. conſ. 124. num. 11. lib. 2. Tiraquel, qui plures cumulat de iure primogen. quæſt. 55. num. 9. Gabriel conſ. 116. num. 37. lib. 1. Menoch. conſ. 8. num. 3. Surd. conſ. 185. num. 1. & ſeq. vol. 2. & notant Doctores in l. gallus. §. & quid ſi tantùm ff. de liber. & poſthum. Vnde cùm ipſę filiæ fęminæ per ſtatutum excluſę à ſucceſſione ab inteſtato non poſſint petere legitimam, conſequenter non poſſunt ipſam legitimã ad alios tranſmittere l. nemo plus. ff. de reg. iur. poteſt enim ſtatutum ſaltem ex cauſa, puta fauore agnationis

tionis

tionis tollere legitimam filiorum etiam in totum. Vaſqu. de ſucceſſ. creat. lib. 2. §. 20. part. 3. num. 392. & ſeqq. vbi ex profeſſo, idem tenet Tiraq. de iure primogen. d. quæſt. 55. nu. 9. & ſeqq. Crauet. d. conſ. 236. num. 2. Corn. conſ. 150. num. 4. lib. 1. Ioſeph Ludouic. deciſ. 21. num. 41. Peregr. de fideicom. art. 36. nu. 16. cum pluribus alijs per eos citatis. Merlin. de legitim. lib. 3. tit. 1. quæſt. 2. num. 35. verſ. contraria. & num. ſeqq. Et quod dictum eſt de filiabus fœminis per ſtatutum excluſis à ſucceſſione ab inteſtato, idem eſt generaliter de omnibus alijs qui ſunt inſucceſſibiles, prout ſunt fratres minores de obſeruantia. clem. exiui de paradiſo. §. cupientes. de verb. ſignif. vel prout ſunt filij deportati, quia pariter & ipſi inſucceſſibiles ſunt l. 1. C. de hæred. inſtit. Peregr. de iure fiſc. lib. 3. tit. 5. nu. 2. & ſeqq. Nàm hi omnes tanquàm excluſi à ſucceſſione ab inteſtato non poſſunt aliquam legitimam petere vel ad alios tranſmittere, vt patet ex præmiſſis, & tradit Ang. d. conſ. 105. num. 4. Corn. conſ. 150. num. 4. lib. 1. & Peregr. de fideicom. d. art. 36. num. 6.

17 Ampliatur primò hęc declaratio, vt locum habeat etiamſi ſtatutum dicat quòd extante maſculo filia fęmina non ſuccedat, ſed dotari debeat, adhuc enim filiæ non debetur legitima, quia ab inteſtato cum maſculo non ſuccederet etiam ſi pater ei nihil reliquiſſet pro dote, vnde cùm nulla ei debeatur ſucceſſio, nulla etiam debetur legitima. ſic Paul. de Caſtr. in l. titio centum. §. titio genero. ſub num. 8. verſ. ego pluries. ff. de condit. & demonſtrat. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 11. tit. 22. nu. 47. verſ. verumtamen. Menoch. conſ. 81. num. 4. & de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 146. num. 40. 41. Anchar. Reg. quæſt. 51. nu. 9. & ſeqq. part. 2. Rot. Rom. deciſ. 540. part. 1. diuerſ. Craſſ. in §. legatum. quæſt. 48. num. 10. verſ. tertia. Supplementum autem legitimæ tranſmittere non poſſunt ijdem excluſi à ſucceſſione ab inteſtato, quia ſupplementum ſupponit actum præexiſtentem arg. l. item veniunt. §. item non ſolum. ff. de petit. hæred. iccirco vbi nulla competit legitima, ibi non cadit illius ſupplementum; adeout qui legitimam petere non poteſt, nec ſupplementum petere valet, quod procedit etiam ſi ei in teſtamento aliquid relinquatur quod ſit minus legitima, nàm adhuc non poteſt idem excluſus ſupplementum illius petere, nec conſequẽter tranſmittere Ang. d. conſ. 105. num. 4. & conſ. 465. inter conſ. Bald. vol. 3. Paul. de Caſtr. conſ. 196, num. 3. verſ. quia poſito. vol. 1. Ruin. conſ. 27. num. 16. vol. 3. Brun. in tract. de ſtatut. excluſ. fęmin. in. 9. art. princ. nu. 13 Surd. conſ. 212. num. 9. verſ. hæc tamen. & num. 21. vol. 2.

18 Declaratur iſta prima ampliatio, vt locum non habeat, quando ex verbis dicti ſtatuti colligi poteſt quòd voluerit dotem ſubrogari loco legitimæ, puta ſi diceret quòd filia dotari debeat vſquè ad legitimam, vel quod ei ſaluas ſit legitima, vel quod debeat ſtare contenta his quæ fuerint ei relicta pro dote, his enim caſibus filiæ debetur legitima purè, eaquè ad hæredes tranſmittitur Paul. de Caſtr. conſil. 222. numer. 5. ante medium. lib. 2. Riminald. iun. conſ. 157. num. 17. & ſeq. & multò magis hoc procedit, ſi ſubiungeret quod nihil vlterius petere poſſit. Abb. conſ. 92. num. 3. lib. 2. Anchar. conſ. 232. nu. 1. propè finem. Socin. iun. conſ. 134. num. 26. in fin. lib. 1. Menoch. conſ. 251. num. 48. 49. vel quòd habeat certam quantitatem pro dote & pro omni & toto eo, quod ad eam ſpectare poteſt in bonis patris, hæc enim quantitas hoc modò limitata pariter ſurrogatur loco legitimę Paul. de Caſtr. conſ. 372. nu. 4. lib. 1. Crauet. conſ. 84. num. 5. Anchar. Reg. quæſt. 51. numer. 3. part. 2. Socin. iun. d. conſ. 134. num. 26. lib. 1. idem ſi dicat, quòd debeat legitimè dotari. Anchar. Reg. d. quæſt. 51. numer. 4. vel quod debeat congruè dotari. Corn. conſ. 40. num. 17. vol. 3. Simon de Præt. de interpræt. vlt. vol. fol. 212. numer. 17. in fin. Capr. conſ. 88. num. 9. & ſeqq.

19 Ampliatur ſecundò iſta ſecunda declaratio, vt procedat etiam maſculis deficiẽtibus, filia enim ſemel excluſa propter maſculos remanet perpetuò excluſa nec reintegratur ad hæreditatem vel legitimam etiam maſculis mortuis. Bart. in l. fin. §. quando. num. 2. propè fin. ff. ad Tertull. Dec. conſ. 87. num. 1. Gabriel de ſtatut. concluſ. 4. num. 1. Tiraq. in l. ſi vnquàm. verb. ſuſceperit liberos. num. 193. & ſeq. C. de reuoc. donat. Merlin. de legitim. lib. 3. tit. 1. quæſt. 3. qui alios omnes allegant, & ratio ea eſt quia poſtquàm hęreditas patris fuit per filium adita, incipit eſſe hæreditas filij, & non eſt amplius tractandum de hæreditate patris, ſed de hæreditate filij. ſic Bart. in d. §. quando num. 2. verſ. ſed ſi poneremus, & Pariſ. conſ. 85. num. 37. 39. lib. 2.

20 Verùm inquantùm ad ſtatutum fęminarũ excluſiuum, ſciendum eſt, quòd ſi ipſum ſtatutum non eſſet omnino excluſiuum, ſed eſſet ſolummodo ſuſpenſiuum ad tempus, putà donec, quouſquè, vel quandiù ſuperuixerint ma-

ſculi filiæ feminæ non ſuccedant; tunc eſſet diſtinguendum, an filiæ feminæ moriantur poſt maſculos, vel ante eos: nàm primo caſu quando ſcilicet moriuntur poſt maſculos omnes, cenſentur reintegratæ ex eorum morte, & ſic ius petendi legitimam, vel ſupplementũ legitimæ ad hæredes tranſmittunt. Bart. in l. fin. §. quãdo. num. 1. & 2. ff. ad Tertull. Bald. conſ. 69. num. 1. verſ. in contrarium lib. i. Anchar. conſ. 220. num. 2. Capr. conſ. 76. num. 7. Brun. de ſtatut. excluſ. fœmin. art. 10. num. 67. verſ. in contrarium. & num. ſeqq. vbi concordãtes recenſet. Rot. Rom. deciſ. 475. part. 2. in recent. Secundo autem caſu quando filiæ feminæ moriuntur ante maſculos, magna eſt difficultas, nàm partẽ affirmatiuam quod tranſmittant, tenet Bald. conſ. 69. num. 2. & infra. vol. 1. Anchar. d. conſ. 220. num. 2. verſ. reſtat modò. Socin. iun. conſ. 52. num. 6. vol. 3. Capra conſ. 76. num. 11. verſ. verùm quia. & num. ſeqq. Iaſ. conſ. 105. numer. 8. & ſeqq. vol. 4. & Brun. de ſtatut. excluſ. fœmin. art. 11. nu. 94. Simon. de Præt. de interpræt. vlt. vol. lib. 3. fol. 211. num. 11. his rationibus mouentur quia iſtud ſtatutum non eneruat ius filiarum in ſubſtantia, ſed ſuſpendit tantùm in tẽpore, & quãdo perſona cui debetur legitima, non impeditur in ipſa propter defectum intrinſecum iuris ſui, ſed propter defectum extrinſecum alterius perſonæ quæ ſuſpẽdit hoc ius & illud differt, interim moriens tranſmittit. l. ſi quis filium. C. de inoff. teſtam. & quia licet habeant iſtud ius in habitu, non actu, tamen illud ſufficit ad tranſmittendum arg. l. ex militari. §. fin. ff. de milit. teſt. l. liber homo. §. fin. ff. de ſtipulat. ſeruor. & amoto impedimẽto maſculorum per obitum ipſorum, iſta amotio impedimenti retrò fingit impedimentum non fuiſſe l. ſi exhæredatus. ff. ad Syllanian. & tandem quia quoties quis habet aliquod impedimentum iuris, vel facti, interim moriens tranſmittit. l. ſi quis graui. §. fin. ff. ad Syllan. l. illud. §. fin. ff. de bonor. poſſeſſ. contratabul. Partem autem negatiuam quòd imò filiæ feminæ decedentes ſuperuiuentibus maſculis non tranſmittant legitimam, vel ſupplementum legitimæ ad earum hæredes, nec ideo heredes ipſi poſſint petere ex iure trãſmiſſo ipsã legitimam, vel ſupplementum, quamuis ijdẽ maſculi poſtmodum deceſſerint, nulloſquè maſculos pariter reliquerint, tenuerunt Bart. in l. fin. §. quando. num. 3. ff. ad Tertull. Bald. in l. 2. num. 9. C. de liber. preter. Laur. de Palat. in tract. de ſucceſſ. maſcul. excluſ. fæmin. part. 1. num. 46. 47. Fuſar. de fideicom. ſubſtit. quæſt. 484. num. 43. 44. & hanc opinionem ſequitur Merlin. in ſuo tract. de legitim. lib. 3. tit. 1. quæſt. 4. num. 15. vbi tractat iſtam quæſtionem ad partes cum fundamentis & autoritatibus hinc inde, & hæc opinio verior eſt, quia iura quæ competitura ſunt poſt mortem alterius, dicuntur conditionalia. l. quibus diebus. §. quidam titio l. hæres meus. §. hæres meus. ff. de cõdit. & demonſtr. quod maximè procedit in caſu iſtius ſtatuti, vbi expectanda eſt mors omnium maſculorum tam præſentium, quàm futurorum, cuius ideo mortis dies incerta eſt omni incertitudine, & ſic cedit die ipſa adueniente tãtùm, & interim morientes non tranſmittunt l. 1. §. dies autem. ff. de condit. & demonſtr. l. vnic. §. ſin autem aliquid ſub conditione C. de caduc. tollend. nec obſtant adducta in contrarium, & primò tex. in l. ſi quis filium C. de inoff. teſtam. vbi ſi hæres inſtitutus differt adire hæreditatem, & filius exhæredatus interim decedat, is tranſmittit querelam etiam non præparatam ad filios; quàmuis ante aditam hæreditatem ea nõ competat, ibi enim eſt ſpeciale, quia agitur de excluſione propriorum filiorum propter ſe, quod eſt inhumanum & odioſum, vt habetur in d. l. ſi quis filium l. cum ratio. ff. de bon. damnat. c. quicunque. 17. q. 4. Paul. ad Galath. cap. 4. in caſu autem iſtius ſtatuti agi-
21 tur de excluſione feminarum propter filios maſculos, quod eſt fauorabile Ang. cõſ. 389. num. 2. Corn. conſ. 127. numer. 2. vol. 1. & conſ. 323. num. 8. vol. 3. Socin. iun. conſil. 1. num. 20. lib. 1. Pariſ. conſil. 85. num. 29. lib. 2. Surd. deciſ. 9. num. 2. Calder. conſ. 18. num. 3. de conſtit. Dec. in l. venia. num. 5. C. de in ius vocand. vbi plures citat, & dicit hanc eſſe magis communem opinionem. Gabriel. conſ. 14. num. 13. lib. 1. vbi pariter dicit hanc opinionem eſſe veriorem, & crebrius approbatã. Villalob. comm. opin. in verb. ſtatutum nu. 119. Brun. de ſtatut. quòd ſtantibus maſcul. art. 4. num. 6. verſ. ſed verior. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 6. tit. 7. num. 17. & ex profeſſo Merlin. de legitim. lib. 3. tit. 1. quæſt. 2. nu. 17. & ſeqq. & habetur numer. cap. 27. & cap. vlt. Moyſem ex ore Dei reſponſum accepiſſe, quod ſi filij maſculi ſuperſint, filię non ſucce-
22 dant. Ad id quod poſſit tranſmitti ius in habitu, non habet locum quando illud eſt conditionale, quia ius conditionale non tranſmittitur: Non pariter obſtat l. ſi exhæredatus. ff. ad Syllanian. quia poteſt procedere quando filiæ feminæ decedunt poſt maſculos, & ſic amoto impedimẽto eorum per ipſorum obitum,

tum, quia tali caſu cenſentur reintegratæ ac ſi retrò impedimentum non fuiſſet, vt dictum eſt, ſecus ſi decedunt ante ipſos maſculos & ſic impedimento eorum durante, quia tunc ius quod habebant ſuccedendi poſt mortem eorundem maſculorum, eſt conditionale, & non tranſmiſſibile, nec in contrarium dicit d. l. ſi exhæredatus; Non etiam obſtat quòd impeditus interim moriens tranſmittit l. ſi qs graui. §. fin. & l. ſeq. ff. ad Syllan. quia hæc iura habent locum in eo qui eſt impeditus propter timorem pęnæ: Nec pariter obſtat d. l. illud. §. fin. ff. de bonor. poſſeſſ. contra tabul. & l. ventre. §. & ideo. ff. de acquir. hæred. quia procedunt in eo qui futurus eſt hæres in omnem caſum.

23 Declaratur tertiò caſus, vt licet deſcendentes legitimam in bonis aſcendentium non agnitam nec petitam ad hęredes tranſmittãt, ſecus tamen dicendum videtur de aſcendentibus, quia ſi aſcendentes decedant ante agnitam, vel petitam legitimam in bonis deſcendentium, illam ſecundum aliquos non tranſmittunt, & ratio huius partis eſt quia etſi legitima ſit quota bonorum, non hæreditatis, tamen ea defertur iure hæreditario, & inſtitutionis Bart. in. l. gerit. nu. 22. ff. de acquir. hæred. Socin. in l. 1. num. 32. in princ. & Ripa num. 157. & ſeq. ff. de vulg. & pupill. per tex. in §. aliud quoque capitulum. in auth. vt cum de appellat. cognoſc. ſed ea quę deferuntur titulo hæreditario, non tranſmittuntur ad hæredes ſine aditione vel agnitione l. vnic. §. in nouiſſimo. C. de caduc. tollen. l. quoniam ſororem. C. de iur. deliber. & in ſpecie de aſcendentibus quòd non tranſmittant hæreditatẽ deſcendentium non aditam, tradit Bart. in l. ſi infanti. num. 5. C. de iur. delib. Paul. de Caſtr. conſ. 304. propè finem. verſ. ex his relinquitur. lib. 1. Corn. conſ. 1. num. 7. vol. 2. Bertrand. conſ. 220. num. 2. vol. 7. Crauet. conſ. 37. num. 4. Cuman. conſ. 11. num. 2. Cui rationi non obſtat quod filius tranſmittat legitimam non agnitam ad quoſcunque, id enim procedit ex ſpeciali iure ſuitatis, cuius vigore hæreditas patris cenſetur adita ipſo iure per filium ſine alia aditione l. in ſuis. ff. de lib. & poſthum. l. 1. §. ſciendum. ff. de ſuis & legitim. l. 1. §. qui sũt in poteſtate. ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam. & ita per hanc rationem tenet & tuetur Surd. conſ. 341. per tot. vol. 3. Contrarium autem quod imò aſcendentes legitimã eis debitam in bonis filiorum non agnitam nec petitam tranſmittant, tenuit Crauet. cõſ. 312. num. 5. Cuccus de legitima. §. nec vſufructu defraudari. num. 91. & ſecuta eſt Rota Rom. deciſ. 668. part. 1. diuerſ. & pro hac parte adducitur quòd quòad legitimam non eſt conſtituenda differentia inter aſcendentes, & deſcendentes Bald. in l. ſi arrogator nu. 5. verſ. ſecundo oppono. ff. de adopt. Aret. in l. ventre. col. pen. verſ. licet enim legitima ff. de acquir. hæred. Verùm in hac difficultate ſciendum eſt quòd regulariter legitima debetur iure hæreditario, & inſtitutionis. d. §. aliud quoquè capitulum. in auth. vt cum de appellat. cognoſc. & conſequenter non poteſt hæres habere legitimam repudiata hæreditate Bart. in l. quia poterat. num. 5. verſ. quæro. & ibi plenè Alex. nu. 10. ff. ad Trebell. Bald. in l. 3. C. de impub. & alijs ſubſtit. idem Alex. conſ. 75. numer. 6. vol. 1. Caſtrenſ. conſ. 296. num. 5. vol. 1. Socin. conſ. 89. num. 23. lib. 4. Crauet. conſ. 420. num. 5. Couar. in c. Rainutius. §. 11. nu. 11. de teſtam. & ratio eſt quia hæredis inſtitutio diuidi non debet l. 1. l. 2. & l. ſi ex aſſe. ff. de acquir. hæred. quæ tamen regula fallit quando inſtitutus habet ſubſtitutum ac etiam grauatus eſt legatis in legitima l. ſi libertus patrono. ff. de bonis libert. Bart. in l. gerit. num. 23. ff. de acquir. hæred. Paul. de Caſtr. in l. 3. C. de impub. & in l. quoniam in prioribus. num. 10. C. de inoff. teſtam. Iaſ. in auth. vnde ſi parens. num. 4. C. eod. quod procedit etiam ſi grauamen filio illatum non abſorberet legitimam in totum Bart. in l. pro herede. §. ſeruos hæreditarios. ff. de acquir. hæred. Gulielm. de Bened. in c. Rainutius. verb. ſi abſque liberis 2. de vulgar. ſubſt. ſub nu. 50. de teſtament. fallit ſecundò quandò legitima relicta eſt iure legati. Natt. conſ. 156. num. 1. vel quando quis inſtitutus eſt in re certa dato alio cohærede vniuerſali, tunc enim habetur loco legatarij l. quoties C. de hæred. inſtit. Fallit tertiò quãdo legitima debetur per viam contractus & diſpoſitionis inter viuos. Bald. in l. ſi arrogator. numer. 5. verſ. ſecundo oppono. ff. de adopt. Iaſ. in d. auth. vnde ſi parens. num. 4. C. de inoff. teſtam. Benedict. in d. c. Rainutius. verb. ſi abſque liberis. 2. de vulgar. ſubſt. num. 54. His igitur caſibus in quibus legitima defertur ſola ſine hæreditate, vel in quibus defertur ſine titulo inſtitutionis quos recitat Iaſ. in auth. nouiſſima num. 23. 24. C. de inoffic. teſtam. puto verã eſſe partem affirmatiuam quod aſcendentes legitimã in bonis deſcendentium non agnitam tranſmittant ex illa ratione quia ea quæ deferũtur beneficio legis titulo ſingulari non hæreditario tranſmittuntur etiam ſine agnitione, vt

dixi

dixi num. 2. & 3. In caſibus autem in quibus legitima defertur cum hereditate, ego ex ſupradictis tenerem in puncto iuris opinionem negatiuam, quod ea non agnita per aſcendentes non tranſmittatur, excepto caſu d.l. ſi libertus patrono. ff. de bon. libert. & hoc modo tandem diſtinguit idem Surd. d. conſ. 341. in fin. vol. 3. & eſt de mente Alex. conſil. 150. in fin. lib. 2. Socin. conſ. 150. num. 24. vol. 1. in praxi autem non recederem ab opinione affirmatiua pro tranſmiſſione, quia conſiderandum eſt quod legitima debet relinqui pietatis cauſa, ideſt vt neque filijs, neque parentibus deſint alimenta, quorum loco ſuccedit legitima Bart. in l. titio centum. §. titio genero. num. 6. ff. de condit. & demonſtrat. Aret. in d.l. ventre. col. pen. verſ. licet enim. ff. de acquir. hæred. & colligitur ex tex. in l. nam & ſi parentibus. ff. de inoff. teſtam. in cauſis autem pijs nõ requiritur aditio, vel agnitio. Bart. in l. 1. nu. 66. C. de ſacroſ. eccleſ. cum alijs multis congeſtis per Tiraq. de priuileg. piæ cauſ. priuileg. 33.

24 Idem eſt quoque de Falcidia. d.l. quamquam. C. ad leg. Falcid. & idem eſt etiam de trebellianica, quæ pariter & eadem ratione etiã nõ agnita, vel non acceptata traſmittitur eodẽ modo, & ad eos omnes prout tranſmittitur legitima per tex. in d.l. quãquã. vbi Bald. & Paul. de Caſtr. & Iaſ. ĩ l. ſi arrogator. nu. 18. ff. de adopt. & conſ. 114. num. 3. vol. 4. etiam ad extraneos. Pariſ. conſ. 45. num. 15. vol. 2. Roland. conſ. 78. num. 8. lib. 1. & in tract. de
25 dote quæſt. 47. num. 10. Ampliatur procedere, etiam ſi iſtud ius detrahendi legitimam, & Trebellianicam competat vni ſoli, vt in filio qui grauatus de reſtituendo ſaltem ſi grauatus eſt ſub conditione, detrahere poteſt non ſolùm legitimam, ſed etiam Trebellianicam, c. Raynutius. c. Raynaldus. vbi Doctores. de teſtament. Bart. in l. quamquã. C. ad leg. Falcid. Iaſ. in authentica. res quæ. num. 3. C. commun. de legat. Paul. de Caſtr. in l. iubemus. num. 3. C. ad Trebellian. Guid. Pap. deciſ. 52. Crauet. conſ. 50. Roland. conſ. 12. & conſil. 25. num. 9. lib. 1. conſ. 26. nu. 23. & ſeqq. conſil. 39. num. 8. lib. 3. & conſ. 9. numer. 1. lib. 4. Gaill. obſeruat. 121. lib. 2. Craſſ. in §. trãſmiſſio. quæſt. 25. nu. 5. cum alijs per eos citatis; legitimam ſcilicet vti filius, & Trebellianicã vti quilibet extraneus grauatus. d.c. Rainutius, & c. Rainaldus de teſtam. Crauet. conſ. 186. nu. 2. verſ. nec obſtat. Gaill. d. obſeruat. 121. num. 1. lib. 2. Vincent. de Franch. deciſ.
26 11. nu. 3. nam iſtud ius detrahendi has duas quartas tranſmittitur ad hæredes eo modo, quo tranſmittitur ius eas detrahendi ſeparatim. Ang. conſ. 118. num. 1. & conſ. 124. nu. 5. verſ. ad ſecũdum. per tex. in d.l. quamquã. C. ad leg. Falcid. & l. Papinianus. §. quarta. ff. de inoff. teſtam. Corn. conſil. 116. vol. 2. Decian. reſponſ. 99. nu. 7. lib. 3. Boer. deciſ. 250. num. 6. Roland. conſ. 25. num. 8. lib. 1. Dec. conſ. 236. num. 8. & conſ. 238. nu. 4. Fabian. de Giocchis. in authentica. nouiſſima. numer. 279. C. de inoff. teſtam. Peregr. de iure fiſci. lib. 5. tit. 1. numer. 79. & de fideicomm. art. 8. numer. 23. Craſſ. in §. tranſmiſſio. quæſt. 25. num. 6.

27 Declaratur autem, nàm ſi teſtator expreſsè prohibuiſſet detractionem trebellianicæ, & hæres eandem prohibitionem expreſsè acceptaſſet, tunc non tranſmitteret ius detrahẽdi ipſam trebellianicam, quia ſicut ipſe non poſſet venire contra talem ſuam approbationem, minus venire poſſent hæredes eius, & ſic quòd hoc caſu ius detrahendi trebellianicam non tranſmittatur, tradit Roland. conſil. 78. num. 13. 14. lib. 1. & illum refert ac ſequitur Gutier. in l. nemo poteſt. num. 332. ff. de leg. 1.

28 Reſtat, vt videatur an iſtud ius legitimæ, & Trebellianicæ in alios tranſmitti poſſit via ceſſionis, vel conuentionis, & vera eſt pars affirmatiua, quod ius legitimæ, & ius Trebellianicæ cedi & donari poteſt. Bald. conſil. 377. nu. 2. vol. 3. Iaſ. conſ. 43. verſ. primum, quod poſito. lib. 3. & conſ. 114. num. 3. lib. 4. Crauet. conſ. 191. nu. 2. Tiraq. de retract. lignag. §. 29. gloſ. 3. num. 25. Peregr. de fideicom. d. art. 8. num. 23.

*S V M M A R I V M.*

*1 Teſtamentum in quo præteritus eſt filius in poteſtate: eſt ipſo iure nullum, etiam ſi filius illud non dicat nullum. num. 2.*

*3 Filius dicitur quodammodo dominus etiam in vita patris.*

*4 Duo domini inſolidum eſſe non poſſunt.*

*5 Ius dicendi nullum teſtamentum patris trãſmittitur per filium, licet illud agnitum, vel intentatum non fuerit in eius vita non ſolũ in deſcendentes ex beneficio leg. vnic. ſed etiam in quoſcunque etiam extraneos hæredes iure ſuitatis. 6.*

*7 Filiæ dotatæ, quæ ſtantibus maſculis ex forma ſtatuti non ſuccedunt, non poſſunt teſtamentum ex capite præteritionis impugnare, nec ius illud impugnandi tranſmittere: etiam*

*ipſis*

*ipſis maſculis mortuis.* 10. *ac etiam ſi dos eſt tantùm promiſſa.* 9.

*Intellige in ſtatuto penitus excluſiuo, ſecus in ſuſpenſiuo tantum.* 12.

8 *Illi non rumpunt teſtamentum, quibus ab inteſtato nihil debetur.*

11 *Fæmina ſemel excluſa, ſemper remanet excluſa.*

13 *Extante ſtatuto ſuſpenſiuo, quòd donec vel quouſque ſuperſunt maſculi, filiæ fæminæ dotatæ non ſuccedant; filia præterita tranſmittit ius dicendi nullum ad hæredes etiam ſi moritur ante maſculum, & ſic ante reintegrationem.*

14 *Nemo decedere poteſt pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus: intellige de iure communi, ſecus de iure ſtatutario.* 15.

16 *Ius dicendi teſtamentum nullum tranſmittitur ſi eſt nullum ipſo iure, ſecus quando non eſt ipſo iure nullum.*

17 *Ius dicendi de nullitate teſtamenti non tranſmittitur in fiſcum.*

## CASVS XI.

### *Ius dicendi teſtamentum nullum, an tranſmittatur.*

1 TEſtamentum, in quo præteritus eſt
filius in poteſtate, eſt ipſo iure
nullum. l. ſi filius qui in poteſtate.
l. inter cætera. ff. de liber. & poſt-
hum. §. 1. inſtit. de exhæred. liber. quod am-
2 pliatur procedere etiam ſi filius illud non di-
cat nullum per tex. in l. 1. vbi Doctores. ff. de
iniuſt. rupt. teſtam. d. l. ſi filius qui in pote-
ſtate. ff. de liber. & poſthum. & §. 1. inſtit. de
exhæredat. liber. ibi; non conſtiterit teſtamen
tum; l. 3. §. ex his. ibi; ſemper; ff. de inoff. te-
ſtam. & ſic tenet Iaſ. in d. l. ſi filius qui in po-
teſtate. num. 1. & ſeqq. & ibi Socin. numer. 4.
Dec. in l. poſthumo. num. 9. vbi allegat iura,
& ibi Iaſ. num. 25. qui dicit hanc eſſe veram,
& communem ſententiam. C. de bon. poſſ.
cont. tabul. idem Socin. in l. ſi à primo. num.
2. ff. de liber. & poſthum. Crauet. conſ. 242.
numero 4. Benedict. in repet. cap. Raynutius.
in verb. in eodem teſtamento. part. 1. numero
93. & ſeqq. vbi alios allegat, & dicit de com-
muni. Boer. deciſ. 96. numer. 1. vbi pariter de
3 communi. Et ratio eſt, quia patre mortuo fit
continuatio dominij in filium, qui quodam-
modo dicitur dominus etiam in vita patris. l.
in ſuis. ff. de liber. & poſthum. ob id non po-
teſt pater alium hæredem facere, niſi prius pri
uet filium illa continuatione dominij; ne duo
4 reperiantur inſolidum domini, & hæredes cō
tra regulam. l. ſi vt certo loco. §. ſi duobus ve-
hiculum. ff. commodat. l. quod contra. §. vni
duo ff. de reg. iur. l. pen. §. pater. ff. de Caſtrēſ.
pecul. l. mæuius. §. duobus. ff. de leg. 2. & hanc
rationem aſſignat Bart. in d. l. in ſuis. num. 8.
& illum ſequitur ibi Bald. Imol. & latè Iaſ. nu
mer. 34. Sed Ang. in d. l. in ſuis. dicit aliam ra-
tionem aſſignari non poſſe, niſi quia hoc fuit
introductum pro ſolemnitate, vnde ſicut in
alijs ſolemnitatibus non poteſt reddi ratio,
puta cur magis ſeptem, quàm octo, vel ſex te-
ſtes in teſtamento requirātur, ità nec in iſto,
& Ang. ſequitur Paul. de Caſtr. & Raphael
Cum. in d. l. ſi filius qui in poteſtate. ff. de li-
ber. & poſthum. Fulgoſ. & Roman. in l. poſt-
humo. C. de contratab. Alex. in d. l. in ſuis. nu.
10. & omnes alij, vt refert Iaſ. ibi nu. 34. verſ.
iſtam rationem. ff. eod. tit.
5 Ideo videndum eſt, an ius dicendi nullum
teſtamentum patris tranſmittatur per filium,
licet illud agnitum, vel intentatum non fuerit
in eius vita: & quòd tranſmittatur ad liberos
& deſcendentes beneficio leg. vnic. C. de his
qui ant. apert. tab. tenet Bald. in l. filio præte-
rito. in fin. ff. de iniuſt. rupt. teſtam. & ibi
Imol. Alex. in l. emācipata. num. 7. C. qui ad-
mitt. Iaſ. in l. ſi à primo. numero 7. ff. de liber.
& poſthum. & in l. cum mota. num. 16. C. de
tranſact. & omnes conſentiunt; ſed Pun-
6 ctus eſt, an tranſmittat iure ſuitatis ad quoſ-
cunque hæredes etiam extraneos, & pro affir-
matiua facit tex. in l. vxoris abortu. C. de poſt
hum. hæred. inſtit. vbi natiuitate poſthumi
præteriti rumpitur teſtamentum, & licet idē
poſthumus illicò deceſſerit, & conſequenter
non potuerit dicere nullum, tamen iàm ruptū
non reſtituitur, & ſic apparet quod tranſmit-
titur. & tex. in l. ſi à primo. ff. de liber. & poſt-
hum. vbi morte filij præteriti in gradu ſubſti-
tutorum, non conualeſcit eadem ſubſtitutio,
ergo videtur quod durat nullitas etiam poſt
mortem, & ità tenet Bald. in d. l. filio præteri-
to. in fine. vbi Imol. ff. de iniuſt. rupt. teſtam.
idem Bald. in cap. ſciſcitatus. num. 9. verſ. por
rò. de reſcript. Iaſ. in d. l. ſi à primo. num. 6. &
7. ff. de liber. & poſth. Sed pro negatiua quòd
non tranſmittatur iure ſuitatis tenet idem
Iaſ. ſibi contrarius. in l. cum mota. numer. 16.
C. de trāſact. vbi dicit iure non probari, vt fi-
lius hoc trāſmittat iure ſuitatis ad extraneos
hęredes, & quod tranſmiſſio quæ fit per filiū
ex potentia ſuitatis procedit, quando pater
eſt mortuus ab inteſtato, ex eo quia tunc lex

illum

illum facit ſuum,& neceſſarium hæredem,vt declarat Bart.in l.ſi infanti.C. de iure delib. & in l. ventre.ff. de acquir. hæred. quæ ratio ceſſat quando filius vult tranſmittere contra teſtamentum patris. idem Iaſ.in l. ſi infanti. numer.16. C.de iur.deliber.& ſequitur Bertrand.conſ.213.verſ.præterita.vol.3.& illos quoquè refert, ac pariter ſequitur. Borgnin. de tut.& curat.num.70.idem etiam tenet Alciat.conſ.67. col.2. lib.9. & Gulielm. de Benedict.in repet.cap.Raynutius.verb.mortuo itaquè teſtatore 2.num. 149.Huic quidem vltimæ opinioni libenter acquieſcerem, ſed quia pręteritio filij non tollit ſuitatem,vt probatur per tex.in d.l.in ſuis.ff.de liber.& poſthum. & per rationem Bart.ſuperius conſideratam.in eadem.l.in ſuis.num.8. quam ſequitur ibi Bald. & Imol. & tuetur idemmet Iaſ. num.34.ideo neſcio videre,quare etiam iure ſuitatis id non tranſmittat ad quoſcũque:vnde ſum cum prima opinione,quam vltra Bal. Imol.& Iaſ.in locis cit.tenent etiam Vaſq.de ſucceſſ.progreſſ.§.7.num.26.& ſeqq. & Gomez.var.reſol.tomo 1.cap.11.num.8. ſignanter autem ius iſtud dicendi nullum teſtamentum patris tranſmittit ad matrem. Oldrad. conſ.171.num.15.Alber.in l.pen.C.de inoff. teſtam.& eos refert Simon de Præt. de interpræt.vlt.vol.fol.216.num.39.

7 Declaratur primò caſus procedere in diſpoſitione iuris communis, ſecus autem extante ſtatuto, quod ſtantibus maſculis filiæ dotatæ non ſuccedant; nec enim caſu ſi filiæ dotatæ præteritæ ſint,non poſſunt teſtamentum ex capite præteritionis impugnare, nec conſequenter ad alios tranſmittere nam illi

8 non rumpunt teſtamentum, quibus ab inteſtato nihil debetur.l.poſthumus. §. ſi quis ex his.ff.de inoff.teſtam.l.ſi quis filio exhæredato.in princ.ff. de iniuſt. rupt. teſtam. filiabus autem dotatis ſtante huiuſmodi ſtatuto nihil debetur ab inteſtato, neque pro legitima ex dictis infra in caſ.17.nu.20. ergo non poſſunt rumpere teſtamentum, nec alijs ius rumpendi tranſmittere; Imò cum repellantur ab inteſtato, multò magis condito teſtamento repelluntur à contratabulando.§. item adoptiuos.inſtit.de hæred.quæ ab inteſt.defer.facit l.non putauit.in princ.ff.de bonor.poſſ.cont. tabul. & per hanc rationem ſic tenet Bart. in l.fin.num.5.ff. ad Tertull.Alex. in l. filiæ dotem.numer.6.verſ.& iſta.C. de collat. & in l. Gallus.§.& quid ſi tantùm.num.16.& ibi Iaſ. nu.58.ff. de liber. & poſthum. vbi poſt Bald. Ang.Imol.Raphael.Cum.Paul.de Caſtr.Roman. Capr. & Alberic. de Roſat. atteſtantur de communi, Campeg.in tractat. de dote per ſtatut.lucrand.quæſt.73. Signorol. conſ.53. ad fin.& conſ.250.col.3. cum pluribus concordantibus latiſſimè congeſtis per Tiraquel. qui etiam de communi ſæpe teſtatur.in tract. primogen.quæſt.53.num.22.Clar.in §. teſtamentum.quæſt.42.numer.6.Ioſeph.Ludou. deciſ.21.num.5.

9 Ampliatur primò hæc prima declaratio,vt procedat etiam ſi dos non fuit filiæ effectualiter ſoluta,ſed tantum conſtituta vel promiſſa,adhuc enim eadem filia excluditur à dicto ſtatuto,nec ideo præterita poteſt dicere teſtamentum patris nullum, vel conſequenter ius dicendi nullum ad alios tranſmittere;quia receptum eſt quòd ſtatutum excludens dotatã locum habet etiam in ea cui dos eſt ſolummodo conſtituta vel promiſſa,Bart.in l. titio centum.§.titio genero.num.5. ff. de condit. & demõſtrat.Iaſ.in rubric.ff.ſolut. matrim. nu. 23.& ibi Ioann.Hannibal.numer.481. Bald. nouell.de dote part.1.nu.19.& 20. & in puncto quòd ſi extat ſtatutum; vt ſtantibus maſculis filia dotata non ſuccedat; non poſſit filia præterita dicere teſtamentum nullum licet dos fuerit ei tantùm promiſſa,non autem effectualiter ſoluta, ſic deciſum fuit Peruſij vt per Ioſeph. Ludouic. deciſ. 21. num.7.& ſeqq. & ſubampliatur procedere non ſolùm quando dos conſtituta vel promiſſa eſt filiæ iam maritatæ, ſed etiam quando conſtituta vel promiſſa eſt filiæ nuptui non traditæ, nec vllo matrimonio ſubſecuto: Bart.in d.l.titio centum.§.titio genero.num.5.ff.de condit.& demonſtrat.Iaſ. in l. commodiſſimè. num. 3. ff.de liber.& poſthum.Bald. Nouell. de dote part.1.num.19.& 20.Niconit.in rubric.ff. ſolut.matrim.num. 147.& ſeqq. vbi hanc partem deffendit,& concordantes allegat.Brun. de ſtatut.excluſ. fæmin.art.6. quæſt.7. num. 213. & ſeqq. vbi pariter alios recenſet & nu. 222.in fine. dicit in practica & in iudicando non eſſe ab hac opinione recedendum.

10 Ampliatur ſecundò declaratio hæc quia etiam maſculis deficientibus, adhuc tamen ſtante huiuſmodi ſtatuto, non poſſet filia dicere teſtamentum nullum, nec conſequenter ius dicendi nullum ad alios trãſmittere.Bald. in l.ſi quis poſthumos.§.ſi filium.verſ.quæro in iſto.ff.de liber.& poſthum.Gabriel.de ſtatut.concluſ.4. numero 17. qui alios allegat;

11 & ratio eſt, quia fæmina ſemel excluſa propter maſculos, ſemper & perpetuò remanet excluſa etiam maſculis deficientibus, vt per om-

omnes, quos citat Gabriel. de ſtatut. d. concluſ.4.nu.1.& Tiraq.in l.ſi vnquàm. in verb. ſuſceperit liberos.nu.193.194.& vltimo loco Merlin.de legitim.lib.3.tit.1.quæſt.3.vbi ex
12 profeſſo. Aliud tamen dicendum eſt, ſi in huiuſmodi ſtatuto extat aliqua dictio ſuſpenſiua; quouſque; donec; quamdiu; vel quoad maſculus ſuperuiuat; tunc enim filia deficientibus maſculis reintegratur, ita quod poteſt dicere nullum patris teſtamẽtum, iuxta Bart.in l.fin.§.quando.nu.5.ff.ad Tertull.& in conſ.11.Bald.Caſtrenſ.Aret.Alex.& Iaſ.in l.ſi qs poſthumos.ff.de liber. & poſthum. idẽ Bald. in l.ſi quis filium.nu.7.C.de inoff.teſtam. Tiraquel.in tractat.primogen.quęſt.53.nu.24. cum pluribus cumulatis per Gabriel. de ſtatut.concluſ.4.num.16.

13 Sed retento thæmate iſtius ſtatuti habẽtis dictionem ſuſpenſiuam, oportunè quęro ſi filia præterita præmoriatur maſculo, & ſic moriatur ante eius reintegrationem, an tranſmittat iſtud ius dicendi nullum ad hæredes: Iſta quæſtio dependet ex reſolutione alterius difficultatis, An iſtud teſtamentum fuerit nullũ ab initio, vel à die mortis maſculorum, quia ſi fuit nullum ab initio, tranſmittitur ius dicendi nullum, ſicuti dictum eſt in caſu principali, & eſt tex.ĩ l.ſi à primo.ff.de liber.& poſthum. vbi filius tranſmittit licet deceſſerit antequã potuerit de nullitate agere: & in ſpecie Bald. in l.2.nu.8.in fin.C.de liber.præter.& Laur. de Palat.de ſucceſſ.maſcul.excluſ.fęmin. per ſtatut.in 1.part.princ.nu.45.Si autẽ fuit nullum à die mortis maſculorum tantùm, nõ trãſmittitur quia tale ius adhuc non eſt in potentia ad aliquid. Bald.& Laur.de Palat.in loc.citat. Et quia iura quæ competitura ſunt poſt mortẽ alterius, dicuntur conditionalia. l.quibus diebus.§.quidã titio.l.hæres meus.§.hæres meus.ff.de condit.& demonſtr.& nõ trãſmittuntur. l.vnic. §. ſin autem aliquid. C. de caduc.tollend. In hac autem difficultate; quæ ſecundum Alex.in l.ſi quis poſthumos.§.ſi filium.num.2.in fin.ff.de liber.& poſthum. ardua eſt, & ferè Collegia iuris Ciuilis in tota Italia fuerunt ſibi contraria, tenenda eſt opinio quod teſtamentum fuerit nullum ab initio, & ſic filia quæ fuit à patre præterita, & filio præmortua eſt, tranſmittat ius dicẽdi nullum: & ſic tenet Bart.in l.fin.num.5. verſ. reſpond.ff.ad Tertull.& cõſ.11.Salicet.& Bald. in l.2.nu.5.6.& Alex.nu.2.C.de liber.prętерit.Ang.& Imol.in l.ei qui ſoluendo.ff.de hæred.inſtit.Gabriel.d.concluſ.4.nu.20.de ſtatut.Iaſ.in d.l.ſi quis poſthumos.§. ſi filiũ.nu. 3.& ſeqq. & ibi Aret.& Alex.nu.2.vbi dicũt hanc eſſe veriorem, & communiorem opinionem: mouentur, quia prohibitum ad tempus, poſt illud videtur permiſſum.l. imperator. ff. de poſtuland. permiſſum autem eſſe non poteſt, vt quis dicat teſtamentũ nullum, niſi præſupponatur illud fuiſſe nullum à principio, ideſt tempore mortis teſtatoris, quia non poteſt præteritus dicere teſtamentum nullũ, qui tẽpore mortis non debebat de neceſſitate inſtitui.l.ſi quis filio exhæredato.in princ.ff.de iniuſt.rupt.teſtam. Et licet videatur dicendũ hoc ſtare non poſſe, quod teſtamẽtum valeat in vita filij maſculi, & poſtea deſinat valere,
14 cum quis non poſſit decedere pro parte temporis teſtatus, & pro parte inteſtatus. l.ius noſtrũ non patitur.ff.de reg.iur. Vel quod filius maſculus, qui ſemel fuit hæres, poſtea dũ moritur deſinat eſſe hæres. l. ei qui ſoluendo. ff. de hæred. inſtit.l. & ſi ſine.§. ſed quod Papinianus. ff. de minor. Vel aliàs quod filius interim non ſit hæres, nec poſſit interim intentare actiones hęreditarias ex eo quia dum dubitatur, ne teſtamẽtum rumpatur, interim non poteſt adiri hęreditas.l.ſuus quoquè.ff.de hęred.inſtit.l.ventre.l.cum quidam.§.quod dicitur.ff.de acquir.hæred. nihilominus reſpondent hæc procedere in terminis iuris commu-
15 nis; ſecus in caſu prouiſo per ſtatutum, quia ſtatutum benè facere poteſt, vt quis decedat pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus. l. miles ita.in princ. ff.de milit. teſtam. & pariter quod ſit hæres ad tempus.authentica.hoc amplius.C.de fideicommiſ.

16 Declaratur ſecundò caſus principalis, vt tunc demum ius dicendi teſtamentum nullũ, & conſequenter tranſmiſſio iuris dicendi nullum habeant locum, quando teſtamentum eſt nullum ipſo iure, puta ob præteritionem filij in poteſtate, ſecus quando non eſt nullum ipſo iure, ſed opus eſt contratabulare, vt ob præteritionem filij emancipati cum cauſæ expreſſione, quia tunc teſtamentum non eſt nullum ipſo iure.gloſ.& Doct. in authentica. ex cauſa.C.de liber. præterit. Iaſ. in l. ſi filius qui in poteſtate.nu.13.verſ.ſecundò.& num.14.ff. de liber.& poſthum. Et ità declarat Alex.in l. emancipata.nu.7. C. qui admitt. & illum ſequitur Gulielm.de Benedict.in repet.c. Raynutius.in verb.mortuo itaquè teſtatore.2.numero 158.de teſtam.

17 Declaratur tertiò, quia ius dicendi de nullitate teſtamenti non tranſmittitur in fiſcum; vt poſt Alciat.conſ.67.col.2.lib.9. tenet Peregr.de iur.fiſc.lib.5.tit.1.num.85.

R SVM-

*SVMMARIVM.*

1 *Ius dicendi teſtamentum nullum competit filio præterito, & ſupponit nullitatem teſtamenti: Ius quærelandi de inofficioſo competit filio nominatim exhæredato, & ſupponit validitatem teſtamenti.*

2 *Inſtituto in minori ſumma, quàm legitima, hodiè non competit quærella, ſed ius petendi ſupplementum.*

3 *Querella inofficioſi, ſi eſt præparata tranſmittitur ad extraneos hæredes; non præparata non tranſmittitur; dummodo tamen à præparatione per litem ſopitam, vel aliàs non ſit receſſum 4. ex quibus autem dicatur præparata. 5.*

6 *Quærella inofficioſi etiam non præparata tranſmittitur ad liberos etiàm non ſuos 7. ampliatur. num. 8. & ſeq. Declaratur num. 10. & ſeqq.*

15 *Appoſitio temporis operatur renuntiationem poſt illud.*

## CASVS XII.

*Ius quærelandi teſtamentum de inofficioſo, an tranſmittatur.*

1 IVs quærellandi teſtamentum de inofficioſo eſt remedium diuerſum à remedio præcedenti de dicendo teſtamentum nullum, quia illud competit filio præterito, & ſupponit nullitatem teſtamenti: ius autem querellandi competit filio nominatim exhæredato. l. 1. 2. & per tot. ff. de inoff. teſtam. l. non putauit. in princ. ff. de contratab. & ſupponit ipſius teſtamenti validitatem. §. aliud quoquè capitulum. authentico. vt cum de appellat.
2 cognoſcit. Hæc autem quærella antiquitus competebat non ſolùm exhæredato, ſed etiam inſtituto in minori ſumma, quàm erat legitima. l. cum quæritur. l. parentibus. C. de inoff. teſtam. Sed hodie is cui aliquid relictum eſt, etiam ſi ſit minus legitima non habet quærellam, ſed poteſt petere ſupplementum legitimæ. l. omnimodo. C. eod. tit.

3 Et quòad tranſmiſſionem iſtius quærellæ duo caſus conſiderantur. Primus eſt quòad extraneos, nam ad eos quærella præparata tranſmittitur, non præparata verò non tranſmittitur. l. poſthumus. §. ſi quis inſtituta. & l. ſeq. ff. de inoff. teſtam. l. ſi pater. la. 1. l. ſcimus. §. fin. in fin. C. eod. tit. & ratio quare nõ præparata non tranſmittitur ad extraneos ea eſt quia iniuria tollitur per diſſimulationem. §. fin. inſtit. de iniur. igitur ſi defunctus nõ præparauit quærelam ſ. item faciendo aliquem actum ex quo conſtet ſe habuiſſe animum, & propoſitum quærellandi teſtamentum de inofficioſo ex his quæ inferius dicemus, cenſetur huiuſmodi iniuria exhæredationis eſſe ſublata per diſſimulationem, poſtquàm ipſa animi declaratio ad heredes non tranſit. gloſ. in l. idem Põponius §. fin. in verb. appareat, & ibi Bart. & Bald. ff. de rei vendic. Gabriel concluſ. 3. nu. 74. de reg. iur. quam rationem adducit etiam Vaſqu. in d. l. ſi pater. 1. numer. 5. C. de inoff. teſt. Declaratur, vt licet querel-
4 la dicatur præparata per litem motam. l. quẽadmodum. ff. eod. & conſequenter etiam ad hæredes extraneos facta ſit tranſmiſſibilis, tamen ſi ſit receſſum ab iſta præparatione per litem ſopitam, vel aliàs eidem liti renunciatum ſit, ceſſat tranſmiſſio; nec amplius quærella ad eoſdẽ extraneos tranſmiſſibilis eſt. l. nam & ſi. §. heredi. & ibi Bart. ff. de inoff. teſtam. Bald. in l. cum mota. nu. 2. Iaſ. nu. 14. C. de tranſact.

5 Declaratur quoquè quia quærella dicitur præparata non ſolùm quando conteſtata eſt lis per exhæredatum ſed etiam quando idem exhæredatus ad ſolam denunciationem, vel libelli dationem proceſſit d. l. quemadmodũ. ff. de inoff. teſtam. vel quando venit ad mouendũ querellam inofficioſi & deceſſit l. poſthumus. §. fin. ff. eod. vel quando accuſationẽ ſolummodo comminatus eſt. d. l. quemadmodum; vel tandem quando habuit propoſitum mouendi querellam, & proceſſit ad aliquem actum exteriorem ex quo conſtet de huiuſmodi ſuo propoſito. l. ſi pater. 1. C. de inoff. teſt. & ibi Paul. de Caſtr. numer. 2. & Vaſqu. num. 5. vbi allegat alios, & dicit eſſe veram, & communem opinionem; adeo vt ſufficit ſolummodo, quòd proteſtatus ſit coràm viciniſ ſe velle quærellare teſtamentum. ſic Aret. in l. cum ex cauſa. ff. eod. de inoff. teſtam. Se-
6 cundus caſus eſt quòad liberos, & conſtituo caſum affirmatiuum quòd quærella inofficioſi etiam non præparata ad liberos tranſmittitur. l. ſi quis filiũ. d. l. ſcimus. §. fin. C. de inoff.
7 teſtam. Ampliatur vt quærella non præparata non ſolùm trãſmittatur ad liberos, qui ſunt ſui, ſed etiam ad eos qui non ſunt ſui, vt contra gloſ. Rayn. & Alber. tenet Salicet. in l. cũ mota, quem ſequitur Iaſ. ibi numer. 15. C. de tranſact. & in d. l. ſi quis filium. numer. 3. verſ. quintò. Et facit. tex. in d. l. ſcimus. §. fin. qui generaliter loquitur. ibi; ad ſuam poſteritatẽ; C. de inoffic. teſtam.

8 Am-

8 Ampliatur ſecundò, quia huiuſmodi quęrella tranſmittitur etiam in nepotem aui nondum natum, nequè conceptum de tempore mortis eiuſdem aui Bald. in d.l. ſi quis filium numero 3. & ibi Paul. de Caſtr. numer.4. verſ. primò ergo. & Vaſqu. num.32. C.de inoff.teſtam. Ang. in §. poſthumorum. verſ. vltimus caſus. inſtit. de exhæred. liber. vbi dicit hanc eſſe communem ſententiam à qua non licet recedere per tex.in l.vnic.C.de his qui ante apert.tabul.

9 Ampliatur tertiò, quia quærella non præparata tranſmittitur ad liberos nō ſolùm aduerſus teſtamentum patris, ſed etiam aduerſus teſtamentum matris per tex.in l. vnic. C. de his qui ant.apert.tabul.vbi hæreditas matris etiam non adita tranſmittitur ad liberos perinde ac ſi eſſet hæreditas patris, ergo idem dicendum eſt de hac quærella per quam acquiritur ipſa hæreditas l.oratio.ff. de ſponſalib. & ſic in ſpecie Vaſqu.in l.ſi pater.1.num. 10.C.de inoff.teſtam.

10 Declaratur primo iſte ſecundus caſus, vt tunc demum quærella non præparata tranſmittatur ad liberos, quando filius exhæredatus deceſſit non adita adhuc hæreditate per hæredem ſcriptum, putà quia idem ſcriptus hæres diſtulit adire hæreditatem, & interim filius exhæredatus dèceſſerit: ità in iſtis terminis decidit tex.in d.l.ſi quis filium. cuius tex. ratio ea fuit, vt nepoti ex filio exhæredato prouideret, quia facilè poterat caſus occurrere, vt remaneret abſque vllo adiutorio; nam ſi eius pater exhæredatus deceſſiſſet ante aditã hæreditatem, non habebat quærellam inofficioſi, quia quærella non poteſt intentari, vel præparari ante aditam hæreditatem. l. Papinianus.§.ſi conditioni.ff.de inoff.teſtam.l.ſcimus.§.illud.C.eod.tit. Et non pręparata non poterat tranſmitti, ob id eodem patre exhæredato interim decedente remanèbat nepos abſquè beneficio quærellæ; & ſi idem eius pater exhæredatus ſuperuixiſſet auo teſtatori, tunc nec venire poterat ex lege Velleia, quæ locum habet ſolummodo, quando filius eidem auo prædecedit; vnde emanauit lex iſta, vt quærella inofficioſi etiam non præparata per patrem, ob impedimentum non aditæ hæreditatis per hæredem ſcriptum tranſmittatur ad liberos; ſed ceſſante huiuſmodi impedimento, hoc eſt ſi hæres ſcriptus adiuiſſet hæreditatem, & ſic filius potuiſſet præparare quærellam, tunc ſicut eam non præparatam olim non tranſmittebat d.l. poſthumus.§.fin.& l. ſeq. ff. de inoff.teſtam. ità non tranſmitteret hodie, & hanc limitationem tenent quoque Iacob. Butr. Martin. & Salicet.quos refert, & etiam ſequitur Iaſ. in l.cum mora.num.15.C.de tranſact.& Gulielm.de Benedict.in rep.cap. Raynutius. ſuper verb. mortuo itaque teſtatore.2.nu.148.

11 Declaratur ſecundò caſus iſte vt locum habeat quando agitur de hæreditate aſcendentis, tunc enim verum eſt, quod quærella non præparata tranſmittitur ad liberos eadem ratione, qua tranſmittitur etiam hæreditas non adita; ſecus quando agitur de hæreditate fratris vel ſororis, nam quærella quæ fratri vel ſorori competit contra teſtamentum fratris, vel ſororis ob inſtitutam turpem, vel infamẽ vel vilem perſonam iuxta.l. fratris. l. fratres. C.de inoff.teſtam.non tranſmittitur, niſi ſit præparata, quia hæreditas fratris ſimiliter nõ tranſmittitur niſi ſit adita; ita tenent, & declarant Petr.& Cyn.& poſt eos Bald.in l.ſcimus.§. fin.C. de inoff. teſtam. & conſil. 432. num.2. vol.3. Ang. in l.nam & ijs. num.2.ff. de inoff.teſtam.Paul.de Caſtr. in l. ſi quis filium. num.3. & ibi Iaſ.num.3. C. de inoffic. teſtam.idem Iaſ.in l.ſi pater tuus. C. eod.tit. qui etiam dicit quod gloſ.ibi contraria ab omnibus reprobatur; & cum ijs tranſit Benedict. in repet.c.Raynutius.verb. mortuo itaque teſtatore 2.num. 146. namque hoc non reperitur iure expreſſum, ideo ſtandum eſt regulæ quod non præparata non tranſmittitur.l.pręcipimus.in fin.C.de appellat.l.ab ea parte. ff. de probat.

12 Declaratur tertiò non procedere in aſcendentibus exhęredatis, quia aſcendentes non tranſmittunt quærellam non præparatam aduerſus teſtamentum filiorum etiam ad ſuos liberos. Ang.in d.l.nam & ijs.num.2.ff.de inoff.teſtam. Raphael. Fulgoſ.in d. l. ſcimus. §. fin. C. eod. & illos ſequitur Iaſ. in d.l.ſi quis filium.num.3.verſ.ſecundò.C.eodem tit. Berengar.in repet.l.in quartam.num.101. ff.ad leg.Falcid. Gozadin.in l.qui ſe patris nu.194. C.vnd.liber. Roland.conſ.39.num.15.lib.3. Guliel. de Benedict. in repet. d. cap. Raynutius. verb. mortuo itaque teſtatore. 2.num. 147.de teſtament.

13 Declaratur quartò hic ſecundus caſus, vt tunc quęrella non pręparata ad liberos tranſmittatur, quando ijdem liberi ſunt hęredes filij exhæredati, quia hęc tranſmiſſio non fit ad liberos, niſi ſint hęredes eiuſdem exhęredati, cùm liberi ex perſona tantùm ipſius exhęredati venire poſſint.vt not. in l. qui ſe patris.C.vnd.liber. & in l. ſi quis filium. ff. de

acquir.hered.& ſic tenet in terminis Paul. de Caſtr. in l. ſi quis filium. nu. 3. quem ſequitur Iaſ. ibi nu. 3. verſ. ſextò. C. de inoff. teſtam. & Guiel. de Benedictis in d.c. Raynutius. ſuper verb. mortuo itaque teſtatore. 2. num. 148.

14 Declarantur iſti duo caſus, nam quærella inofficioſi etiam ſi ſit præparata non poteſt tranſmitti in quatuor his caſibus: primò quãdo pater commiſit ingratitudinem circa teſtatorem; ſecundò quando eidem patri certa quantitas relicta eſt etiam ſi eſt minor legitima; tertiò quando pater repudiauit quærellam; quartò quando tacuit quinquennio, hæc habentur in l. ſi quis filium. C. de inoff. teſtam. & ratio primi ex iſtis quatuor caſibus ea eſt, quia iura permittunt ingratum exhæredari. §. aliud quoque capitulum. in authentico, vt cum de appellat. cognoſcit. nec ei concedunt quærellam contra teſtamentum parentum. l. liberi. C. de inoff. teſtam. ob id illam tranſmittere nõ poteſt in alios. l. traditio. ff. de acquir. rer. domin. ratio ſecundi eſt, quia ad obuiandum ſubuerſionibus teſtamentariæ diſpoſitionis, ſtatutum eſt à Iuſtiniano, illum cui quantitas minor legitima relicta eſt agere poſſe ad eiuſdem legitimæ ſupplementum, quærellam autem inofficioſi eidem non dari. l. omnimodo. C. de inoff. teſtam. vnde illam ad alios pariter tranſmittere non poteſt. l. nemo plus. ff. de reg. iur. Ratio tertij caſus eſt ea cum dicto, cum quo concordat tex. in l. Papinianus. §. ſi quis poſt rem. & l. nam etſi. §. hæredi. ff. de inoff. teſt. & gloſ. in l. cum mota. in verb. per vos. C. de tranſact. & ratio rationis eſt, quia renunciatio excludit omne ius, omnemquè regreſſũ. l. quæritur. §. ſi venditor. ff. de edilit. edict. l. poſt quàm liti. l. ſi quis in conſcribendo. C. de pact. Crauett. conſ. 114. num. 10. Roland. conſ. 95. num. 34. lib. 1. ideo non poteſt ad alios tranſmittere, quod ipſe non habet pro ſe. c. nuper. §. nos autem. de donat. int. vir. & vxor. l. ex empto. in princ. ff. de action. empt. ratio autem quarti caſus eſt, quia quærella inofficioſi excluditur quinquennio. l. adoleſcentiæ. C. in quib. cauſ. in integr. reſtit. non eſt neceſſar. l. contra maiores. l. ſi quis filium. in fin. C. de inoff. teſtam. elapſoquè hoc tempore præſumitur eidem quærellæ renunciatum, quia ſic eſt natura limitati tẽporis. l. ſicut. in fine. C. de preſcript. 30. annor. & per illum tex. Bald. in l. obſeruare. §. proficiſci. num. 5. verſ. reſpondeo. ff. de offic. proconſ. Alex. conſ. 3. num. 6. lib. 7. Dec. conſ. 419.
15 num. 8. appoſitio enim temporis operatur renunciationem poſt illud tempus, probat Tiraq. de retract. conuent. §. 1. gloſ. 2. num. 51. iccirco tanquàm excluſa, & renunciata tranſmitti non poteſt. l. ſi liberam. C. quod cum eo.

16 Declarantur quoquè ijdẽ duo caſus, quia licet ad liberos filij exheredati tranſmittatur quærella aduerſus teſtamentum aui, non tamen poſſent ijdem nepotes, ſi eſſent præteriti ab auo, dicere teſtamentum eiuſdem aui nullum ſi viuebat eorum pater, quia nepotes dum viuit eorum pater, non ſunt inſtituendi, nec exheredandi, nec ideo rumpunt teſtamentum l. ſi quis filio exhæredato. in princ. ff. de iniuſt. rupt. l. ſi quis poſthumos. §. ſi filium. ff. de liber. & poſthum. quamuis bene inſtituendi, vel exhæredandi ſint ſi pater eorũ decedat ipſo auo teſtatore viuo l. poſthumorum. ff. de iniuſt. rupt. §. poſthumorum. inſtit. de exhæred. liberor.

## *SVMMARIVM.*

1 *Tenor leg. hac ædictali, C. de ſecund. nupt.*

2 *Ius quærellandi vigore leg. hac ædictali tranſmittitur ad liberos liberorum prioris matrimonij: Ad hæredes autem extraneos ſecus. 3.*

4 *Ius quærellandi vigore l. hac ædictali non poteſt tranſmitti per viam ceſſionis in alios, quàm in filios, & deſcendentes ſuos.*

5 *Vxor tranſiens ad ſecunda vota amittit proprietatem omnium bonorum acquiſitorum ex ſubſtantia primi coniugis etiam donationis propter nuptias ac dotis ab eo conſtitutæ.*

6 *Filius prædecedens parenti ſecundò nubenti tranſmittit omnia bona quæ acquiſiuit ex ſubſtantia primi coniugis; etiam ad extraneos hæredes. 7. ac etiam ſi non eſt conquæſtus de dictis ſecundis votis.* 11.

8 *Coniux tranſiens ad ſecunda vota infert iniuriam filijs primi matrimonij, ac etiam priori marito.*

9 *Iniuriam patris filius remittere non poteſt.*

10 *De priuatione ad habitum non datur regreſſus.*

12 *Conſenſus vel remiſſio non inducitur ex taciturnitate vel pacientia in his quæ contradicendo non poteſt quis impedire.*

CA-

## CASVS XIII.

*Ius quærellandi ex l. hac ædictali, vtrum tranſmittatur.*

1 LEge ſancitum, & iuſta ratio-
ne ordinatum eſt non poſſe
coniugem ad ſecunda vota
tranſeuntem plus dare ſecũ-
do coniugi, vel ei aliquo ti-
tulo relinquere, quàm vni
ex liberis primi matrimonij, cui minus de-
dit, vel reliquit, & ſi quid eidem ſecundo
coniugi plus dedit, vel reliquit, id tanquàm
inualidè datum & relictum ad dictos liberos
primi matrimonij æqualiter diuidendũ ſpe-
ctare. l. hac ædictali. C. de ſecund. nupt. §.
optime vero. in authentico. de nupt. cuius
legis intellectum latè per ampliationes, &
fallentias examinat Gabriel concluſ. 4. de ſe-
cund. nupt. Cum ergo dicti liberi prioris ma
trimonij ius habeant quærellandi teſtamen-
tum, donationem, vel aliam parentum diſ-
poſitionem de huiuſmodi exceſsiuitate,
nunc quæritur, an tale ius quærellandi tranſ-
mittant ad liberos, & alios hęredes ſuos;
ita vt liberi, & alij hęredes ipſorum libero-
rum poſſint inſtituere quærellam de hac ex-
ceſſiuitate, ſicut poterant dicti liberi prioris
matrimonij: Et pro ſolutione diſtinguẽdum
eſt inter liberos, & hęredes extraneos; ad
2 liberos enim liberorum prioris matrimonij
ius illud quęrellandi vigore leg. hac ędictali
tranſmittitur. authentica. ad eos. C. de ſecũd.
nupt. d. §. optime vero. verſ. palàm quoquè.
in authentico. de nupt. Bertrand. in repet. d. l.
hac ędictali. ſuper verſ. ſi vero plus. num. 18.
Paul. de Caſtr. conſ. 368. nu. 2. lib. 2. Crauet.
conſ. 142. num. 6. Gabriel. concluſ. 4. nu. 49.
3 de ſecund. nupt. Ad hęredes autem extraneos
minime tranſmittitur. idem Bertrand. in d. l.
hac ędictali. ſuper verſ. ſi vero plus. num. 18.
notat Paul. de Caſtr. in d. conſil. 368. num. 2.
lib. 2. Crauet. d. conſ. 142. num. 6. & facit tex.
in d. authentica. ad eos. C. de ſecũd. nupt. ibi;
ad eos ſolos; & in d. §. optime vero. verſ. palã
quoquè. ibi enim vocantur ſolummodo filij,
& ſic deſcendentes, ideoque videntur excluſi
hęredes extranei; liberis namque & deſcendẽ
tibus competit beneficium iſtius legis ob iniu
riam factam priori matrimonio, & in pęnam
coniugis tranſeuntis ad ſecunda vota gloſ. in
d. §. optimè vero. in verb. quippe. in authen-
tico. de nupt. quę ratio ceſſat in hęredibus ex-
traneis.

4 Conſequenter autem non poſſunt liberi di
cti prioris matrimonij ius iſtud quęrellandi
alijs, quàm filijs, & deſcendentibus ſuis cede-
re, quicquid in contrarium dixerit idem Ber-
trand. in loco cit. numer. 19. attento quod ea
quę ad hęredes tranſmiſſibilia nõ ſunt, neque
per ceſſionem ad eos tranſire poſſunt. l. ex plu
ribus. ff. de adminiſtr. tut.

5 Et quod dicitur de pæna leg. hac ædictali,
idem eſt quoque de pæna leg. fæminæ, nam-
què ſtatutum eſt in pænam parentis ſecundò
nubentis vt filij primi matrimonij lucrentur
omnia bona quoquo modo eidem ſecundò
nubenti obuenta ex ſubſtantia primi coniu-
gis præter quàm quoad vſumfructum in diẽ
eius vitæ d. l. fæminæ. l. generaliter. C. de ſec.
nupt. §. ſi vero ſit ſoboles. in auth. de nupt.
Bald. in l. ſi liberis. C. eod. tit. de ſec. nupt.
Dec. conſ. 230. num. 1. Natta conſ. 466. num.
1. Roland. conſ. 62. num. 10. & ſeq. vol. 1. &
iſta concluſio procedit etiam quando ex pa-
cto, ſtatuto, vel conſuetudine vxor lucratur
donationem propter nuptias, vel maritus do
tem, quia quilibet eorum tenetur id quod lu-
cratur reſeruare filijs ex primo matrimonio,
ſi tranſeat ad ſecunda vota, ita Bald. in auth.
ex teſtamento. num. 6. & in auth. vxore C. de
ſec. nupt. & ſic etiã tenuerunt Roman. Salic.
Caſtrẽſ. Alex. Corn. Socin. Cremẽſ. Iaſ. Dec.
Ripa, Alciat. Io. de Garron. Arelat. Ruin.
Ioan. Lup. & Boer. quos omnes citat, & eorũ
ſententiam defendens ſequitur Roland. in
tract. de lucro dot. quæſtio. 86. per totam, &
alios citat Phanuc. in eod. tract. §. 8. num. 13.
& Alba conſ. 68. num. 4. & procedit quoque
in dote à marito conſtituta, quia pariter ve-
nit filijs reſeruanda Paul. de Caſtr. conſ. 149.
& cõſ. 150. lib. 2. Ripa in d. l. fæminæ. nu. 50.
6 ſi ergo contingat filios ipſos prædecedere pa-
renti ſecundò nubenti dictorum bonorum
vſufructuario pariter tranſmittunt huiuſmo-
di lucrum ad ſuos hæredes. §. proſpeximus. in
auth. de non elig. ſec. nub. §. venient. in auth.
de nupt. Aret. conſ. 40. num. 4. Dec. conſ. 87.
nu. 3. propè finem & num. 4.

7 Ampliatur concluſio, quia illud tranſmit-
tunt non ſolùm ad deſcendentes ſed etiam ad
extraneos hæredes; quod tamen ſciendum eſt
valdè controuerſum eſſe inter Doctores, nàm
pro negatiua quòd imò filij pręmorientes pa-
renti ad ſecundum matrimonium tranſacto,
non tranſmittant ad hęredes extraneos pro-
prietatem bonorum primi coniugis, qua pri-
uatus erat ſecundò nubens, ſed ea ſpectet ad
dictum coniugem ſecundò nubentem ſuper-
ſtitem

ſtitem adducitur tex.in d.l.fęminę.§. illud.in
fin. C. de ſecund. nupt. vbi habetur quòd ſi
non extant filij prioris matrimonij, vel ij nati
deceſſerint, proprietas dictorum bonorum
ſpectat ad coniugem qui ad ſecunda vota
tranſiuit;ad idem facit tex.in §.quoniam in-
firmas,ī auth. de nupt.vbi pręmortuis liberis
nemo poteſt infringere alienationem lucro-
rum factam à parente qui per ſecundas nu-
ptias priuatus erat eorum proprietate,ex quo
infertur de his lucris non poſſe inſtitui hęre-
dem extraneum,quia aliàs poſſet alienationē
prędictam infringere: Pręterea priuatio pro-
prietatis bonorum primi coniugis inducta eſt
in fauorem filiorum dicti primi matrimonij
ob iniuriam & offenſam eis illatam ex ſecun-
do matrimonio d.§. proſpeximus. & d.§. ve-
nient.ideo ceſſante cauſa, hoc eſt morienti-
bus omnibus filijs ſuperſtite ipſo parente de-
bet ceſſare effectus.l.adigere.§. quamuis.ff.
de iure patronat. c. cum ceſſante.de appellat.
& hanc opinionem ſic in ſpecie tenet Mat-
thęſilan. de ſucceſſ. ab inteſt. 2. part. princ.
num.22.& cum eo tranſit Ang.Aret.in §.pręferuntur.ſub. num.3. verſ. item dubitari. in-
ſtit. de ſenatus conſ. Tertull. Aret. conſ.40.
num.4.Crauet. conſ.513.nu.2.Cancer. var.
reſol.lib.3. cap.21.nu.351. cum alijs multis
congeſtis per Boer.deciſ.185.numer.17.Cę-
uall.de comm.contr.comm.quęſt.671. San-
chez de matrim.lib.7.diſput.89. num.37. &
Gabriel.de ſecund.nupt. concluſ.1. num.23.
Pro affirmatiua verò quòd iſtud lucrum tranſ
mittatur etiam ad extraneos hęredes, conſi-
8 deratur quòd amiſſio ipſius proprietatis indu
cta eſt nō ſolùm ob iniuriam illatam filijs pri-
mi matrimonij, ſed ēt ob iniuriā illatā primo
marito cuius anima per ſecundum matrimo-
nium contriſtatur.§.nos igitur videntes. &
§.ſeq.in auth.de nupt.iccirco ceſſante iniuria
filiorum non ceſſat iniuria patris arg. tex. in
9 §.affinitatis.inſtit.de nupt. maximè cum filij
non poſſint iniuriam patris remittere.l.in per
ſona,& ibi gloſ.in verb.quin.ff.de pact. ſecū-
dò ſtringit tex.in d.§.proſpeximus. in fin. in
auth. de non elig. ſec.nub. is enim loquitur
de hæredibus lege venientibus,ibi; & moriēs
hoc tranſmittet ad ſuos hæredes qui ex lege
vocantur;ergo intelligitur etiam de extraneis
inſtitutis,Nam lege obuenire hæreditas dici-
tur etiam ea quæ ex teſtamento defertur l. le-
ge obuenire.ff.de verb.ſignif. Tertiò adduci-
tur tex.in §.cum igitur. in auth. de non elig.
ſecund.nub.in illis verbis:ſi quidem filius ma
ſculus aut ſęmina fortè teſtetur ſecundum le-
gem venire adſcriptos hæredes: quartò facit
etiam tex. in §. ſi igitur legitimè.in auth. de
nupt. ibi: ſicut enim licebat relinquere alicui
extraneorum: quintò quia tranſiens ad ſecun
da vota remanet priuatus proprietate dicto-
rum bonorum ei obuenientium ex ſubſtantia
primi coniugis,d.§. ſi verò ſit ſoboles. & §. ſi
vero ſolum.in auth.de nupt. ideo non poteſt
amplius ad ipſam proprietatē aſpirare, ſemel
enim excluſus propter filios remanet perpe-
tuò excluſus,nec reintegratur etiam mortuis
ipſis filijs.Bart.in l.fin.§.quando.num.2. pro
pè finem.ff.ad Tertull. Dec.conſ.87.num.1.
Tiraq. in l. ſi vnquam. verb. ſuſceperit libe-
ros.num.193.& ſeq.C. de reuoc. donat. Ga-
briel de ſtatut. concluſ.4. num.1. Merlin. de
legitim.lib.3.tit.1.quęſt.3.namquè de priua-
10 tione ad habitum non datur regreſſus. l. qui
res.§.aream.ff.de ſolut.igitur neceſſariò con-
cludendum eſt filios præmorientes non impe
diri,quin huiuſmodi lucrum ſiue proprietatē
& iura quæ habent in dictis bonis ad hęredes
extraneos tranſmittere, & de eis pro ſua vo-
luntate diſponere poſſint: Et hanc opinio-
nem quam ex præmiſſis veriorem eſſe puto,
tenet & tuetur Bologn. in addit. ad eundem
Matthæſil. de ſucceſſ. ab inteſt.2.part. princ.
num. 23. 24. Ioan. de Garron.in auth. ex te-
ſtamento.nu.79.C.de ſecund.nupt. & in ru-
bric.num.124.& Bertrand.in d.l. hac edicta-
li.ſuper verſ.ſi vero plus. num.18. verſ. & li-
cet.C.eod.tit.de ſec.nupt.

Nec obſtat tex.in l.fęminæ. §. illud. C. de
ſec. nupt. & in §. quoniam infirmas in auth.
de nupt.is enim intelligendus eſt, vt proce-
dat quando liberi decedunt ab inteſtato, ſe-
cus quando condito teſtamento; nec pariter
obſtat ceſſatio rationis, quia iam dictum eſt
rationem non ceſſare, cùm priuatio proprie-
tatis inducta ſit non ſolùm propter iniuriam
filiorum ſed etiam propter iniuriā primi ma-
riti;nec obſtat denique autoritas Doctorum
ex aduerſo adductorum, quia exceptis Mat-
thæſil. Ang.Aret.Crauet.Aretin. & Cancer.
cæteri hoc non dicunt quòd filij præmorien-
tes non poſſint ſibi ex teſtamento inſtituere
hæredes extraneos in huiuſmodi lucris, imò
eorum plures ſpecificè loquuntur de præmo-
rientia ab inteſtato.

11 Declaratur iſta concluſio, quia licet filij
primi matrimonij lucrentur bona acquiſita
parenti ad ſecundas nuptias cōuolato ex ſub-
ſtantia primi coniugis ob tranſitum ad dictas
ſecundas nuptias,eaquè pręmorientes eidem
parenti ſecundò nubenti tranſmittant ad eo-

rum

upna

rum hęredes tàm extraneos, quàm deſcendẽtes; nihilominus hoc procedit ſecundum aliquos, quando ipſi filij in vita conquæſti ſunt de dicto tranſitu ad ſecunda vota, ſecus ſi viuentes ſemper tacuiſſent, quia tunc cenſerentur iniuriam eis illatam ex dictis ſecundis nuptijs remiſiſſe, & conſequenter bona ipſa non lucrarentur, nec ea ad alios tranſmitterent, ſic enim voluerũt. Dec. conſ. 206. nu. 4. & ſeqq. Ripa in l. fęminæ. num. 30. verſ. ex quo infertur. C. de ſec. nupt. Pariſ. conſ. 29. num. 84. & ſeqq. lib. 3. Roland. conſ. 81. nu. 13. & ſeqq. lib. 3. Gabriel de ſec. nupt. concluſ. 1. numer. 26. Menoch. conſil. 155. num. 16. & antę eos Bald. in auth. ex teſtamento. verſ. ſed ſtatim quæro. C. eod. tit. de ſec. nupt. ducuntur eadẽ ratione, quia pater vel mater ſecundò nubens incurrit pęnam amiſſionis dictorum bonorũ ob iniuriam quam infert filijs primi matrimonij, quæ iniuria ceſſat illis volentibus, cùm ſcienti & volenti non fiat iniuria l. 1. §. vſque adeo. ff. de iniur. l. cum donationis. C. de tranſact. c. ſcienti. de reg. iur. in 6. adducunt etiam tex. in l. fin. C. de reuoc. donat. vbi ſciens ingratitudinem donatarij, & tacens videtur eã remittere. Quibus tamen non obſtantibus arbitror huiuſmodi iniuriam non cenſeri remiſſam & ſic firmam remanere concluſionem quòd filij primi matrimonij lucrantur bona omnia obuenta parenti ſecundò nubenti ex facultatibus primi coniugis excepto vſufructu vita ſua durante, eaquè præmorientes ad quoſcunque ſuos hæredes tranſmittunt etiã ſi de dicto tranſitu ad ſecundas nuptias in vita non ſint conquæſti, & moueor ex eo, quia taciturnitas & patientia alicuius non inducit conſenſum, vel remiſſionem in his quæ poſſunt fieri eo inuito & quæ ipſe contradicendo non poteſt impedire. l. ſępe. §. cur autem. ff. de re iud. l. titia. §. lutia. & ibi gloſ. in verb. non eſſe. ff. de leg. 2. l. Caius. ff. de pignorat. act. vbi ſubſcribens teſtamento, in quo res ſua legatũr alteri non videtur legato cõſenſiſſe; & gloſ. ibi in verb. non obeſſe. circa medium, reddit rationem, quia contradicendo non poterat impedire ne teſtator rem alienam legaret, quam gloſ. approbat ibi Bart. num. 2. idẽ dicit gloſ. vlt. in c. nonne. de præſumpt. gloſ. in cap. Diaconus. in verb. tacuerit. diſt. 27. gloſ. 1. in cap. plerunquè 2. quęſt. 7. gloſ. in l. fideiuſſor. la 2. §. pater. in verb. manifeſtum. ff. de pignor. idem Bart. in l. quæ dotis. num. 22. in fin. & Iaſ. num. 95. ff. ſolut. matrim. Curt. iun. conſ. 34. num. 5. Crot. in l. filiusfamilias. §. diui. num. 148. ff. de legat. 1. Pariſ. conſ. 93. num. 45. vol. 1. Bero. conſ. 64. num. 13. vol. 1. Tiraq. de retract. conſang. §. 1. gloſ. 9. nu. 149. Sed filij non poſſunt impedire ne pater vel mater vidua matrimonium contrahat, cùm matrimonia ſint libera. cap. cum locum. cap. requiſiuit. cap. gemma. de ſponſalib. & ſua contradictione non obſtante poteſt ſecundò nubere, igitur taciturnitas & pacientia filiorum non operatur conſenſum nec conſequẽter remiſſionem iniuriæ, & ſic in his terminis & per hanc rationem tenet Io. de Garron. in rubric. C. de ſecund. nupt. num. 118. Sanchez de matrim. lib. 7. diſput. 89. num. 44. & nouiſſimè Surd. conſ. 164. numer. 45. vol. 2. Vltra quod conſenſus, vel taciturnitas filiorum nõ poteſt remittere iniuriam parenti defuncto illatam ex ſecundis nuptijs. Socin. iun. conſil. 71. numer. 11. verſ. applicando. vol. 2. ad hoc facit d. l. in perſona. & ibi gloſ. in verb. quin. ff. de pact. & in l. 1. §. vſquè adeo. ff. de iniur.

*S V M M A R I V M.*

1 *Prohibitio alienandi facta hæredi tranſit ad hæredes ipſius hæredis, & eos capit.*

2 *Conditio concepta in hærede poteſt impleri in hærede hæredis.*

3 *Hæres hæredis venit appellatione hæredis in diſpoſitione legis, & hominis & etiam in materia ſtricta, & odioſa.*

4 *Alienandi prohibitio facta expreſſo nomine hæredis, cenſetur perſonalis, & ad hæredes ipſius non tranſit: Fallit ſi cauſa prohibitionis durat etiam in perſonis hæredum hæredis, & facta eſt diſpoſitiuè. 5. Fallit item ſi non eſſet præpoſitum nomen proprium, ſed nomen appellatium. 6.*

7 *Alienandi prohibitio facta hæredi non tranſit ad hæredes hæredum, nec eos compræhendit vbi apparet eſſe reſtrictam ad hæredes tantùm: puta ſi dictum eſſet, dictos, infraſcriptos 8. Vel ipſe, ipſa, ipſum. 9.*

10 *Pronomen; ipſum; eſt demonſtratiuum ad oculum: idem de verbo, hic, hæc, hoc, ille, vel eidem.*

11 *Alienandi prohibitio facta ſub pæna non tranſit ad hæredes.*

12 *Alienandi prohibitio facta filijs non tranſit ad nepotes, nec eos afficit; Fallit ſi eſt facta in rem 14. Fallit item quando ratio prohibendi eſt generalis adeo compræhendens nepotes, ſicut filios. 15.*

13 *Appellatione filiorum non continentur propriè*

*priè nepotes, ſed ex quadam interpretatione, quæ interpretatio non procedit in odioſis.*

16 *Alienandi prohibitio facta hæredi tranſit ad hæredes ipſius hæredis vſque ad quartum gradum poſt teſtatorem, & non vltra.*

17 *Alienandi licentia an tranſeat ad hæredes vel contra hæredes & num. ſeqq.*

## CASVS XIIII.

*Prohibitio & licentia alienandi, an & quando ad alios tranſitoria ſit.*

1 PRohibitio alienandi facta hæ-
redi ſimpliciter tranſit ad hæ-
redes ipſius hæredis, ita quod
etiam hæredes hæredis com-
præhendit. Bart. in l. filiusfa-
milias. §. diui. num. 21. ff. de leg. 1. & ibi Iaſ.
num. 110. Crott. numer. 129. Ferdin. Loaz.
num. 188. & Ripa numer. 109. qui dicit com-
muniter Doctores trāſire cum Bart. & ſequi-
tur etiam Roman. conſ. 457. in 1. dub. Tiraq.
de retract. conuent. §. 1. gloſ. 6. num. 24. Dec.
in l. qui per ſucceſſionem num. 6. ff. de reg. iur.
Socin. ſen. conſ. 116. num. 3. verſ. ad ſecundū.
vol. 3. Curt. iun. conſ. 255. num. 3. Alex. conſ.
36. numer. 4. & ſeqq. vol. 3. Iaſ. in l. ſi quis fi-
liumfamilias. §. fin. ff. de acquir. hæredit. Ro-
land. conſ. 70. num. 40. lib. 3. Craſſ. in §. hære-
ditas. quæſt. 10. num. 3. verſ. hinc eſt. moue-
tur Bart. per tex. in l. ſicut. §. ſi debitori. ff. q. b.
mod. pign. vel hypoth. ſoluit. qui licet loqua-
tur de permiſſione, tamen idem eſſe dicit in
prohibitione. arg. l. pater. §. fundum. ff. de leg.
3. & facit ratio, quia hæres hæredis, etiam te-
ſtatoris eſt hæres. l. fin. C. de hæred. inſtit.
Vaſqu. de ſucceſſ. progreſſ. §. 3. nu. 11. Craſſ.
in §. hæreditas. quæſt. 10. num. 1. & appella-
tione hæredis continentur hæredes hæredis.
l. hæredis. appellatione. ff. de verb. ſignif. ideo
2 conditiones quæ debent impleri in forma ſpe
cifica. l. q. hæredi. l. mæuius. ff. de condit. & de
mōſtr. ſi cōcipiantur in hęrede dicūtur imple-
ri in hærede hęredis. l. cū ita datur. §. ex his. ff.
de condit. & demonſtr. l. ſi peculium. §. hære-
di, l. ſi ſtatulibera. §. nō ſolum. & §. ſi filius. l.
ſeruus ſi hæredi. in princ. ff. de ſtatuliber. quę
3 concluſio, vt hęres hęredis ſit propriè hęres,
& contineatur appellatione hęredis, procedit
non ſolùm in diſpoſitione legis, ſed etiam in
diſpoſitione hominis, puta in vltimis volun-
tatibus, & contractibus. Cęphal. conſ. 392.
num. 57. lib. 3. qui teſtatur de communi, imò
procedit etiam in materia ſtricta, & odioſa,
vt in ſtatutis, prout de communi refert Craſſ.
in d. §. hęreditas. quęſt. 10. num. 3.

4 Declaratur primò caſus, vt procedat quando prohibitio facta eſt indefinite, vel per nomen appellatiuum hęredis; vt prohibeo hęredem ne alienet; ſecus quando facta eſſet expreſſo nomine ipſius hęredis, tunc enim prohibitio eſſet perſonalis, & non tranſiret ad hęredes eiuſdem hęredis. Bart. in l. Lucius. §. sēpronię. num. 2. ff. de leg. 3. Iaſ. in l. filiusfamilias. §. diui. num. 112. in 1. lect. & num. 150. in 2. lect. Crott. num. 131. ff. de leg. 1. Alex. conſ. 56. nu. 2. verſ hoc expreſſius. lib. 1. Dec. in d. l. qui per ſucceſſionem. num. 7. ff. de reg. iur. Crauett. conſ. 243. num. 1. Roland. conſ. 70. num. 41. lib. 3. Petr. de fideicom. quæſt. 2. num. 37. Surd. deciſ. 125. nu. 2. & conſ. 123. num. 14. vol. 1. Bertrand. conſ. 131. num. 17. vol. 4. Menoch. conſ. 200. nu. 98.

5 Subdeclaratur primò hęc prima declaratio, quia ſi cauſa prohibitionis duraret in pſonis hęredum hęredis; vt ſi teſtator prohibuit Titium hęredem ſuum alienare domum ſuam vel caſtrum eò quia fuit maiorum ſuorū, vel turrim quę eſt propugnaculum totius familię & ſic ex affectione, quam habebat ad illam domum, caſtrum, vel turrim, vel prohibuit hęredi, ne alienaret bona extra familiam quia volebat, vt ea in ſua familia remanerent; tunc etiam ipſa prohibitio ad eoſdem hæredes hæredum tranſiret etiam ſi ea facta eſſet per nomina propria. Sic Ripa in d. l. filiusfamilias. §. diui num. 110. Iaſ. num. 152. in 2. lect. Crott. num. 132. Ferdin. Loaz. numer. 189. verſ. ſecundò. ff. de leg. 1. Surd. conſ. 67. num. 23. li. 1. Oſaſch. deciſ. 49. nu. 5. Curt. iun. conſ. 43. num. 11. Roman. conſ. 457. num. 1. Petr. de fideicom. quæſt. 5. num. 81. & ſeqq. & ratio eſt quia diſpoſitio ampliatur per rationem. l. cū pater. §. dulciſſimis. ff. de leg. 2. ſed tamen adhuc aduertēdum eſt quod ſubdeclaratio hęc, vt cauſa prohibitionis facta nominatim hæredi tranſeat ad hæredes ipſius hæredis, & eos includat quando ea durat etiam in perſonis eorum; procedit ſi ipſa cauſa vel ratio prolata eſt diſpoſitiuè, ſecus ſi enunciatiuè, vt ſi teſtator dixit; ita enim fiet ne bona mea exeant de familia mea; namque hoc caſu quia verba iſta ſunt enunciatiua, & non diſponunt, ob id prohibitio ad hæredes hæredis non tranſiret. idē Ripa in d. §. diui num. 110. Crott. num. 135. Ferdin. Loaz. num. 190. verſ. vltimò. & Roman. conſ. 457. num. 1.

6 Subdeclaratur ſecundò hæc prima declaratio,

ratio,nàm ad hoc vt prohibitio dicatur facta
nominatim,& conſequenter non tranſeat ad
hæredes hæredis,requiritur quod ſit præpo-
ſitum nomen proprium eiuſdem hæredis,
quia ſi præpoſitum eſſet nomen appellatiuũ
hæredis, prohibitio de alienando non eſſet
perſonalis,ſed tranſiret ad hæredes ipſius hę-
redis.Crott.in l. filiusfamilias.§. diui. num.
131. Ferdinand. Loaz. numero 189. ff. de
leg. 1. & de hoc ſatis dicam in caſ. 51. num.
16.

7 Declaratur ſecundò caſus, vt generaliter
locum non habeat vbicunque apparet prohi-
bitionem alienandi eſſe perſonalem,& ad hę-
redes tantùm reſtrictã, tunc enim prohibitio
non tranſiret ad hęredes hęredum,nec termi-
nos limitatos excederet arg.l.in agris.ff.de ac
8 quir.rer. domin. puta ſi teſtator dixiſſet; di-
ctos; infraſcriptos; vel ſupraſcriptos hęredes
meos prohibeo, quia in dubio debemus ſtare
proprię verborum ſignificationi.l.non aliter.
ff.de leg.3. & quia illi dicũtur eſſe ſcripti qui
legi poſſunt, non tantùm intelligi. Bart. in l.
qui liberis.§. hęc verba. num.7.ff. de vulgar.
& pupill. & ſic in ſpecie quod iſto caſu pro-
hibitio non tranſeat ad hęredes hęredum,nec
eos compręhendat, tenet Crott. in d.§. diui.
num.134.& Ripa numer.111. Ferdin.Loaz.
num.190.verſ.tertiò Alex.conſ.140.num.3.
lib.6.Socin. iun. conſ.54. nu. 12. vol.4. Pe-
regr.de fideicom.art.32.nu.69. quod tamen
intelligitur procedere quando hęredes qui
prohibiti sũt alienare,ſcripti ſunt; tunc enim
cum verba poſſint in illis tantùm verificari,
non venient hęredes hęredum, qui non ſunt
ſcripti: ſecus quando nullus hæres fuiſſet ſcri-
ptus, puta quia diſpoſitio concepta eſſet in
perſonas nominandas per aliquem, quia tali
caſu,cũ aliqui ſcripti nõ ſint dictio;dictos;in-
fraſcriptos;& ſupraſcriptos; non reſtringeret
diſpoſitionem & prohibitionẽ ad hęredes tan
tùm; ſed extenderetur, & tranſiret etiam ad
hæredes hæredum.Bart.in l.qui liberis.§.hęc
verba.nu.7.ff. de vulg. & pup. Ferdin. Loaz.
in l.filiusfamilias.§.diui.num.190.verſ.quod
9 tamen.ff.de leg.1.Aliud exẽplum eſt, ſi teſta-
tor feciſſet prohibitionem per pronomen; ip-
ſe,ipſa, ipſum; vt ſi dixiſſet; ipſum hæredem
prohibeo; namquè talis prohibitio pariter eſt
perſonalis, nec tranſit ad hæredes hæredùm
Bald.conſ.304.num.1.lib.5.Iaſ.in l. filiusfa-
milias.§.diui:in 2.Lect.num.151.& ibi Ripa
num.111.Ferdinand.Loaz.num.188.vbi de
communi.ff.de leg.1. Roland. conſ 97. num.
22.lib 4.Curt.iun.conſ.255.numer.12. Ga-
briel.conſ.90.num.7.lib.1.Tiraq. de retract.
cõuent.§.1.gloſ.6. nu.25. nãquè pronomen;
ipsũ;eſt demonſtratiuũ ad oculũ Bald.d.cõſ.
304.nu.1.lib.5. & vbi eſt demõſtratio pſonę,
diſpoſitio nõ tranſit ad hęredẽ ipſius l.ſeruus
ſi hęredi. in princ. verſ.itemquè demõſtratio
perſonę.ff. de ſtatulib. l.ipſe deſpice C. de
edend.& idem ſi prohibitio hęc alienandi fa-
cta eſſet per pronomen hic,hęc, hoc, quia pa-
riter eſſet perſonalis nec extenderetur ad hæ-
redes hæredum Curt. ſen. conſ.50. quem re-
fert.Ripa in d.§.diui.nu.111.in fin. & Surd.
deciſ.125. num.1.idem ſi facta eſſet per pro-
nomen,ille,Roland.conſ.59.nu.27. & ſeqq.
lib.3.Natta cõſ.678.nu.23. & idẽ ſi per pro-
nomen,eidẽ,Dec.conſ.262.in princ.verſ. ſe-
cundò facit.Surd.d.deciſ 125.numer. 1.alia
exempla perſonalitatis adducam in caſ.23.&
caſ.51.

11 Declaratur tertiò caſus non procedere in
prohibitione alienandi facta ſub pæna Crott.
in d.§.diui.nu.133.& ſequitur Ferdin.Loaz.
num.190.ff.de leg.1.Bertrand.conſ.131.nu.
17.volum.4. & ratio eſt quia pæna non affi-
cit hęredes hæredum, nec ad eos tranſit l.
multa. in princ.ff. de condit. & demonſtrat.
per quem tex. ſic decidit Bald. in ſimili
quæſtione. in l. fin. num.42. C. de hæred.
inſtit.

12 Declaratur quartò locum non habere in
prohibitione alienandi facta filijs, quia talis
prohibitio non extenditur ad nepotes, nec
eos afficit,nec ad eos tranſit gloſ.vlt. in auth.
de reſtit.fideicõ.Bart.in l.Lucius.§.Sempro-
niæ.num.3.ff. de leg.3. Alex.in l. filiusfami-
lias.§.diui.num.25.Iaſ. num.109. in.1. lect.
& num.146.in 2.lect.Crott.num.127. Ripa
num.106.& Ferdin.Loaz.nu.186.ff. de leg.
1.idem Alex.conſ.140. in princ. lib.6. Pariſ.
conſ.7.num.18.vol.3.Natta conſ.602.num.
14. cum pluribus alijs quos recenſent Tiraq.
de retract.conuent.§.1.gloſ.6.num.23.Maſ-
card.de probat. concluſ.1243. nu.77. & Fu-
ſar. de fideicom. ſubſt.quæſt. 679.nu.1.& ra
13 tio eſt quia appellatione filiorum non conti-
nentur propriè nepotes,niſi ex quadam inter
prætatione l.iuſta ff. de verb. ſignif.l. quod ſi
nepotes ff. de teſtam. tut. quæ interptætatio
non videtur procedere in odioſis l. cum qui-
dam ff.de liber.& poſthum.namquè odioſum
videtur interdicere liberum arbitrium rei ſuę
l.non vſquè adeo.ff.ſi quis à parent.fuer.ma-
num.l.in re mandata C. mandat.l. pen.ff. de
pact.Alex.conſ.59.num.20.lib.3. Curt. iun.
conſ.255.num.13.& 14.

14 Subdeclaratur pariter hæc declaratio vt procedat & locum habeat quando prohibitio eſt perſonalis, vt ſi teſtator dixerit; prohibeo filios meos alienare; vel eorum propria nomina expreſſerit, vel vſus fuerit aliqua ex dictionibus perſonalibus, de quibus mox dixi num. 8. & ſeqq. tunc enim verum eſt quod prohibitio facta filijs non extenditur ad nepotes, vt de prohibitione facta eiſdem filijs nominatim vocatis tradit in ſpecie Ruin. conſ. 130. num. 5. lib. 2. & eſt concluſio generalis, vt nõ contineantur nepotes, vbi filij ſunt nominatim vocati. Bart. in l. gallus. §. inſtituens num. 3. verſ. ad ſecundum. ff. de liber. & poſthum. & in l. liberorum num. 5. verſ. ſed mihi videtur. ff. de verb. ſignif. Gozad. conſ. 4. num. 4. & conſ. 36. num. 10. Curt. iun. conſ. 57. num. 2. & conſ. 113. num. 1. Socin. iun. conſ. 66. nu. 4. vol. 4. & de prohibitione alienandi facta eiſdem filijs per pronomen, dictis, Socin. iun. conſ. 163. num. 9. & ſeqq. vol. 2. & per pronomen, ipſis, Bald. conſ. 304. num. 1. lib. 5. ſecus ſi prohibitio eſt in rem, vt cùm teſtator dixit; prohibeo bona mea alienari extra familiam; tũc enim nec nepotes alienare poterũt Alex. in l. filiusfamilias. §. diui. num. 25. ff. de leg. 1. vbi dicunt quod ſic communiter intelligunt Doctores, & ſequitur ibi Ripa num. 108. Socin. iun. conſ. 13. num. 21. vol. 4. Peregr. de fideicom. art. 1. num. 28. Maſcard. de probat. concluſ. 1243. num. 78.

15 Subdeclaratur ſecundò non procedere quando ratio prohibendi eſt generalis adeò compræhendens nepotes ſicut filios, puta ſi teſtator prohibuit alienationem turris, quæ eſt propugnaculum totius familiæ, vel domus, vel Caſtri, eò quia fuit maiorum ſuorũ, vel prohibuit alienationem bonorum, quia vult ea conſeruari in familia; talibus enim caſibus etiam ſi prohibitio expreſsè facta eſſet filijs, nihilominus includuntur nepotes; hoc probatur ex doctrina Bart. in l. pater filium §. fundum ff. de leg. 3. & expreſsè tenet Iaſ. in l. filiusfamilias. §. diui. in 2. lect. num. 146. verſ. tenendo tamen. Crott. num. 127. Ripa num. 108. Ferdin. Loaz. num. 186. verſ. qua communi. ff. de leg. 1. Socin. ſen. conſ. 43. num. 1. vol. 3. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 4. num. 29. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 6. tit. 14. num. 23. ratio namquè prohibitionis ampliat ipſam prohibitionem l. cum pater. §. dulciſſimis. ff. de leg. 2. ita ut cenſetur eſſe realis, & in rem facta.

16 Declaratur quintò caſus quia licet prohibitio alienandi ad hæredes hæredum tranſeat, non tamen tranſit indifferenter, nàm ſi facta eſt vt bona perpetuò remaneant in familia vel agnatione, receptum eſt quòd non porrigitur vltra quartũ gradũ poſt teſtatorẽ; ſed ſi facta eſt ex ea ratione expreſſa quia teſtator voluit bona perpetuò peruenire ad eius deſcendentes vel poſteros, tunc eadem prohibitio alienandi porrigitur non ſolùm vltra quartum gradum, ſed etiam vſquè in infinitum. Iaſ. in d. l. filiusfamilias. §. diui. numer. 113. in 1. lect. cum allegatis, & numer. 155. in 2. lect. Ruin. conſil. 124. numero 2. lib. 2. Craſſ. in §. fideicommiſſum. quæſt. 19. numero 2. Petr. de fideicom. quæſt. 8. numer. 32. & ſeqq. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 2. numero 21. latè Fuſar. de fideicomm. ſubſt. quæſt. 381. num. 17. & ſeqq. qui omnes alios recenſent.

17 Licentia autem alienandi, vtrùm tranſeat ad hæredes, & ſucceſſores illius cui conceſſa eſt, adeòut ipſi hæredes & ſucceſſores vti poſſint eadem licentia eo modo quo vti poterat defunctus, nunc meritò videndum eſt.

Pro affirmatiua enim eſt tex. in l. ſicut §. ſi debitori. ff. quib. mod. pign. vel hipot. ſolu. vbi conceſſa licentia debitori de vendendo pignus, cenſetur cõceſſa etiam eius hæredibus, & ſuadet ratio, quia hæres reputatur eadem perſona cum defuncto. §. 1. in auth. de iureiur. à morient. præſt. & quia vnuſquiſque præſumitur hæredibus ſuis proſpicere l. ſi pactũ. ff. de probat. cap. 1. de duob. fratr. à capit. inueſt. & hanc partem tenet Iſern. in c. imperialem. num. 10. in fin. de prohibit. alien. feud. per Federic. & poſt eum Aluar. ibi num. 14. Capicc. deciſ. 121. num. 11. & Roland. conſ. 6. nu. 22. lib. 3. Surd. conſ. 353. nu. 18. vol. 3. ibi enim dicunt quòd licentia conceſſa alicui de vendendo feudum, cenſetur conceſſa etiam filijs ſuis: & Bald. in cap. 1. §. ſi quis vero il. 1. numero 7. in fin. de pace iuram. firm. dicit quòd licentia data defuncto tranſit ad hæredem.

Pro negatiua verò adducitur tex. in l. ſi marito. §. ſi voluntate. ff. ſolut. matrim. vbi conſenſus præſtitus patri per filiam non cenſetur præſtitus eius hæredibus, & facit ratio, quia in contractibus quicquid non exprimitur, habetur pro omiſſo. l. quicquid adſtringende ff. de verb. oblig. & à ſignificatione verborum in dubio recedendum non eſt. l. 1. §. in re igitur dubia. ff. de exercit. act. l. non aliter. ff. de leg. 3. & partem iſtam negatiuam tenet Marin. Frecc. de ſubfeud. lib. 2. autorit. 1. ſect.

quintò

quintò quæro: vbi ex profeſſo. & Natta. conſ. 164. vol. 1. Corbul. de iure emphit. de cauſ. priuat. ob alien. ampliat. 11. & ad tex. in d. l. ſicut §. ſi debitori ff. quib. mod. pign. vel hipot. ſolu. reſpondent quòd ibi licentia alienādi conceditur debitori ſub nomine appellatiuo, debitoris, & quod hæres poſt aditam hæreditatem pariter debitor eſt l. debitor. ff. de verb. ſignific. Ego autem puto difficultatem iſtam conciliandam eſſe cum hac diſtinctione, nàm aut licentia alienandi conceſſa alicui, conceſſa eſt ſub nomine appellatiuo prout loquitur tex. in d. §. ſi debitori; & hoc caſu locū habet diſpoſitio eiuſdem textus, quod cenſetur etiam conceſſa eius hæredibus ex regula l. ſi neceſſarias. §. de vendendo. ff. de pignor. act. l. ſtipulatio iſta habere licere in princ. verſic. ſed ſi ſe ff. de verb. obligat. l. veteris. l. fin. C. de contrah. ſtipulat. quam concluſionem tenet quoquè & tuetur Roſental. de feud. capit. 9. membr. 1. concluſ. 37. poſt alios, quos ipſe recenſet in lit. A. ad textum autem in d. l. ſi marito. §. ſi voluntate ff. ſolut. matrim. reſpondetur quòd in caſu illius legis, filia tenetur conſentire patri ex neceſſitate, non autem ſic tenetur conſentire hæredi, & hac de cauſa ad eam non extenditur; ità reſpondent Bart. & Ang. in d. l. ſicut §. ſi debitori. ff. quib. mod. pign. vel hipot. ſolu. Aut licentia huiuſmodi cōceſſa eſt alicui nominatim, & expreſſo eius nomine, ità vt ex iſto vel ex alio reſpectu conſtare poteſt conceſſionem ipſius licentiæ eſſe perſonalem, & reſtrictam ad perſonam illius cui conceſſa eſt, & tunc non tranſit ad illius hæredes, vel ſucceſſores, & ſic in hoc ſenſu loquuntur Marin Frecc. de ſubfeud. lib. 2. autor. 1. ſect. quintò quæro num. 6. Natta conſ. 164. num. 8. vol. 1. Ruin. conſ. 39. numer. 11. propè finem & num. 12. vol. 1. & dixi ſuperius num. 4. & num. 7.

18 Declaratur quia licèt licentia alienandi conceſſa alicui ſub nomine appellatiuo cenſeatur etiam conceſſa eius hæredibus ac ſucceſſoribus, tamen intelligitur de hæredibus & ſucceſſoribus vniuerſalibus, non de ſucceſſoribus ſingularibus. Afflict. deciſ. 335. num. 17. Marin. Frecc. in loc. cit. ſub. num. 4. Roſental. de feud. cap. 9. memb. 1. concluſ. 37. num. 4. poſt Camerar. & Mozz. per eum citatos; ſucceſſor enim ſingularis non eſt eadem perſona cum defuncto ad tex. in l. quædam. §. is autem. iuncta l. ſi quis ex argentarijs. §. cogentur. ff. de edend. ex quo tex. in d. §. is autem, colligunt ibi Doctores, quòd appellatione hęredum, ac ſucceſſorum veniunt hæredes & ſucceſſores vniuerſales, non ſucceſſores ſingulares, quod quidem dictum, vt appellatione hæredum vel ſucceſſorum non veniant ſucceſſores ſingulares, & ſi regulariter verum ſit, tamē fallit in certis caſibus recitatis per Alex. conſ. 193. vol. 2. Peregr. de fideicom. art. 32. num. 84. Fuſar. de fideicom. ſubſt. quęſt. 341. num. 4. & ſeqq.

19 Declaratur pariter quia ſi huiuſmodi licentia alienandi concederetur per viam priuilegij, tunc in tranſmiſſione eiuſdem licentiæ ſeruanda eſſet regula ipſius priuilegij, de qua videbimus in caſu 23.

20 Sed numquid prohibitio vel etiam licentia iſta alienandi tranſeat contra hæredes & ſucceſſores prohibentis vel ipſam licentiam concedentis, illosquè obliget, & afficiat ità vt is cui prohibita eſt alienatio, vel hæredes eius poſſint alienare poſt mortem prohibentis, vel ſi is, cui conceſſa eſt licentia alienandi, ſiuè hęredes eius, non alienauerint in vita eiuſdem concedentis, poſſint alienare poſt mortem illius: ſic reſoluitur quæſtio hæc. Aut loquimur de ſucceſſore hærede ipſius prohibentis, ſiue licentiam concedentis, & non eſt dubiū quòd is obligatur, niſi conſtet de eiuſdē prohibentis, vel concedentis mente contraria l. cùm à matre. C. de rei vendic. l. ex qua perſona ff. de reg. iur. l. ſi ab eo C. de liber. cauſ. in ſpecie de licentia alienandi Roſental. de feud. cap. 9. memb. 1. concluſ. 37. num. 5. Aut loquimur de ſucceſſore non hærede, puta de Prælato, & ipſe non obligatur, vt de hac licentia Prælati tenet Gabriel. conſ. 83. lib. 1. & Corbul. de emphit. tit. de cauſ. priuat. ob alien. ampliat. 6. ſed tamen in terminis Prælati tàm quoad prohibitionem quàm quoad licentiam alienandi non eſt recedendum à regula inferiùs tradita in caſu 28. numer. 93. & ſeqq. & ibi etiam num. 126. & ſeqq. dicam de ſucceſſore Principis & Regis, & nu. 109. de ſucceſſore in feudo.

*SVMMARIVM.*

1 *Ius accreſcendi eſt tacita quædam ſubſtitutio, introductum ne quis decedat pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus.*

2 *Ius accreſcendi in hæreditate quoad proprietatem tranſmittitur ad hæredes: etiam ante quam veniat caſus iuris accreſcendi, 3.*

4 *Ius accreſcendi coniunctum cum ſubſtitutione directa, facit illam tranſmiſsibilem, & idem dum eſt coniunctum cum fideicommiſſo conditionali.*

5 *Inſtitutus in re certa, dato cohærede vniuerſali tranſmittit ius accreſcendi ad hæredes, & procedit etiam ſi cohæres vniuerſalis repudiet poſt mortem ipſius inſtituti in re certa.6. ac etiam ſi hæres inſtitutus in re certa ſit extraneus.9.*

7 *Paria ſunt nullum habere hæredem; vel talem habuiſſe qui non ſit hæres.*

8 *Ius accreſcendi facilius tranſmittitur, quàm ius ſuccedendi,*

10 *Inſtitutus in re certa tunc demum tranſmittit ius accreſcendi, ſi inſtitutionem ſuam agnouit, & non aliàs.5.*

11 *Ius accreſcendi in hæreditate quoad proprietatem non tranſit in ſingularem ſucceſſorem, ſiue emptorem: intellige ſi vendita ſunt bona ſimpliciter, ſecus ſi vendita eſt hæreditas.12.*

13 *Ius accreſcendi in legato reſpectu proprietatis tranſmittitur in ſucceſſorem vniuerſalem, & ſingularem.*

14 *Portio accreſcit portioni, non perſonæ.*

15 *Ius accreſcendi quoad vſumfructum non tranſmittitur neque ad vniuerſalem, neque ad ſingularem ſucceſſorem.*

16 *Vſusfructus morte finitur.*

17 *Vſusfructus non accreſcit portioni, ſed perſonæ.*

## CASVS XV.

*Iuris accreſcendi tranſmiſsio examinatur.*

1 IVs accreſcendi eſt tacita quędam ſubſtitutio l. ſi Titio, & Mæuio. §. Iulianus. ff. de leg. 2. & eſt introductum, ne quis decedat pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, quia vno ex hęredibus inſtitutis ſuã partẽ repudiãte vel excluſo, nec habente ſubſtitutũ expreſſũ, defunctus pro ea parte remaneret inteſtatus, contra. l. ius noſtrũ. ff. de reg. iur. & hanc eſſe rationẽ iuris accreſcẽdi dicit gloſ. vlt. in l. ſeruus cõmunis ab extraneo. ff. de acquir. hæred. Bart. in l. vnic. §. his ita. num. 3. C. de caduc. tollend. & in l. re coniuncti. numer. 25. & num. 59. ff. de leg. 3. Dec. in l. vnic. numer. 16. C. quand. non petent. part. & ibi num. 23. dicit hanc rationem eſſe communiter approbatam, & ſequitur ibi Gutier. nu. 4. & illam cõmunem quoquè, & ab ea non eſſe recedendũ dicit Cagnol. in d. l. ius noſtrum. num. 5. ff. de reg. iur. & Craſſ. in §. ius accreſcendi. quæſt. 3. Gomez. var. reſol. tom. 1. cap. 10. num. 8. & multos adducit Vaſqu. de ſucceſſ. progreſſ. libro 3. in præfat. num. 1. Vnde de tranſmiſſione ipſius iuris accreſcendi agendum eſt, & conſidero infraſcriptos caſus.

2 Primus caſus eſt, an ius accreſcendi in hæreditate quòad proprietatem tranſmittatur ad ſucceſſorem vniuerſalem, puta hæredem, ità quod ſi hæres cui competit, vel competere poteſt ius accreſcendi, decedat poſt aditam ſuam portionem, vel intra tempus quo poteſt tranſmittere; portionem cohæredis repudiatam, vel defectam ad hæredes vniuerſales tranſmittat, & affirmatiue reſoluitur. l. ſi ex pluribus. ff. de ſuis, & legitim. §. fin. inſtit. de ſenat. Orfic. l. hæc ſcriptura. §. cum eadem. ff. de condit. & demonſtrat. l. vnic. §. his ità definitis. verſ. in his itaque. C. de caduc. tollend. & ratio eſt quia portio ſequitur portionem aditam & efficitur illius naturæ, ac qualitatis. l. ſi totam. ff. de acquir. hæred. l. ſi Titio. in fin. ff. de vſufruct. & quemad. quis vtat. ideo ſicut tranſmittitur illa portio quæ adita eſt, ità quoque tranſmittitur alia portio, quę illam ſequitur, & ei accreſcit, & conſequenter ius accreſcendi, nàm ius accreſcendi eiuſdem eſt rationis, & conditionis cuius eſt principale. l. inter ſocerum. §. cum inter. ff. de pact. dotalib. l. ſi ex toto. in princ. ff. de leg. 1. l. etiã. C. de iur. dot. Bald. in l. 1. num. 18. C. quand. non petent. part. Alex. conſ. 20. numero 4. verſ. ſecundò. lib. 1.

3 Ampliatur primò caſus vt procedat etiam ſi alter ex hæredibus inſtitutis decedat antequàm cohæres repudiet vel excludatur, & ſic antequàm eius portio accreſcat, & iuri accreſcendi aperta ſit via, quia adhuc ius accreſcendi ad eius hæredes tranſmittit. d. l. ſi ex pluribus. ff. de ſuis, & legitim. & §. fin. inſtit. de Senatuſc. Orfic.

4 Ampliatur ſecundò, quia ipſum ius accreſcendi coniunctum cum ſubſtitutione directa, quæ tranſmiſſibilis non eſt, facit illam quoque tranſmiſſibilem eſſe. l. cum ex filio. §. fin. ff. de vulg. & pupill. l. qui ex duabus. l. qui patri. ff. de acquir. hæred. & dixi in caſ. 7. nu. 3. 11. 20. & 24. idemque eſt dum eſt coniunctum cum fideicommiſſo conditionali, vt vidimus in primo caſu. nu. 192.

5 Ampliatur tertiò, vt etiam inſtitutus in re certa dato cohærede vniuerſali tranſmittat ius accreſcendi ad hæredes, ſi inſtitutionem ſuam rei certæ agnouit antequàm decederet, & hoc procedit non ſolùm ſi hæres ipſe vniuerſalis repudiet, vel excludatur viuente inſtituto in re certa, de quo nullum eſſet dubiũ,

tex.

tex.in l.1.§. ex fundo. ff. de hæred. inſtit. ſed
6 etiam ſi repudiet, vel excludatur poſt mortẽ
eiuſdem inſtituti in re certa. Bart. in l. ex fa-
cto.la grande.num.5.ff.de hęred.inſtit.Alex.
in l.quoties.num.5.verſ.ſi vero antequàm hę
res.& ibi Salicet.in 3.quæſt.& Iaſ.num.7.C.
eod.tit.idem Alex.conſ.58.numer.3.4.& 5.
lib.3.dicit quod iſtam opinionem legendo,&
conſulendo ſecutus eſt; & pro hac parte facit
tex.in d.l.ſi ex pluribus. ff. de ſuis & legitim.
§. fin. inſtit. de Orfician. vbi inſtitutus dece-
dens tranſmittit ius accreſcendi ad hęredes
etiam ſi decedat antequàm ſit aperta via eidẽ
iuri accreſcendi; & adducitur ratio, quòd ſi
inſtitutus in re certa non habet cohæredem
vniuerſalem,ſtatim ipſe eſt hæres in ſolidum.
d.l.1.§.ſi ex fundo. ff. de hæred. inſtit. vnde
idem eſt ſi habuit cohęredem qui non adiuit,
7 cùm paria ſint nullum habuiſſe hæredem, vel
talẽ habuiſſe qui non ſit hæres.l.2.§.ſed ſi ſint
ſui.ff.ad Tertyll.l.vnic.§.penult.C.de caduc.
tollend.Contrariam tamen ſententiam,quod
ſi inſtitutus in re certa decedat antequam hę-
res vniuerſalis repudiet hæreditatẽ, vel aliàs
excludatur, non tranſmittat ius accreſcendi
ad hæredes,tenent Ang.& Imol.in d.l.1.§. ſi
ex fundo.ff. de hæred.inſtit. idem Imol. in d.
l.ex facto.& in c. Raynutius.num.40. de te-
ſtament.Philip.Franc. in c. ſi pater. num.26.
& in repetit.num.62.de teſtam.in 6. mouen-
tur ex eo,quia cùm hæres vniuerſalis non re-
pudiaſſet in vita eius qui eſt inſtitutus in re
certa,per conſequens non erat eidem inſtitu-
to in re certa,delata hæreditas.l. delata.ff. dę
verb. ſignif. quia tunc habebatur loco lega-
tarij.d.l.quoties.C.de hæred.inſtit.nec ideo
eam tranſmittere potuit.l.vnica.§.in nouiſſi-
mo.C. de caduc. tollend. & ad tex. in l. ſi ex
pluribus. reſpondent quòd non loquitur in
inſtituto in re certa qui viuens habetur loco
legatarij, ſed loquitur in inſtituto in quota
hæreditatis,qui ante mortem erat hæres: ſed
tamen prima opinio verior eſt; & ad ea quæ
in contrarium adducuntur, reſpõdetur quod
inſtituto in re certa videtur delata eſſe hære-
ditas vniuerſalis ſub tacita conditione,ſi hæ-
res vniuerſalis repudiabit, quæ tacita condi-
tio ineſt à lege,& conſequenter non ſuſpen-
dit quoad tranſmiſſionem, nec facit diſpoſi-
tionem conditionalem quoad tranſmiſſionẽ
impediendum.l. conditiones extrinſecus.ff.
de condit. & demonſtrat, ſic enim reſpondet
Alex.in d.l.quoties.num. 5. ad finem. & Iaſ.
num.7.idem Alex.conſ.58.num.4.lib.3.prę
terea reſpondetur aliud eſſe in tranſmiſſione
hæreditatis,& aliud in tranſmiſſione iuris ac
8 creſcendi, nam ius accreſcendi facilius tranſ
mittitur, quàm ius ſuccedendi.l. ſi ex pluri-
bus.ff.de ſuis & legitim.ita Ripa in l. re con-
iuncti.num.86.verſ.iſtud fundamentum. ff.
de leg.3.
9 Subampliatur hęc tertia ampliatio vt pro-
cedat,ſiue inſtitutus in re certa ſit filius, ſiue
ſit extraneus; nàm hærede vniuerſali repu-
diãte,tunc hæres inſtitutus in re certa,quam
uis ſit extraneus venit ad totam hæreditatẽ
per ius accreſcendi, & conſequenter illud ad
hæredes trãſmittit, vt poſt Iacob.Butr.Bart.
Spec.Ioan. And.Petr.Ang.& Imol.tenet Be
nedict.in repet.c.Raynutius.verb.in eodem
teſtamento relinquens.1.num.266.& ſeqq.
vbi articulum iſtum diſputat ex vtraque par
te.
10 Declaratur hæc tertia ampliatio, vt tunc
demum hæres in re certa inſtitutus tranſmit-
tat ius accreſcendi, ſi in vita agnouit dictam
inſtitutionem ſuam rei certæ, ſecus ſi eam nõ
agnouit, nam licet ipſam rem certam tranſ-
mittat ſine agnitione tanquàm legatarius ex
eo quia habet naturam legati.Bart.in l.ex fa-
cto.la grande.num.3.ff. de hæredib. inſtit. &
ibi Bald.verſ. primo. & Paul. de Caſtr. in l.
quoniam ſororem.numer.2. C.de iure delib.
Crauet.in l.cum filiofamilias.in 2.part.num.
265.ff.de leg.1.Alex. conſ. 211. num.2. lib.
7.Capra conſ.6.num.17. & conſ. 118. nu.6.
& 7.tamen ſine agnitione non tranſmittit ius
accreſcendi, quod eſt aliquid hæreditatis ex
tex.in d.l.quoniam ſororem. C. de iure deli-
ber.& ità tenet Bart.in d.l.quoties.in fin.ver-
ſic.item tranſmittit.& ibi Iaſ.numer.7. circa
medium.C. de hæred. inſtit. licet de hoc du-
bitare videatur Ripa in l. re coniuncti. num.
88.ff.de leg.3.
11 Secundus caſus eſt, an ius accreſcendi in
hæreditate quoad proprietatem tranſmitta-
tur ad ſucceſſorem ſingularem, puta ad em-
ptorem hæreditatis; hic caſus valdè à Docto-
ribus controuertitur, nam partem affirmati-
uam quòd tranſmittatur ad emptorem tenet
Bart.in l.re coniuncti. num. 26.& ibi Crott.
num.48.verſ.quid tenendum. & num. 49. in
fin.vbi dicit iſtam eſſe veritatem.ff. de leg. 3.
Curt.iun.in l.vnic.C.quand.nõ petent. part.
Duaren.de iure accreſcend. lib.2.c. 6. Man-
tic.de tacit.& ambig.conuent.lib.4.tit.11.&
pro hac parte facit ratio, quia in emptorem
hæreditatis tranſeunt ipſo iure omnia iura
vtilia eiuſdem hæreditatis, & is habetur in
omnibus loco hæredis.l.2.in princ. & §.non
tan-

tantùm.& §. cum quis.ff. de hæred.vel act.
vend. Et quia ius accreſcendi non accreſcit
cohæredi poſtquàm reſtituit fideicommiſſa-
rio,ſed accreſcit eidem fideicommiſſario.l.Pa
pinianus.ff.ad Trebell.ſic in hoc caſu non vi-
detur accreſcere venditori ſed emptori, ad
idem eſt tex.in l.ſi totam.ff.de acquir.hæred.
vbi qui perdit portionem, perdit ius accre-
ſcendi, licet nomen hæredis retineat, & tan-
dem quia ius accreſcendi ſequitur rem, &
portionem,non perſonam.d.l.ſi totam.l. hæc
ſcriptura.§.cum eadem.ff.de condit. & de-
monſtrat.l.ſi titio.in fin.ff.de vſufruct.& quē
adm.quis vtat.Contrariam autem ſententiã,
quod ius accreſcendi non tranſeat ad empto-
rem amplexus eſt Petr.de Bellapertic. in l. re
coniũcti.ff.de leg.3. & illũ ſecutus eſt. Rain.
de Forl. & Florian.in l.1.§. interdum.ff. de
vſufruct. accreſcend.Salicet.in l.vnic.& ibi
Iaſ.num.20. C. quand. non pet. part. Raph.
Cum.in l.Papinianus.ff.ad Trebell.idem Iaſ.
in d.l.re coniuncti.num.125.& ſeqq.vbi nu.
141.& 142.dicit ab hac opinione tanquam
communi in conſulendo,& iudicando non eſ
ſe recedendum, & illam tenet Vaſqu. de ſuc-
ceſſ.progreſſ.§.21.nu.65. Gomez. var. reſo-
lut.tom.1.cap.10.nu.44.Fachin.controuerſ.
iur.lib.5.cap.101.lib.10.cap.3.& cap.69.&
pro hac parte cõſideratur principaliter,quod
ius accreſcendi non habet locum inter ſucce-
dentes diuerſo iure.l. ſed cum patrono.ff. de
bonor.poſſeſſ.ſed emptor ſuccedit ex contra-
ctu, is autem cuius portio deficit ſuccedit ex
teſtamento; Et quod in emptorem hæredita-
tis non tranſeunt actiones niſi quæ de tempo
re venditionis competebant. l. hæredem.ff.
mandat. quodquè venditor hæreditatis reti-
net iura directa,cùm videatur poſſidere hęre-
ditatem etiam poſtquàm vendidit eam.l.4.§.
vlt.ff.ſi quis omiſſ.cauſ.teſtam.

12 In hac difficultate credo prius inſpiciendũ
eſſe quod actum eſt.l.2.§.ſi venditor.ff.de hę
red.vel action.vend.facit l.ſi à colono. in fin.
ff.de verb.obligat.l.ſolemus.ff. de iudic. l. 1.
§.ſi conueniat.ff. depoſit. & ſi de incremento
prouenienteex iure accreſcendi nihil actum
eſt;tunc aut venditor vendidit bona ſimplici-
ter,aut vendidit hęreditatem;ſi vendidit bo-
na ſimpliciter ẽt ſi dixerit oĩa bona, intelligi-
tur de bonis præſentibus tantum non etiã de
futuris Crauet.conſ. 139. num.4. & 5. & ſic
non cenſetur compræhenſum ius accreſcen-
di, & conſequenter illud ad emptorem non
tranſit:Aut vendidit hęreditatem,& tunc ius
accreſcendi cenſetur in venditione compræ-
henſum, & ſic tranſit ad emptorem iuxta opi
nionem Bart.& ſequacium;quia in vniuerſa-
libus, ſiue de ſui natura collectiuis, vt in pe-
culio,familia,grege,hæreditate,& ſimilibus,
inſpicitur non ſolùm tempus venditionis,ſed
etiam omne futurum incrementum conſide-
ratur,vt de peculio eſt tex. in l. peculium. ff.
de leg.2.§.ſi peculium.inſtit.de legat. De fa-
milia.d.l.peculiũ.de grege.l.grege.l. ſi grege.
ff.de leg.1.§.ſi grex.inſtit.de legat. De hęredi
tate Bald.conſ.196.nu.6.vol.4.Crauet.conſ.
139.num.4. & 5.facit.l.nihil eſt.ff.de verb.ſi-
gnif.l.hęreditas. ff. de reg. iur. nec obſtat qđ
emptor,& is cuius portio deficit, ſuccedãt di
uerſo iure, quia imò ſuccedunt eodẽ iure cõſi
derando perſonã venditoris in cuius locũ ſuc
cedit emptor,qđ ſatis eſt vt dicatur eodẽ iu-
re ſuccedere,cũ & ipſum ius accreſcendi trãſ-
mittatur ad hæredes, qui hæredes diuerſo iu-
re ſuccedunt: nec obſtat. l. hæredem. ff. man-
dat.quia de tempore venditionis competebat
ius ad portionem deficientem, cùm repudia-
tio hæreditatis retrotrahatur ad diem mortis
teſtatoris.l.1.§.vtrum.ff.ſi quid in fraud. pa-
tron.l.ſi tibi homo.§.cum ſeruus.ff. de leg.1.
nec obſtat quod vẽditor hęreditatis retineat
iura directa, quia etiam emptor habet actio-
nes vtiles,& vicem hęredis obtinet:l.2.§. cũ
quis.ff.de hęred.vel action.vendit.prout nec
obſtant alia ſimilia in contrarium adducta,
quibus omnibus reſpondet Fachin. contro-
uerſ.iur.d.lib.10.cap.69. & Mantic. de tacit.
& ambig.conuent.lib.4.tit.11.

13 Tertius caſus eſt in legato,nempe an ius ac
creſcendi in legato, reſpectu proprietatis trãſ
mittatur, & affirmatiuè reſoluitur, vt ius ac-
creſcendi hoc caſu non ſolùm in ſucceſſorem
vniuerſalem ſed etiam in ſucceſſorem ſingu-
larem,puta donatarium,vel emptorem tranſ-
14 mittatur, namquè portio accreſcit portioni,
non perſonę.l.ſi Titio.in fin.ff.de vſufruct.&
quemad. quis vtat.l.hęc ſcriptura. §. cum ea-
dem.ff.de condit.& demonſtrat. Bald. in l. 1.
num.18.C.quand.non petent.part.Alex.cõ-
ſil.24.num.8.lib.5. & ſic in terminis iſtius ca
ſus tenet Bart.in l.re coniuncti. num.26. &
ibi Bologn.num.266.vbi de communi. ff. de
leg.3.Craſſ.in §.ius accreſcendi.quęſt.12.nu.
8.& cum Bart. ibi tanquàm de re aperta ſim-
pliciter tranſeunt cęteri, vt dicit Vaſqu. de
ſucceſſ.progreſſ.§.21. num.72. quàmuis hoc
impugnare,contrariamquè partem is deffen-
dere cogatur.

15 Quartus caſus eſt de iure accreſcendi quo-
ad vſumfructum & iſtud ad hęredes vniuer-

ſales

ſales non tranſmittitur. Bart. in l.re coniſicti. nu.26.Iaſ.nu.123.Lancell.Polyt.nu.52. ff. de leg.3.Craſſ.in §.ius accreſcẽdi.quæſt.12.
6 nu.3.& rõ eſt,quia vſusfructus morte finitur l.ſicut in annos.§. morte.ff. quib. mod. vſusfruct.l. ambiguitatem.C. de vſufruct.§. finitur.inſt.eod. tit. nec pariter tranſmittitur ad ſucceſſorem ſingularem, quia vſusfructus nõ
7 accreſcit portioni,ſed perſonæ,l.interdum.ff. de vſufruct. accreſcend.l. & an eadem.§. qui cum partem.ff.de except.rei iud.

*SVMMARIVM.*

1 *Ius & facultas declarandi voluntatem defuncti non egreditur eius perſonam,nec trãſit ad hæredes : neque ad filios.8. nequè per viam ceſsionis.9.*

2 *Secretum voluntatis ſoli Deo patet , qui ſolus eſt intentionis hominum ſcrutator.*

3 *Facultas declarandi libellum obſcurum , vel aliam propriam voluntatem ad hæredes nõ tranſit.*

4 *Declaratio voluntatis defuncti fienda eſt per iudicem & fieri debet mediantibus coniecturis: aliquando fit per aduocatos , aliquando per interpretes.num.5.*

6 *Declaratio cadit in obſcuro vel dubio , Electio autem in incerto.*

7 *Sẽtentiam,vel inquiſitionem præceſſoris ambiguam iudex ſucceſſor declarare non poteſt,ſi declaratio conſiſtit in mera voluntate & arbitrio;ſecus ſi in coniecturis.*

10 *Ius declarandi voluntatem defuncti tranſit ad hæredes,quando declaratio nulli præiudicare poteſt : etiam ſi lucrum alteri minueretur,vel ceſſaret.11.*

12 *In vltimis voluntatibus poſſunt hæredes aliquando declarare voluntatem teſtatoris.*

13 *Contractus initos ex cauſa lucratiua , hæredes declarare poſſunt.*

14 *Ius declarandi voluntatem tertij tranſit in ſingularem ſucceſſorem habentem cauſam ab eo.*

15 *Facultas declarandi voluntatem defuncti quoad executionem tranſit ad hæredes.*

16 *Hæres benè informatus de voluntate defuncti,poteſt eam declarare:ſed refellitur.*

17 *Ambiguitas , quæ conſiſtit in iure , declarari poteſt ab hærede.*

18 *Executoribus teſtamenti permiſſum eſt declarare voluntatem teſtatoris eodem modo quo permiſſum eſt hæredibus.*

## CASVS XVI.

*Ius declarandi voluntatem defuncti, an tranſmittatur.*

1 IVs & facultas declarandi voluntatem defuncti perſonam eius non egreditur, neque ad hæredes tranſmittitur. gloſ. in l. idẽ Põponius. §. fin.in verb.appareat.ff. de rei vendic. Innoc. in c.cum dilectus. verſ. hoc autem. de ſucceſſion.ab inteſt. Bart. in d. l. idem Pomponius. §.fin.num.1.& ibi Bald.idem Bart. in l. inter ſtipulantem.§.1.num.3. & ibi Alex. num.8. ff.de verb.obligat. Bald. in l. ſi quis intentione.not.2.ff.de iudic.& in l. ſi quis à filio.§. ſi quis plures.verſ. nota ergo. & ibi Ang. verſ. in eadem gloſ.ff.de leg.1.Bart. in l. naturaliter.§.nihil commune. num.13. ff. de acquir. poſſeſ.Ang.conſ.274.ſub num.1.verſ.tamen quia.Felin.in c.cum veniſſent.nu.2.vbi Dec. num.6.de iudic.idem Dec.in l.hæredem.nu. 6.ff.de reg.iur.Iaſ.in l.ſi ſtipulatus fuerim.numero 3. verſ. limita.ff. de verb. obligat. cum alijs quos allegant Gabriel. concluſ.3. num. 74.de reg.iur. & Tiraquel. in l.ſi vnquàm.in verb.reuertatur.nu.302. C. de reuoc.donat.
2 & ratio eſt quia ſecretum voluntatis ſoli Deo patet,qui ſolus eſt intentionis hominum ſcrutator.gloſ.in l.2. ff. de interrog. action. hinc dicimus quòd animus in mente retentus nihil operatur l. ſi repetendi.C. de condict. ob
3 cauſ.Ex quo infertur libellum obſcurum non poſſe declarari niſi ab ipſo libellante,facultatemquè declarandi ipſum libellum ad hæredes libellantis non tranſire Felin. in c.2. ſub num.16.verſ.limita dummodo.de libell.oblat.& in c.cum veniſſent.numer.2.&ibi Dec. numero 6.de iudic.Ang.in d.l.idem Pomponius.§.fin.ff.de rei vendicat.& in l.ſi quis intentione.num.4.ff. de iudic. Iaſ. in l.ſi quis à filio.§.ſi quis plures.num.4.ff.de leg.1.Surd. conſ.167.numer.17.vol.2. Roland.conſ.66. num.12.vol.4.

Infertur quoquè quòd ſi teſtator reliquit vxori ſuæ alimenta , ſi voluerit cum filijs ſuis morari,ſin autem fundum; & mulier decedat antequàm declaret ſe velle morari cum ipſis filijs,quod non tranſmittit legatum fundi ad hæredes Bald. in l. ſi ita expreſſum. ff. de condit.& demonſtrat.

Ac item infertur quòd ſi legatum relictum ſit alicui;ſi ei placebit;idemquè legatarius decedat non facta declaratione ſuæ complacentiæ, vel voluntatis, quòd non tranſmittit ius decla-

declarandi, nec legatum ad hæredes Ang.
conſ.293.

4 Hæc autem declaratio voluntatis defuncti
fienda eſt per iudicem.l. voluntatis. C. de fi-
deicomm. Bart. in d.l. ſi quis à filio. §.ſi quis
plures.in fin.ff.de leg.1. mediantibus ſcilicet
coniecturis recitatis in gloſ. vlt. in l.ſi ſeruus
plurium.§.vlt.ff.de leg.1. & quandoque fien
5 da eſt mediantibus aduocatis quibus teſtator
voluntatem ſuam aperuit conſulendo eos ſu-
per ordinatione teſtamenti, dummodo teſta-
mentum factum ſit incontinenti poſt conſi-
lium ſecus ſi ex interuallo, vt poſt Ang.Imol.
Alex.& Zaſ.tradit Mantic.de coniect. vlt.vo
lunt.lib.3.tit.1.num.33.& quandoquè etiã
mediante interpræte, vt quando teſtamentũ
ſcriptum eſſet externo idiomate.Bald.in l.di-
rectas.C.de teſtam.manumiſſ.Mãtic. loc.cit.
num.34.per tex.in l.1.§.fin.ff.de verb.oblig.
6 ſciẽdum eſt autem quòd declaratio & electio
differunt inter ſe, quia declaratio cadit in ob-
ſcuro, vel dubio, vt ſi teſtator expreſſit nomẽ
proprium, ſed erant plures habentes idem no
men: Electio vero cadit in incerto, vt quan-
do teſtator legauit rem incertam de certa &
non expreſſit nomen proprium.Bald.in d.l. ſi
quis à filio §. ſi quis plures.ff. de leg. 1. Paul.
de Caſtr.in l.qui duos.num.1. ff.eod. tit. Si-
mon de Præt.de interpręt.vlt.volunt.fol.14.
nu.19.& ſentit Bart.in l.quicquid aſtringen-
dæ.num.4.ff.de verb.obligat.ex quibus ſi nõ
apparet de volũtate, ſtatur legi, vt l. nummis.
ff.de leg.3.l. ſemper in ſtipulationibus. ff.de
reg.iur.

7 Ampliatur primò caſus, quia neque ſucceſ
ſor in officio poteſt declarare ambiguam ſen-
tentiam, vel inquiſitionem præceſſoris quan-
do declaratio conſiſtit in mera voluntate, pu
ta ſi iudex condemnauit aliquem in vna ma-
nu non ſpecificata dextera; neque ſiniſtra.
Bart.in d.l.inter ſtipulantem.§.1.nu.10.11.
12.ff.de verbor.obligat.Gabriel.qui alios al-
legat.in concluſ.3.nu.85.de reg. iur. licet ſe-
cus ſit, quando conſiſtit in coniecturis, quia
tali caſu poſſet ſucceſſor interprætari Bart. &
Gabriel in locis cit.cum alijs per eũ adductis:
Vel ſi condemnauit aliquem in pęnam exilij
duraturi ad eius arbitrium, & voluntatem, nã
talis declaratio non tranſit ad ſucceſſorem in
officio, ſed extinguitur & finitur morte arg.l.
4.ff.locat.& ſic tenet Bart. in l. centeſimis. §.
fin.num.11.ff.de verb.obligat.Cyn.Bald.Sa
licet.& communiter DD.in l.fin. C. de con-
trah.empt. Contrarium tamen & malè tenet
Gomez.var.reſolut.tomo 2.cap.11.nu.41.

8 Ampliatur ſecundò, vt etiam non tranſeat
ad hæredes ſuos, & ſic ad filios, quia facultas
declarandi continet merum factum in quo
pater & filius non cenſentur eadem perſona.
§.ſed cum factum.inſtit.de ſtipulat.ſeruor.&
per illum tex.Iaſ.in l.cum ſeruus.§.ſi quis ali
cui.num.2.ff. de leg. 1. Ripa in l. naturaliter.
§.nihil commune.nu.140. ff. de acquir. poſ-
ſeſſ.Bologn. in l.edita. ſub numero 80. C. de
edend.

9 Ampliatur tertiò quia ipſum ius declaran-
di, nec cedi poteſt. Tiraq.de retract.conſang.
§.26.gloſ. 1. num. 77. quod tamen intelligi-
tur principaliter, ſecus ſi acceſſoriè, vt dicam.
num.14.

10 Declaratur primò caſus locum habere,
quando declaratio fienda poteſt alteri dam-
num afferre, ſecus ſi nulli damnificare poteſt,
quia tunc poſſunt hæredes declarare, & facul
tas declarandi ad ipſos hæredes tranſit.Bart.
in l.ſi quis à filio.§. ſi quis plures. nu.2. & ibi
Ang.& Iaſ.numer.4.5.& 9.ff.de leg.1. idem
Bart.in l.gęrit.num.17. ff. de acquir. hæred.
Ripa in l.naturaliter.§.nihil commune.num.
139.ff.de acquir.poſſeſſ.Abb.conſ.80.nu.5.
verſ.præterea. vol.2. Iaſ. in l. inter ſtipulan-
tem.§.1.numero 7. & ibi Imol. col. 2. verſ.
item primum dictum. ff. de verbor. obligat.
Paul. de Caſtr. conſil. 148.numero 3.lib.1.
Et hoc modo intelligitur dictum Corn.
conſ.302.numero 5.vol.4.& Signorol.conſ.
126.num.22.verſ.interdum: qui ſimpliciter
dixerunt interprætationem ambiguæ volun-
tatis teſtatoris pertinere ad hæredes, hoc
enim dictum limitatè recipitur, quando ſcili-
cet ex eorũ declaratione alius non læditur; &
ità in ſpecie reſpondet Mantic.de cõiect. vlt.
vol.lib.3.tit.1.numer.27.& multò magis ad-
mittendi ſunt hæredes ad declarandũ ad dam
num & incommodum proprium & ſuorum
hæredum.Ruin.conſ.128.num.15.verſ.item
non obſtat lib.2.Mantic.loc. cit. num.27.&
28. vbi etiam teſtatur ſic tenęre Rotã Rom.
& facit tex. in l. ſi filius ff. de interrogat.
action.

11 Ampliatur declaratio vt procedat etiam ſi
per declarationem fiendam minueretur alte-
ri lucrum, vel illud ceſſaret quia adhuc ſi non
emergit damnũ poſſunt hęredes declarare li-
cet lucrum minuatur, vel ceſſet.Bart.in d.l. ſi
quis à filio.§.ſi quis plures. num.2. & ibi Iaſ.
num.5.ff. de leg.1.idem Bart.in l.gerit.num.
17.in fin.ff.de acquir.hæredit.

12 Declaratur ſecundò caſus, & iſta declara-
tio pendet ex præcedenti, vt locum habeat in

iudi-

iudicialibus, ſecus in vltimis voluntatibus, quia hæredes in vltimis voluntatibus poſſunt aliquando declarare voluntatem teſtatoris. Bart.in l.inter ſtipulantem.§.1.num.4. verſ. ſed contra.ff.de verbor. obligat. Bald. in l.ſi quis à filio.§.ſi quis plures.verſ.& ſic nota.& ibi Iaſ.num.4.ff.de leg.1.idem Bald. in l. idẽ Pomponius.§.fin.ff.de rei vendicat.Socin.in l.cum quæritur.num.2. verſ. prima eſt. ff. de reb.dub.vt quando teſtator legando ſenſit de certa re,licet non appareat de qua re,tunc declaratiò ſpectat ad hæredes.l.ſi quis à filio. §. ſi quis plures.l.ſi domus.l.legato generaliter. ff.de leg.1.Craſſ.in §. legatum.quæſt.62. & ratio iſtius declarationis eſt ratio ipſius declarationis præcedentis,quia ſcilicet talis declaratio poteſt bene operari lucrum, ſed non damnum, & poteſt prodeſſe legatarijs, non damnificare.Bart. in d. l. inter ſtipulantem. §.1.num.4. Socin. in d.l. cum quæritur. & Iaſ. in d. §.ſi quis plures.numer.4.cùm damnum dicatur, quando diminuitur patrimonium, quod iam eſt ſuum.l.3.ff.de damn.infect.

13 Declaratur ſucceſſiuè & tertiò Caſus, vt pariter locum non habeat in contractibus initis ex cauſa lucratiua, quia cũ declaratio hoc caſu non poſſit damnificare,& non poſſit continere niſi lucrum, ob id ad hæredes tranſit. Bald.in d.l.idem Pomponius.§. fin. ff. de rei vendicat.Socin.in l.cum quæritur.numer. 2. verſ.prima eſt.ff.de reb.dub. ſecus tamẽ eſſet in contractibus ex cauſa oneroſa, vt ibi per eundem Socin.

14 Declaratur quartò, nàm quando ius tertij tollit ius agentis ipſo iure non ſimpliciter, ſed conditionaliter; ſi velit; prout regulariter requiritur in omni diſpoſitione, cùm quælibet diſpoſitio concernens fauorem certæ perſonæ intelligatur ipſa volente, & declarante iuxta tradita per Tiraq.in tract.le mort ſaiſit part.7.declarat.1.numero 4.cum ſeqq. tunc ſicut facultas opponendi de iure ipſius tertij tranſit in ſingularem ſucceſſorem habentem cauſam, vel ceſſionem ab ipſo tertio. Aret. in l. cum ſeruum.numero 3.C. de ſeruis fugit. Dec.conſil.247.numero 8.verſ. non obſtat quod Dominus. Socin. iun. conſ. 101.num.28.lib.2.Crauet.conſil.166.num. 16.& conſ.pro genero.num.399.Surd.deciſ. 308.num. 1. ità pariter in ipſum ſingularem ſucceſſorem tranſit acceſſoriè ius declarandi dictam voluntatem ipſius tertij. Socin. in l. qui cum.num.8.in fin.& nu. 9. ff. de except. rei iudic. Gabr. de reg.iur.concl.3.num. 77.

15 Declaratur quintò caſus, vt tunc facultas declarandi voluntatem defuncti non tranſeat ad hæredes, quando in voluntate ipſius defuncti conſiſtit ſubſtantia diſpoſitionis, ſecus quando ſola executio ipſius diſpoſitionis tantùm; morte enim illius executio ſortiri debet ſuum effectũ.l.fin.verſ.poſteriore. ff. qui ſine manumiſſ.ad libert.peruen.iccirco facultas declarandi voluntatem quoad executionem, benè tranſit ad hæredes.Iaſ.in l. poſt dotem.num.49.& ſeqq.ff.ſolut.matrim.

16 Declaratur ſextò, quia ſi hæres eſſet benè informatus de voluntate defuncti, tunc poſſet libellum, vel aliam defuncti voluntatem indiſtinctè declarare. Plott. de in lit. iurand. §.29.num.9. allegat gloſ. in l. generaliter. in verb. a principali.C.de reb.cred. & Socin. in l.pen.§.fin.num.7.in fin.ff.ne quis eum: verũ quia difficile eſt notam habere voluntatem alterius, cùm ſolus Deus ſit cordium ſcrutator gloſ.in d. l. 2. ff. de interr. action. & difficilis eſt probatio iſtius notitiæ, ideo vix declaratio iſta practicari poteſt.

17 Declaratur ſeptimò caſus, nàm vbi declaratio fit à lege, vt quando declaranda eſt ambiguitas quæ conſiſtit in iure, tunc ità poteſt fieri in perſona hæredis ſicut in perſona defuncti, vel libellantis ſi viueret, quia lex ſemper eodem modo loquitur tàm de tempore hæredis, quàm de tempore defuncti.l. Arriani.C.de hæret.& ità vult Alex.conſ.55.num. 16.lib.5.& Ripa in l.naturaliter.§.nihil commune.nu.140.ff.de acquir.poſſ.

18 Ampliãtur ſupradictæ declarationes omnes quia eo modò quo hæredibus permiſſum eſt declarare voluntatem teſtatoris, eodem pariter modo permiſſum eſt etiam executoribus teſtamenti.Bald. conſ.259.vol. 4. Pariſ. conſ.26.num.30.vol.4. Mantic. de coniect. vlt.volunt.lib.3.tit.1.num.21.& 22.

## *SVMMARIVM.*

1 *Dotem ſtipulatam filia decedens ante contractum matrimonium non tranſmittit, ſed ſolutam reſtituit: niſi animo donandi promiſſa eſſet 3.*

2 *Dos non poteſt eſſe ſine matrimonio.*

4 *Legatum relictum ſimpliciter pro dote ab extraneo eſt conditionale, & non tranſmittitur ad hæredes filia ante ſecutum matrimonium decedente: idem ſi dictum eſt pro dote, vt nubat. 5. idem ſi relictũ eſt ſimpliciter nõ habito reſpectu matrimonij contrahendi cũ certa perſona. 6. idem ſi relictum eſt puellæ*

T pau-

pauperi.7.idem ſi relictum eſt puellæ pro monachatione.8.& multo magis ſi erat obligatus dotare, vel ſua intererat mulierem nubere nu, 9.

10 Legatum ſimpliciter relictum pro dote ab extraneo, non eſt conditionale, ſed tranſmittitur, vbi communis vſus loquendi eſt, quod dos deſtinata dicitur dos. & num. 27. Idem quando hæres eſt in cauſa, vt conditio non impleatur. 11. Idem ſi bona legata pro dote cæperint poſsideri ante nuptias. 12. Idẽ quando dos relicta eſt titulo inſtitutionis, 13. Idẽ quando teſtator aliàs relicturus erat etiam nuptijs non contractis 14.

15 Legatum ſimpliciter relictum pro dote à patre naturali tantùm, eſt conditionale & non tranſmittitur filia decedente ante ſecutum matrimonium: quod ampliatur, & limitatur eodem modo, quo dictum eſt de legato relicto ab extraneo. 16. imo filia naturalis vel ſpuria non tranſmittit iſtud legatum pro dote etiam ſecutis nuptijs neque ad liberos. 17.

18 Legatum relictum ſimpliciter pro dote a patre legitimo, & naturali, vel legitimo tantùm, ſiue ab auo qui legitimam relinquere tenentur, vſque ad legitimam eſt purum, & tranſmiſsibile; vltra legitimam eſt conditionale, & non tranſmiſsibile. 19. Si tamen filia dotãda eſt ex forma ſtatuti diſtinguitur. 20.

21 Legatum dotis ſi eſt conditionale, & filia ante nuptias decedat, non tranſmittitur; Purum poteſt ſtatim peti, & tranſmittitur. 24.

22 Legatum relictum ſub conditione ex coniectu rata teſtatoris voluntate tranſmittitur, intellige ſi conditio non defecit.

23 Conditione deficiente, perinde eſt ac ſi diſpoſitio facta non eſſet.

25 Legatum ſimpliciter relictum pro dote à patre, quamuis ſit vltra legitimam, vel extet ſtatutum quod ſtantibus maſculis fœmina non ſuccedat ſed dotari debeat, nihilominus non eſt conditionale, ſi dos filiæ relicta eſt titulo inſtitutionis directæ ſed eſt purum, & tranſmittitur etiam matrimonio non contracto. idem quando colligitur quod quantitas relicta habeatur pro legitima, & quomodo id dignoſcatur. 26.

Idem quando communis vſus loquẽdi eſt quod dos deſtinata dicatur dos. 27.

Idem ſi hares in cauſa eſt, vt conditio non impleatur. 28.

Idem ſi teſtator legauit pro dote mulieris reſpectu certæ perſonæ, cum qua iàm erant contracta ſponſalia: ſed reprobatur. 29.

Idem quando conſtat teſtatorem aliàs relicturum eſſe eandem quãtitatem etiam nuptijs non contractis. 31.

Idem ſi legatum dotis æqualiter relictum eſt pro duabus filijs, quarum vna iàm nupta eſt. 34.

Idem quando pater reliquit filiæ dotem, & interim alimenta. 35.

Idem ſi bona legata pro dote cæperint poſsideri ante nuptias. 36.

27 Dos deſtinata dicitur dos.

30 Nihil reputatur actum, dum aliquid ſupereſt agendum.

32 Voluntas teſtatoris, qui erat aliàs relicturus præualet conditioni appoſitæ legato.

33 Conditio habetur pro impleta quando teſtator erat aliàs relicturus.

37 Legatum dotis relictum ſub modo ſtatim debetur, & à filia tranſmittitur etiam ſi decedat antequàm nubat.

38 Legatum dotis relictum ſub conditione, ſi nubet, decedente legatario antequàm nubat, non tranſmittit legatum.

39 Dictio, ſi, iuncta verbo futuri temporis in his quæ ſunt incerta, facit conditionem.

40 Legatum relictum puellæ ad eam maritandum, vel pro ea maritanda, non tranſmittitur, niſi matrimonio effectuato; niſi de voluntate teſtatoris contrarium appareat. 41.

42 Verba ſunt intelligenda cum effectu, & in ſuo potentiori ſignificatu.

43 Legatum relictum alicui puellæ adhoc vt nubere poſsit, eſt purum, & tranſmittitur ad hæredes etiam matrimonio non ſecuto.

44 Legatum relictum ſeiæ nubenti; eſt conditionale, & ea decedens antequàm nubat, legatum non tranſmittit.

45 Legatum relictum occaſione dotis conſtituendæ, eſt purum, & tranſmittitur, quandocunquè decedat legataria.

46 Legatum alicui relictum ad effectum, vt poſſit cum aliquo copulari, conditionale eſt, & non tranſmittitur.

47 Legatum relictum pro dote tranſmittitur nuptijs non contractis, ſi teſtator erat aliàs legaturus.

48 Legatum dotis relictum in tempus nubilis ætatis, ſi tempus adiectum eſt ſubſtantiæ legati, legatum eſt conditionale, & non tranſmiſsibile; etiam ſi factum ſit filio vel filiæ. 49

Fallit ſi conſtat de contraria voluntate defuncti, puta ſi eſt filius, ſi minor, & ſi paterna hæreditas eſt ſibi delata 50.

51 Legatum dotis relictum in tempus nubilis ætatis,

*ætatis, ſi tempus adiectum eſt præſtationi legati non eſt conditionale, ſed tranſmittitur ante nuptias.*

54 *Tempus dicitur appoſitum ſubſtantiæ legati, quando apponitur in eadem oratione, & conſtructu verborum, & præſtationi quando in alia oratione poſt perfectum legatum: & ſi dubium eſt, diſtinguitur an dies reſpiciat ſubſtantialia, vel accidentalia.* 53.

54 *Legatum dotis relictum alicui, cùm nupſerit, eſt conditionale, & non tranſmittitur ſiue dies nuptiarum adiecta ſit ſubſtantiæ legati ſiue præſtationi.*

55 *Quomodo cognoſcatur, quod dies adiecta præſtationi legati faciat conditionem, vel diem.*

56 *Tempus quod differtur in tempus nuptiarum dicitur incertum.*

57 *Si in teſtamento ſcriptum eſt, quod teſtator dotauit lucillam; ea decedens antequàm nubat, relictum tranſmittit.*

58 *Conditio nuptiarum, quæ ineſt legato dotis, debet impleri infra triennium à die pubertatis, ſi filia eſt impubes; ſi pubes infra triennium à morte teſtatoris.*

59 *Legatum relictum ſi matrimonium contraxerit, debetur etiam ſi profeſsionem emiſerit.*

60 *Legatum relictum vxori donec ſteterit in viduitate eſt purum, & decedens ante quàm nubat, illud tranſmittit: At ſi dictum eſt, donec vixerit in viduitate, eſt conditionale, & non tranſmittitur.* 61.

62 *Dos commiſſa arbitrio vel liquidationi alicuius an tranſmittatur ante latum arbitramẽtum, vel factam liquidationem.* 64.

63 *Pretium quamuis non ſit declaratum, dicitur certum & purum.*

## CASVS XVII.

*Relictum pro dote, an tranſmittatur ante matrimonium ſecutum.*

LEgatum relictum pro dote mulieri non nuptæ, an tranſmittatur ad hæredes, ſi ipſa mulier decedat, antequam nubat; infra ſcriptorum caſuum diſtinctione hoc plenè enucleatur.

1 Primus caſus eſt in ſtipulatione vel promiſſione dotis, & tunc ſi filia moritur ante cõtractum matrimonium, dotem ipſam ſtipulatam non tranſmittit, ſtante quòd ſtipulatio ex cauſa dotis eſt conditionalis, & habet in ſe conditionem, ſi matrimonium ſequatur. l. in rebus. §. ſi re. l. ſtipulationem. l. non enim. l. promittendo. l. tali facta ſtipulatione. ff. de iure dot. l. item quia. §. huius rei. ff. de pact. intãtũ quòd ſi dos interim ſolueretur nõ ſecutis nuptijs, ea cõdici, & repeti poſſet. l. dotis fructus. §. enimuero. & ll. ſeqq. ff. de iure dot. &
2 ratio eſt, quia dos non poteſt eſſe ſine Matrimonio. l. fin. C. de donat. ant. nupt. l. 3. ff. de iure dot.

3 Declaratur iſte primus caſus, quia in ſtipulatione, & promiſſione ex cauſa dotis non intelligitur tacita conditio, quãdo facta eſt animo donandi. l. licet. §. 1. verſ. niſi forte. ff. de iure dot. & poſt Chriſtophor. de Caſtell. Raph. Fulg. Roman. & Bart. tenet Iaſ. in l. qui ſe debere. verſus finem. ff. de condict. ob cauſ. & in d. l. item quia. nu. 8. ff. de pactis: Animus autem donandi tunc præcipue arguitur, cùm quis promittit ex cauſa debiti de præterito ſciens ſe non eſſe debitorem, & cauſam non eſſe veram. d. l. qui ſe debere. §. ſed ſi cum ſciret. ff. de condict. ob cauſ. & ibi Iaſ. nu. 11. in fin. & latè quando præſumatur donatio, docet Menoch. de arbitrar. caſ. 88.

4 Secundus principalis caſus eſt in legato ſimpliciter facto pro dote: Et conſtituo tres caſus ſubalternos.

Primus eſt, quando legatum iſtud factum eſt ab extraneo, ideſt ab eo qui non tenetur relinquere legitimam, & hoc caſu difficultas eſt an illud ſit conditionale, vel purũ; quod enim iſtud legatum pro dote relictum ab extraneo non ſit conditionale, ſed purum, & conſequẽter tranſmittatur antequàm legàtaria nubat, tex. eſt in l. titio centum. §. Titio genero. verſ. ſed cum ante nuptias. ff. de condi. & demonſtr. ibi; quia purè legatum eſt, peti poteſt; & ibi gloſ. & gloſ. in §. ſed & hoc preſẽti. in verb. liberorũ. authentico. de Sanctiſs. Epiſ. Et iſtã partẽ cõiter tenuerunt Doctores antiqui, qui fuerũt ante Bart. vt teſtatur Paul. de Caſtr. in d. §. Titio genero. nu. 7. verſ. circa primũ; & tenet Bald. in l. item quia. nu. 4. verſ. extra quæro. ff. de pact. vbi adducit rationem diuerſitatis inter contractum, & legatum, quia contractus eſt acceſſorius matrimonij, ideo matrimonium debet præcedere; ſed legatum nõ eſt acceſſorium matrimonij, ob id etiam ante nuptias petitur; alia ratio allegatur, quia magis fauetur vltimæ voluntati. l. in teſtamentis. ff. de reg. iur. idem etiam tenet in l. generaliter. num. 10. verſ. interdum in legato. C. de epiſ. & cleric. Raphael Cum. & Petr. de Bexud. in l. ſi Titio. ff. de leg. 1. Raph. Fulg. in l. 1. C. de inſtit. & ſubſtit. quos refert Iaſ. in d. l. ſi Titio. nu. 11. Dec. in l. in omnibus obligationibus. nu. 2. ff. de reg. iur. Port. in §. omnis. inſtit. de

verb.obligat.Sed è conuerſo,quòd imò iſtud legatum ſit conditionale, & non tranſmittatur,eſt tex.in d.l.Titio centum.§.Titio genero,verſ.ante nuptias.ff. de condit. & demonſtrat.ibi;ante nuptias verò Titio, vel muliere defunctis, legatum apud hæredem manet; Item facit tex.in authentica.niſi rogati.C.ad Trebell.& §.ſed & hoc præſenti.in authentico.de Sanctiſſ. Epiſ. vbi tex. æquiparat legatum factum mulieri ſub conditione nuptiarũ legato facto dotis cauſa: item validum eſt argumentum de contractibus ad vltimas voluntates,l.iure ciuili.ff.de condit.& demonſtrat. Sed ſtipulatio dotis eſt conditionalis, igitur & legatum;maximè quia in vtroque caſu militat eadem ratio,quòd dos non poteſt eſſe ſine matrimonio,ideo debet eſſe idem ius.l. illud.ff.ad leg.Aquil.l.à Titio.ff.de verb. obligat.item ſecundum voluntatem teſtatoris, quæ potiſſimum attendenda eſt.l.in conditionibus.ff. de condit. &demonſtrat. legando pro dote videtur reſpexiſſe ad tempus matrimonij, præſertim quia dos propriè eſſe non poteſt,niſi vbi adeſt matrimonium.d.l. 3. ff. de iure dot.& l.fin.C. de donat. ante nupt. dies autem matrimonij incertus eſt, quia an puella ad nubiles annos peruentura ſit,incertum eſt.l.1.ff.de condit.& demonſtrat.l.pen. ff.de vulg. & pup. & magis incertum eſt an matrimonium contractura ſit,l.hæc conditio filiæ meæ.in principio.ff.de condit.& demonſtr.Gabriel.conſ.150.num.4.lib. 2.ideo tanquàm dies incertus conditionem facit.l. dies incertus.ff.eodem.de condit. & demonſtrat. & hanc partem tenet Bart. in d.l. titio centũ. §.Titio genero.num. 1.& 2.& illum ſequitur ibi Paul.de Caſtr. num.7. verſ. iſtam opinionem, qui dicit communiter vidiſſe eam teneri,& conſ.322.num.1.lib.1.Bald. Nouell. in tract.de dote.part.6.priuileg.76. Ang. conſ. 124.num.5.conſ.392.& conſ.393.& ad tex. in verſ.ſed cum ante nuptias; reſpondent ibi mutari caſum,& illud verbum;quia; intelligi pro;cum; vel quando; hanc eandem opinionem ſequitur Roman. conſ.134. num.2. Tiraquel.de retract.conuent. §.2. gloſ.1. num. 54. Doctor Marta, in rubric. ſolut. matrim. quæſt.3.num.12.& infra; & illam veram, ac communem eſſe dicit Menoch.conſ.60.num. 37.communemquè pariter teſtatur Couar.in cap.3.num.11.de teſtament.vbi adducit concordantes:& tenendo hanc partem,quam ex præmiſſis magis veram eſſe puto.

5 Ampliatur primò iſte primus caſus locum habere,etiamſi legatũ relictũ ſit pro dote, vt nubat, nam cùm dictum ſit pro dote, ſimiliter iſtud legatum dicitur conditionale: ſic idem Bald. Nouell.loco citat.num.4.

6 Ampliatur ſecundò procedere non ſolùm ſi legatum relictum ſit pro dote reſpectu matrimonij contrahendi cum certa perſona, ſed etiam quando ſimpliciter pro dote relictum eſt;ità per rationes prædictas extendit Bart. in d.§.Titio genero.num.3.& Paul.de Caſtr. num.8.ff.de condit.& demonſtrat. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 146. numero 24.

7 Ampliatur tertiò idem eſſe,ſi legatum relictum eſſet puellæ pauperi.Bald.nouell. de dote.part.6.priuileg.77.num.2.

8 Ampliatur quartò procedere etiamſi legatum relictum eſſet puellæ pro monachatione, nam pariter conditionale eſt, & ipſa puella decedente ante ingreſſum religionis,legatum ad hæredes non tranſmittitur Berous conſ. 28.num.5.lib.1.

9 Ampliatur quintò iſte primus caſus, vt multò magis procedat quando idem teſtator extraneus,erat obligatus dotare,vt frater ſororem,vel alius aliam mulierem ex diſpoſitione alicuius teſtamenti;vel quando intererat legantis mulierem nuberè, puta pro honore & pudore domus ipſius legantis, ſiue legatũ relictum eſt pro anima teſtatoris; his enim caſibus legatum pro dote eſt conditionale & non tranſmittitur ad hæredes legatariæ ante matrimonium contractum decedentis, etiam ſi alias fuiſſet purum,ſic Ang.conſ.124.num. 4. Præt.de interpræt.vlt.vol.libro 3.fol.213. ſub numer.32.& facit ratio nàm cum teſtator ad hoc teneretur, vel ſua intereſſet, videtur voluiſſe omnino adimpleri l. fundi venditor. ff.de acquir.poſſeſſ.

10 Declarantur primò iſte primus caſus,& iura in eo deducta,vt procedant ſecundum propriam ſignificationem vocabuli de iure communi ſcripto,ſecus vbi communis vſus loquẽdi eſt,quòd dos deſtinata dicatur dos: vt dicam.nu.27.

11 Declarantur ſecundò non procedere,quãdo hæres eſt in cauſa, vt conditio non impleatur,vt inferius videbimus.nu.28.

12 Declarantur tertiò,quia ſi bona legata pro dote cæperint poſſideri ante nuptias; ex huiuſmodi obſeruantia ſubſecuta legatum remanet declaratum pro puro.Crauet. conſ. 101. num.3.& 4.

13 Declaratur quartò iſte primus caſus non habere locum, quando dos relicta eſt titulo inſtitutionis;tunc enim legatum eſſet purum,

& tranſ-

& tranſmitteretur matrimonio non ſecuto, quia talis eſt natura inſtitutionis directæ, vt non fiat ex die, vel ad diem. l. hæreditas. ff. de hæredib. inſtit. & dicetur nu. 25.

14 Declaratur quintò non procedere, quando teſtator expreſsè dixit legatum velle eſſe purum. Bart. in d. §. titio genero ſub num. 3. verſ. prædicta vera. facit tex. in §. diſponat. auth. de nupt. Vel etiã quando apparet per coniecturas quòd voluit eſſe purum gloſ. in l. ex his verbis. in verb. videtur. C. quãd. dies leg. ced. Bart. in loc. cit. Angel. conſ. 124. num. 3. propè finem. Ruin. conſ. 166. num. 10. vol. 3. exemplum, ſi conſtaret teſtatorem eandem quantitatem aliàs relicturum eſſe etiam nuptijs non contractis, vt pariter dicam nu. 31. Aliud exemplum eſt ſi teſtator dixerit ordino & volo quod dentur titiæ centum pro ſuo maritaggio. Grammat. conſ. ciuil. 57. nu. 51. & conſ. 146. num. 5.

15 Secundus caſus ſubalternus eſt, quando iſtud legatum ſimpliciter factum pro dote relictum eſt à patre naturali tantùm, & tali caſu quia pater naturalis non tenetur filiæ relinquere legitimam, l. vxorem. §. Pater. ff. de leg. 3. & per illũ tex. Bald. in authentica. res quæ. num. 7. C. comm. de legat. & in. l. humanitatis. num. 44. C. de impub. & alijs ſubſtit. ſequitur Rip. in l. 1. num. 66. ff. ſolut. matrim. & Peregrin. de fideicomm. art. 36. numer. 40. Ideo dicendum eſt idem, quod in extraneo, quòd dos ſic legata dicitur legata ſub conditione nuptiarũ, quibus non contractis ea non trãſmittitur, & in terminis ſic decidit Menoch. conſ. 60. nu. 42. & infra.

16 Ampliatur autem, & declaratur caſus iſte in omnibus, prout caſus præcedens ſubalternus.

17 Declaratur autem ſpecialiter iſte ſecũdus caſus, quia iſtud legatum relictum à patre filiæ naturali vel ſpuriæ pro dote non trãſmittitur ad eius hæredes irreuocabiliter etiam ſecutis nuptijs, attento quòd dos data filiæ naturali, vel ſpuriæ eſt loco alimentorum. Ripa in d. l. 1. numer. 66. ff. ſolut. matrim. Boer. decis. 127. numer. 4. & ſeq. Crauet. conſ. 186. num. 16. Menoch. conſ. 60. num. 43. legatum autem alimentorum non tranſmittitur ad hæredes; ſed cum vita finitur l. dominus ff. de vſufruct. l. cum hi. §. modus. ff. de tranſact. & in ſpecie de filia naturali vel ſpuria, tradit Bald. in l. eam quam num. 41. C. de fideicom. Dec. conſ. 311. nu. 3. & Crauet. d. conſ. 186. num. 16. ſed poſſunt conſanguinei patris legantis inſpecto iure communi poſt mortem ipſius filiæ dotem prædictam reuocare. Bart. in l. fin. §. ſi à ſocero. ff. quæ in fraud. credit. Abb. conſ. 50. & conſ. 115. num. 1. verſ. quoad ſecundum. lib. 2. Ripa in d. l. 1 num. 67. ff. ſolut. matrim. Paleott. de noth. & ſpur. cap. 51. num. 5. Surd. conſ. 310. num. 2. & 3. vol. 3. & magis exactè in tract. de aliment. tit. 5. quæſt. 7. per tot. vbi affert fallentias, quibus dos data à patre filiæ ſpuriæ tranſmittitur ad eius hæredes; videlicèt ex pacto vel ſtatuto vt tranſmittatur, vel vt filia in matrimonio ſine liberis decedente, maritus lucretur dotem: Sed quàmuis iſta concluſio communis ſit, nihilominùs quòd imò dos data a patre filiæ ſpuriæ ad eius hæredes tranſmittatur conſuluit quibuſdam ſuis rationibus Bero. conſ. 165. num. 22. verſ. quartò poſito: & num. ſeqq. vol. 2. & Cancer. var. reſol. lib. 3. cap. 21. num. 219. & in dote data filiæ naturali, voluit Lup. in repet. c. per veſtras. de donat. §. 24. numero 10. quæ tamen opinio in ſpecie reprobatur per Surd. d. tit. 5. quæſt. 7. numer. 7. verſ. ſed etſi.

Ampliatur iſta declaratio, quia dos data filiæ naturali vel ſpuriæ non tranſmittitur neque ad eius liberos Abb. d. conſil. 115. vol. 2. Ripa in d. l. 1. num. 67. ff. ſolut. matrim. Paleott. d. cap. 51. numer. 5. Peregr. de iure fiſci. lib. 3. cap. 18. num. 81.

18. Tertius caſus ſubalternus eſt, quãdo iſtud tale legatum pro dote, relictũ eſt à patre legitimo, & naturali, vel legitimo tantùm, ſiue ab auo, q; legitimã relinquere tenẽtur: Et diſtinguitur inter ius commune, & ius municipale.

Nàm ſi verſamur in diſpoſitione iuris communis, quando ſcilicet non adeſt ſtatutum fœminas excludens, tunc vſque ad quantitatem legitimæ legatum dicitur purum, & tranſmittitur etiam matrimonio non contracto, ſi aliàs ipſam legitimam integrè non habuit, quia legitima purè debetur reiecta omni cõditione, vel tempore. l. quoniam in prioribus. ff. de inoff. teſtam. in tantùm quòd ex coniecturata teſtatoris voluntate ad ſuſtinendum teſtamentum, iſtud grauamen non videtur eſſe impoſitum; ſed cauſa dotis adiecta legato videtur potius quædam monitio, vt filia inde ſe nubat, quàm grauamen, vel conditio. arg. l. muto. §. hanc autem. ff. de tutel. & ita quòd ſit purum vſque ad quantitatem legitimæ, dicit Bart. in d. §. titio genero. num. 4. qui communiter approbatur in hoc, vt ſcribit Abb. conſ. 92. num. 1. lib. 2. & ſic etiam teſtatur Socin. iun. conſ. 134. num. 17. lib. 1. & ſequitur Alex. conſ. 55. numer. 6. verſ. tam in iſtis. lib. 2. Bald. conſ. 248. lib. 4. Menoch. cõſil. 251.

fil.251.numer.33.& ſeqq.& in tract.de præſumpt.lib.4.præſumpt.146.numer.31. idem Bart.conſ.200.verſ.de iure.& Paul.de Caſtr. in d.§.titio genero. ſub num.8. verſ. circa ſecundum. Fabian. de Giocch. in authentica. nouiſſima. numero 100. C. de inoff. teſtam. vbi pariter de communi.Præt. de interpræt. vltim.vol.lib.3.fol.213.num.31.

Idque ex eadem ratione procedit in omnibus caſibus dotis legatæ inferius recitandis, quia dos relicta à patre, vel alio qui tenetur relinquere legitimam, ſemper & in omni caſu in terminis iuris communis eſt pura & tranſmiſſibilis vſque ad quantitatem legitimæ. In
19 ea verò parte, quæ excedit legitimam, idem
eſt quod de legato dotis relicto ab extraneo, vt ſcilicet legatum relictum à patre dicatur conditionale Bart.d.conſ.200.verſ. in eo verò.Ang.conſ.124.num.5.Paul.de Caſtr.in d. §.titio genero. ſub num.8. verſ. circa ſecundum.Bald.conſ.249.lib.4. Hieron. Gabriel. conſ. 116.num.13. lib.1. vbi dicit hanc opinionem eſſe veriſſimam,& receptiſſimam: ſic etiam conſuluit Purpurat.conſ.49.num.1.& ſeqq.& ſentit Fabian.de Giocch.in d.authentica.nouiſſima.nu.100. C. de inoff. teſt. dum dicit legatum iſtud vſque ad legitimam eſſe purum, ſentiens quod ſupra legitimam ſit cõditionale; & licet Bart. in d.§. Titio genero. num.4. & poſt illum Soc. ſen. conſ.92. num. 8.in princ.lib.1.Soc.iun. conſ.134. num.19. & ſeqq.lib.1.& Ruin.conſ.53.num.12.lib.2. quos refert,& ſequitur etiam Mantic.de coniect.vlt.vol.lib.11.tit.23.numero 13.dicant, quòd iſtud legatum dotis relictum à patre intelligitur purum etiam in ea parte, quæ legitimam excedit, ea ratione, quia cum ſit purum vſquè ad quantitatem legitimæ, ſumitur probabilis coniectura voluntatis teſtatoris, quòd voluerit illud eſſe purum in totum, ne vnum, & idem legatum diuerſo iure cenſeatur; tamẽ contraria ſententia, quòd id quod eſt vltra legitimam ſit conditionale, verior eſt quia cũ legatum dotis in ſe ipſo conſideratum, conditionale ſit, vt firmatum eſt ideo conditionale eſt in totum eadem ratione ne vnum, & idem legatum diuerſo iure cenſeatur; & licet vſque ad quantitatem legitimæ ſit purũ, tamen hoc euenit vel ex ſpeciali legis prouiſione quòad illam partem conditionem reijcientis; & hoc reſpectu reſpondetur alteram partem excedentem legitimam remanere in ſua diſpoſitione conditionali.l. commodiſſimè.ff.de liber.& poſthum.l.ſi extraneus.ff.de condict.ob cauſ, preterquàm ſi dos relicta eſſet titulo inſtitutionis, quia tunc ſtatim deberetur, & tranſmitteretur in totum: vel potius euenit per fictionem reſultantem ex coniectu rata voluntate teſtatoris, qui pro illa parte non videtur impoſuiſſe conditionem; & iſto reſpectu reſpondetur, quòd fictio tanquàm ſtricti iuris non operatur vltra fines ſuos.l.2. §.diuus.il.1.in fin.ff.de iure fiſci.& per illum tex.Bart.in l.eius qui delatorem.numer.5. ff. eod.tit.Bald.in cap.2.numer.15.in fin.de ordin.cognit.& in l.2. num.22. & ibi Iaſ.num. 22.verſ.quartò C.de edẽd. Petr. de Anchar. in c.2. de confeſſ. in 6. Declarationes iſtius partis in quantum dicitur legatum vltra legitimam eſſe conditionale videatis in ſequenti proxima parte, ſunt enim vtriſque cõmunes.

20 Aut verſamur in diſpoſitione iuris municipalis, quando extat ſtatutum excludens feminas, & hoc caſu pariter diſtinguitur; Aut ſtatutum dicit quòd extante maſculo filia nõ ſuccedat, ſed dotari debeat; & tunc ſi pater aliquid filiæ relinquit pro dote, tale legatum quamuis factum à patre, non cenſetur factum pro legitima, ſed ſortitur naturam legati facti ab extraneo vel alio qui non tenetur legitimam relinquere, & ſic eſt conditionale & non debetur nec tranſmittitur niſi matrimonio contracto Paul.de Caſtr.in l. quoniam in prioribus num.7.C.de inoff. teſtam. & conſ. 222.num.5.lib.2.Alex.conſ.13.num.12.lib. 3.Brun.de ſtatut.art.11.quæſt.9.ſub numer. 79.Simon de Præt.de interpræt.vlt. vol. fol. 212.num.16.& ratio eſt quia cum filia ex forma eiuſdem ſtatuti non ſuccedat ab inteſtato vna cum maſculo conſequenter non debetur ei legitima Bald.conſ.329.lib.3.Dec.cõſ. 26.num.4.& conſ.505.nu.7.Ruin. conſ.51. num.11.lib.3.Crauet.conſ.236.num.1.& 2.Roland.conſ.62.num.53. lib.3. Menoch. conſ.8. nu.3. Surd. alios referens conſ. 185. numero.1.& 2.vol.2.nàm legitima eſt portio eius quod ab inteſtato debetur l.cum quæritur.l.parentibus.C.de inoff.teſtam.gloſ.& ſcribentes in auth.nouiſſima C.eod.tit.ſtatutum enim iſtud fauore agnationis conſeruandæ aufert legitimam filiarum etiam in totum Dyn.in c. indultum.propè finem.de reg. iur. in 6.Bart.in l.titio centum §. titio genero.numero 6.ff.de condit.& demonſtrat.Bald.Nouell.in tract.de dote part.6.priuileg.17.num. 5.Crauet.conſ.236.numer.2.Ruin.conſ.52. num.9.lib.2.Federic.de Sen.conſ.277.num. 1.Oldrad.conſ.107.numer.3.Paul.de Caſtr. conſ.175.num.6.lib.1. & conſ. 348. num.1. lib.2.Corn.conſ.123.nu.7.vol.3.& conſ.1.

nu.

nu.9.vol.4.Dec.conſ.19.nu.5.Vaſqu. de ſuc-
ceſſ.creat.lib.2.§.20.part.3.nu.292.& ſeqq.
vbi hoc diſputat ad partes. Mantic. de cōiect.
vlt.vol.lib.11.tit.22.num.44.& infra. Tiraq.
in tract.de iure primogen. quæſt.55.num.8.
& ſeqq.Ioſeph. Ludouic. deciſ.21.num.41.
Peregr.de fideicom.art.38.nu.16.& vltimo
loco Merlin. de legitim. lib.3.tit.1.quæſt.2.
num.35.verſ.contraria.& num.ſeqq.vbi om-
nes antiquos & modernos recenſent; & idem
dicendum eſt de ſtatuto quod ſimpliciter ex-
cludit fæminas à ſucceſſione vocando maſcu-
los reſeruata earum dote,quia pariter hoc ca-
ſu dos eſt conditionalis,adeout ſi fæmina de-
cedat antequàm nubat,non tranſmittit.Paul.
de Caſtr. in l. quoniam in prioribus num.7.
C.de inoff.teſtam.& in l. titio centum.§. ti-
tio genero.numer.8.verſ.ſecundò præmittit.
ff.de condit.&demonſtrat.& conſ.6.num.2.
verſ.ſed in terminis.lib.2.Alex.conſ.13.nu-
mero 12.lib.3.Pręt.de interpręt.vlt.vol.fol.
211.num.13.verſ.ſecundò.Aut ſtatutum di-
cit quod filia dotata non ſuccedat cum maſ-
culo, & tūc legatum dotis relictū à patre ſem
per & in omni caſu,ac etiam in caſibus infe-
rius recitandis extante huiuſmodi ſtatuto eſt
purum,& ſtatim debetur, ac ideo tranſmitti-
tur etiam matrimonio non contracto,& ratio
eſt q.a niſi ſtatim deberetur,nō poſſet dici do-
tata,& ſi nō eſſet dotata nō excluderetur à ſta
tuto:iſtius diſtinctionis auctor fuit Paul.de
Caſtr.in d.§. titio genero.ſub nu.8.verſ.ego
pluries cōſultus.ff.de condit.& demonſtrat.
& illam amplexi ſunt quamplurimi Docto-
res,quos refert,& pariter ſequitur Mantic.d.
lib.11.tit.22.num.47.verſ.verum tamen.&
Rot.Rom.deciſ.540.part.1.diuerſ.Craſſ.in
§.legatum.quæſt.48.num.10.verſ.tertia.Me
noch.conſ.81.nu.4.& in tract. de pręſumpt.
lib.4.præſumpt.146.numer.40.& ſeqq.An-
char.Reg.quæſt.51.numer.9.& infra part.2.
Simon.Præt.de interpræt.vlt.volūt.fol.211.
num.13.&14.Alex.conſ.13.numer.12.lib.3.
cum pluribus alijs quos allegat Merlin.de le-
gitim.lib.3.tit.1.quæſt.8.num.9.verſ.& per
dictas.licet illam fortiter conetur deſtruere
Laderch.conſ.25.numer.5.& ſeqq. Illud au-
21 tem indubitati iuris eſt,quod ſi legatum do
tis intelligitur conditionale,& mulier cui re-
lictum eſt legatum,ante nuptias deceſſerit,nō
tranſmittitur ad hæredes.l. vnic.§. ſin autem
aliquid ſub conditione.C. de caduc. tollend.
d.l.titio centum.§.Titio genero.verſ.ſed cū
ante nuptias.ff.de condit.& demonſtrat.No
uell.de dote.part.6.priuil.76.num.2.nam li-
22 cet legatum relictum ſub conditione tranſ-
mittatur ex coniecturata teſtatoris volunta-
te,tamen intelligitur,ſi conditio non defecit.
Curt.iun.conſ.96.numero 5.qui dicit in hoc
Doctores non diſcrepare; ſed in caſu propoſi
to quando puella eſt mortua ante nuptias,cō
ditio intelligitur defeciſſe, ita quòd non po-
teſt amplius impleri, ideo nullo modo poteſt
tranſmitti;deficiente namque conditione per
23 inde eſt,ac ſi diſpoſitio facta non eſſet.l. pe-
cuniam.ff.ſi cert.pet.l.1.ff.de reg.caton.ſi ve-
24 rò legatum dotis intelligitur eſſe purum,ſta-
tim peti poteſt, & ad hæredes tranſmittitur.
Nouell.in tract. de dote part. 6. priuileg.76.
num.2.verſ.& iſta inueſtigatio.Menoch.de
præſumpt.lib.4.præſumpt.146.nu.46.verſ.
vtilitas.& num.47.

Nunc venio ad declarationes tàm præce-
dentis, quàm huius præſentis partis; n. m.
cum vtrumque ex iſtis legatis factis à patre,
hoc eſt legatum,quod eſt vltra legitimam,&
legatum factum dum extat ſtatutum, quod
ſtantibus maſculis filia non ſuccedat,ſed do-
tari debeat,ſortiatur naturam legatorum fa-
ctorum ab extraneo, vt dictum eſt,ideo eiſ-
dem declarationibus ducuntur.

25 Declarantur igitur ſecunda pars primę par
tis diſtinctionis, inquantum dictum eſt lega
tum ſimpliciter factum pro dote & relictum
à patre legitimo & naturali,vel legitimo tan-
tūm ſiue ab auo, vltra legitimam eſſe condi-
tionale, nec non prima pars ſecundæ partis
eiuſdem diſtinctionis, qua dictum eſt legatū
relictum à patre pro dote eſſe conditionale,ſi
viget ſtatutū,quod extante maſculo filia non
ſuccedat,ſed dotari debeat;vt non procedāt,
quando dos relicta eſt filiæ titulo inſtitutio-
nis directæ, quia tunc eſt pura & ſtatim de-
betur ac tranſmittitur,quamuis matrimoniū
contractum non ſit, & ea eſt ratio quia inſti-
tutio directa non fit ex die, vel ad diem; ſed
dies remouetur.l. hæreditas.ff. de hæred. in-
ſtit.& per hanc rationem tenet idem Mantic.
de coniectur.vlt.volunt.d. lib.11.tit.23.nu.
21.poſt Anchar.Abbat.Socin.iun.& Meno-
ch.quos ipſe recēſet, idem quoque amplexus
eſt Laderch.conſ.25.nu.4.verſ.quarta.cum
alijs pariter per eum relatis.& Capra conſil.
118.num.5.& ſeqq. Honded.conſ.53.num.
12.& ſeqq.lib.2.Berous conſ.155.num.44.
vol.2.nam ſtatutum excluſiuum fæminarum
non habet locum condito teſtamēto,nec pro-
hibet quin pater poſſit filias ſuas, vel neptes
hæredes inſtituere. Alex.conſ.13.numero 2.
verſ.vnde p hoc.vol.1.Pariſ.cōſ.53.nu.29.

lib. 3. Rota Roman. deciſ. 449. num. 1. part. 4. diuerſ.

26 Declarantur ſecundò iſti duo caſus, ſiue hę duæ partes iſtius diſtinctionis non habere locum, quando vel ex verbis teſtatoris, ideſt patris legitimi & naturalis, ſiue alterius qui tenetur legitimam relinquere; vel ex verbis ſtatuti fæminas excludentis, eaſquè dotari mandantis, colligi poteſt quòd idem teſtator vel ſtatutum voluerit, vt quantitas legata pro dote habeatur pro legitima, & ſortiatur naturã legitimæ quantacunque ea ſit, tũc enim reijci debet omnis conditio, ſicut reijcitur à legitima iuxta l. quoniã in prioribus. C. de inoff. teſtam. & conſequenter legatum pro dote tãquàm ſubrogatum loco legitimę remanet purum & tranſmittitur ad tex. in l. ſi eum §. qui iniuriarum. ff. ſi quis caut. coniecturæ enim operari poſſunt vt legatum relictum pro dote vel dotis nomine ſit purum & tranſmiſſibile. Bart. in l. titio centum. §. titio genero. nu. 3. ante finẽ. ff. de condition. & demonſtr. Corn. conſ. 40. num. 15. vol. 3. Crauet. conſil. 101. num. 2. hoc autem ſignanter colligitur quando teſtator, vel ſtatutum dicit quòd filia dotari debeat vſquè ad legitimam, vel quòd cõtenta ſit dote ſibi in teſtamento relicta. Paul. de Caſtr. conſ. 222. num. 5. ante medium. lib. 2. Riminald. iun. conſ. 157. numer. 17. & ſeq. vel ſi ſtatutum dicit quòd debet legitimè dotari. Anchar. Regien. quæſt. 51. nu. 4. vel congruè dotari. Corn. d. cõſ. 40. nu. 17. vol. 3. Simon de Præt. de interpræt. vlt. vol. fol. 212. num. 17. in fin. Capra conſ. 88. nu. 9. & ſeqq. vel ſi teſtator ſiuè ſtatutum dicit, quòd nihil vlterius petere poſſit, quia ex his verbis à cõtrario ſenſu colligitur, quòd tale relictum dotis debeat intelligi purum loco legitimæ, & ſic quòd patre defuncto ſtatim peti poſſit, & decedente filia legataria ante contractum matrimonium, tranſmittatur Abb. conſ. 92. ſub num. 3. verſ. ſecunda via. lib. 2. Anchar. conſ. 232. num. 1. propè finem. Socin. iun. conſil. 134. num. 26. in fin. lib. 1. Menoch. conſ. 251. num. 48. in fin. & num. 49. & idem ſi teſtator vel ſtatutum dicit, quòd filia habere debeat certam quantitatem pro dote & pro omni ac toto eo quòd ad eam ſpectare poteſt in bonis eiuſdem teſtatoris, nàm ex huiuſmodi verbis pariter arguitur, quòd voluerit quantitatem iſtam haberi pro legitimã, & ſortiri naturam legitimæ, quæ pura & tranſmiſſibilis eſt; ſic Paul. de Caſtr. conſ. 372. nu. 4. lib. 1. Crauet. conſ. 84. numero 5. Socin. iun. d. conſil. 134. numero 26. lib. 1. Anchar. Regien. quæſt. 51. numer. 3. part. 2. Laderch. conſil. 25. num. 4. verſ. quinta.

Subdeclaratur declaratio iſta, quia ſi ſtatutum mandaret fæminam dotari de paragio, coniecturę non poſſent operari in hoc caſu, vt dos habeatur pro legitima, cùm paragium ſit quid diuerſum à legitima, & reguletur à qualitate perſonarum ac locorum conſuetudine & interprætetur parium geſtus, videlicet vt filia nubat ſecundum ſuos pares, ſic in iſtis terminis Grãmat. deciſ. 101. num. 63. & ſeqq. & Rot. Rom. deciſ. 581. numer. 5. par. 1. in recent.

27 Declarantur tertiò, vt procedant ſecundũ propriam ſignificationem vocabuli de iure communi ſcripto; hoc enim reſpectu verum eſt, quòd dos habet conditionem nuptiarum, quia dos propriè non poteſt eſſe ſine matrimonio, ſecus autem vbi communis vſus loquendi eſt, quòd dos deſtinata dicatur dos, vt cùm vulgariter dicitur, talis mulier habet bonam dotem, licet ea ſit puella, vel aliàs non maritata; nam hoc caſu ſi apparet de iſto vſu loquẽdi in loco teſtatoris, legatum dotis non eſſet conditionale, ſed quaſi proprium eius patrimoniũ poſſet peti incontinenti etiam matrimonio non contracto, & conſequenter decedens ante matrimonium tranſmitteret legatum, nàm verba teſtatoris intelliguntur ſecundum communem vſum loquendi. l. cum de Lanionis. §. aſinam. verſ. optimum. ff. de fund. inſtruct. l. ſciendum. §. illud. ff. de ædilit. edict. l. ſi ſeruus plurium. §. fin. ff. de leg. 1. l. nummis. ff. de leg. 3. l. ſemper in ſtipulationibus. ff. de reg. iur. & per hanc rationem ſic tenent Bart. in l. Titio centum. §. Titio genero. nu. 3. verſ. item ſi ponamus. ff. de condit. & demonſtrat. & conſ. 200. Ang. conſ. 349. nu. 2. verſ. quod autem. Socin. conſ. 92. num. 8. vol. 1. Anchar. conſil. 232. numero 2. Couarr. in capit. 3. num. 11. verſ. quartò. de teſtament. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 23. num. 18. & ſeqq. Anchar. Regien. quæſt. 51. num. 7. verſ. item limitatur. & num. ſeqq. lib. 2. Simon de Præt. de interpræt. vlt. vol. lib. 3. nu. 32. verſ. at aliquando. fol. 214.

28 Declarantur quartò, quia licet legatum dotis ſecundùm propriam vocabuli ſignificationem iuris ſcripti ſit conditionale, & non tranſmittatur ante contractum matrimoniũ; tamen ſi hæres in cauſa eſt, vt conditio non impleatur, puta quia interpellatus à puella legataria, vt dotem tradat, quia vult nubere, & is in mora ſit in traditione ipſius dotis, ſi eadem puella interim decedat ante contractum

matri-

matrimonium, tali caſu tranſmittit legatum, quia conditio ad damnum eiuſdem hæredis habetur pro impleta.l.iure ciuili.l.Iulius Paulus.in fine.ff.de condit.& demonſtrat.in ſpecie.Ang.conſ.349. num.3. & Menoch.conſ. 81.nu.5.Præt.de interpræt.vlt.vol. fol.211. ſub num.14.

29 Declarantur quintò, vt locum non habeat, quando teſtator legauit pro dote mulieris reſpectu certæ perſonæ, cum qua iam erant contracta ſponſalia; hoc enim legatum ſecundum Menoch.de præſumpt. lib.4. præſumpt.146. num.20.purum eſt, allegat Bald.in l.ſi plures. num.25.C.de condict.inſert.ſed puto, quod veritas ſit in contrarium, nàm Bald. videtur dicere in oppoſitum; ait enim, quòd ſi modus eſt talis, qui non poteſt impleri ab hærede, ad hæredem non tranſit; & poſtea ſubiungit legatum dotis poſt contracta ſponſalia eſſe modale. Moueor etiam ea ratione, quia conditio nuptiarum non prius impleta videtur, quàm ſi realiter matrimonium contractum ſit per verba de præſenti.l. ſancimus.la 1. C. de nupt.& ſic illam declarando tenet Bart. in l.Titio centum. §. Titio genero. num. 7. & ibi Paul.de Caſtr. num. 7. in fine. ff. de condit. & demonſtrat. Alex. conſ. 55. num. 2. libro 2. Gabriel. conſ. 131. num. 13. libro 1. Couarr. in cap. 3. num. 11. verſ. poſtremò.de teſtament.Mantic. de coniect. vltim. volunt. libro 11. tit. 18. num. 18. à ſponſalibus enim multipliciter licitum eſt recedere Sanchez.de matrim.lib.1.diſput.42.& ſeqq. Nec quis inuitus poteſt præciſè cogi ad contrahendum matrimonium etiam poſt contracta ſponſalia.idem Sanchez. d. lib. 1. diſput. 29.num.4. & ſeqq. Genuen. in prax. Archiep.cap.13.Mantic.de tacit.& ambig. conuent.lib.3.tit.17.cùm conditio ſit adimplenda in forma ſpecifica.l.qui hæredi l.Mæuius. ff.de condit.& demonſtrat.& nihil reputetur

30 actum, dum aliquid ſupereſt agendum.l. pen.in fin.C.de his quib.vt indign.c. nihil.7. quæſt.1.

31 Declarantur ſextò non procedere, quando conſtat teſtatorem eandem quātitatem aliàs relicturum eſſe etiam nuptijs non contractis, quia tunc legatum dotis intelligitur eſſe purum, & ad hæredes tranſmittitur. arg. l. ſi extraneus.verſ.niſi forte.ff. de condict. cauſ. dat. & in ſpecie Bart. in d.l. Titio centum.§. Titio genero. num. 3. verſ. prædicta vera. ff.de condit.& demonſtrat.Crauet.conſ.101. num. 2. verſic. quartò. Socin. ſen. conſil. 92.num.8. verſ. pro hac opinione. libro 2. & Menoch.conſ.251.num.35.in fin.& num. 36.Couarr.in cap.3.num.11.verſ.octauo.de

32 teſtament.& ratio eſt, quia voluntas teſtatoris, qui erat aliàs relicturus præualet conditioni appoſitæ legato.l. 3. §. conditio legati. ff.de adimend.legat.l.in conditionibus.ff. de condit.& demonſtrat. gloſ. in l. qui habebat.

33 ff.de hæred.inſtit. & quia quando teſtator erat aliàs relicturus, conditio habetur pro impleta, ita quòd ſi conditio deficit tamen non perit diſpoſitio. gloſ. in l. quæ ſub conditione. §. quoties. in verb. defectus. ff. de condit. inſtit. & dixi in 1.caſ. numero 231.

34 Declarantur ſeptimò iſti duo caſus iſtius diſtinctionis locum ſibi non vendicare, quando legatum dotis æqualiter relictum eſt pro duabus filiabus, quarum vna iam nupta eſt & conſequenter tranſmittere poteſt; nam in dubio veriſimile eſt patrem voluiſſe alteram ſimiliter tranſmittere, & ſic legatum purum eſſe ea ratione, ne inter filias inæqualitas oriatur per tex.in l.cum pater.§.euictis.ff. de leg. 2.& ſic tenet Anchar.conſ.323.verſ.itē poſtquàm vna ex filiabus.Socin.ſen.conſ.92.nu. 8.verſ.& vltra adducta.lib.1. Menoch. conſ. 251.nu.38.

35 Declarantur octauò non procedere, quando pater reliquit filiæ dotem, & interim alimenta; nam ſecundùm Anchar. conſil. 323. verſ.ſed vlterius. dicitur ita pure legaſſe dotem, ſicuti alimēta.& Anchar. ſecuta eſt Rot. Roman.vt in deciſ.449.num.1.verſ.& prædicta.part.4. diuerſ. Verùm diſſentiunt Salic. in l.ſancimus.col.vlt.verſ.tertiò ad quæſtionem.C.de nupt.Bald.Nouell.de dote.part.6. priuileg. 17. colum.4. verſic. & ex prædictis ſequitur. Menoch. conſil. 455. numero 14. lib.5.

36 Declarantur nonò, quia ſi bona legata pro dote cæperint poſſideri ante nuptias, ex huiuſmodi obſeruantia ſubſecuta legatum remanet declaratum pro puro. Crauett. conſil. 101.num.3.& 4.

37 Tertius caſus principalis eſt, quando legatum dotis relictum eſt ſub modo; puta lego tali centum, vt nubat; & hoc caſu legatum ſtatim debetur etiam antequàm nubat, dummodo caueat de nubendo.l.quibus diebus.§. termilius.ff.de condit.& demonſtrat.Bald.in l.generaliter.num.9.C.de epiſc.& cleric. & ſi interim decedit, tranſmittit ad hæredem, quia legatum debetur, quàmuis modus deficiat per caſum. l. ſi Titio.ff. de leg. 1. l. pater. §. Tuſculanus. ff. de leg. 3. ita etiam tenet

net Bald. Nouell.in tract.de dote.part.6. pri-
uileg.76.verſ.primus.
38 Quartus caſus eſt, quando legatum dotis
relictum eſt ſub conditione;ſi nubet;nam hęc
dictio,ſi,iuncta verbo futuri temporis in his,
39 quæ ſunt omnino incerta facit conditionem
l.ſi Titio.ff.quand.dies legat.ced.Bart.in l.1.
num.3.ff.de cond.& demonſtrat.& tunc ſine
dubio decedente legatario antequam nubat,
non tranſmittit legatum, niſi eo modo, quo
dictum eſt in 1.caſu de conditione mixta.nu.
221.& ſeqq.
40 Quintus caſus eſt in legato facto puellæ
ad maritandum,vel pro ipſa maritanda:iſtam
quæſtionem diſputat Vbert.de Teranio,pro-
ut refert Bald.in l.generaliter.num.10.C.de
epiſc.& cleric.& concludit, quòd ſi legataria
decedit antequàm nubat, tranſmittit lega-
tum,maximè ſi eadem puella erat ipſius teſta
toris propinqua; idem quoque dūmodo æta-
tem legitimam habeat, amplexus eſt Bart.
in d. §. Titio genero. numero 7. verſic. ſed ſi
relinquitur; qui verba hæc; ad maritandum,
vel pro ſe maritanda; intelligit ideſt ad fa-
ciendum expenſas pro ea maritanda, & ad
procurandum de illam maritando; ita quòd
ſecundùm eum ſufficit, quòd legatum ex-
pendatur pro ea maritanda, licet non mari-
tetur.ſequitur Comenſ.Bald.Laur. de Palat.
Brun. Crauet. Franc. Marc. Couarr. & Cæ-
phal.quos refert Menoch.de præſumpt.libro
4.præſumpt.146.num.26. Sed Paul. de Ca-
ſtr.in d.§.Titio genero.nu.8.verſ.item dicit,
inclinat,quòd ſignificatum dictorum verbo-
rum importet matrimonium effectuatum ma
ximè ſi quantitas conueniat doti; dicit tamē,
quod poſſet eſſe tàm parua quantitas, vt non
videretur relictum pro dote, ſed pro expen-
ſis;& mouetur,quia non eſt veriſimile, quòd
teſtator legauerit pro expenſis,ſed magis pro
dote: Hanc diſtinctionem abſolutè ſequitur
Mantic.de coniectur.vltim.volunt. libro 11.
tit.21.num.5.& ſeqq.
41 Sed credo, quòd indiſtinctè intelligantur
de matrimonio effectuato,niſi ex coniecturis
aliud de voluntate teſtatoris appareat, quia
42 verba ſunt intelligenda cum effectu.l.1.§.
hæc autem verba.ff.quod quiſque iur.l.pe-
nult.§.docere.ff.ne quis eum.c.relatū.de cle-
ric.non reſident.ac item intelligenda ſunt in
ſuo potentiori ſignificatu.l.1.§.qui in perpe-
tuum.ff.ſi ager vectig.c.pen.de ſent.excom.
& lex impoſita eſt rebus,non verbis.l.2.in fin.
C.commun.de legat.§.noſtra.inſtit.de legat.
& ita quòd non tranſmittatur,niſi ſecuto ma-
trimonio tenet Brun. de ſtatut. excluſ. fæmi-
nar.art.11.nu.82.
43 Sextus eſt caſus,ſi dictum ſit;lego mille ta-
li puellæ ad hoc,vt nubere poſſit;& tunc lega
tum eſt purum, & tranſmittitur ad hæredes
eiuſdem puellæ etiam matrimonio non ſecu-
to Bald. conſil.249. circa med. lib.4. per tex.
in l.ſi mulier dotem. C. de iur. dot. vbi quòd
hæc non eſt conditio, ſed cauſa impulſiua,
qua non ſecuta nihilominus debetur lega-
tum,ſequitur Grāmat. conſ. ciuil.146. nu.3.
Couar.in cap.3.nu.11.verſ.ſecundò.de teſta
ment.Crauet. conſ. 101. numero 1. verſ. ſe-
cundò.
44 Septimus caſus eſt,ſi dicatur;Seiæ nuben-
ti lego mille;& iſto caſu legatum eſt conditio
nale ideo non trāſmittitur Seia ante nuptias
decedente.l.cum vnus.§.fin.ff.de aliment. &
cibar. legat. participium enim abſolutum in-
ducit conditionem.l.à teſtatore.ff.de condit.
& demonſtrat. l. acceptis.ff. ad leg. Falcid.
Bart.in l.1.numer.34. ff. de cond. & demon-
ſtrat.
45 Octauus caſus eſt de legato relicto occaſio
ne dotis conſtituendæ; & iſtud eſt purum &
ſtatim debetur, ac conſequenter tranſmitti-
tur quandocunque decedat legataria Bald.
conſ.237.num.4.& 5.lib.1.vbi adducit ratio
nem,quia hæc verba demonſtrant cauſam re-
motam,& impulſiuam,ſeu quandam demon-
ſtrationem, & illum refert ac ſequitur Grā-
mat.deciſ.59.nu.51.
46 Nonus eſt caſus,quando dictum eſt;ad ef-
fectum vt poſſit cum aliquo copulari;& iſtud
pariter conditionale eſt: ſic poſt Bart. in d.l.
Titio centum.§.Titio genero.nu.4.verſ.ſi ve
rò legat.& Socin.ſen.conſ.92.col.6. verſ.ſe-
cunda coniectura poſita.in fin.lib.1.dixit Me
noch.conſ.60.nu.46.
47 Decimus caſus eſt, quando conſtare po-
teſt, quòd teſtator etiam nuptijs non contra-
ctis eādem quantitatem eſſet aliàs legaturus,
tunc ſine dubio legatum dotis,quāuis factum
ab extraneo,intelligitur eſſe purum, & tranſ-
mittitur ad hæredes,vt ſupra dictū eſt.nu.31.
48 Vndecimus eſt caſus,quando legatum do-
tis relinquitur in tempus nubilis ætatis: hoc
caſu diſtinguitur.Aut tempus nubilis ætatis
adijcitur ſubſtantiæ legati, & tunc facit con-
ditionem,& conſequenter impedit tranſmiſ-
ſionē.l.ſi cui legetur.§.hoc autē.ff.de leg.1.So
cin.cōſ.92.nu.8.verſ. confirmatur hoc lib.1.
49 Ampliatur procedere, etiamſi tale lega-
tum factum ſit filio, vel filiæ; nam adhuc eſt
conditionale.d.l.ſi cui legetur.§. hoc autē. &
ibi

ibi Bart. in princ. verſ. item opponitur. &
Bald. propè finem. verſ. aut eſt dubium. Man-
tic. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 23. nu
mero 29.

50 Declaratur hæc ampliatio, vt ex præſum-
pta voluntate defuncti tempus adiectum ſub
ſtantiæ legati relicti filio, vel filiæ non faciat
conditionem; præſumpta hęc autem volun-
tas colligitur ex tribus iſtis ſimul concurren-
tibus, quorum ſi vnus deficiat non ſufficeret,
nempe quòd ſit filius, quòd minor, & quòd
paterna hæreditas ſit ſibi debita Bart. in d. l. ſi
cui legetur. §. hoc autem. in princ. verſ. item
opponitur. ff. de legat. 1. & plenius Alex. in l.
Seius ſaturninus. in princ. verſ. nota caſum,
ff. ad Trebell. Gomez. var. reſol. tom. 1. cap. 5.
num. 26. verſ. ſecundò limita.

51 Aut tempus nubilis ætatis adijcitur præ-
ſtationi ipſius legati, & tunc quia iſtud tem-
pus nubilis ætatis omnino futurum eſt, ſi le-
gatarius vixerit, non facit conditionem nec
impedit tranſmiſſionem etiam legataria ante
tempus decedente. l. Seius Saturninus. ff. ad
Trebell. l. ex his. C. quand. dies leg. ced. l. fir-
mio. §. 1. ff. eod. tit. gloſ. Bart. Bald. & Alex. in
d. l. ſi cui legetur. §. hoc autem. ff. de leg. 1. idē
Gomez. in loc. cit. lib. 1. cap. 5. numero 26. &
Bald. conſ. 286. num. 4. lib. 3. Socin. conſ. 92.
num. 8. verſ. nam videmus, vol. 1. Crauet. con
ſil. 101. num. 1. Menoch. conſ. 60. numer. 38.
Honded. conſ. 53. num. 32. lib. 2. Tunc au-
52 tem tempus dicitur adiectum eſſe ſubſtantiæ
legati, quando apponitur in eadem oratione,
& conſtructa verborum, vt lego Titio centū,
cùm erit quatuordecim annorum d. l. ſi cui le-
getur. §. hoc autem. ff. de leg. 1. at ſi apponi-
tur in alia oratione poſt perfectum legatum,
vt lego titio centum, quæ accipere debebit
cùm ad legitimam ætatem peruenerit, tunç
tempus dicitur adiectum præſtationi & peti-
tioni, non ſubſtantiæ. d. l. ex his. C. quād. dies
legat. ced. vel ſi dixerit: lego titio centum ex
reditu prædiorum meorum futuri anni d. l.
firmio. in princ. ff. eod. & ſic in ſpecie dicit
Bart. in d. l. ſi cui legetur. §. hoc autem. in prin.
verſ. tu dic. & idem poſt Petr. tradit ibi Bald.
propè finē. verſ. aut eſt dubiū. Paul. de Caſtr.
conſ. 125. nu. 2. lib. 1. & Mantic. d. lib. 11. tit.
23. nu. 28. & facit tex. in c. ſi ſup gratia. de off.
53 deleg. in 6. Sed qñ ſumus in dubio, an ſit ap-
poſitū in eadē oratione vel poſt, ſic diſtingui-
tur; aut dies reſpicit ſubſtantialia, & tunc vi-
detur appoſita diſpoſitioni, & ſubſtantiæ, aut
reſpicit accidentalia, & videtur appoſita
executioni. Bald. in cap. fin. nu. 2. de præſūpt.

Iaſ. in l. item quia. num. 22. ff. de pact. Dec. in
l. in omnibus obligationibus. numer. 8. & ibi
Cagnol. nu. 24. ff. de regul. iur. Crott. in l. ne-
mo poteſt. nu. 85. ff. de legat. 1.

54 Duodecimus caſus eſt, quando legatum
dotis relictum eſt alicui, cùm nupſerit, tunc ſi
dies nuptiarum adiecta eſt ſubſtantiæ legati,
ſine dubio legatum eſt conditionale, & legata
ria decedens ante nuptias legatum ad hære-
des non tranſmittit. d. l. ſi cui legetur. §. hoc
autem. ff. de leg. 1. Si autem dies nuptiarum
adiecta eſt præſtationi, & executioni ipſius le
gati, variant Doctores; nam aliqui dixerunt
huiuſmodi legatum eſſe purum, & tranſmitti
etiam ante euentum nuptiarum: huius opinio-
nis fuit Bald. conſ. 286. nu. 4. lib. 3. Socin. cō-
ſil. 92. nu. 8. verſ. confirmatur hoc ex alia con
iectura lib. 1. Crauet. conſ. 101. nu. 1. verſ. pri
mò. Couar. in cap. 3. nu. 11. verſ. tertiò. de te-
ſtament. Menoch. in tract. præſumpt. lib. 4. præ
ſumpt. 146. nu. 27. Grilenz. conſ. 55. Quòd
autem illud ſit conditionale, nec trāſmittatur
ante impletā cōditionem nuptiarum, cōſulu-
erunt Alex. conſil. 55. nu. 2. lib. 2. Ruin. conſ.
68. nu. 7. lib. 4. & conſ. 85. nu. 4. in fin. & nu.
5. iuncto. nu. 9. lib. 2. Gabriel conſ. 150. nu. 2.
3. & 4. lib. 2. Riminald. iun. conſ. 334. nu. 19.
& ſeqq. idē Alex. in l. Seius Saturninus. nu. 2.
ff. ad Trebell. Mantic. de coniect. vlt. volunt.
lib. 11. tit. 18. nu. 20. 21. & tit. 23. nu. 7. & hæc
vltima opinio verior eſt; nam ad cognoſcen-
55 dum, quando dies adiecta præſtationi, &
executioni legati faciat conditionem, vel diē,
hoc modo diſtinguitur. Aut eſt adiecta in tē-
pus, quod omnino futurum eſt, ſi legatarius
vixerit, puta in tempus certæ ætatis, vel ad cer
tos ſpecificatos annos, ſiue ad legitimam æta-
tem legatarij; & tunc non facit conditionem,
ſed diem, & legatum eſt purum, adeóque tranſ-
mittitur ad hæredes legatarij etiam eo dece-
dēte ante ipſum tempus ſpecificatū. d. l. Seius
Saturninus. ff. ad Trebell. l. 1. l. firmio. §. cum
ab hæredibus. ff. quando dies leg. ced. l. ex his
verbis. C. eod. tit. Aut adiecta eſt in tempus
incertum & non omnino futurum; & tali ca-
ſu facit conditionem, ſicque legatum eſt con-
ditionale, ſicut ſi adiectum eſſet ſubſtantiæ le
gati, & conſequenter legatario ante aduentum
tum temporis decedente, legatum ad hære-
des non tranſmittitur. l. quibus diebus. §. qui-
dam Titio. ff. de condit. & demonſtrat. & ita
quoque diſtinguit gloſ. vlt. in d. l. Seius Satur
ninus. ff. ad Trebell. & Bart. in l. ſi cui lege-
tur. §. hoc autem. poſt princ. & ibi Bald.
in fin. verſic. ſecundò caſu principali. & in

Alex. num. 2. ff. de leg. 1. & tenet Craſſ. in §. legatum, quæſt. 43. num. 7. Sine dubio autem
56 tempus incertum, & non omnino venturum dicitur illud, quod differtur in tempus nuptiarum. l. hæc conditio filiæ meæ. in princ. ff. de condit. & demonſtrat. l. cum teſtator. vbi gloſ. vlt. C. de teſtam. manumiſſ. Signorol. conſ. 14. colum. 2. Gabriel d. conſil. 150. nu. 4. libro 2. tempus enim nuptiarum non dicitur eſſe perfectum ex ſola ætate nubili, ſed requiritur etiam feſtiuitas nuptiarum. l. ſancimus. la 1. C. de nupt. id eſt, quod matrimoniū contrahatur per verba de præſenti, prout declarando dicit Bart. in l. Titio centum. §. Titio genero. num. 7. & ibi Caſtrenſ. num. 7. in fine. ff. de condit. & demonſtrat. Gabriel conſil. 131. num. 13. libro 1. quod omni tempore poteſt cōtrahi, & omitti. & ita in ſpecie quod legatum dotis relictum alicui, cùm nupſerit, ſit ſemper conditionale & non tranſmiſſibile etiam ſi dies nuptiarum cenſeatur adiecta ſolutioni & executioni, firmat. Ang. conſ. 120. num. 3. Alex. in l. ſeius Saturninus. num. 4. ff. ad Trebell. & conſ. 55. num. 2. vol. 2. Præt. de interpræt. vlt. vol. lib. 3. fol. 214. num. 33.

57 Decimus tertius caſus eſt quando in teſtamento ſcriptum eſt, quod teſtator aliquam puellam, puta Lucillam dotauit; oritur enim probabilis coniectura, quod dos relicta peti & tranſmitti poſſit etiam ante nuptias, ex eo quia verbum; dotauit; eſt præteriti temporis quod denotat actum perfectum. l. 1. §. hęc verba. ff. quod quiſque iur. in terminis Corn. conſil. 40. num. 15. lib. 3. refert, & ſequitur Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 23. numero 25.

Declarantur primò omnes ſupradicti caſus vt locum non habeant nec procedant in legato facto à patre, vel alio obligato relinquere legitimam, quia huiuſmodi legatum quando ſumus in terminis iuris communis ſemper & in omnibus dictis caſibus ſupra recitatis eſt purum & tranſmiſſibile vſquè ad quantitatem legitimæ, vt vidimus num. 26. prout pariter purum & tranſmiſſibile eſt quādo ſumus in terminis iuris municipalis, ſi idē ius municipale primò mandat filiam dotari, poſtmodum illam excludit, de quo pariter diximus ſuperius num. 20. verſ. aut ſtatutum dicit quod filia.

58 Declarantur ſecundò omnes ſupradicti caſus, nàm vbi legato dotis ineſt conditio nuptiarum, tunc conditio debet impleri infra triēnium à die pubertatis, ſi filia impubes eſt; ſi vero pubes, infra triennium à die mortis teſtatoris; & ſi non impleatur, conditio habetur pro defecta, bonaque aſſignari debent ei, qui in defectum nuptiarum vocatur Bart. in l. 2. §. ad filiorum. C. quand. & quib. quart. pars. lib. 10. & ibi Io. de Plat. & Lucas à penna col. 8. Gulielm. de Benedict. in c. Raynutius. in 2. part. verb. cuidam petro tradiderunt. num. 4. de teſtament. Gabriel conſ. 131. num. 15. & 16. libro primo. Tob. Non. conſ. 25. numero 5.

59 Declarantur tertio omnes caſus ſuperius recitati quia vbi legatum dotis habet conditionem ſi legatarius nupſerit vel matrimoniū contraxerit; cenſetur huiuſmodi conditioni ſatisfactum per profeſſionem factam in religione, quamuis non contraxerit matrimonium carnale §. ſed & hoc preſenti. in auth. de ſanctiſſ. epiſc. auth. niſi rogati. C. ad Trebell. vnde dicit Cyn. in d. auth. niſi rogati, quod non videtur eſſe ſine nuptijs qui intrat Monaſterium, cùm per hoc contrahatur matrimonium ſpirituale; & Bald. ibi in princ. dicit quod nubere dicitur, qui nubit in chriſto, & hoc idem dicit Bart. in d. §. ſed & hoc præſenti. num. 2. & hanc concluſionem, quod legatum factum alicui; ſi nuptias vel matrimoniū contraxerit; debeatur ei etiam ſi religionem intrauerit; probat multis rationibus, & autoritatibus Natta conſ. 296. per totum, vbi allegat Anchar. Marian. Crott. & Iacobin. de ſanct. Georg. & ſequitur Couar. in c. 3. nu. 11. verſ. ſextò. de teſtam. & Surd. conſ. 192. num. 19. vol. 2. & Nouell. de dote. part. 6. priuileg. 77. num. 2. propè finem. vbi fortius dicit hoc procedere etiamſi legatum relictum eſſet expreſſe pro puella maritanda per carnale coniugium.

60 Quæro autem, an legatum relictum vxori in viduitate permanenti, ad hæredes ipſius vxoris tranſmittatur, & in hoc propoſito ſic diſtinguitur: Aut legatum factum eſt eidem vxori per hæc verba, quandiù ſteterit in viduitate, vel abſtinuerit à ſecundis nuptijs, ſiue tandiù, donec, ſiue tantum quantum, & ſimilia, & tunc legatum eſt purum, ſicque vxore ipſa decedente abſque eo, quod trāſeat ad ſecunda vota, illud ad eius hæredes tranſmittitur; non enim iſtud legatum reſoluitur in conditionem, niſi ea tranſeat ad ſecunda vota per tex. in l. ſufficit. ff. de condit. & demonſtr. l. ambiguitatem. C. de vſufruct. & ſic tenet Paul. de Caſtr. cōſ. 451. in princ. lib. 1. & poſt eum Crauet. in l. cum filiofamilias. in 2. part.
61 numer. 272. ff. de leg. 1. Aut legatum factum eſt eidem vxori per hæc verba; quandiù vixerit

xerit in viduitate;tandiù, donec, vel tantum quantum,vel per ſimilia verba ;& tunc legatum reſoluitur in conditionem duobus modis,nempe & per conuolationem ad ſecundas nuptias,& per mortem,ita quòd vtroque modo legatum remanet reſolutum, ſicque vxor decedens, quamuis ad ſecunda vota non migrauerit, tamen quia legatum eſt limitatum, quamdiù vixerit, ideo intelligitur reſolutum per mortem, & ad hæredes ipſius vxoris non tranſmittitur,ſed redit ad hęredes viri.l.titia. §.fin.ff.de leg.2.l.fin.C.de legat.Paul.de Caſtr.d.conſ.451.verſ.item eſt præmittendum. libro 1. Crauet.in d.l.cum filiofamilias.in 2. part.nu.272.ff.de leg.1.

62 Quæro item, an dos quæ ex diſpoſitione hominis, legis, vel ſtatuti venit liquidanda arbitrio propinquorum ſiue aliorum,cenſeatur eſſe conditionalis donec liquidetur,ita vt ſi fęmina decedat ante hanc liquidationem vel arbitramentum, illam non tranſmittat ad hęredes,& Bald.conſ.420.lib.3.& conſ.121. lib.4.concludit quòd futura liquidatio non reddit dotem conditionalem,ſi conditio non eſt expreſsè appoſita, mouetur ex ea ratione quia in arbitrio liquidatoris poſita non eſt ſubſtantia dotis, ſed ſolùm quantitas illius, quantitas autem non dicitur eſſe incerta, cũ tanta eſſe debeat, quanta eſſe debet arbitrio boni viri l.1.ff.de leg.2.facit Rota deciſ.698. num.2.& 4. part.1.in recent. & Baldum. ſequitur Præt.de interpræt.vlt.volũt. fol.211. num.14. poſt medium; & idem voluit Alex. conſ.13.num.19.vol.3.vbi dicit quòd legatũ dotis relictum arbitrio commiſſariorum qui mortui ſunt non arbitrata adhùc dote tranſmittitur ad hæredes legatariæ, ex eo quia illud dicitur eſſe purum non autem conditionale, attento quòd arbitrio commiſſariorum commiſſa fuit declaratio quantitatis,adducit tex.in d.l.1.ff.de leg.2. idemquè in effectu tenuerunt Socin. iun.conſ.35.num.18.vol.1. Ruin.conſ.225.nu.5.& ſeq.vol.1.Menoch. de arbitrar.quæſt.68.num.42.vbi voluerunt quòd liquidatio,& declaratio dotis poteſt fieri etiam ſoluto matrimonio, & ſic quòd ius petendi declarationem dotis tanquàm purũ tranſit ad hæredes; idem enim eſt de liquida-
63 tione prætij, nàm ſi arbitrio alicuius committeretur declaratio prætij,dictum prætium diceretur eſſe certum,& purum,non autem conditionale.Ioan.de Anan.conſil.19.num.12. 13.Dec.conſ.648.num.1.& ſeq.

64 Verùm ſi in arbitrio alicuius committitur ſubſtantia dotis, puta an debeatur dos, tunc aliter dicendum eſt,quia aut commiſſio fit ab homine,aut à lege vel ſtatuto; Primo caſu ſi fit in contractibus eſt conditionalis, & habet tacitam conditionem: ſi arbitratum fuerit: l. fin.C.de contrah. empt. l.ſi merces. in princ. ff.locat.l.ſi quis arbitratu.ff.de verb. obligat. & conſequenter non eſt locus tranſmiſſioni ad hæredes ante latum arbitramentum;ſi autem fit in vltimis voluntatibus non eſt conditionalis d l.1. ff. de leg.2. & conſequenter trãſmittitur,& eſt ſpeciale fauore vltimæ voluntatis, quam publicè intereſt executioni mandari.Bart.in d.l.ſi quis arbitratu.num.3. & ibi Iaſ.numer.17.ff.de verb.obligat. Fallit quando appoſita eſt conditio expreſſa:ſi arbitratum fuerit: tunc enim eſt cõditionalis etiã in vltimis voluntatibus.d.l.1.& ibi gloſ. in verb.cõditio.in fin.& Bart.num.2. ff.de leg. 2.Paul.de Caſtr.in d.l.ſi merces. numer.2.in fin.ff.locat. Fallit quoque ſi apparet quòd voluntas teſtatoris fuit faciendi conditionem l. in conditionibus.in princ.& §.1.ff.de condit. & demonſtrat. Secundo caſu quando ſcilicet ſubſtantia dotis committitur in arbitrio alicuius à lege vel ſtatuto, tũc denuò diſtinguitur,an lex vel ſtatutum reducatur ad ſimilitudinem cõtractus & diſpoſitionis inter viuos, & hoc caſu conditionalis eſt,ac ideò non trãſmittitur, an reducatur ad ſimilitudinem diſpoſitionis vltimæ voluntatis,& tunc non eſt conditionalis, ac ideò ad hæredes tranſmiſſibilis eſt niſi cõditio expreſsè appoſita ſit;quomodo autem cognoſcatur an ad diſpoſitionẽ inter viuos vel cauſa mortis referatur, ſeruanda eſt regula quæ ſeruatur ad cognoſcendum donationem inter viuos à donatione cauſa mortis,de qua per Mantic.de coniect.vlt.volunt.lib.1.tit.13.Clar.in §.donatio quæſt.2. Menoch.de præſumpt.lib.3.præſũpt.35.36. hoc autem certum eſt quòd lex vel ſtatutum diſponens de ſucceſſionibus reducitur ad inſtar vltimæ voluntatis, & non ad inſtar diſpoſitionis inter viuos l.codicillis.§.matre.ff. de leg.2.Bald.d.conſil.121.num.1.in fin.& num.2.lib.4.

Pro complemento ſciendum eſt,quod vbi legatum dotis eſt conditionale,illud non poteſt in alterum transferri nequè per viam ceſſionis.Rota Rom.deciſ.450.part.1.in recent. mouetur ex eo, quia dum illud eſt conditionale non poteſt tranſmitti.Mãtic.de coniect. vlt.vol.lib.11.tit.22.num.48.ergo nec cedi poteſt,nàm quæ tranſmiſſibilia non ſunt, nec cedi poſſunt l. ex pluribus. ff. de adminiſtr. tut.

*SVMMARIVM.*

1 *Ius petendi ſupplementum dotis ad hæredes tranſmittitur, quod procedit etiam ante agnitionem, & petitionem.7.*
2 *Subrogatum ſapit naturam ſubrogati: ſi naturæ ſuæ non contrariatur.4.*
3 *Aliud eſt eſſe tale, & aliud loco talis.*
5 *De dotis augmento idem eſt quod de dote.*
6 *Dotis conſtitutio non poteſt conferri poſt mortem.*
8 *Ius petendi ſupplementum congruæ dotis trāſmittitur ad hæredes in terminis iuris communis, ſecus ſi extat ſtatutum quod ſtantibus maſculis fæminæ non ſuccedant: Ampliatur, etiam ſi ſtatutum ſit ſuſpenſiuum donec extant maſculi ſed diſtinguuntur tres caſus num.10.& ſeqq.*
11 *Ius in habitu ſufficit ad tranſmittendum.*
12 *Iura quæ competitura ſunt poſt mortem tertij dicuntur conditionalia.*

## CASVS XVIII.

*Ius petendi ſupplementum dotis an tranſmittatur.*

1 QVoniam dos ſuccedit loco legitimę.l. quoniam nouella.C.de inoff.teſtam.Bald.in auth.res quæ.num.18.C.comm.de legat. Tiraquel. multos adducens in l.ſi vnquàm.verb. ſuſceperit liberos.num.112.C.de reuoc.donat. ius autem petendi ſupplementum legitimæ tranſmittitur ad hæredes, vt dixi in caſ.10.iccirco & ius petendi ſupplementum dotis ad hæredes pariter tranſmittitur, quia ſub-
2 rogatum ſapit naturam illius in cuius locum ſubrogatur.l.eum qui.§.iniuriarum.ff.ſi quis caut.§.ſi q.s.inſtit.de action. nec obſtat quod licet dos ſuccedat loco legitimæ, tamen non ſapiat eandem naturam, cùm ſint res diuerſæ, & diuerſam naturam in ſe habeant.l. cum in fundo.§.ſi fundus.ff.de iur.dot.Bart.in l.1.§. hæc actio. verſ. aut circa diuerſam rem.ff. ſi quis teſtam.liber.eſſe iuſſ. & aliàs aliud ſit eſ-
3 ſe tale, & aliud loco talis l. mercis.ff. de verb. ſignif. nam reſpõdetur inter dotem, & legitimam in hoc tantùm conſiſtere diuerſitatem, quòd legitima debetur purè, dos autem ſub conditione; ſi nubat; ſed in alijs idem ius cenſendum eſt in vna quod in altera, cùm res ſubrogata loco alterius, illius vice fungatur in
4 omnibus, ſi naturæ ſuæ non contrariatur, l.filiæ.§.Titia.ff.de condit.& demonſtrat.c.Eccleſia.vt lit.pend.nec obſtat pariter ſi dicatur
5 quod idem eſt de augmento dotis, quod de dote ipſa.l.etiam.in fin.C.de iur.dot.l.ſi proprietari.ff.eod.l.inter.§.cum inter.ff.de pact. dotalib.l.ſi conſtante.§.idem licere. verſ. pactis C.de donat.ant.nupt.Rota decıſ.246.nu
6 mero 1.part.2.in recent.ſed conſtitutio dotis non poteſt conferri poſt mortē, attento quod de eo tempore non poteſt deſeruire oneribus matrimonij.l.ſi pater mulieris.§.fin.ff.de iur. dot.nec dos poteſt eſſe ſine matrimonio l.fin. C.de donat.ant.nupt.l.3.ff.de iur.dot.igitur nec ſupplementum dotis poſt mortem conſtitui poteſt, quia reſpondetur quod dote conſtituta, dicitur ipſo iure conſtitutum & eius ſupplementum vſque ad legitimam. Salicet. in l.ſcimus. in princ.1. quæſt. C. de inoff. teſtam.quem ſequitur Ruin.conſ.26.num.12. 14.& 18.lib.3.ad hoc eſt tex.in d.l. ſcimus, ibi; filio attamen ipſo iure ineſſe eandem repletionem; ideo non poteſt dici, quod ſupple-
7 mentum dotis conſtituatur poſt mortem, & ſic in ſpecie quòd ius petendi ſupplementum congruæ dotis tranſmittatur ad hæredes, tenet idem Ruin.d.conſ.26.lib.3.Brun. de ſtatut.excluſ.fæm.art.11.num.84.quod procedit etiam antè agnitionem, & petitionem, vt per eundem Ruin.d.conſ.26.nu.12.& ſeqq. & conſ.60.num.14.lib.3. & Simon de Præt. de interpræt.vlt.vol.fol.212.nu.19.
8 Declaratur caſus procedere in terminis iuris communis, ſecus vbi adeſt ſtatutum, quòd extantibus maſculis filiæ fæminæ non ſucce-
9 dant; nam qui non ſuccedit ab inteſtato non poteſt petere legitimam Bald.conſ.329.libro 3.Dec.conſ.505.num.7. Crauet. conſ.236. num.1.&2.Menoch.conſ.8.num.3.Tiraq.de iure primogen.quæſt.55.num.9.cum pluribus per eum relatis.Surd.conſ.185.num.1.& 2.vol.2.quia legitima eſt portio eius quod quis habiturus eſt ab inteſtato l. cum quæritur, l.parentibus C.de inoff.teſtam. ſtatutum enim fauore agnationis conſeruandæ aufert legitimam filiarum etiam in totum Din. in c. indultum.propè finem.de reg. iur. in 6. Bart. in l. Titio centum.§. Titio genero. num.6.ff. de condit.& demõſtrat.Nouell.de dote part. 6.priuileg.17.num.5.Oldrad.conſ.107.nu. 3.Federic.de ſen.conſ.277.nu.1.Dec. conſ. 19.num.5.Crauet.d.conſ.236.nu.2.Vaſqu. de ſucceſſ.creat.lib.2.§.20.part.3.num.292. & ſeqq.vbi hoc diſputat ex profeſſo, idemquè recenter decidit Merlin.in ſuo tract.de legitim.lib.3.tit.1.quæſt.2.num.35.verſ.contra

ria.&

ria. & numer. ſeqq. Tiraq. de iure primogen.
quæſt. 55. num. 8. & ſeqq. Menoch. conſil. 4.
numer. 41. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 11.
tit. 22. num. 44. & infra. Ioſeph Ludouic. de-
ciſ. 21. num. 41. Peregr. de fideicom. art. 38.
num. 16. ideo ius petendi ſupplementum con
gruæ dotis tranſmittere non poteſt.

10 Ampliatur declaratio vt locũ habeat etiãſi
in ſtatuto ipſo eſſet clauſula ſuſpenſiua, do-
nec, vel quouſque ſuperuixerint maſculi filię
fœminæ non ſuccedant; verùm pro iſtius am-
pliationis dilucidationẽ aduertendum eſt di-
ſtinguendos eſſe quoſdam caſus: Primus eſt
quando extante huiuſmodi ſtatuto, filia quæ
minus congruè dotata eſt, decedit viuentibus
maſculis, & tunc ius petendi ſupplementum
congruę dotis poſt mortem ipſorum maſcu-
lorum ſine maſculis defunctorum non tranſ-
mittit, quia licet filia non cenſeatur priuata
præciſè, ſed tantùm ſuſpenſa ad tempus, do-
nec extant fratres maſculi, & ſic interim ha-
11 beat ius in habitu, quod ſufficit ad tranſmit-
tendum. l. illud. §. fin. ff. de bonor. poſſeſſ. cõt.
tab. l. ſi quis graui. §. fin. & l. qui poſthumos.
12 ff. ad Sillanian. nihilominus quia iura quæ
alicui competitura ſunt poſt mortem tertij di
cuntur conditionalia l. quibus diebus. §. qui-
dam titio. vbi Socin. num. 1. Caſtrenſ. num. 2.
l. hæres meus. §. hæres meus. ff. de condit. &
demonſtrat. ideo non tranſmittuntur l. vnic.
§. ſin autem aliquid C. de caduc. tollend. & in
terminis ſic tenent & communiter teneri te-
ſtantur Bald. in l. 2. num. 9. C. de liber. præter.
& Laur. de Palat. in tract. de ſucceſſ. maſcul.
excluſ. fęmin. part. 1. num. 46. & 47.

13 Secundus caſus eſt, quãdo eadem filia mi-
nus congruè dotata decedit poſt mortem om
nium ipſorum maſculorum, & hoc caſu tan-
quàm reintegrata vtique admittitur ad peten
dum ſupplementum congruæ dotis & legiti-
mæ, idéquè ius ad hæredes tranſmittit. Bart.
in l. fin. §. quando. num. 1. & 2. ff. ad Tertull.
Bald. conſ. 69. num. 1. verſ. in contrarium. lib.
1. vbi dicit hanc eſſe ipſam veritatẽ. Anchar.
conſ. 220. num. 2. Capra conſ. 76. numero 7.
Brun. de ſtatut. excluſ. fæmin. art. 10. nu. 67.
verſ. in contrarium: & num. ſeqq. Rota Rom.
deciſ. 475. part. 2. in recent.

14 Tertius caſus eſt, quando ſtatutum dice-
ret, quòd filia per patrem dotata non ſucce-
dat quouſquè ſuperuixerint maſculi: hoc ſa-
nè caſu ſi contingit filiam minus congruè do-
tatam eſſe, tunc ius petendi ſupplementum
congruæ dotis ad hæredes tranſmittit quan-
documquè ea decedat ſiue viuẽtibus ipſis ma-
ſculis, ſiue eis mortuis, quia conſtituta dote
cenſetur ipſo iure conſtitutum eius ſupple-
mẽtum d. l. ſcimus. C. de inoff. teſtam. & quia
ſi vna pars defertur purè, altera ſub conditio-
ne, interim pendente conditione decedens
tranſmittit l. qui patri. ff. de acquir. hæred. cõ-
ditio enim, ſiue dies purificans illud ius vel
illam partem ſuſpenſam, facit portionem ac-
creſcere portioni puræ, cùm ius accreſcendi
etiam conditionale tranſmittatur ad hæredes
d. l. qui patri. & l. ſi ex pluribus. ff. de ſuis & le-
gitim. & ſic in ſpecie iſtius tertij caſus reſpon
det Anchar. d. conſ. 220. nu. 5. verſ. vltimò.

*SVMMARIVM.*

*1 Actio in dote iàm conſtituta à patre ad hære-
des filiæ & contra hæredes patris tranſmit-
titur. Fallit quando filia deceſsit ante ma-
trimonium ſecutum num. 2. item fallit quan
do filia ſuccedit in hæreditate illius qui do-
tem cõſtituit. 3. intellige ſi eſt cohæres ſuus,
ſecus ſi extraneus. 4.*

*5 Actio tranſit contra hæredes patris etiam pro
dote conſtituenda: idem eſt in alimentis. 6.
idem ſi extat ſtatutum quod filia non ſucce-
dat. 7. idem ſi filia eſt maritata. 8. idem ſi in-
ſtituti ſunt hæredes extranei 9. Idem con-
tra hæredes aui materni. 10. idem ſi hæredes
eſſent minores 11. idem ſi filia eſt diues 12.
idem ſi ſpuria. 13. idem in fiſco, ſi bona deuo-
luta ſunt in eum. 14.*

*15 Actio, ſiue officium iudicis competens filiæ pro
dote conſtituenda non tranſmittitur ad hæ-
redes ipſius filiæ; ius tamen petendi legiti-
mam tranſmittitur. 19. item tranſmittitur
actio pro dote conſtituenda, quando viuens
inchoauit iudicium. 20. item quando iàm
dos conſtituta eſt. 21. idem ſi extat ſtatutũ
quod filia dotari debeat. 22.*

*16 Onus alimentorum ex parte eius qui ea præ-
ſtare tenetur, eſt reale & tranſit ad hære-
des, ex parte recipientis eſt perſonale & non
tranſmittitur: idem de vſufructu 17.*

*18 Matrimonio diſſoluto ceſſant rationes conſti-
tuendæ dotis, & quæ ſint hæ rationes.*

*23 Condictio ex lege vel ſtatuto tranſmittitur
ad hæredes.*

*24 Virgo deflorata tranſmittit actionem dotis
conſtituendæ.*

CA-

## CASVS XIX.

*Dotis, & actionis dotis tranſmiſſio.*

NVnc de tranſmiſſione dotis, & illius actionis agendum eſt,
1 pro cuius diſcuſſione tres caſus conſtituo.

Primus caſus eſt in dote iàm conſtituta à patre, & tunc actio ad hæredes filiæ, & contra hæredes eiuſdem patris tranſmittitur l. vnic. §. maneat. §. illo procul. C. de rei vxor. action.

2 Declaratur primò hic primus caſus vt locum habeat quando filia deceſſit poſtquàm ſecutum fuit matrimonium, ſecus ſi mors illius contigiſſet ante matrimonium ſecutum, tunc enim dotem etiam ei iàm conſtitutã non tranſmitteret ad hæredes, quia conſtitutio dotis habet in ſe tacitam conditionem, ſi ſequatur matrimonium l. in rebus. §. ſi re l. ſtipulationem l. non enim. l. promittendo. l. tali facta ſtipulatione ff. de iur. dot. l. item quia. §. huius rei ff. de pact. intrãtum, quod ſi interim dos ſolueretur non ſecutis nuptijs, ea repeti poſſet l. dotis fructus. §. enim verò, & ll. ſeqq. ff. de iur. dot. namquè dos non poteſt eſſe ſine matrimonio l. 3. ff. eod. de iur. dot.

Subdeclaratur tamen hæc declaratio non procedere vbi conſtitutio dotis facta eſſet animo donandi l. licet. §. 1. verſ. niſi fortè. ff. de iur. dot. Iaſ. in l. qui ſe debere. propè finem. verſ. vnde reſpondet ff. de condict. ob cauſ. & in d. l. item quia num. 8. ff. de pact. Animus autẽ donandi præcipuè arguitur, cùm quis promittit ex cauſa debiti de præterito ſciens ſe non eſſe debitorem, & cauſam non eſſe veram d. l. qui ſe debere. §. ſed ſi cum ſciret ff. de condict. ob cauſ. & ibi Iaſ. numer. 11. in fin. alios modos arguẽdi donationem docet Menoch. de arbitrar. caſ. 88.

3 Declaratur ſecundò caſus, vt locum non habeat quando filia tanquàm hæres ſuccedit ei qui dotem conſtituit, tunc enim dotem à cohæredibus conſequi non poteſt. l. 1. §. filiam. ff. de collat. dot. l. 2. C. de collat. quia dos confunditur, & cum alijs cohæredibus conferenda eſt. d. l. 2. C. de collat. l. 1. & tot. tit. ff. de collat. dot. & ita tenet Roman. in l. poſt dotem. num. 66. & ibi Alex. nu. 23. ff. ſolut. matrim. Iaſ. in l. auus. num. 7. ff. de pact. & in l. huiuſmodi. §. cum pater. num. 5. ff. de leg. 1.

4 Subdeclaratur hæc declaratio, vt vera ſit in cohæredibus ſuis, ſed in cohæredibus extraneis, quia eis dos conferri non debet, & in illis ceſſat ratio ſeruandæ æqualitatis nõ procedit ipſa declaratio, ſed ſtandum eſt caſui, vt contra Roman. tenet & tuetur Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 12. tit. 18. numero 22.

5 Secundus caſus eſt in dote conſtituenda, & tunc aut quærimus, an officium iudicis cõpetens filiæ pro ipſa dote conſtituenda tranſeat contra hæredes eiuſdem patris, aut quærimus, an tranſeat ad hæredes ipſius filiæ: de primo certè verũ eſt, quod onus dotandi tranſit cõtra hæredes ipſius patris. Bart. in l. ſicut. §. ſi debitori. ff. quibus mod. pign. vel hypot. ſol. & in l. ſi marito. §. ſi voluntate. num. 9. & ibi Paul. de Caſtr. numer. 4. ff. ſolut. matrim. Rayn. & Alex. in l. poſt dotem. num. 22. idem Paul. de Caſtr. in l. ſi ſocer. numero 4. ff. eod. tit. Bald. in l. fin. C. de dot. promiſſ. Ruin. conſil. 200. num. 4. vol. 1. Menoch. conſ. 81. num. 1. ratio eſt quia onus dotandi annexum eſt bonis, & tranſit cum eis, & ſimile eſt quoque
6 in alimentis, quia officium iudicis competens pro alimentis tranſit contra hæredes l. ſi quis à liberis. §. item reſcriptum. ff. de liber. agnoſcend. nam de alimẽtis ad dotem validum eſt argumentum. Euerard. in loc. legalib. loc. ab alimentis ad dotem.

7 Ampliatur primò hic ſecundus caſus, vt procedat etiam extante ſtatuto diſponente, quod filia non ſuccedat, quia nihilominus tenentur hæredes patris illam dotare. Bald. in l. fin. C. de dot. promiſs. Alex. in l. poſt dotem. num. 22. ff. ſolut. matrim. & conſ. 169. num. 5. vol. 7. Campeg. in tract. de dote. quæſt. 27.

8 Ampliatur ſecundò hic ſecundus caſus, vt locum habeat etiam ſi filia eſt maritata, nam etiam filiam maritatam pater dotare tenetur, ſiue ante 25. annum, ſiue poſt; ſiue inſcio, ſiue conſulto patre; ſiue digno, ſiue indigno ea maritata ſit, vt poſt multos, quos ſigillatim refert, tenet Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 189. num. 56. & infra; quod maximè locum habet, vbi extaret ſtatutum excluſiuũ fœminarum à ſucceſſione propter dotem, quia tunc clariſſimum eſſet filiam nuptam poſſe petere ſe dotari, ne careat hæreditate & dote, & quia ſtatutum eam excludens à ſucceſſione propter dotem videtur velle, quod omnino dotem habeat. Paul. de Caſtr. in l. ſi ſocer. nu. 4. verſ. ſed quod. ff. ſolut. matrim. vbi dicit hoc eſſe clariſſimum, & illum refert, ac ſequitur Alex. conſ. 169. num. 3. vol. 7. Socin. Sen. conſ. 57. nu. 5. & 7. lib. 4. idem Caſtrenſ. conſ. 73. num. 1. lib. 1.

9 Ampliatur tertiò, vt locum habeat etiam ſi ex-

ſi extranei ſunt hæredes inſtituti, quia ex per-
ſona hæredis non mutatur conditio obliga-
tionis.l.2.§.ex his.ff.de verb.obligat. & quia
hæres extraneus non poteſt recuſare, quod
defunctus recuſare non potuit.l. poſtulante.
in princ.ff.ad Trebell.Ruin.conſil.200.num.
4.lib.1. quod multò magis recipiendum eſt
fauore dotium.l.ſi ego.§.1.ibi; ſed benignius
eſt;ff.de iure dot.

10 Ampliatur quartò, quia huiuſmodi onus
dotandi tranſit etiam ad hæredes aui mater-
ni, ſic enim ipſi dotare tenētur eodem modo,
quo auus dotare tenebatur Abb.conſ.115.in
princ.lib.2.

11 Ampliatur quintò procedere etiam ſi hæ-
res eſſet minor quia adhuc eſt obligatus do-
tare.Ruin.conſ.200.num.4.lib.1.id enim nō
facit ex perſona ſua, ſed vti hæres ex perſona
defuncti, & in neceſſitatibus nemo liberalis
exiſtit.l.rem legatam.ff.de adim.legat.

12 Ampliatur ſextò procedere etiam ſi filia
ſit diues, quia nihilominus tenetur hæres illā
dotare de bonis paternis, ſicuti tenebatur pa-
ter.l.fin.C.de dot.promiſs. ſic Ruin. d. conſ.
200.nu.4.verſ.quamuis igitur. lib. 1. eadem
ratione, quia obligatio patris defuncti immu
tari non debet ex perſona hæredis d.l.2. §. ex
his.ff.de verb. obligat.

13 Ampliatur ſeptimò quia ad hęredes patris
tranſit quoquè onus & obligatio dotandi fi-
liam ſpuriam Iacob.Cancer.var.reſol.lib.3.
cap.21.num.223.

14 Ampliatur octauò locum habere etiam in
fiſco ad quem deuoluta ſunt bona, is namque
tenetur ſimiliter ad onus dotandi. Bald. in l.
fin.num.8.alias.9. verſ. & idem dico. C. de
dot.promiſs.Ripa in l.ex facto.§.ex facto nu.
9.ff.ad Trebell.Cæphal.conſil.160.num.10.
Afflict.in cap.1.§.præterea.verſic.gloſ.3.nu.
8.quæ ſit princ.cauſ.benef.amitt.

15 Tertius caſus eſt pariter in dote conſtituē-
da, dum quærimus an iſtud officium iudicis
competens filiæ pro conſtituenda dote tran-
ſeat ad hæredes ipſius filiæ, & videtur affir-
matiuè reſpondendum quia cum pater tenea
tur dotare filiam etiam maritatam vt proxi-
me dictum eſt; eidemque filiæ pro huiuſmo-
di dote conſtituenda competat officium iu-
dicis. l. qui liberos. ff. de rit. nupt. quod qui-
dem officium iudicis eſt ad hæredes tranſito-
rium.l.non ſolùm.ff. de in integr. reſtit. con-
ſequenter concludendum eſt ius petendi do-
tem ad hæredes filiæ tranſmitti: Sed in con-
trarium, quod imò filia iſtud officium iudi-
cis ad hæredes eius non tranſmittat, vrgent
infraſcriptæ conſiderationes, nam dos non
poteſt eſſe ſine matrimonio.l.3.ff.de iur. dot.
l.fin.§.quare.C.de donat.ant.nupt.l.1.§.cæ-
terum.§.idem. ff. pro dot. ſed poſt mortem
vxoris non extat amplius matrimonium, quia
remanet ſolutum, ideo tunc dos conſtitui nō
poteſt; Et licet ſi iàm conſtituta eſt conſtan-
te matrimonio, etiam poſt illud ſolutum reti-
neat nomen dotis, tamen nomen dotis poſt
diſſolutum matrimonium non poteſt acqui-
rere.arg.l.per retentionem.C.de vſur.l.2.C.
de fideicom.l.patre furioſo.ff.de his qui ſunt
ſui, vel alien. iur. Et ſimile eſt quoque de ali-
16 mentis, quia onus alimentorum, licet ex par-
te illius qui ea præſtare tenetur, ſit reale, &
tranſeat ad illius hæredes ſiue competant ex
officio iudicis.l.ſi quis à liberis.§. item reſcri-
ptum.ff.de liber.agnoſ.ſiue iure actionis. l.2.
in fin.l.alimēta.in princ.l.libertis quos.§.ma-
numiſſis.ff.de alim.& cibar.legat.l.illis. ff. de
condit.& demonſtrat.tamen ex parte recipiē
tis ipſa alimenta eſt ius perſonale & non trāſ-
mittitur.l.cum hi.§.modus autem.ff.de tran-
17 ſact.idem eſt pariter de vſufructu, qui ex par-
te promiſſoris eſt realis & in rem & tranſit cō
tra poſſeſſorem rei. l. vti frui. §. 1. ff. ſi vſuſ-
fruct. pet.l.neceſſariò.§.vlt.in fin.ff.de peric.
& commod. rei vend. l.ſi patri.§.vſufructua-
rio.C.de vſufruct. Ex parte autem ſtipulato-
ris eſt perſonalis.§.finitur.inſtit.de vſufruct.
l.ſicut in annos.§.morte. ff. quib. mod. vſuſ-
fruct. vlterius pro hac parte conſidero.tex.in
l.fin. C. de iniur. vbi dicitur quod fauor con-
ceſſus mulieri conſtante matrimonio, ceſſat
eo diſſoluto, ita quod non tranſmittitur; ibi,
ſuperſtitibus; & not.ibi Bald.num.1.& Cyn.
in 3.not.qui dicit eum eſſe menti tenendum;
18 & facit ratio, quia diſſoluto matrimonio ceſ-
ſant rationes conſtituendæ dotis, nempe pro
maritanda filia.d.l.qui liberos.ff.de rit.nupt.
& pro ſuſtinendis oneribus matrimonij.l. aſſi
duis.§.oportebat.C.qui pot.in pign.habeāt.
l.pro oneribus.C.de iur. dot. cap. ſalubriter.
de vſur.& vt mulier dotata melius à viro tra-
ctetur.§.ſic itaquè.verſ.ſi quis enim. authen-
tico.de nupt.l.fin.C.ad Velleian.ſed ceſſante
cauſa fauoris, ceſſat etiam fauor l.quoties. C.
de priuileg.ſcolar.lib.12.ſicuti è cōuerſo ceſ-
ſante cauſa odij, ceſſat effectus illius Tiraq.in
tract.ceſſant.cauſ.nu.190. & hanc partem ne-
gatiuam quòd officium iudicis pro dote con-
ſtituenda non tranſeat ad hæredes filiæ tenet
& tuetur ex profeſſo Ruin.conſ.131.num.9.
& ſeqq.lib.4.& ante eum Paul.de Caſtr.cōſ.
7.nu.2.in fin.lib.2.& ſequitur Petr. de fidei-

X com.

com.quæſt.8.nu.450.& cōſentiūt.Curt.iun. in auth. res quæ.ſub nu.22. & ibi Padill. nu. 71.C.comm.de legat. idē Petr. de fideicom. d.quæſt.8.nu.447.& ſeqq.cum quibus videtur etiam concurrere Peregr.de fideicom.art. 42.num.42.verſ.ſed hic ſubſiſtendum. verb. ſi verò filia, & num.43. quam veram eſſe puto & pro ea adduco tex. apertum in l. ſi pater mulieris.§.non idem.ff.de iur. dot. vbi dicitur,quod dos poſt mortem mulieris conſtitui non poteſt.

19 Declaratur primo hic tertius caſus vt locū habeat in terminis ſuis,nàm tunc ius petendi dotem conſtituendam ad hæredes filiæ non tranſmittitur eo reſpectu vt hæredes ipſi non poſſint petere dotem præcisè, ſecus ſi peterēt legitimam debitam eidē filiæ defunctæ, quia illam vigore tranſmiſſionis petere poſſent, vt dixi in caſ.10.excepto quòd ſi extaret ſtatutum excluſiuum fæminarum propter maſculos,tunc enim ad eos non trāſmitteretur nec ius petendi dotem nec ius petendi legitimā, non quidem dotem, quia ius petendi dotem conſtituendam non tranſmittitur ad hęredes ex iam dictis, non legitimam quia legitima remanet ſublata per iſtud ſtatutum à ſucceſſione excluſiuum. Tiraq. de iure primogen. quæſt.55.num.8.& ſeqq. Menoch. conſil.4. num.41. Mantic. de coniect. vlt. vol.lib. 11. tit.22.num. 44. & infra, vbi omnes alios recenſent, & conſequenter non eſt tranſmiſſibilis arg.l.eius qui in prouincia.ff.ſi cert. pet.

Subdeclaratur hæc declaratio, quia ſi ex verbis iſtius ſtatuti fæminarum excluſiui aliquo modo colligi poteſt quod voluerit dotē ſubrogari loco legitimæ, puta quod filiæ dotari debeāt vſquè ad legitimam, vel quod eis ſalua ſit legitima,vel quod ſtare debeant contentæ his quæ fuerint eis relicta pro dote, his caſibus dos conſtituenda, cenſetur eſſe ſubrogata loco legitimæ & cōſequenter debita eſt purè & ad hæredes tranſmittitur Paul.de Caſtr.conſ.222.num.5.ante med.lib.2. Rimin. iun.conſ.157.num.17.& ſeq.præſertim autē hoc procederet ſi extaret clauſula: quod nihil vlterius petere poſſint Abb. conſ.92. num.3. lib.2.Anchar.conſ.232.num.1.propè finem. Menoch.conſ.251.nu.48.& 49. Socin. iun. conſ.134.num. 26. in fin.lib. 1. idem ſi dicit quod debeant legitimè dotari. Anchar.Regien.quæſt.51.nu.4. part.2. vel congruè dotari Corn.conſ.40.num.17.vol.3.Capra conſil.88.num.9. & ſeqq. Simon de Præt. de intepræt.vlt.vol.fol.212.nu.17. in fine. idem ſi dicit quod filia habere debeat certam quantitatē pro dote, & pro omni ac toto eo quòd ad eam ſpectare poteſt in bonis patris, quia ex iſtis verbis arguitur pariter quod voluerit iſtam quantitatem haberi pro legitima, quæ pura & tranſmiſſibilis eſt. ſic Paul. de Caſtr. conſ.372.num.4.lib.1.Crauet. conſ. 84. nu. 5.Socin.iun.d.conſ.134.num.26.lib.1. Anchar.Regien.d.quæſt.51.num.3.part.2.

20 Declaratur ſecundo non procedere quando à filia viuente inchoatum eſſet iudicium pro ipſa dote conſtituenda,ius enim petendi conſtitutionem dotis tranſmitteret ad hæredes, quia iudicium inchoatum tranſmittitur l.ſi petitor. ff. de iudic. l. ſeruus ff. de ijs qui not.infam.l.ſi intra C.de non num.pec.& qui actionem habet, rem habere dicitur l. rem in bonis.ff.de acquir.rer.domin.l.id apud ff. de verb. ſignif.l.qui actionem.ff.de reg.iur. & ità tenet in ſpecie Ruin.d.conſ.131.nu. 12. lib.4.

21 Declaratur tertiò quia licet ius petendi dotem conſtituendam non tranſeat ad hæredes filiæ,tamen ſi dos iam conſtituta eſt,benè tranſit ius petendi eius liquidationem, & declarationem.Socin.iun.conſ.35.nu.18.lib.1. Roland.de lucro dot.quæſt.88.& 89.Menoch. de arbitr.quæſt.68.num.42.Ruin.conſil. 225.num.5.& 6.lib.1.idem voluerunt Bald. conſ.420.lib.3.& conſ.121.lib.4.Alex.conſ. 13.num.19.vol.3. & Præt. de interpræt. vlt. vol.fol.211.num.14.poſt medium.

22 Declaratur quartò hunc tertiū caſum procedere attenta diſpoſitione iuris communis, ſecus ſi extaret ſtatutum quòd filia non ſuccedat ſed dotari debeat, quia tali caſu filia tranſmitteret ad hæredes ius petendi dotem & illius conſtitutionem Alex.conſil.169.nu. 5.lib.7.Phanuc.de lucro dot.gloſ.10.nu.53. Peregr.de fideicom.art.42.numer.43. tunc enim haberet conditionem ex ſtatuto Alex. conſ.7.nu.11.verſ.ſed poſito.vol.2.quę con-

23 dictio ad hæredes tranſitoria eſt per ea quæ ſcribit Iaſ.in l.ſi arrogator num.14. verſ. ſed iſta.& num.15. ff. de adopt. & tenet Crauet. conſ.185.num.3.& cōſ.142.num.29. Alex. conſ.55.num.7.vol.2.Caſtrenſ.conſ.388. in fin.lib.2.Emanuel Coſta in repet.c. ſi pater. in verb.legauit num. 34. in fin. de teſtam. in 6.Pinell.in l.1.part.1.num.36.C.de bon.matern.Roland.de lucro dot. quæſt.47. per tot. Surd.deciſ.138.nu.15.Capra conſ.6.nu.18.

24 Declaratur quinto, quia aliter dicendum eſt de dote conſtituenda virgini propter eius deflorationem,ea namquè decedens innupta tranſmittit ad hæredes ſuos actionem pro cō-

ſtituenda

ſtituenda ſibi dote ex cauſa eiuſdem deflorationis, quia dos in hoc caſu non accipitur propriè tanquam dos nec ideo militant rationes dotis, ſed accipitur tanquàm intereſſe deflorationis, quæ actio ad intereſſe ad hæredes trãſit l. dies cautioni. §. vlt. ff. de damn. infect. & ſic in ſpecie tenet Cancer. var. reſol. lib. 3. cap. 11. numer. 132. & ſeqq. qui tamen dicit quòd tranſmittit hanc actionem poſt litem inchoatam, non ante; ex ea ratione quia quòd pænæ nomine alicui applicatur, non agnitum non tranſmittitur, allegat tex. in l. cum fine l. ſi pænum ff. quand. dies leg. ced. ſed tamen arbitror locum eſſe huiuſmodi tranſmiſſioni indiſtinctè, ſiuè ſtuprata decedat ante petitam dotem, & motam litem, ſiuè poſt; nàm actio ad pænam competentem ratione intereſſe, vt eſt dos conſtituenda propter deflorationem, tranſmittitur ad hæredes indiſtinctè. d. l. dies cautioni §. vlt. ff. de damn. infect. l. 1. §. hæredem ff. de priuat. delict. l. 2. §. fin. ff. vi bon. rapt. l. inde Neratius. §. hanc actionem. ff. ad leg. aquil. l. 4. in fin. ff. de incend. naufrag.

Sed vtrum actio iſta ad dotem conſtituendam propter deflorationē tranſmittatur etiā contra hæredes ſtupratoris defuncti, itaut cogi poſſint ijdem hæredes dotem ipſam conſtituere, dicatis quòd de iure ciuili nō tranſmittitur contra hęredes ſtupratoris, cùm nihil ad eos peruenerit l. in hæredem. ff. de calumniat. l. 1. §. vlt. ff. de eo per quem fact. erit. ſaluo ſi inchoatum eſſet judicium contra eundem ſtupratorem in eius vita, quia tunc tranſmitteretur per tex. in l. ſi intra C. de non num. pec. & per rationem quia ex perſona ſucceſſorum non debent iura ſtupratæ deteriora fieri l. 2. §. ex his. ff. de verb. obligat. de iure autem Canonico tranſmittitur indiſtinctè contra eoſdem hæredes, quia ſecundum ius Canonicũ non fit differentia an ad eos aliquid ex maleficio peruenerit, vel non. gloſ. vlt. in c. fin. de ſepult. & in c. 1. in verb. debita. de ſolut. Abb. in c. parochiano. num. 5. de ſepult. Clar. in §. fin. quæſt. 51. verſ. vlterius quæro: vbi allegat alios, intelligendo tamen pro viribus hæreditarijs tantùm & non vltra, vt dicam in caſ. 27. num. 13.

Obſeruandum autem eſt quod dos iſta in omni caſu conſtituenda eſt ſecundum facultates ſtupratoris, & qualitatem, ac dignitatē puellæ ſtupratæ gloſ. vlt. in c. 1. de adulter. Oſaſch. deciſ. 107. Caſſan. conſ. 40.

*S V M M A R I V M.*

1 *Lucrum dotis, quod defertur marito ſuperuiuenti ex forma ſtatuti, tranſmittitur ad hæredes eiuſdem mariti etiam antequàm illud acceptauerit vel agnouerit: Idem ſi deferatur vigore conſuetudinis. 3. ſecus ſi defertur iure hæreditario num. 4. & ſeqq.*

2 *Illud quod defertur titulo ſingulari tranſmittitur etiam abſque agnitione.*

## C A S V S XX.

*Maritus an tranſmittat ad hæredes lucrum dotis.*

1 STante ſtatuto, quòd moriente vxore in matrimonio maritus lucretur dotē, vel partem dotis, dubitari poteſt, ſi poſtquàm mortua eſt vxor, moriatur quoque maritus, qui lucrum dotis in vita non acceptauit nec agnouit, an lucrum ipſum ad hæredes tranſmittat: & breuiter partem affirmatiuā, quòd illud tranſmittat, tenet Bald. in l. ſi arrogator. num. 5. verſ. ſecundo oppono; & ibi Iaſ. num. 15. & ſeqq. ff. de adopt. idem Bald. in l. generaliter. §. in his. C. de nupt. Alex. in l. ſi vir. ff. ad leg. Falcid. & in l. cum in antiquioribus. numer. 6. vbi Salicet. & Paul. de Caſtr. num. 7. qui dicit ità communiter teneri. C. de iur. delib. Ruin. qui pariter de communi opinione teſtatur conſil. 26. numer. 16. vol. 3. Caſſan. in conſuet. Burgund. rubr. 4. §. 14. verſ. la femme mariee. num. 14. Crauet. conſ. 185. num. 3. Arias Pinel. in l. 1 part. 1. numero 36. C. de bon. matern. Gutierrez. pract. quæſt. libro 5. quæſt. 78. num. 10. Benedict. in c. Raynutius. verb. mortuo itaque teſtatore. 2. num. 115. de teſtam. Brun. de ſtatut. excluſ. fæmin. art. 11. num. 85. & art. 13. num. 95. Iaſ. conſ. 59. num. 2. vol. 1. Surd. conſ. 253. nu. 33. vol. 2.

2 Et ratio eſt quia iſtud lucrum defertur titulo ſingulari, non autem vt hæreditas, vel pars hęreditatis, ob id trāſmittitur etiam abſquè agnitione. l. ſi arrogator. ff. de adopt. & hanc rationem adducunt Alex. conſ. 150. nu. 7. & 8. lib. 2. & in d. l. ſi vir. ff. ad leg. Falcid. Salicet. Bald. Paul. de Caſtr. Caſſan. Iaſ. & Surd. in locis proximè citat. non obſtante, quod in contrarium conſuluit Ang. conſ. 81. quia illum in ſpecie reprobat Alex. d. conſ. 150. nu. 8. lib. 2. & in d. l. ſi vir. ff. ad leg. Aquil. & Iaſ. in d. l. ſi arrogator. num. 18. ff. de adopt. & ad om-

omnia eius argumenta reſpondent Roland. de lucr.dot.queſt.47.& Phanuc.in eod.tract. in gloſ.4.num.7.& ſeq.

3 Ampliatur quia ex eadem ratione idem eſt quoquè ſi lucrum deferatur vigore conſuetudinis,& non ſolùm ſi illud deferatur marito,ſed etiamſi è contra deferatur vxori.Caſſan.d.rubric.4.§.14. verſ. la femme mariee. nu.10.verſic.videmus.& nu. 11.& ſeqq.

4 Declaratur caſus iſte vt procedat in ſuis terminis,quando ſcilicet lucrum dotis defertur titulo nō hereditario, vt dixi in caſ.8. nu. 174. ſecus quando illud defertur titulo vniuerſali hæreditario, tunc enim non agnitum non tranſmittitur. Angel. conſ.81. circa finē idem Ang.& alij conſ. 82.& 83. vbi concluditur quòd licet dos matris ex diſpoſitione ſtatuti deferatur filijs, nihilominus quia non defertur titulo ſingulari, ſed titulo vniuerſali hæreditario propterea decedentibus ipſi filijs ſine deſcendentia, eandem dotem non agnitā non tranſmittūr, ſed ea deuoluitur ad heredes proximiores ipſius matris;& ſeq.tur Piet. de interpræt.vlt.vol.lib. 3. fol.217.num.58.

5 Ex quo infertur quòd cum portio debita coniugi ſuperſtiti inopi ex auth. præterea C. vnde vir & vxor,deferatur eidem coniugi iure hæreditario,quòd ea non agnita non tranſmittitur,vt poſt Bald.Angel. Paul. de Caſtr. & Salicet.ī d.auth.preterea: tenet ibi Fabian. de Pep.num.111.& 112.& Præt.loc.cit. nu. 58.in fine.

6 Infertur quoquè,quòd ſi duo ſint inſtituti hæredes, & vni ex eis relictum ſit prælegatū idemquè inſtitutus prælegatarius hæreditatem acceptet, quamuis prælegatum pro illa portione quæ tangit cohæredem conſequatur iure legati illudquè tranſmittat, nihilominus pro portione quæ tangit ipſum inſtitutum prælegatarium, illud habet iure hæreditario non iure legati, attento quòd hæredi à ſe ipſo legari non poteſt.l.& quidem.l.legatum.2.§.1.ff.de leg.1.& conſequenter decedens hæreditate non adita nec repudiata,portionem ipſam non tranſmittit,cùm illam iure hæreditario habiturus eſſet vt dictum eſt; ſic tradunt Doctores in l.qui filiabus.§. fin. vbi Bald.propè finem.Imol.Paul.de Caſtr.num. 4.& Iaſ.numer.7.ff. de leg.1. idem Bald.in l. miles §.pro parte ff.de leg.2.

*SVMMARIVM.*

*1 Facultas dotandi filiam ad effectum illam excludēdi à ſucceſsione vigore ſtatuti quòd ſtantibus maſculis filia fœmina non ſuccedat,ſed dotari debeat; tranſmittitur ad hæredes ipſorum filiorum maſculorum ac etiā ad hæredes fœminas,num.8.ſecus ſi ſtatutum diceret,quòd filia dotata non ſuccedat. 9. Fallit quando pater fecit quantum in eo fuit.10.*

*2 Mens,& ratio ſtatuti attendenda eſt.*

*3 Mens,& ratio ſtatuti, vt ſtantibus maſculis fœmina non ſuccedat,ſed dotari debeat,eſt vt conſeruetur agnatio.*

*4 Vnuſquiſque naturaliter ſtudet agnationem ſuam conſeruari.*

*5 Agnatio conſeruatur per maſculos, non per fœminas; & honeſtas agnationis conſeruatur per diuitias, & perit per inopiam.*

*6 Aegeſtate ſordentibus vita eſt ſupplicium, & mors ſolatium.*

*7 Priuilegium datum filijs tranſit ad nepotes.*

## CASVS XXI.

*Ius dotandi filias ad effectum illas excludendi à ſucceſsione ex forma ſtatuti, an tranſmittatur.*

1 PReſuppoſito ſtatuto diſponente,quod exiſtentibus filijs maſculis filia fœmina non ſuccedat,ſed dotari debeat: Dubiū eſt an iſta facultas dotandi filiam ad effectum illam excludēdi à ſucceſſione, tranſmittatur ad hæredes ipſorum filiorū maſculorum; & circumſcripta illa difficultate, vtrum appellatione filiorum compræhendantur nepotes, de qua per Gabriel. concluſ. 1.de verb. ſignif.& Peregr. de fideicom. art. 22.nu.44.& ſeqq.Ruſtic. in l.cum auus. lib. 6.cap.11.& ſeqq.ff.de cond.& demonſtr.pro affirmatiua quod tranſmittatur, conſideranda eſt mens, ac ratio eiuſdem ſtatuti; cuius

2 mens & ratio præcipuè attendenda eſt l. ſcire oportet.§.aliud etiam.verſ.ſed & ſi maximè. ff.de excuſat.tut. Tiraq.de ceſſant.cauſ.num. 138.& ſeqq. Mens autem, & ratio iſtius ſta-

3 tuti ea eſt,vt conſeruetur agnatio.l. 1.§.ſed & ſi ſeruus.ff.de ventre inſpic. Bald.in l. maximum vitium.ſub num.7.C.de liber.preter. Paul.de Caſtr.conſ.175.nu.4.lib.1.& conſ. 409.num.2.lib.2.Dec. conſ.270. ante nu. 1. verſ.circa primam.& conſ.372. num.4. verſ. tamen.& num.5.Curt.iun.conſ.150. num.1. Socin.iun.conſ.1.num.38.& conſ.42. num. 13.lib.1.Pariſ.conſ.43.lib.3.Iaſ.in l.2.§.pretor ait.nu.9.ff.de in ius vocand.Crauet. conſil.236.

lib.236.nu.10. Albert. Brun. in tit. de ſtatut.
4 exclus. in 3.part.per tot. Et fundata eſt ſuper
naturali hominum inſtinctu, quo vnuſquiſ-
que naturaliter ſtudet agnationem ſuam con
ſeruari. Boer. deciſ.204.num.31. Zaſ.conſ.2.
num.13.in fin.& num.14. lib.1. ſed agnatio
5 conſeruatur per maſculos, non per fęminas.l.
pronũciatio.in fin.ff.de verb. ſignif. eiuſdem
autem agnationis honeſtas conſeruatur per
diuitias, & è contra perit per inopiam. Tiraq.
de nobilit.cap.3.& cap.25.num.9.Aretin. in
§.hoc quoque num.1.inſtit.per quas perſon.
6 nob.acquir. intantum quòd ægeſtate ſorden
tibus vita eſt ſupplicium, & mors ſolatium. l.
7 quiſquis.C.ad leg.iul.maieſt. Et vlterius pri-
uilegium datum filijs regulariter trãſit ad ne-
potes.l.milites.l.diuo Marco. C. de quæſt. l.
emancipatum.ff.de ſenatorib.l.decurionum.
C.de pæn.l.in quibus.C.de ſecũd. nupt. ideo
concludendum eſt beneficium dotãdi filiam
ad effectum illam excludendi à ſucceſſione,
ad hæredes tranſmitti; & ſic omnium primus
tenet & tuetur Iacob.de Aren.& illum refert
Ioan.And.in addit.Spec.de ſucceſſ.ab inteſt.
ſuper rubric.col.1.quos ſequitur Bald.in l.ſci
mus.num.12.C.de inoff.teſtam.& Alex. con
ſil.89.nu.21.& infra.lib.6.vbi refert ſic quo-
que conſuluiſſe Ang.& Gabriel conſ.5.num.
11.vol.2.

8 Ampliatur primò caſus quia facultas iſta
dotandi filiam ad effectum illam excludendi
à ſucceſſione tranſit non ſolùm in maſculos
deſcendentes ex filio, ſed etiam in neptem ex
eodem filio & ſic in ſexum fœmininum Albe-
ric. de Roſat. in tract. ſtatut. part. 2. quæſt.
100. quem refert & ſequitur Socin. conſ.67.
num.19.vol.4.& Iaſ. in l. cum mota nu. 21.
C.de tranſact.

9 Ampliatur ſecundò caſus vt non ſolũ pro-
cedat in ſuis terminis, quando ſcilicet ſtatu-
tum dicit quod filia non ſuccedat ſed dotari
debeat, vt præfertur; ſed etiam quando ſtatu-
tum diceret quòd filia dotata non ſuccedat,
nàm ſecundùm Petr.de Anchar.in repet. c.ca
nonum ſtatuta.num.418.& ſeqq. de conſtit.
& Iacob. Butr. relatum per Ioan. And. loc.
cit.& Alber.de Roſat.in 2.part.ſtatut.quæſt.
119.idem eſſet dicendum; quam tamen am-
pliationem non tenet, & rectè Bald. in l.ſi plu
res num.29.C.de condict. inſert. qui in effe-
ctu concludit quòd in terminis iſtius ſtatuti;
quòd filia dotata non ſuccedat; facultas do-
tandi filiam ad effectum illam excludendi à
ſucceſſione non tranſmittitur ad hæredes, &
Baldum refert ac ſequitur Alex.conſ.130.nu.
1.lib.2.& idem met Anchar. in repet. d.c. ca-
nonum ſtatuta num.327.& ſeq.de conſtitut.
& poſt eos Iaſ.in d.l.cum mota numer. 21. in
princ. iuncto verſ. aliquando & tertiò, & So-
cin.conſ.207.num.4.vol.2. de illorum men-
te dicunt quòd huiuſmodi verba: quòd filia
dotata non ſuccedat: ſtant conditionaliter, &
ob id facultas dotandi ipſam filiam ad effectũ
illam excludendi à ſucceſſione ad hęredes nõ
tranſmittitur; nimirum quia facultas implen-
di conditionem legis non tranſmittitur ad hę
redes l.prætor ff.de collat.bon.vbi ſic notauit
Bart.num.1.& Dec.conſ.261.ſub num. 5.&
Ruin.conſ.17.num.8.vol.3.idemquè volue-
runt Bart.conſil.31.Paul.de Caſtr. conſil.7.
num. 2. verſ. tamen his non obſtantibus. lib.
1.Roman.conſ.442.in princ.Abb.conſ.107.
in fin.lib.2. Alex.conſ.151.lib.2.& conſ.83.
nu.10.lib.3.Gratian.diſcept.forenſ.cap.15.
num.25.& 26.idem Dec.d.conſil.261.nu.2.
Bald.conſ.196.num.2.lib.3.Corn.conſ.96.
num.12.& ſeqq. vol.2.& conſ.60.vol.3.Ro-
land.conſ.96.numer.10. & ſeqq.lib.4.Surd.
conſ.45.nu.41.vol.1. ibi enim firmant quòd
dum filia dotata excluditur à ſtatuto, requi-
ritur quod ea ſit dotata præcisè de tempore
delatæ ſucceſſionis, & ſic tempore mortis pa-
tris de cuius ſucceſſione tractatur, aliàs non
prohibetur ſuccedere etiam ſi poſtmodum
dotaretur, ex ea ratione, quia qualitas hæc do
tationis adiuncta illi verbo; ſuccedat; debet
intelligi determinatè ſecundum tempus eiuſ-
dem verbi l.in delictis.§.ſi extraneus.ff.de no
xalib. l. titius.ff.de milit.teſtam. ideo cũ qua-
litas dotationis (ad effectum excludendi fi-
liam in caſu iſtius ſtatuti diſponentis quod
filia dotata non ſuccedat) debeat eſſe de eo-
dem tempore delatæ ſucceſſionis, nec ſufficiat
quòd ea ſit ex poſt ſuperuenta, infertur quòd
facultas dotandi ipſam filiam non tranſmit-
titur ad hæredes.

10 Declaratur iſta ſecunda ampliatio, quia li-
cet extante ſtatuto, quòd filia dotata non ſuc
cedat, non tranſmittatur ad hæredes ius do-
tandi ipſam filiam ad effectum illam exclu-
dendi à ſucceſſione, nihilominus, ſi pater exer
cuiſſet actum dotandi quantum in eo fuit, pu
ta conſtituendo, vel offerendo dotem eidem
filiæ, vel aliter ei de dote prouidendo, hoc ſo-
lum ſufficeret ad excludendum ipſam filiam à
ſucceſſione quàmuis dotem ipſam effectuali-
ter non ſoluiſſet, attento quod filia dicitur do
tata etiam per ſolam dotis conſtitutionem li-
cet non effectualiter ſolutam. Bart. in l. Titio
centum.§.Titio genero.num.5.ff. de condit.
& de-

&demonſtrat.Iaſ.in rubric.ff.ſolut. matrim. num.23.& ibi Ioan.Hannib.num.481.Bald. Nouell.de dote part.1.num.19. & 20. Bald. in l.fin.num.14.C.de pact.& procedit etiam ſi dicta filia de tempore conſtitutæ dotis non ſit nuptui tradita,adhuc enim ſola dotis conſtitutione cenſetur dotata & in vim ipſius ſtatuti excluſa à ſucceſſione quamuis nuptui tradita non ſit Bart.in d.§.Titio genero.num.5. Iaſ.in l. commodiſſimè num.3. ff. de liber. & poſthum.Bald.Nouell. de dote d.part.1.nu. 19.& 20.Niconit.in rubric.ff. ſolut. matrim. num.147.& ſeqq. Brun.de ſtatut.excluſ. fæmin.art.6.quæſt.7.num.213.& ſeqq.& præſertim num.222. in fine. & pariter ſufficeret ad excluſionem ipſius filię à ſucceſſione quòd à quocunque dotata ſit licet non eſſet dotata ab eo de cuius ſucceſſione agitur, dumtamen ſtatutum non ſpecificet à quo debeat eſſe dotata,vt bene probat & verius eſſe dicit Theſſaur.deciſ.62.num.3.& Gratian.diſcept. forenſ.cap.15.num.1.& ſeqq.cum alijs per eos adductis.

*SVMMARIVM.*

1 *Ius quod habet mulier conſequendi dotem in bonis fideicommiſſo ſubiectis tranſmittitur ad eius hæredes,etiam extraneos 3.ac etiam via ceſsionis.6. intellige ſi ceſsio concernit commodum mulieris cedentis, ſecus ſi commodum ceſsionarij num.7.*

2 *Priuilegium doti conceſſum tranſit ad quemcunque hæredem mulieris.*

4 *Dos conſtituta à filia in bonis fideicommiſſarijs tranſit ad eius hæredes etiã extraneos, ſecus ſi conſtituta eſt à patre num.5.*

8 *Ius conſequendi dotem ſuper bonis fideicommiſſarijs tranſmittitur ſolammodo, vbi tranſmittitur ius conſequendi dotem ſimpliciter.*

## CASVS XXII.

*Mulier an tranſmittat facultatem conſequendi dotem in bonis fideicommiſſo ſubiectis.*

1 BOna ſubiecta fideicommiſſo pro dotibus conſtituendis & reſtituendis alienari poſſunt l.mulier.§. cum proponeretur ff. ad Trebell. auth. res quæ C.comm.de legat. & in corpore vnde ſumitur in auth. de reſtitut. & ea quæ par. §. moriente.§. quamobrem. Caſus ergo eſt, an iſtud ius quod habet mulier, vt dos ei conſtituatur vel reſtituatur in bonis fideicommiſſo ſubiectis tranſmittatur ad eius hæredes;& concluſiuè dico quòd tranſmittitur,quia priuilegium dictę auth.res quę, non eſt conceſſum perſonæ ſed doti, quod quidẽ 2 priuilegium doti conceſſum tranſit ad quemcunque hęredem mulięris Bart.in l.1.nu.1.& ſeqq.ff.ſolut.matrim. & ſic ratiocinatᷓ Crott. in repet.l. filiusfamilias.§. diui.num.171. ff. de leg.1. & multùm explicitè Menoch. conſ. 33.num.42. & ſeqq. nàm quòd iſtud ſit priuilegiũ dotis, non perſonæ colligitur ex tex. in d.§.cum proponeretur, vbi habetur quòd fideicommiſſum eſſe cenſetur illud tantùm, quod ſupereſt detracta dote,ibi;quare dicendum eſt dotem decedere,ac ſi quod ſuperfuiſſet rogata eſſet reſtituere:& hãc partem quod tranſmittatur ad hæredes tenet Bald.in d.auth.res quæ nu. 3.& 11.& ibi Paul.de Caſtr. num.8.& Iaſ.num.32.verſ.octauò. Crott. in repet.d.§.diui.num.171.ff.de leg.1.Roland. conſ.85.nu.33.lib.1.Gozadin.conſ.97.nu. 10.Rub.Alex.conſ.78. col.2. Crauet. conſil. 291.in fine.Menoch.d.conſ.33. num.42.& infra.Socin.ſen.reg. 12.ampliat.8.

3 Ampliatur caſus quia non ſolum iſtud ius quod habet mulier vt ei conſtituatur,& reſtituatur dos in bonis fideicommiſſarijs trãſmittitur ad hæredes ſuos,ſed etiam tranſmittitur ad hæredes extraneos Roland.d.conſ.85.nu. 33.lib.1.Gozadin. Crott.& Rub. Alex. loc. cit.Seraph.deciſ.678.num.11.& 13.

4 Ampliatur ſecundò caſus,vt multò magis procedat in dote ſuper ipſis bonis fideicommiſſarijs iàm conſtituta, poſito enim quod filia de reſtituendo grauata ſe ipſam congrue & decenter ex bonis fideicommiſſarijs dotauit & deinde decedat, dos iſta non reuertitur ad fideicommiſſarium.gloſ. in verb. dare.in auth. de reſtit. Bart. in auth. res quæ num.8. Bald.num.21.Paul.de Caſtr.num.5. Iaſ. nu. 32.verſ. decimo ſextò. & Padill. num.46.C. cõmun.de legat.Lupus in c.per veſtras. §.13. de donat.int.vir.& vxor.Socin.ſen.conſ.23. num.6.lib.3.Dec.conſ.519.num.5. Crauet. conſ.186.nu.14. Menoch. de præſumpt. lib. 4.præſumpt.189.num.193.& ſeqq. Peregr. de fideicomm.art. 42.num.29. ſed excepto lucro mariti, vbi ei locus eſt; tranſmittitur hęc dos ad hæredes ipſius mulieris non ſolum filios communes eiuſdem matrimonij,in quo nullum eſt dubium,ſed etiam ad alios eius hęredes extraneos Paul.de Caſtr.in d.auth. res

quæ

quæ num.5.& ibi Padill.num.46. C. comm. de legat.& Menoch.de præſumpt.lib.4.præſumpt.189.num,193.& ſeqq. & videntur tenere omnes alij ſupra relati, dum indiſtinctè affirmant dotem ad fideicommiſſarium non reuerti;& licet quoad hæredes extraneos contrarium voluerint idem Bald.conſ.77. vol.4. & Peregr.de fideicomm. d. art.42. num. 28. poſt Corn.conſ.3.vol.3. & Rimin. iun. conſ. 23.num.230.quos ipſe recenſet;nihilominus tenenda eſt opinio quod tranſmittatur etiam ad hęredes extraneos eiuſdem mulieris, pro qua adducitur l,mulier.§.cùm proponeretur ff.ad Trebell.& facit quod dixi ſupra num.3. & non refert quod per mortem mariti & vxoris ſit ceſſata cauſa dotis conſeruandæ, quia non propterea ceſſare debet effectus iuris quęſiti eidem vxori ex alienatione bonorum fideicommiſſi ad tex. in §. quia vero. in auth. de ęqualit.dot.ibi;quia ſemel alienata eſt ab eius ſubſtantia: & facit l. non putauit.§. ſed ſi per mortem ff.de bonor. poſſ.contr. tabul. Tiraquel.in tract. ceſſant. cauſ.limit.11. & ſic reſpondet Menoch. loc.cit. num.198.

5 Declaratur hæc ſecunda ampliatio vt locum habeat in ſuis terminis, nempè quando dos data & cōſtituta eſt ab ipſamet filia,ſecus quando eſſet data & conſtituta à patre, quia hoc caſu ſi dos poſt mortem filiæ reuerſa eſt ad eūdem patrem, reaſſumit ſuum priſtinum ſtatum & conſequenter venit in reſtitutione fideicommiſſi, nec ad hęredes mulieris trāſmittitur.Bart.in d. auth, res quæ.nu.8.Curt. iun.numer.27.verſ.ſecunda eſt concluſio, C. comm, de legat. Menoch, de pręſumpt.lib.4. d. pręſumpt. 189. num. 198, verſic. ſecunda.

6 Ampliatur tertiò caſus quia priuilegium dictæ auth. res quę poteſt trāſmitti etiam via ceſſionis,ex regula quòd ea quę ſunt tranſmiſſibilia ad hęredes, ſunt etiam ceſſibilia l. ex pluribus.ff.de adminiſtr.tut,& ſic in terminis tenet Paul.de Caſtr.conſ.15.ad fin. verſ.tertiò principaliter. lib.1. Crauet. conſ.191. nu.2.verſ.idem in priuilegio.Roland. conſ. 28. nu.24.lib.2.Socin.reg.12.ampliat.15.Boer.

7 deciſ.130. num.11. ſed tamen hoc intelligitur procedere quando ceſſio concernit vtilitatem, & commodum mulieris cedentis, ſecus ſi concerneret principaliter vtilitatem & commodum ceſſionarij: ſic Bald. Nouell.in tract.de dote part.12.quęſt.4.num.18. verſ. ego autem in tanta,vbi adducit exempla & illum poſtpoſita diſtinctione Bart.in l.poſt dotem nu.35.ff. ſolut. matrim. ſequitur Menoch.de pręſumpt.lib.4.pręſumpt.189.nu.152. verſ.placet.& num.ſeqq.

8 Declaratur caſus quia hoc ius priuilegiatum conſequendi dotem in bonis fideicommiſſarijs tranſmittitur in his caſibus tantùm, in quibus tranſmitti poteſt ius ſimplex conſequendi dotē ſine hoc priuilegio.Peregr.de fideicō.art.42.nu.42.verſ.ſed hic ſubſiſtēdū. & facit tex. in l.2.ff. de vſufruct. & quemadm. quis vtat. vbi enim ſubiectum non eſt tranſmiſſibile,nec qualitas tranſmiſſibilis eſt, cùm qualitas ſine ſubiecto eſſe non poſſit. Socin. iun.conſ.22.num.3.vol.1.Bero.conſ.126.nu. 9. vol.3. Roland.conſ.58.num.8. lib.3. Menoch.conſil.66. numer.15. Surd.conſil.150. num.80.81.lib.1.ita quòd ſicut filia non maritata ius petendi & conſequendi dotem etiam ei iam conſtitutam ad hęredes non trāſmittit,vt dixi in caſ.19.num.2. ita non tranſmittit ius conſequendi dotem ipſam in bonis fideicommiſſarijs.Menoch. de pręſumpt, lib. 4.pręſumpt.189.num.154. verſ. hinc etiam. Petr.de fideicom.quæſt. 8. num.449. & Peregr.loc.cit. & ſicut pariter filia iam maritata regulariter non tranſmittit ad hęredes ius petendi dotem ei conſtitui de nouo,vt in d. caſ. 19.num.15.& ſeqq. ità non tranſmittit ius petendi ipſam dotem ei conſtitui ſuper bonis fideicommiſſarijs.Curt,iun,in d. auth. res quę ſub num.22. quem ſequitur ibi Ant. Padill. num.71.& Petra de fideicom. quęſt.8. num. 450.quibus videtur aſſentire Peregr.de fidei com.d.art.42.num.42.verſ.ſed hic ſubſiſtendum.verb.ſi vero filia.& num.43.

*SVMMARIVM.*

1 *Materia tranſmiſsionis priuilegiorum dotium vbi tractetur.*

2 *Priuilegia quæ præſtantur perſonæ non tranſmittuntur ad hæredes,& adducuntur exempla.*

3 *Priuilegium perſonale non tranſmittitur etiā ſi eſt perſonale ex parte concedentis tantùm;ac etiam ſi conceſſum ſit in remunerationem meritorum.*10.

4 *Actus vel qualitates perſonales non tranſmittuntur ad hæredes, & adducuntur exempla; & idem generaliter eſt de omni conceſſione perſonali.*5.

6 *Priuilegium tunc dicitur perſonale & ad hæredes non tranſmiſsibile,vbi perſona eſt proxima & immediata cauſa priuilegij; non aliàs,& quomodo id dignoſcatur.*9.

7 *Reſtitutio in integrum ad hæredes tranſmittitur;*

*titur; Idem eſt de beneficio Velleiani.8.*

11 *Vbi aliquid duobus modis fieri poteſt præſumitur factum prout eſt vtilius facienti.*

12 *Priuilegium perſonale tranſmittitur ad hæredes in quibuſdam caſibus ſpecialibus. & num. 13 & ſeqq.*

18 *Priuilegium conceſſum ob pecuniam, datum, vel factum tranſit in contractum, & tranſmittitur ad hæredes, dumtamen extet commenſuratio, & æquiualētia, alias in eo quod excedit, eſt reuocabile & non tranſmiſsibile. 19.*

20 *Priuilegia irreuocabilia ad hæredes tranſmittuntur: & quæ ea ſint.*

21 *Priuilegium conceſſum perſonæ ex pacto, contractu, vel tranſactione ad hæredes tranſmiſsibile eſt.*

22 *Conceſsio facta perſonæ per modum beneficij, non autem priuilegij, præſumitur realis, & ad hæredes tranſit.*

23 *Si in conceſsione priuilegij adeſt aliqua clauſula denotans tractum temporis in futurum tranſit ad hæredes.*

24 *Priuilegia realia ad hæredes tranſmittuntur, & quando dicantur realia, adducuntur quædam exempla, & recurrendum eſt ad coniecturas. 25.*

26 *Priuilegium perſonale non eſt tranſmiſsibile neque per viam ceſsionis: in caſibus tamen quibus tranſmiſsibile eſt ad hæredes extraneos, poteſt etiam cedi. 27. vbi dantur exempla.*

28 *Quæ non ſunt tranſmiſsibilia ad hæredes, neque ceſsibilia ſunt.*

## CASVS XXIII.

*Priuilegia an, quando & quomodo ad alios tranſeant, & tranſmittantur.*

NVnc videndum eſſet de priuilegijs dotium, an & quando perſonam mulieris egrediantur, & tranſmittantur ad alios, vel cedi poſſint.

1 Verùm materiam tranſmiſſionis priuilegiorum dotium iàm plenè tractatam inuenio per Bald. Nouell. de dote, 12. part. princ. quam diſtinguit per 25. quæſtiones, & per Campeg. in ſimili tractat. de dote, part. 1. quæſt. 81. 82. & per Doctor. Mart. in l. 1. quæſt. 4. per totam. ff. ſolut. matrim. ideo ne conquærantur, quòd velim auferre ſtipendia eorum militiæ iuxta tex. in §. nos militamus. 13. q. 1. propterea omiſſis ſpecialibus priuilegijs dotium, de alijs priuilegijs præſertim in genere ſumptis agendum eſt.

2 Priuilegia igitur, quæ præſtantur perſonæ ad hæredes non tranſmittuntur. l. in omnibus cauſis, la 2. l. priuilegia. ff. de reg. iur. l. ſordidorum, C. de excuſat. mun. lib. 10. c. priuilegium. de reg. iur. in 6. prout de priuilegio, quod habet pupillus, vt bona tutorum tacitè hypothecata habeat tex. eſt in l. ex pluribus. ff. de admin. tutor. vbi quòd non tranſmittitur ad hæredes, nequè ceſſibile eſt: idem de priuilegio quod habet, vt in perſonali præferatur cæteris creditoribus, quia licet illud trāſeat contra hæredes & alios ſucceſſores debitoris, tamen ad hæredes & ſucceſſores eiuſdē pupilli non tranſmittitur. l. dabimus. §. ſi quis cum tutor. ff. de priuileg. credit. De priuilegio patroni, vt non poſſit grauari onere fideicommiſſi ab eius liberto l. cum patronus. ff. de legat. 2. de priuilegio dotis. l. vnic. C. de priuileg. dot. de priuilegio, quod habet maritus, vt non poſſit conueniri, niſi inquantum facere poteſt. l. maritum. & l. ſeq. ff. ſolut. matrim. & l. ſi fideiuſſor. §. ſi maritus. & l. ſciendum. ff. de re iud. de ſimili priuilegio quod habent pater, patronus, & miles, vt condemnentur ſolùm inquantum facere poſſunt. Dyn. in reg. priuilegium. circ. princ. de reg. iur. in 6. de ſimili priuilegio quod habet filius exiſtens in poteſtate, vt non teneatur vltra quàm facere poteſt, quia iſtud pariter ad hæredes non trāſmittitur. l. ſed & ſi. §. ſoli autem. ff. quod cum eo. de priuilegijs conceſſis veteranis. l. in honoribus. §. vacationum. ff. de vacat. & excuſat. muner. De priuilegio immunitatis. l. ætatem. ff. de cenſib. l. 1. l. ſemper. §. immunitati. ff. de iur. immun. idem de pallio. c. ad hoc. de authorit. & vſu pall. & idē eſt quoquè de priuilegio triennalis poſſeſſus, illud nam què ad ſucceſſores non tranſit Sarnē. ſuper reg. de triennal. quæſt. 13. verſ. quid tenendum: & ſic practicari vidiſſe. teſtatur Staphil. de vi, & effic. clauſ. §. ſucceſſiuè nu. 7. fol. 72. idemquè de conceſſione licentiæ Bald. in l. voluntatis ſub num. 8. C. de fideicom. & de officijs, vt de tutela. l. tutela plerunquè. ff. de tutel. & de cōceſſione Vicariatus Bald. in c. cum veniſſent. num. 5. de iudic.

3 Ampliatur primò procedere etiam ſi eſſet perſonale ex parte tantum concedentis, vt de priuilegio duraturo ad beneplacitum ipſius concedentis. c. ſi gratiosè. de reſcript. in 6.

4 Ampliatur ſecundò, vt locum habeat non ſolùm in priuilegijs, ſed etiam in alijs actibus perſonalibus; vt in delegatione facta ſub nomine

mine proprio.c.quoniam Abbas. de offic. deleg.de conſtitutione ſpeciali ob meritum, vel pęnam alicuius emanata. §. ſed & quod principi.inſtit.de iur.nat.gent.& ciuil.l. 1. in fin. ff.de conſtit.princ.l.leges. in fin. C. de legib. de relictis contemplatione perſonæ. c. requiſiſti.de teſtament.de pacto perſonali. l. ſi tibi decem.§.ſi quis paciſcatur. §. ſi pactus. §. pactum. l. idem in duobus. §. perſonale. ff. de pact.de tranſactione.c. de cætero. c. veniens. de tranſact. de compromiſſo, quòd expiret morte tranſigentium, vel alterius ex eis, nec tranſeat ad hæredes.l.diem proferre. §. ſi hæredis.ff.de arbitr. cap. fin. eod. tit. quod ampliatur procedere etiam ſi ab vna parte tantũ facta ſit mentio hæredum, nàm adhuc morte cuiuslibet ex litigatoribus expirat compromiſſum.l.ſed & interpellatur.§.vlt.ff.de arbitr. & ſimiliter expirat morte arbitri, nec eius perſonàm egreditur. l. in compromiſſis. ff. de arbitr.

Idem eſt de alijs qualitatibus perſonalibus quia non poteſt fieri tranſmiſſio vel ceſſio in eum qui non habet qualitatem requiſitam in tranſmittente, vel cedente l. ſi mulier. §.ex aſſe.ff.de iur.dot.l.ſeruus ſi hæredi.verſ. demonſtratio perſonæ. ff. de ſtatulib. Brun. conſ.80.nu.21.in fin. & nu.22. Alex. Raud. conſ.vlt.num.67.& ſeqq. inter conſil. vltim. vol.lib.2. Exemplum eſt de qualitate maſculinitatis, nam ea quæ competunt ratione maſculinitatis non poſſunt tranſmitti in fęminas Cagnol.in l.2.ſub num.118.verſ. facit quod C.de pact.int.empt.& vend. & poſt eum tradit Alex.Raud.d.conſ.vlt.num.71.inter cõſil.vlt.vol.lib.2.

Idem de qualitate filiationis, & his quæ competunt alicui tanquam filio. Bart. in l. is poteſt num. 8. & ibi Caſtrenſ. num.1. in fin. Aret.ſub num.1.Iaſ.num.28.ff.de acquir. hęred. Tiraq.de iure primog.quæſt.40. nu. 91. Surd.conſ.403.num.44.vol.3.

Idem de qualitate vicinitatis vel agnationis, namquè ius competens vicinis vel agnatis; veluti eſt ius prælationis vigore ſtatuti nõ poteſt tranſmitti, nec alteri cedi. Roman.conſil.484.vbi hoc probat efficacibus rationibus & Tiraq.de retract.conſang.§.26.gloſ.1.nu. 1.& ſeqq. poſt multos Doctores ibi per eum allegatos.

Idem de qualitate vxoria, quia ius competens vxori quale eſt priuilegium prælationis quod datur ei dotem repetenti ad alios non tranſmittitur, idem Tiraq.loc.cit.num.81.

Idem de qualitate dominij, quia ius competens Domino vti domino tranſmitti vel cedi non poteſt, veluti eſt ius quod habet Dominus, vt colonus teneatur potius ei quàm alij fructus vendere, tale enim ius non tranſmittitur, nec ceditur Marin. Frecc.de feud.in tit.de auctor.Baron. in auct. 38. verſ. quartò intellige.Surd.conſ.205.num.21.vol.2.

Idem eſt de ætate, & his quæ competunt ratione ætatis, quia pariter nec tranſmiſſibilia, nec ceſſibilia ſunt. Anchar. conſ.82. nu.6. vbi dicit quod ætas eſt res perſonaliſſima & extinguitur cum perſona, ſicut alia quæ inhærent oſſibus.Alex.conſ.4.num.8.vol.4.Iaſ. in l.is poteſt.num.29.ff. de acquir. hæred. Dec. conſ.443.num.21. & 29. verſ. ſextò non obſtat.Bero.conſ.71.num.29. & 54. vol.1. vbi quod qualitas ætatis non eſt tranſmiſſibilis, nec ſuper ea fingi poteſt, quia eſſet fingere cõtra naturam Tiraq.de retract. lignag. §. 26. gloſ.1.num.80.Decian.conſ.16.nu.30. vol. 4. vbi dicit quòd ætas eſt perſonaliſſima, extinguitur cum perſona, & non tranſmittitur ad hæredes.Surd. conſ.403. num.42. & ſeq. vol.3.

Idemquè eſt de his quæ competunt ratione induſtriæ perſonæ l.inter artifices.ff. de ſolut.c.is cui.de offic.deleg.in 6.Menoch. de arbitr.lib.1.quæſt.68.nu.4.& ſeqq.

5 Et Idẽ eſt generaliter de omni cõceſſione perſonali, quia ad hæredes nõ tranſmittitur, niſi nomen hæredis adiectum fuerit conceſſioni.l.idẽ Iulianus.§. ſi quis alicui. ff. de leg. 1.l.non ſolùm.la 2.§.tale legatum.ff. de liberat.legat.l.1.§.quod datur pſonis.ff. de aqua quotid.& ęſtiu.l.pecoris.verſ.ſi tamen.l.pen. ff.de ſeruit.ruſtic.præd.l.q.a.ff.ſolut. matrim.

6 Declaratur primò caſus, vt procedat vbi
perſona eſt proxima, & immediata cauſa pri-
uilegij, aliàs ſi perſona non eſſet cauſa proxi-
ma, tunc priuilegium non eſſet perſonale, ſed
eſſet reale, & ad hæredes tranſmitteretur, vt
in reſtitutione in integrum, quæ datur mino-
7 ri; nàm licet reſtitutio in integrum ſit benefi-
cium perſonale Dyn. in reg. priuilegium. in
6.& Dec.in l.in omnibus cauſis id.nu.3.verſ.
& iſta.ff.de reg. iur. nihilominus quia perſo-
na non eſt cauſa proxima & immediata ipſius
beneficij, ſed læſio & deceptio patrimonij; ic-
circo ad hæredes tranſit.l.non ſolùm.ff. de in
integr.reſtit.l.minor autẽ. §. non ſolum.ff.de
8 minor.& idẽ eſt de beneficio Velleiani, quod
pariter eadẽ ratione ad hæredes trãſmiſſibile
eſt.l.hæredes.C.ad Velleian.Sic declarat idẽ
Dyn.in d. reg. priuilegium.lib.6. & illum ſe-
quitur ibi Ioan. And. & Franc. nu.3. & Dec.

in d.l.in omnibus cauſis id.nu.3.4.ff. eodem, & conſ.51.num.2.Afflict.ſuper conſtit.regn. lib.2.rubrica 40.num.19.Gomeſ.in §.æque. num.3. verſ. pro iſta, iuncto verſ. non obſtat. inſtit.de action.Crauet.conſ.599.nu.1.

9 Ad cognoſcendum autem, quando perſona ſit cauſa proxima,& immediata priuilegij, conſideranda eſt ratio,& cauſa ipſius priuilegij: an conueniat illi tantùm perſonæ cui conceditur,vt in d.l. maritum, & l. ſeq. ff. ſolut. matrim.l. etſi fideiuſſor,§. ſi maritus.ff. de re iudic.fauor ipſius perſonæ.c.2.de aut. & vſu pall. perſonæ demonſtratio.l. ſeruus ſi hæredi.poſt princ.ff.de ſtatu liber,nominatio proprij nominis.c. quoniam Abbas, de offic. deleg.Alex.conſ.86.num.1.lib.1.Felin,in c.mãdata.num.2.de præſumpt.Dec. conſ. 262. in princ. Crauet. conſ.929. num.6,7. cum alijs per eum adductis;Electio induſtriæ perſonæ, l.inter artifices.ff.de ſolut.cap.fin.§.is autem de offic. delegat.quæ quando electa videatur declarat Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſumpt.21.& lib.6.præſumpt.92, Affectio, & dilectio perſonæ,Bart. in l. ſed ſi plures. §. in arrogato. num.3. verſ. ſecus ſi. ff. de vulg.& pupill.& cum Bart.idem docuerunt ibi Alex, & Iaſ.& idem reſponderunt Butr.conſ,37.in 2.dub.& Roland.conſ.10.nu.10.lib.1.

10 Ampliatur declaratio nam quando perſona eſt proxima, & immediata cauſa priuilegij,tunc priuilegium cenſetur eſſe perſonale & ad hæredes non tranſitorium etiam ſi conceſſum ſit ad remunerationem benemeritorum.l.1.§.nam quod.ff.de cõſtit.Princ.Ioan, And.in c.priuilegium.de reg.iur.in 6.in mer curialibus. & ibi poſt illum Petr. de Anchar, Iaſ.conſ.89.num.10.11. lib.3. Natta conſil. 164.num.20.verſ.ad iſta omnia. lib. 1. Crauet.conſ.929.nu.37.Alciat. in reſponſ.203. num.22.Crott.in l.omnes populi. num.229. ff.de iuſtit.& iur.In contrarium tamen quod imò ſit reale & tranſitorium, tenent Bald. conſ.355. num.5. lib.1. Anchar. ſibi contrarius conſ.327.num.3.in fin.Socin. ſen. conſ. 59.col.3.lib.1.& conſ.84. col. pen. num.11. in fine.lib.3.Tiraquel. in l. ſi vnquã. in verb. donatione largitus.num.48.C. de reuoc. donat.Burſat.conſil.30.num.7. lib.1.Menoch. conſ.136.num.18.& de præſumpt.lib.3.præ ſumpt.103.num.13. ſed tamen verior eſt prima opinio, pro qua eſt tex. in d.l.1.§.nam quod.ff.de conſtit.princ.vbi eſt caſus non torquendo litteram; & eſt ratio quia huiuſmodi obligatio naturalis ad antidora, vel ad remunerandum eſt perſonalis & nõ trãſit ad alios Bart.In l.ambitioſa.num.4.ff.de decret.ab ordin.facien.Iaſ.in l.ex hoc iure.num.71.ff. de iuſtit,& iur,Afflict. deciſ.370. num.17. proprerea conceſſio pariter cenſetur eſſe perſona
11 lis, quia vbi aliquid duobus modis fieri poteſt, præſumitur factum prout eſt vtilius facienti.Bart.in l.gerit.num.21.ff.de acquir.hęredit.per tex.in l.1.ff.de ſolut.Alex.conſ.55. nu.2.lib.5.Crauet.conſ.106.num.9. Menoch.conſ.56.num.29.ſed vtilius eſt concedenti,& eius hæredibus conceſſionem eſſe perſonalem,& ad hæredes non tranſitoriam, ideo cenſetur eſſe perſonalis; & pro hac parte facit etiam tex.in l. Lucius Titius.ff. de ſeruit. ruſtic.præd. vbi quod conceſſio gratuita cenſetur eſſe perſonalis.

12 Declarantur ſecundò præmiſſa,vt licet regulariter priuilegium perſonale ad hæredes non tranſmittatur,nec perſonam priuilegiati egrediatur, tamen in infraſcriptis caſibus ſpecialibus ad hæredes ſuos vigore ſuitatis benè tranſmittitur: Primò enim tranſmittitur ad hæredes ſuos priuilegium tacitæ hypotecæ, quod habet pupillus in bonis tutoris. Gregor.Lopez, quem refert, & ſequitur quoquè Guttierez in tract. de tutell. 2. part. cap. 16. num. 19. vbi reddit rationem, quia iſtud eſt priuilegium reale, & videtur gloſ. vlt. in d. l. ex pluribus. ff. de adminiſtrat. tut. Secundò ad hæredes ſuos tranſmittitur priuilegium, quod habet pupillus, vt præferatur in perſonali anterioribus creditoribus; hoc enim tenet gloſ.in d.l. dabimus. §. ſi quis cum tutor. in verb. non habet.ff.de priuileg. credit. Sed tamen veritas eſt in contrarium, quòd iſtud priuilegiũ prelationis nequè ad heredes ſuos tranſmiſſibile eſt, & ſic tenet Iacob. de Aren. & poſt eum Bart.in d.l. ex pluribus, vbi dicit eſſe caſum in l.pen.§.ſi puellę.ff. de rit. nupt. idem Bart.in d.§.ſi puellę.Alberic.in l.pro officio,C.de adminiſtrat.tut.Guttierez. de tutell.2.part.cap.16.nu.19.& Rip.in d.§.ſi quis cum tutor. num. 16. vbi dicit quod iſta limitatio gloſæ communiter repræhenditur. Tertiò tranſmittitur ad hæredes ſuos priuilegiũ prælationis quod habet mulier agens pro dote vt alijs creditoribus preferatur in bonis mariti.l. aſſiduis.§. & ideo,C. qui potior. in pignor. habeant. cum enim priuilegium dotis conceſſum ſit propter liberos procreandos.l. 1.ff.ſolut.matrim.multo magis eiſdem liberis concedendum eſt. Ad alios autem hæredes qui non ſunt filij vel deſcendentes ex filijs, iſtud priuilegium prælationis tanquàm perſonale non tranſit d.l.aſſiduis.§.exceptis.&

§.non

§.nõ enim.& ibi gloſ.in verb.aut hæredibus.
in auth.vt exaction.inſtãt.& gloſ.2.in l.vnic.
C.de priuil.dot. Bald. Nouell. de dote. 12.
part.princ.num.9. & ſeqq. Neguſant. de pi-
gnor.4.membr.2.part.num.94.Iaſ.in §. fue-
rat num.94.inſtit.de action.Fachin. contro-
13 uerſ.iur.lib.10.cap. 34. ſed an tranſeat ad fi-
lios eiuſdem matrimonij tantùm vel etiam ad
filios alterius matrimonij, maior difficultas
eſt, nàm quod tranſeat ad filios cuiuſcunque
matrimonij facit tex. in auth. ſi quid. C. qui
potior.in pign.hab.ibi: ſeu quælibet ſoboles:
& ità quoque videtur velle gloſ.1.in l. etiam.
ff.ſolut.matrim. quod autem tranſeat ſolum-
modo ad filios eiuſdem matrimonij, non etiã
ad filios alterius matrimonij, verior & com-
munis ac magis recepta eſt opinio, & pro ea
eſt tex. in d.l.aſſiduis. §. exceptis. C. qui po-
tior.in pign.habeant.ibi: anterioris matrimo-
nij filijs: & ità tenet Bart.ibi numer. 12.Alex.
conſ.58.num.4.lib.7.Iaſ.in d.§.fuerat. num.
94.inſtit.de action.Bald.Nouell.de dote.12.
part.princ.nu.9.Neguſant. loc. cit. num.95.
Craſſ.in §.collatio bonorum,quæſt.16.num.
5.& 6.qui omnes teſtantur de communi opi-
nione;& ad tex. in d. auth.ſi quid.reſponde-
tur illũ intelligi de ſobole deſcẽdente ex codẽ
matrimonio, ſic Bart.& Iaſ.in locis citat. mul
tòminus igitur trãſire poteſt in ceſſionarium
Bald.Nouell.in d. loc. nu.12. ad hoc eſt tex.
in l.ex pluribus.ff.de admin.tut.

14 De priuilegio autem tacitæ hipotecæ ſine
priuilegio prælationis, aliter dicẽdũ eſt, iſtud
enim priuilegium tacitæ hipotecæ quam ha-
bet mulier in bonis eiuſdem mariti tranſit ad
omnes hæredes eiuſdẽ mulieris etiam extra-
neos, idquè probatur ex eo quia in dote intel-
ligitur appoſita ſtipulatio re ipſa, licet expreſ
sè appoſita non ſit l.vnic.§. rei vxoriæ. C. de
rei vxor.action.in eademq; actione ex ſtipu-
latu ineſt etiam tacita hypoteca d.l.vnic.§.&
vt plenius. d.l. aſſiduis. §. ad hæc C. qui po-
tior. in pign. hab. §. fuerat. inſtit. de action.
modò certum eſt quod ipſa actio ex ſtipulatu
tranſmittitur ad hæredes mulieris tex. eſt in
d.l.vnic.§.illo.ergo ad eos tranſit quoquè ta-
cita hypoteca quæ ineſt ipſi actioni ex ſtipu-
latu, nàm priuilegium datum actioni eſt rea-
le,& tranſit ad quem trãſit ipſa actio l.in om-
nibus cauſis.la 2.& ibi gloſ.l. priuilegia.ff. de
reg. iur. & quod iſtud priuilegium tacitæ hi-
potecæ ſine priuilegio prælationis trãſeat ad
omnes hæredes mulieris; ſic tenet in ſpecie
Bart.in l.1.num.1.ff.ſolut.matrim.Bald.No-
uell.de dote 12.part.princ.num.6. Neguſant.
de pignor.4.membr.2.part.num.30.31.&
94. Fachin.controuerſ.iur.lib.10.cap.34.

15 Ampliatur, quia tranſit etiam in ceſſiona-
rium eiuſdem mulieris Bart.in l. 1. num.6. &
8.& ibi Bald.nu.12.C.de priuileg.dot.Bald.
Nouel.de dote d.part.12.num.6. Neguſant.
loc.cit.num.32.vbi de materia.Fachin.d.lib.
10.cap.34.in fine.

16 Declaratur autem concluſio, quia ſic non
tranſit hæc tacita hipoteca in extraneos qui
dotem dederunt, & tanquàm dotãtes abſquè
titulo hæreditario dotem repetunt Cyn. in
d.§.& vt plenius.Paul.de Caſtr. in l. de diui-
ſione.ſub num.6.verſ.extraneus.ff.ſolut.ma-
trim.Ang.& Imol.in l.1.& ibi Alex.num.37.
ff.eod.tit. Bald. Nouel. de dote part. 6. in. 7.
ſpeciali.num.3.& part.12.princ. nu.7. Surd.
conſ.131.nu.29.vol.1.Neguſant.de pignor.
4.membr. 2. part. num.67.vbi etiam excipit
alios tres caſus, in quibus non tranſit tacita
hæc hipoteca, nempe quoad pęnam adiectam
promiſſioni dotis; & quando vxor fuit hære-
tica, nec abiurauit; Et quoad dotem quæ re-
ſtituitur ob mortem ſponſi ante ſecutum ma-
trimonium, prout de hoc vltimo teſtatur
quoquè idem Surd. d. conſil. 131. num. 27.
vol.1.Quartò tranſmittitur ad filios priuile-
gium mariti, vt non poſſit conueniri, niſi qua-
tenus facere poteſt.l.etiam. ff. ſolut. matrim.

17 Subdeclaratur, quia tranſmittitur ad filios
eiuſdem matrimonij, non autem ad filios al-
terius matrimonij, vt poſt gloſ.fin.in l.ſi cum
procuratore. ff. de re iudic. Bart. Bald. Ang.
Iacob.de Beluiſ.& alios, ac reprobata gloſ.1.
in d.l.etiam.tenet Alex.in ead. l. etiam.num.
1.& ibi Paul.de Caſtr.num.1. qui dicit de cõ
muni.ff.ſolut.matrim.Socin.ſen. cõſ.84. col.
4.verſ.decimo,& vltimo.libro 1.Caſſan.con
ſil.53.num.21.verſ.nonò etiam facit. Craſſ.
in §.tranſmiſſio quæſt.29. num.6. Subdecla-
ratur pariter quia nõ tranſmittitur nequè ad
nepotes vel pronepotes.hoc probat tex. in d.
l.etiam qui loquitur de filijs ex eodem patre,
& ex eadem matre; & facit ratio quia priuile-
gium in præiudicium tertij non extenditur
ad nepotes Bart.in l.liberorum num.7.ff.de
verb.ſignif. per tex.in l. ſed & milites. verſic.
hæc autem ff.de excuſ. tut. & ſic in ſpecie te-
net Ang.Imol.Roman. & Paul.de Caſtr. in
d.l.etiam.num.5.& Alex.num.2.& ſeq. ff.ſo
lut.matrim.Quintò tranſmittitur ad filios pri
uilegium patribus veteranis conceſſum, vt pę
na metalli, vel operis publici non afficiantur.
l.honor.C.de pænis: idem de priuilegio dato
patribus decurionibus, vt beſtijs non ſubij-

ciantur. l. decurionum. C. eo. de pænis: idem de priuilegio patribus militibus, vel in dignitate, ſeu præheminentia conſtitutis conceſſo, vt tormentis, vel plebeiorum pænis non ſubiugantur. l. milites. l. diuo Marco. C. de quæſtion.

18 Declaratur tertiò caſus vt non procedat in priuilegio conceſſo ob pecuniam ſeu datum vel factum, ex quo oritur actio, iſtud enim tranſmittitur ad hæredes, quia tranſit in contractum. Bald. in l. qui ſe patris. col. 7. verſ. & adde. C. vnde liber. Alex. conſ. 101. num. 1. lib. 1. Dec. conſ. 292. nu. 7. & infra. Crauett. conſ. 241. num. 10. Roland. conſ. 25. nu. 35. & ſeqq. lib. 3. & conſil. 76. num. 19. lib. 2. vbi alios recenſet, & natura contractus eſt vt ad hæredes tranſmittatur. l. ſi pactum. ff. de probat. l. veteris. C. de contrah. ſtipulat.

19 Subdeclaratur tamen locum habere, quando pecunia ſeu datum, vel factum eſſet commenſuratiuum, & æquiualens priuilegio accepto, aliàs enim ſi priuilegium præponderaret prætio ſeu dato vel facto non deſineret eſſet priuilegium, & conſequenter reuocabile, & non tranſmiſſibile. Roland. conſ. 23. num. 29. 30. lib. 1. & latè conſ. 13. nu. 11. & ſequentib. lib. 3. Oſaſch. deciſ. 139. nu. 10. quod tamen reuocabile eſſe intelligo inquantum excedit ipſam pecuniam, datum, vel factum, nō in totū ex dictis per Clar. in §. donatio. quęſt. 3. verſ. ſed nunquid. & quæſt. 8. verſ. ſcias etiam. Tiraquel. in l. ſi vnquàm. in verb. donatione largitus. num. 79. C. de reuoc. donat. Pariſ. conſ. 90. nu. 14. lib. 3. Surd. conſ. 164. nu. 33. vol. 2. æquiualentia autem, & commenſuratio arbitrio iudicis declaranda, & liquidanda eſt. idem Clar. in d. §. donatio. quæſt. 3. verſic. ſed quæro. vbi alios refert, & teſtatur de communi. & quæſt. 8. verſ. ſed pone. Socin. conſ. 295. num. 7. in fin. lib. 2. Curt. iun. conſ. 126. numer. 12. Menoch. de arbitr. caſ. 132. numero 7. idem Surd. d. conſ. 164. num. 34. vol. 2.

20 Declaratur quartò, vt ex eadem ratione idem quoque dicendum ſit de alijs priuilegijs irreuocabilibus, quæ autem ea ſint videatis per Felin. in cap. nouit. num. 7. & ſeqq. de iudic. & Gabriel. de iure quæſit. non tollend. concluſ. 6. num. 5. vſque ad finem. Paul. de Caſtr. conſ. 229. part. 1.

21 Declaratur quintò, vt conſequenter caſus non procedat, quando priuilegium conceſsū eſt perſonæ ex pacto, contractu, vel tranſactione; hoc enim caſu præſumitur reale, & ad hæredes tranſmiſſibile. Bald. in cap. 1. in 2. lect. num. 16. de iudic. & conſ. 112. num. 2. lib. 1. Iaſ. in l. ſi ſic ſtipulatus. la 2. num. 13. & num. 17. ff. de verb. obligat. & conſ. 217. lib. 2. Crauett. conſil. 404. num. 2. & conſ. 929. nu. 33. Bellon. conſ. 20. num. 3. verſ. quicquid; & ratio eſt quia contractus regulariter tranſeunt ad hæredes, ſiue de eis facta ſit mentio, ſiue non d. l. ſi pactum. ff. de probat. l. ſi neceſſarias §. de vendendo. ff. de pignorat. action. l. veteris. C. de cōmitt. ſtipulat. Abb. in cap. fin. nu. 2. de arbitr. Iaſ. in d. l. ſi ſic ſtipulatus. la 2. nu. 13. & ſeqq. ff. de verb. obligat.

22 Declaratur ſextò non habere locum, quando conceſſio facta fuit perſonę per modum beneficij, non autem priuilegij, quia hoc caſu pręſumitur realis, & ad hęredes tranſit. Bart. in l. fin. num. 4. ff. de ſeruit. legat. Menoch. de præſumpt. lib. 3. pręſumpt. 103. num. 20. vbi alios refert, & ratio ea eſt, quia beneficia principum quam pleniſſimè interprætari debent. l. fin. ff. de conſtit. princip.

23 Declaratur ſeptimò non procedere quando in conceſſione priuilegij adeſſet aliqua clauſula denotans tractum temporis in futurum, tunc enim adinſtar ſubſtitutionis fideicommiſſarię tranſiret ad hęredes., de quibus clauſulis diſſerit Peregr. de fideicommiſ. art. 18. num. 14. & infra. & Menoch. conſ. 44. nu. 8. & ſequentib.

24 Priuilegia realia è contra ad hæredes tranſmittuntur; Et dicuntur realia ad hunc effectū tranſmiſſionis, ſiue ea conceſſa ſint rebus. l. ętatem. ff. de cenſib. l. 1. §. permittitur. ff. de aqua quotid. & ęſtiu. gloſ. in l. ſordidorum. C. de excuſat. mun. lib. 10. ſiue conceſſa ſint cauſę, vt in cauſa depoſiti, mutui, & ſimilibus. l. tempus. vbi Iaſ. num. 2. ff. de re iudic. l. priuilegia. ff. de reg. iur. ſiue etiam ob aliquam cauſam Crauet. conſ. 929. num. 1. & dixi ſupra. num. 18. ſiue actioni. l. in omnibus cauſis. la 2. & ibi gloſ. ff. de reg. iur. ſiue loco, vel ciuitati l. forma. §. quamquam. ff. de cenſib. cap. hinc eſt. 16. q. 1. cap. 1. & 2. 25. q. 2. cap. cum veniſſent. de inſtitut. gloſ. vlt. in cap. mandata. de præſumpt. Bart. in l. pater. num. 5. ff. de ſeruit. legat. Natta conſ. 627. num. 13. & conſil. 649. num. 17. & Surd. conſ. 262. num. 43. vol. 2. ratio eſt quia idem populus ſemper eſſe videtur. l. proponebatur ff. de iudic. ſiue pſonis alicuius loci vel ciuitatis, quia niſi adſint coniecturæ in contrarium, conceſſio dicitur eſſe facta perſonis propter locū, & ſic realis eſt Bald. in l. fin. in 1. lect. nu. 8. ff. de conſtit. Princ. Socin. conſ. 84. num. 5. vol. 3. ideoquè legatum & fideicommiſſum relictum ciuibus

uibus

uibus alicuius ciuitatis, cenſetur eſſe relictum ciuitati l.ciuibus.ff.de reb.dub.& relictum ſacerdotibus alicuius eccleſiæ, cenſetur relictũ eidem eccleſiæ c.Pontifices.12.q.3.l. annua. §.attia.ff.de ann.legat. & conſequenter dicitur eſſe reale & tranſmiſſibile, vt mox vidimus; quænam autem ſint coniecturæ contrariæ, tradit Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit.6.num.17. & ſeqq. & remiſſiuè Præt. de interpræt. vlt. vol. lib. 1. fol. 65. num. 11. ſiue generi perſonarum l. 1. §. vlt. l. immunitates. ff. de iur. immunit. l. vacatio ff. de muner. & honor. Hinc priuilegium conceſſum familiaribus alicuius, vt tempore interdicti admitti poſſit ad diuina, tranſit etiam ad familiares futuros Ioan. And. in c. qui ſentit. num. 5. de reg. iur. in 6. Dec. in l. in omnibus cauſis num. 10. ff. de reg. iur. Paul. de Caſtr. conſ. 78. nu. 6. vol. 1. Natta conſ. 160. num. 26. Surd. conſil. 262. nu. 35. & ſeqq. vol. 2. & eſt ratio quia verbum: familiares: eſt vniuerſale collectiuũ, quod compræhendit etiam futuros l. peculiũ ff. de leg. 2. & facit tex. in l. grege l. ſi grege. ff. de leg. 1. §. ſi grex. inſtit. de legat. ſiue conceſſa ſint perſonæ, ſed perſona non ſit cauſa proxima ſed remota priuilegiorum; vt ſupra dixi. num. 6. ſiue etiam concedens habuerit reſpectum ad agnationem. l. pronunciatio. §. familiæ. ff. de verbor. ſignificat. notandum eſt tamen, quod quando priuilegium conceſſum eſt tibi & hæredi tuo, non cenſetur conſiderata agnatio, quia intelligitur de primo hærede tantùm, Bart. in l. 1. ſub num. 2. ff. de conſtit. princ. per tex. in l. antiquitas. C. de vſufruct. Alber. in l. vlt. col. 4. verſic. ſi autem in priuilegio poſt Petr. ibi. de conſtit. princ. ſequitur Felin. in c. 2. num. 4. in fin. de treug. & pac. Ioan. Lup. in repet. rubric. de donat. int. vir. & vxor. & pariter ſunt realia, quando cõceſſa ſunt ob nobilitatem, vel memoriam paternam. Bald. conſ. 355. num. 5. verſ. ſed certè lib. 1. Alciat. reſp. 203. num. 19. Menoch. conſil. 136. nu. 18. ita quod etiam ad emptorem, ſingularemquè ſucceſſorem tranſire poſſunt Alciat. reſp. 216. Menoch. d. conſil. 136. nu. 18. Et pariter realia ſunt, & tranſeunt ad ſucceſſores, ſi conceduntur dignitati, vel officio, Federic. de ſen. conſ. 68. vbi dicit quod priuilegium conceſſum Epiſcopo, vt non poſſit alicui prouideri de beneficio in ſua diœceſi ſine licentia ipſius Epiſcopi, tranſit etiam in Epiſcopos ſucceſſores. Anchar. conſ. 327. num. 2. vbi inquit quod conceſſio facta cuidam Comiti tanquàm facta dignitati tranſit in ſucceſſores; & in terminis immunitatis, quòd immunitas conceſſa dignitati, in ſucceſſorẽ tranſeat tenuit Feſtas. de collect. part. 4. cap. 8. nu. 10. quem refert & ſequitur Surd. d. conſ. 262. nu. 41. vol. 2. quòd ſi quærimus an diſpoſitio trahatur ad futura, futuraquè compræhendat, alia res eſt: ſunt etiã realia priuilegia illa quę conceduntur collegio Roman. conſ. 436. nu. 7. verſ. ceterum. & nu. 8.

25 Si autem priuilegia modis enarratis conceſſa non eſſent, non modica eſſet difficultas in cognoſcendo quando perſonalia, & quando realia diiudicanda forent; nam Spec. in tit. de inſtrum. edit. §. nunc autem dicendum. nu. 6. dicit, quod recurrendum eſſet ad intentionem concedentis. l. neratius. ff. de reg. iur. cap. cum veniſſent. de iudic. §. ex his omnibus. 11. queſt. 1. Sed ſi non poſſet haberi perſona concedentis, intelligitur reale niſi probetur contrarium, l. beneficium. ff. de conſtit. princ. cap. cum dilecti. de empt. & vendit. cap. ad audientiam. de reſcript. cap. placuit. 16. q. 3. & Spec. ſequitur Ioan. And. & Franc. in cap. priuilegium. num. 4. de reg. iur. in 6. Anchar. conſil. 327. num. 3. Bart. in l. pater. num. 6. ff. de ſeruit. legat. Oldrad. conſ. 257. nu. 2. Bald. conſ. 159. nu. 5. verſic. item quia. lib. 3. & in l. idem Iulianus. §. ſi quis alicui. ff. de leg. 1. Dec. cõſ. 262. num. 5. Alex. in l. quia tale. num. 4. ff. ſolut. matrim. Sed quod præſumatur perſonale tenet gloſ. in cap. cum veniſſent. de inſtitut. & gloſ. vlt. in c. tua. de his quę fiunt à prælat. & in ſumm. 25. q. 2. verſ. in dubio. & in cap. poſſeſſiones. 16. q. 1. Alex. conſ. 86. num. 1. vol. 1. & facit ratio quia priuilegia ſunt stricti iuris, & non extenduntur vltra rem, vel perſonam in eis nominatam. cap. ſanè. de priuileg. Iaſ. in l. ſi ſic ſtipulatus. num 13. ff. de verb. obligat. & conſ. 217. num. 1. vol. 2. & quia fauorabilis eſt interpretatio, vt res reuertatur ad ſuam priſtinam naturam. l. ſi vnus. §. pactus. & ibi Iaſ. nu. 5. & ſeqq. ff. de pact. Sed Bart. in d. l. quia tale. ff. ſolut. matrim. cum quo tranſit Ang. & Imol. & quem ibi ad hoc inducit, & pariter ſequitur Alex. ſub num. 2. verſ. tamen ſi verba; diſtinguit, vt ſi priuilegium conceſſum, ſiue à lege, ſiue à Principe non incæpit competere in vita defuncti, tũc in dubio dicatur eſſe perſonale, & ad hæredes non tranſitorium per. l. 1. ff. de conſtit. princ. ſed ſi incępit competere in vita defuncti; denuò diſtinguit, aut tale priuilegium inducit defenſionem, ſeu exceptionem peremptoriam, puta vt quis non poſſit conueniri à debitoribus, & tunc cenſetur reale & tranſmiſſibile ad hæredes, Aut inducit defenſionem ſeu exceptionem dilatoriam, veluti do-

ti donec maritus ad pinguiorem fortunam perueneri, & iudicandum eſt perſonale, ac non tranſmiſſibile; opinionem autem illorum qui dicunt in dubio præſumi reale, reſpondet idem Alex. in d.l. quia tale, num. 4. procedere in priuilegio ſeu conceſſione præter ius commune, ſecus in priuilegio, vel conceſſione contra ius commune: In hoc tamen non poteſt dari reſponſio certa, an præſumatur reale, vel perſonale, ſed ad coniecturas recurrendum eſt: ſic dixerunt Bellon, Natta, Alba. Crauet. & Palaez quos refert, & ſequitur Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 103. num. 30. & ſeqq. vbi multas adfert coniecturas, cui aliam coniecturam addo reſultantem ex præcedentibus, & ſequentibus. arg. l. ſi ſeruos plurium. §. fin. ff. de leg. 1. Ioan. de Anan. conſil. 20. num. 2.

26 Pro complemento ſciatis priuilegium perſonale non ſolùm ad hæredes non eſſe tranſmiſſibile, ſed neque cedi poſſe Bald. in l. per diuerſas, num. 21. C. mandat. Alex. qui eum ſequitur in l. ſi poſt diuortium, num. 2. verſ. vbi autem quæritur. ff. ſolut. matrim. Ang. in l. quod ſi in diem. §. Iulianus in fin. ff. de petit. hæred. Ioan. Fab. in §. fuerat, num. 10. inſtit. de action. & de priuilegio fori tradit Surd. cō-
27 ſil. 280. nū. 4. vol. 2. nam quæ non ſunt tranſmiſſibilia ad hæredes, neque ceſſibilia ſunt l. ex pluribus. ff. de admin. tut. Alex. in l. ſi ſtipulatus. num. 2. ff. de verb. obligat. Igneus in l. dudum num. 57. & 58. C. de contrah. empt. Surd. conſ. 269. num. 29. lib. 2. hinc eſt quod ſi à ſtatuto conceſſum eſt priuilegium alicui vt poſſit hoſtem occidere, is non poteſt alteri occidendum committere Bald. in c. de cætero. num. 4. verſ. ſed pone. de re iud. Idem de facultate recuperandi poſſeſſionem propria autoritate, quia alteri cedi non poteſt gloſ. in l. cum fundum. in verb. poſtea ff. de vi & vi armat. idem in iure occidendi adulterum, quod cómpetit marito, nàm alteri committi non poteſt præterquàm filio in quo eſt eadem ratio, Bart. in l. non ſolùm. §. ſi mandato. num. 5. ff. de iniur. Triuiſ. deciſ. 22. lib. 2. & facit tex. in l. grachus C. de adulter. & iſta tria dicta refert, ac ſequitur idem Bald. in cap. 1. §. ſi quis verò, num. 3. de pace iur. firm. de quibus tamen & de alijs pluribus ſimilibus actibus & iuribus non ceſſibilibus videndus eſt ad plenum Tiraq. de retract. conſang. §. 26. gloſ. 1. & gloſ. 3. Et verſa vice illud priuilegiū, quod in caſibus ſuperius recitatis dixi eſſe tranſmiſſibile ad hæredes extraneos, poteſt etiam cedi Roland. conſil. 28. num. 27. & 28. lib. 2. & de priuilegio competente ex contractu Surd conſ. 280. num. 21. vol. 2.

*S V M M A R I V M.*

1 *Actio perſonalis non eſt tranſitoria in ſingularem ſucceſſorem, nec contra eum.*

2 *Actiones perſonales non egrediuntur perſonam, ſed ſequuntur perſonam obligati, ſicut lepra leproſum.*

3 *Actio perſonalis in rem ſcripta tranſit in ſingularem ſucceſſorem; & qua ſit, adducuntur exempla.*

4 *Actio perſonalis tranſit ad hæredes, quando conſuetudo vel ſtatutum hoc admittit.*

5 *Actio petendi alimenta tranſit contra omnes, ad quos perueniunt bona, ex quibus alimenta debentur. Idem de annuis anniuerſarijs, quæ relinquuntur Eccleſiæ pro defunctis. 6. idem de actione pro decimis, & oblationibus debitis de præterito. 7. Idem de tributo Principis, & vectigali debito à venditore. 8.*

9 *Actio perſonalis tranſit in ſubſidium contra poſſeſſores bonorum, vbi agitur de fauore publico ciuitatis: vel Reipublicæ. Idem de Eccleſia. 10.*

11 *Actio noxalis ſequitur caput.*

12 *Actio realis ſequitur rem, & illius poſſeſſorem.*

13 *Actionis perſonalis, & realis diffinitio. remiſſiue.*

14 *Perſonales actiones poſſunt cedi quoad actiones vtiles, ſecus quòad directas. Reales liberè cedi poſſunt.*

## CASVS XXIIII.

*Actionum ciuilium tranſmiſſio pertractatur.*

NVnc venio ad actiones, & primò ad actiones ciuiles, quarum altera eſt perſonalis, altera realis.

1 Actio perſonalis non eſt tranſitoria in ſingularem ſucceſſorem. l. 3. §. ſi heres. ff. vſufruct. quemad. cau. Nec pariter contra eum. l. quædam. §. is autem. ff. de edend. l. 1. §. ſi heres. ff. ad Trebell. l. fin. C. de heredit. action. l. cum cui C. de action. & obligat. cum alijs adductis per Tiraq. de retract. lignag. §. 8. gloſ. 5. num. 6. & 7. Surd. conſ. 131. num. 9. vol. 1. Dyn. in cáp. is qui in ius. verſ. ius autē agendi, & verſ. itē nec. de reg. iur. in 6. Boer. deciſ. 204. num. 47. verſ quoniam actiones, & plenè per Rip. in d. l. 1. §. Si heres, num. 2. & ſeqq. ff. ad Trebell. vbi per exempla; Et ratio

tio eſt, quia actiones perſonales non egrediūtur perſonam obligati. l. actionum genera, in princ. ff. de action. & obligat. gloſ. in §. omnium. in verb. aut enim. inſtit. de action. hinc dicitur quod tales actiones ſequuntur perſonam obligati, ſicut lepra leproſum. Iaſ. in d. §. omnium. num. 2. inſtit. de actionib. per tex. in d. l. 1. §. ſi heres. ff. ad Trebell. & idem dicitur ex parte actoris, quia ſunt affixæ oſſibus eius, ſicut caracter baptiſmi in anima. gloſ. vlt. in l. quis ergo. ff. de pecul. gloſ. in l. 3. ff. pro ſoc. Iaſ. in d. §. omnium. num. 2.

3 Declaratur primò caſum non procedere in actione perſonali in rem ſcripta, ea enim licet origine, & ex ſui natura ſit perſonalis; tamen quia ſemper concomitatur poſſeſſorem rei, ob id dicitur in rem ſcripta & tranſit in ſingularem ſucceſſorem, vt de actione, quod metus cauſa, quæ actiuè tranſmittitur non ſolū ad hæredes. l. quod diximus. §. hæc actio. ff. quod met. cauſ. l. ſi vi. C. eod. & contra hæredes. d. l. quod diximus. §. in hæredem. l. videamus. l. quod autem. l. quātum. ff. eod. ſed etiā tranſmittitur ad ſingularem ſucceſſorem, ac etiam contra eum. l. metum autem præſentē. §. fin. ff. eod. & in actione aquæ pluuiæ arcendæ. tex. eſt in l. ſi tertius. §. ſi quis prius. l. emptor. l. poſt venditionem. ff. de aqua pluu. arcend. in actione ad exhibendum. l. 3. §. eſt autem perſonalis. & §. fin. ff. ad exhibend. Idem de actione de dolo. l. in heredem, cum ll. ſeqq. ff. de dolo, l. quæſitum. §. in dolo. ff. de pecul. idem de actione de peculio. l. quoties. §. vlt. ff. de pecul. & in interdicto quorum legatorū, quod ſimiliter quàmuis ſit perſonale tamen ſequitur ſucceſſorem rei. l. 1. §. illud. ff. quor. legat. idem de interdicto de itinere, actuquè priuato. l. 2. §. Pomponius. in fin. & l. ſeq. ff. ſi ſeruit. vendit. l. apparet. §. hoc interdictum. §. emptori. ff. de itin. actuque priuat. idem de nunciatione noui operis, quæ per alienationē non extinguitur, ſed tranſit contra ſingularē ſucceſſorem, l. non ſolum. §. fin. & l. fin. ff. de nou. oper. nunciat. & generaliter verum eſt in omnibus interdictis, quia omnia interdicta dicuntur perſonalia in rem ſcripta. l. 1. §. interdicta. ff. de interdict. ſeu extraord. cognit. idemque eſt de interdicto de vi armata. l. 1. §. fin. l. idem eſt. §. qui vſusfructus. ff. de vi, & vi armat. Idem de interdicto quod vi, aut clam. l. deniquè. §. accedit. l. ſemper. §. hoc interdictum. ff. quod vi, aut clam. Idem de interdicto de migrando. l. 1. §. fin. ff. de migrand. Idē de lacu, puteo, & piſcina purgandis, & reficiendis l. 1. in fin. vbi gloſ. vlt. ff. de fonte. Et idē quoque de alijs ſimilibus actionibus perſonalibus in rem ſcriptis, quas recenſet gloſ. in d. l. 3. §. eſt autem perſonalis. ff. ad exhibend.

4 Declaratur ſecundò non habere locum, quando conſuetudo, vel ſtatutum admitteret actionem perſonalem tranſire in ſingularem ſucceſſorem, vel contra eum. Guid. Pap. deciſ. 42.

5 Declaratur tertiò non procedere in alimētis, nam actio petendi alimenta tranſit contra omnes, ad quos perueniunt bona, ex quibus alimenta debentur. l. 2. ff. de aliment. legat. gloſ. & Doctor. in l. fin. §. fin. ff. de contrahen. empt.

6 Declaratur quartò non procedere eadem ratione in annuis anniuerſarijs, quæ relinquuntur Eccleſiæ pro defunctis. Guid. Pap. deciſ. 576. ad hoc facit Spec. in tit. de Emphiteos. §. 1. num. 109. vbi dicit quod impoſita penſione pro alimentis ſuper aliqua re, quod talis res dicitur perpetuò affecta pro tali re ad quemcunque poſſeſſorem tranſeat per tex. in l. hactenus. ff. de vſufruct. & quemad. quis vtat.

7 Declaratur quintò non procedere in actione pro decimis, & oblationibus debitis de præterito. c. quanto. in fin. de vſur. c. cum non ſit. de decim.

8 Declaratur ſextò non habere locum in Tributo Principis, & vectigali debito à venditore, quia poteſt conueniri emptor. l. Imperatores. ff. de Publican. l. 1. C. in quib. cauſ. pign. vel hypot. tacit. cōtrah. Hoſtienſ. Ioan. And. Abb. & alij. in c. paſtoralis. de decim.

9 Declaratur ſeptimò caſus non procedere, vbi agitur de fauore publico, nam ſi debitor ciuitatis, vel Reipublicę diſtraxerit bona ſua, actio perſonalis tranſit contra poſſeſſores ipſorum bonorum. l. 2. C. de debitor. ciuit. & l. fin. C. quo quiſq. ordin. conu. lib. 11. Subdeclaratur tamen hoc verum eſſe in ſubſidium excuſſo ſcilicet prius debitore, & eius hærede. gloſ. in d. l. 2. in verb. conueniantur. & ibi Bart. & Ripa in l. 1. §. ſi hæres. numer. 7. ff. ad Trebell.

10 Declaratur octauò eadem ratione nō procedere, vbi agitur de fauore Eccleſiæ, quia Eccleſia gaudet fauore, quo gaudet Reſpublica. l. fin. C. de ſacroſanct. Eccleſ.

11 Declaratur nonò non procedere in actione noxali, illa enim caput ſequitur. §. annis autem. inſtit. de noxalib. action.

12 Actio realis è conuerſo ſequitur rem, & illius poſſeſſorem l. actionū genera in princ. ff. de

ff.de action.& obligat. l. 1. l. 2. C. ſi vnus ex plur.hæred.gloſ.in l. 1.§.ſi hæres.in verb. ſequitur.ff.ad Trebell.

13 Perſonales autem, & reales actiones diffiniuntur,& exemplificãtur in tit.C.de action. & obligat. & inſtit. de action. & aliqualiter per Rip.in d.l. 1.§.ſi hæres.num.2. & ſeqq.ff. ad Trebell.& alibi ſparſim.

14 Perſonales iſtæ actiones poſſunt quidem cedi quoad actiones vtiles tantùm, non autẽ quòad directas, quia directæ nunquàm ab actore diuelluntur.l.quis ergo.vbi gloſ.fin.ff. de peculio.quæ dicit,quod non poſſunt ſeparari à Domino,ſicut nec anima à corpore.& l. ſi Stico.ff.eod. tit. l. 3. in princ. ff. pro ſocio: Actiones autem reales liberè cedi poſſunt. tot.tit.ff.& C.de hæredit.vel actione vendit. Crauet.conſil. 191. num.2. ac etiam per eoſdem ceſſionarios.l. 1. §. de illo.ff. ad Trebellian.

*SVMMARIVM.*

1 *Actio perſonalis in hæredem, vel ſucceſſorem vniuerſalem tranſit, & comprobatur per exempla.*

2 *Hæres ſuccedit in vniuerſum ius defuncti.*

3 *Actio perſonalis tranſit ad hæredes & in actione natiua,& in datiua.*

4 *Actiones Prætoriæ ſunt annales, & non tranſeunt contra hæredes,niſi ſint rei perſecutoriæ.*

5 *Actio perſonalis non tranſit contra donatarium omnium bonorum: Fallit quando prius obtenta eſt reuocatio donationis vti factæ in fraudem creditoris.6. item fallit ſi conſtat donantem non eſſe ſoluendo, vel non habere hæredes.7.*

## CASVS XXV.

*Actiones perſonales an tranſeant in ſucceſſorem vniuerſalem.*

FIrmatum eſt in præcedenti caſu perſonalem actionem regulariter non tranſire in ſucceſſorem ſingularem: nunc videndum eſt,an tranſeat in hęredem, vel ſucceſſorem vniuerſalem:quocirca conſtituitur caſus affirma

1 tiuus nempe actionem perſonalem in hæredem, vel ſucceſſorem vniuerſalem tranſire.l. ſed & ſi quis.§. ſi operas.ff. de vſufruct. & quemadm.q̃s vtat. Dyn. in c. is qui. in princ. de reg. iur. in 6. Iaſ. in l. ſi ſtipulatus fuerim. nu.3.ff.de verb.obligat.Miſing.in §.omnium num. 17.inſtit.de action.nam quælibet actio ad hæredes, & contra hæredes regulariter ttanſmittitur.l.veteris.l.fin.C.de contrah. & committ.ſtipul.l.vnic.C.vt action.ab hæred. incip. l. ex contractibus.ff. de action. & obli-

2 gat. Hæres enim ſuccedit in vniuerſum ius defuncti.l. nihil. ff. de verbor. ſignif. l. hęreditas.ff. de reg. iur. ita quod ius agendi, quod competit defuncto, vel contra defunctum ad ſucceſſorem vniuerſalem, & contra eum tranſmittitur. Dyn. in loc. cit. eademquè perſona cum defuncto cenſetur.§. 1.in authent.de iureiuran.à morient. præſtit. ideo actio, & ius petendi æditionem tranſmittitur ad hæredes.l.vlt.C.de edend.ac etiã contra hæredes.l.quædam.§.nihil.ff.eod. tit. cum declaratione tamen, quia contra hæredes non datur,niſi ex ſuo facto.d.l.vlt. C. de edend. Actio ex edicto; de eo per quem factũ erit,quominus in iudicio quis ſiſtat; ſimiliter tranſit ad hæredes, ac etiam contra hæredes ad illum effectum ſcilicet,vt ipſi hæredes non lucrentur ex dolo defuncti.l. 1.in fin.ff.de eo per quem fact.erit.Idem de actione negociorum geſtorum tàm directa, quàm contraria, quæ pariter ad hæredes,& aduerſus eos trãſmittitur.l.ſi autem.ff.de negoc.geſt.l. curatoris.l.ſi ab eo.C.eod.& hæc actio tranſit etiam ad hæredes mariti contra vxorem pro rebus marito ſurreptis in locum expilatæ hæreditatis.l.hæres eod.tit. idem de actione mandati. l.ſi præcedente.ff. mandat. Idem de actionibus ædilitijs,nam ad hæredes,& contra hęredes tranſeunt.l. ſi tamen.§. ædilitiæ.l. ſciendum.§.deinde.l.cum autem.§.hæ actiones.ff. de edilit. edict. Idem de actione exercitoria, quia tranſit ad hæredes, & contra hæredes.l. ſi tamen.§.ſi ſeruus.ff.de exercit.actio. idem de actione commodati.l. ſed mihi.§. hęres.l. in commodato.§.ſi ex facto.ff.commodat.idẽ de actione inſtitoria.l. nouiſſime.ff. de inſtit. actio. Actio de conſtituta pecunia tranſmittitur pariter ad hęredes,& contra hęredes.l. 1. l. receptitia. circ. medium. C. de conſtit. pecun. Actio in factum aduerſus menſorẽ agrorum tranſmittitur ad hęredes,& contra eos.l. ſi duobus.§. hanc actionem.ff. ſi menſ.falſ. mod. dixer. Actio in factum de religioſis, & ſumptibus funerum tranſit ad hæredes, & contra hęredes.l.liberum.§.vnde.l.at ſi quis. in fin.l.ſi filiusfamilias.§.hęc actio.ff.de religioſ. & ſumpt. fun. Condictio furtiua tranſmittitur ad hęredes,& contra hęredes.l.ſi pro

fure.

fure.§.condictio.l. ſiue manifeſtus.§. tandiù. ff.de cōdict.furt. & ſi ſunt plures hęredes pro hęreditaria portione.l.in condictione.ff. eod. idem eſt de actione furti,& rerum amotarū.l. contra nurum.§.ſi poſt.l.ſi cum mulier.§.hæc actio.l.rerum amotarum.la 2.ff.de action.rer. amot. quamuis contra ſingularem ſucceſſorē non tranſmittatur.l.furti.ff. de furt. actio tutelæ ad hęredes tranſmittitur.l.pen.ff. de adminiſtr.tut.& contra hęredes.l. ſed non dantur.ff.de tutel.& ration.diſtrah.Similiter contraria actio tutelę ad hęredes, & contra hæredes tranſmittitur.l. 3.in fin. l. hæredem.ff. de contrar. action. tut. Actio in factum de damno dato tranſit ad hæredem, & contra hæredem.l.dies cautioni.§.vlt.ff. de damn. infect. idem eſt de actione ex edicto de bonis authoritate iudicis poſſidendis l. prætor ait. §. vlt. cū duabus.ll.ſeqq.ff.de bon. aut. iud. poſſid. Idem de actione,quæ in fraudem creditorū l. ait.prætor.§. vlt.& l.ſeq.ff.quæ in fraud. credit.

Ad hæredes etiam tranſmittitur actio legis Aquiliæ.l.inde Neratius.§. hanc actionē. ff. ad leg. Aquil. & idem eſt de actione, quę competit de effuſis, & deiectis, nam pariter tranſmittitur ad hæredes.l.ſi vero.§. hæc autem actio.§.iſta autem.ff.de his qui deiec.vel effud.idem de actione de ſeruo corrupto, ad hæredes enim domini ſerui corrupti tranſmittitur.l.ſed & hęres.ff.de ſeru.corrupt.Idē de actione pro ſequeſtro,nam ad hęredes trāſ mittitur.l.ſi in alia.§.cum ſequeſtro.ff. depoſit.idem de actione depoſiti,quia ad hæredes pariter tranſmittitur.l. ſi plures.ff. depoſit. hæc autem tranſmittitur etiam contra hæredes depoſitarij pro dolo, & culpa, & de eo, quod ad eos peruenit tantùm.l.1.§.quod autem.cum ll.ſeqq.l.ſi hominem.§.datur.l.in depoſiti.l.nec aduerſus l. quod tumultus.ff. depoſit. l. ex depoſiti.ff. de action. & obligat. Actio pignoratitia ſimiliter tranſmittitur ad hæredes.l.ſolutum.§.ſi creditori. ff.de pignorat. action. & idem dicitur de actione ne vis fiat ei qui in poſſeſſionem miſſus eſt,l. 1.§.nec in hæredes.ff.ne vis fiat ei.& idem de iure cōferendi,quia illud quoquè tranſit ad hæredes actiuè, & paſſiuè.l. 1.§. ibidem.ff.de collat. bon.l.ſi maritus.C.de collat.

3 Ampliatur procedere non ſolùm in actione natiua,de qua nullum eſt dubium,ſed etiā locū habere in actione datiua,vtraque enim indifferenter tranſmittitur ad hęredes ſic cōtra gloſ.vlt.in l. cum precario. la 1.ff. de precar.& Iaſ.in l. iuriſgentium.nu. 5. ff. de pact. tenet Petr.Calefat.in d.l.iuriſgentium.num. 80.81.& Dec.in l.cum mota.ſub nu.7. C. de tranſact. vbi dicit dictum gloſæ iure non probari: ſequitur Vaſqu.de ſucceſſ.progreſſ.§.7. num. 54.& pro hac parte facit.l.hæreditas.ff. de reg.iur.l.nihil.ff.de verb.ſignif.

Contra hæredes tranſmittitur quoque actio de calumnia,quatenus ad eos peruenit. l.in hæredem.ff.de calumniat.idem de actione competente contra nautas,caupones,& ſtabularios.l.fin.§.hæc iudicia.ff. naut. caup. & ſtabular. idem de actione ad exhibendum, quæ licet tanquam in rem ſcripta ſequatur poſſeſſorem rei, nec ideo interſit quęrere an tranſeat ad hęredem, vel contra hęredem, tamen ex dolo defuncti tranſmittitur contra hęredem, ſi locupletior eo nomine hęreditas facta eſt.l.de eo.§.hęres.ff.ad exhibend.idem de actione tributoria, quę tranſmittitur contra hęredem de eo, quod ad illum peruenit.l. illud.§.hęc actio.l. quia de dolo.ff. de tribut. action.idem de actione ob dolum malum defuncti non ſolùm ex cauſa depoſiti,ſed etiam commodati,mandati, tutelę, & negotiorum geſtorum, quia pariter tranſmittitur contra hęredes.l.ex depoſiti.ff.de action. & obligat. l.ex contractibus.ff.eod.tit.

4 Honorarię autem actiones,ideſt Prętorię, quia annales ſunt. §. 1.inſtit. de perpet. & temp.action. ideo contra hæredes non tranſeūt.l.in honorarijs.§.honorarię.ff.de action. & obligat.niſi quando rei perſecutionem habent,tunc enim poſt annum etiam contra hęredes dantur.d.l.in honorarijs, & ibi gloſ.1. quia actiones prętorię rei perſecutorię regulariter ſunt perpetuæ.gloſ. in d.§. 1.in verb. plerunque.inſtit.de perpet.& tempor.action.

5 Dubium eſt autem, an donatarius omniū
bonorum dicatur ſucceſſor vniuerſalis itàquod actio perſonalis tranſeat contra ipſum,
& in ipſum; & partem negatiuam tenēt Bart.
Bald.Salicet.Iacob.de Sanct.Georg.& Alex.
quos refert,& ſequitur Boer.deciſ.204.num.
47.verſ.& iſta eſt regula,& ſequuta eſt etiam
Cap.Tholoſ.deciſ.387. Et ita quoquè obtentum fuiſſe apud ſupremos Gallię iudices
tradit Couar.var.reſolut. libro 2.cap. 2. ſub
num.4. poſt med. ex relatione Io. Galli in
quęſtio.parlamenti 34. quę concluſio, quòd
non poſſit agi actione perſonali contra dona-
6 tarium omnium bonorum vera eſt; ſed fallit
quando prius introducta,& obtenta eſt reuocatio donationis tanquam factæ in fraudem creditoris.gloſ.in l.æris alieni,quam ſequuntur,& veram eſſe dicunt ibidem Bart.Ang.&

7 alij.C.de donat.Secundò fallit, quando conſtat donantem non eſſe ſoluendo, vel hæredes non habere,tunc enim ſimiliter competit actio perſonalis contra donatarium omnium bonorum etiam non obtenta reuocatoria. Guid.Pap.deciſ.105.per tex. in l. ſi maritus. ff.de fund.dot.& gloſ.in l. 2. verſ. tu reſpondeas.C. de hæredit. vel action. vendit. & ſic ſentit quoque Boer. d.deciſ. 204. num. 47. verſ.& iſta eſt regula.

*S V M M A R I V M.*

1 *Exceptiones merè perſonales ad alios nō trāſmittuntur;neque ad hæredes. 2. Sed contra ſucceſſores ſingulares diſtinguitur, an quis habeat titulum ex cauſa onerosa, vel lucratiua. 5. Contra ſucceſſorem vniuerſalem tranſeunt indiſtinctè.6.*

3 *Exceptiones merè perſonales tranſmittuntur ad alium etiam ſingularem ſucceſſorem durante vita tranſmittentis; Idem eſt de vſufructu.*4.

7 *Exceptiones reales tranſeunt in ſucceſſores etiam ſingulares;& contra eos 8. & dantur exempla:& procedit etiam ſi incæperunt cōpetere poſt ſecutam translationem dominij.* 10.*intellige ſi eſt eadem ratio, ſecus ſi diuerſa.*11.

9 *Exceptiones reales tranſeunt etiam in ſucceſſorem beneficij.*

12 *Exceptiones mixtæ ad hæredes tranſmittuntur,& dantur exempla.*

13 *Exceptio rei iudicatæ non retranſit in venditorem, ſi res vendita in eum reuertitur ſine titulo,ſed ſi ex titulo ſic.*

14 *Compenſationis exceptio tranſit ad emptorē, vel ceſſionarium,ac etiam contra eum.*

## C A S V S XXVI.

*Exceptiones an & quando ad alios tranſeant, & tranſmittantur.*

DIctum eſt de trāſmiſſione actionum, ſequitur de tranſmiſſione exceptionum,ſed quia aliæ ſunt exceptiones merè perſonales, aliæ merè reales, & aliæ mixtę;ideo materia diſtinguenda eſt p caſus.

1 Primus igitur caſus eſt de exceptionibus merè perſonalibus & iſtarum exceptionum natura eſt, vt non tranſmittantur ad alios. l. exceptiones.la.2.ff.de except.l.qui ita.§.ſi legatus.ff.ad Trebell. l. ſed & ſi reſtituatur. §. 1.ff.de iudic. facit.l. non ſolum. la 2. §.tale legatum.ff.de liberat.legat. vbi quæ perſonæ cohærent,non tranſmittuntur. Tiraq. de retract.lignag.§.1.gloſ.9.num.131.in fin.

2 Ampliatur, quia exceptiones perſonales non tranſeunt, nequè ad hæredes l.idem in duobus.§.perſonale.ff.de pact. Spec.in tit.de except.§.viſo.num.47.

3 Declaratur caſus, quia exceptiones merè perſonales tranſmittuntur ad alium etiam ſingularem ſucceſſorem durante vita ipſius trāſmittentis.l.ſi tibi.§.pactum.ff. de pact. ſicuti
4 dicitur quoquè de vſufructu, cuius commoditas viuēte vſufructuario trānſmiſſibilis eſt. gloſ.in l.arboribus.§.vſufructuarius.in verb. vel donec. ff. de vſufruct. & quemadm. quis vtat.& in §.finitur. verb. cedendo. inſtit. de vſufruct. & in l.ſi vſusfructus. ff. de iur. dot. dummodo tamen per tranſitum rei factum ad eundem ſingularem ſucceſſorem non ſit perempta exceptio,quia ſi eſſet perempta,nō tranſiret.l.quæſitum.§.ſi annua. ff. de pecul. Bart.in l.ſi tertius. §.ſi quis prius. num. 6. ff. de aqua pluu.arcend.

5 Contra ſucceſſores autem, vtrum exceptiones merè perſonales tranſeant: Si loquimur de ſucceſſore ſingulari, hæc adhibetur diſtinctio; Aut is habet titulum ex cauſa oneroſa,& actiones merè perſonales nō tranſeunt contra eum.l.apud celſum.§. de auctoris.§.ſi cum legitima,ff.de dol. except. Fallit ſi velit vti acceſſione auctoris, quia exceptiones quoquè eiuſdem auctoris pati debet, quamuis titulum habeat ex cauſa oneroſa d. l.apud celſum.§. de auctoris. §. ſi cùm legitima. ff. de doli except. Aut habet titulum ex cauſa lucratiua, & tunc tranſeunt. d.l. apud celſum.§.ſi quis autem.§.auctoris. & l. ſi rem legatam.ff.de except. & idem quando habet titulum ex cauſa quaſi lucratiua,veluti ſi rem magno prætio dignam modico emerit. d. l. apud celſum.§.cæterum ſi noxæ. §. proinde; Et ſic duobus caſibus exceptiones merè perſonales tranſeunt contra ſingularem ſucceſſorem, quando vtitur acceſſione auctoris, & quando habet cauſam lucratiuam, vel quaſi. gloſ.in d.§.proinde.in verb. ſuo. Et hanc diſtinctionem tradit Dyn. in cap. is qui in ius. verſ.in iure autem.& verſ. quæri autem poſſet.de reg.iur. in 6. & illam ſequitur Bart. in d.l.ſi tertius.§.ſi quis prius. nu. 7. ff. de aqua pluu.arcend.Bald.in l.ſi quis.verſ.extra quę-
6 ro.ff. de procurat. Si loquimur de ſucceſſore vniuerſali, tunc indiſtinctè tranſeunt contra eum.d.l.ſi rem legatam. ff. de except. facit. l.

ſed

ſed & ſi quis.§. ſi operas.ff. de vſufruct.& quemadm.quis vtat.

7 Secundus caſus eſt de exceptionibus realibus, vel rei cohærentibus; & iſtæ tranſeunt in ſucceſſores etiam ſingulares, & cauſam habentes ab eis.l. dolia.§. eum qui.ff. de contrah. empt.Bart.in l. ſi tertius.§.ſi quis prius.num. 6.ff.de aqua pluu.arcend.Crauett.conſ.148. num.1.Socin.conſ.158.num.28.vol.2.Dyn. in reg. is qui. verſic. in ſingulare. de reg. iur. in 6.Tiraquel. de retract. lignag.§. 1. gloſ.9. num.130.131.vbi latè.Alex.in l.3. nu.3. C. quod met.cauſ. ac item tranſeunt contra ſuc-
8 ceſſores etiam ſingulares.l.idemquè.§. fin.ff. pro ſoc.l. in hoc iudicium.§. fin.ff. communi diuid.l. ſi ſuperatus.§. per iniuriam.ff. de pignor.l.exceptio.ff.de except.rei iudic.l. apud celſum.§.de auctoris.verſ.& per hoc.ff.de doli except.Ideo exceptio rei venditæ tranſmittitur non ſolùm ad emptores, ſed etiam ad hęredes, & ſucceſſores ipſorum emptorum, ſiue vniuerſales ſiue ſingulares ſint; ac etiam tranſmittitur contra hæredes venditorum.l.fin.ff. de except.rei vendit. & exceptio rei iudicatæ ad emptores tranſmittitur.l. ſi à te.§. Iulianus.l. exceptio.ff. de except. rei iud. non obſtante tex.in l.quæſitum.§. ſi annua.ff. de pecul. vbi res iudicata pro venditore non prodeſt emptori, quia illa exceptio eſt perſonalis in venditore, & cauſa exceptionis concedendæ ibi ceſſat in emptore. ſic reſpondet Bart.in d.l.ſi à te.§.Iulianus.nu.2. Et ſimiliter tranſmittitur contra eos d.l.exceptio.ff.eod.tit.de except.rei iud. Et idem eſt de exceptione non numeratæ pecuniæ, quæ pariter ad hæredes, & contra hæredes tranſmittitur, diuerſimodè tamen quia ſi lis per defunctum non fuit conteſtata, tranſmittitur pro reſiduo tantùm biennij quod ſupereſt eidem defuncto: ſi autem lis per eum intra dictum biennium conteſtata fuit, tranſmittitur in perpetuum duraturā.l.ſi intra.C.de non numer.pecun.

9 Ampliatur primò hunc ſecundum caſum procedere etiam in ſucceſſore beneficij Eccleſiaſtici, quia pariter exceptiones concernentes rem, ſiue beneficium ipſum ad eundē ſucceſſorem tranſeunt.Gomeſ.in reg. de Annal.quæſt.63.

10 Ampliatur ſecundò procedere etiam ſi exceptio incæpit competere auctori poſt ſecutam trāslationem dominij.l.illicitè.ff. de reb. cor.

11 Declaratur hic caſus, vt locum habeat quando militat eadem ratio in auctore, quæ militat in ſingulari ſucceſſore; nàm ſi eſſet diuerſa ratio, ius excipiendi non tranſiret in ſucceſſorem ſingularem.Gabriel conſ.44.nu. 13.14.lib.2.

12 Tertius caſus eſt de exceptionibus mixtis, vt eſt exceptio mulieri ex Senatuſconſulto Velleiano competens, ea enim tranſmittitur ad eius hæredes.l. hæredes.l. ſi ſciens. C. ad Vellcian. ac etiam tranſmittitur in eius fideiuſſorem.l.exceptiones.la 2.§. interceſſionis. ff.de except. Et ratio eſt, quia eſt mixta nàm perſona non eſt proxima, & immediata cauſa iſtius priuilegij, ſed læſio. Dyn. in c. priuilegium perſonale verſ. idem de beneficio. de reg.iur.in 6.& mouetur exemplo minoris, qui non poteſt in integrum reſtitui ex ſola minori ætate, niſi adſit etiam læſio; Idem eſt de exceptione procedente ex Senatuſconſulto Macedoniano, quia tranſit ad hæredes filij tàm aſcendentes, quàm deſcendentes.l. ſed Iulianus.§. quamquam.ff. ad Macedon. & pariter tranſit contra hæredes mutuantis.d.l.ſed Iulianus.§.nō ſolùm.& etiā in fideiuſſorem eiuſdem filij mutuantis.d.l.exceptiones.la 2.§.interceſſionis.ff.de except.ea ratione, quia hæc exceptio eſt in rem ex parte eius, cui opponitur.Bart.& Paul.de Caſtr.in d.§.non ſolùm.

13 Quæro autem, an exceptio rei iudicatæ retranſeat ab emptore in venditorem.& gloſ.in l.ſi à te.§.Iulianus.in verb.non debere. ff.de except. rei iudic. dicit indifferenter quod non tranſit, & reddit rationem nàm licet tranſeat de venditore in emptorem, hoc euenit quia venditoris intereſt, vt tranſeat ad emptorem, quod intereſſe ceſſat in emptore, & gloſam ſequitur ibi Rayn. & Angel. Sed Ioan. quem refert eadem gloſ.in d.l.ſi à te.§. Iulianus.in verb.non debere, & quem ſequitur Petr.ibi aliter dicit. Vnde veritas hæc eſt, quod ſi res vendita reuertitur in venditorem ſine titulo, tunc exceptio rei venditæ non tranſit in ipſum venditorem. d. l. ſi à te.§. Iulianus. & l.ſeq.ff.de except.rei iudic.ſed ſi reuertitur ex titulo, vt per redhibitionem, pactum legis commiſſoriæ, vel addictionis in diem, tunc exceptio rei iudicatæ ab emptore in venditorem tranſit l.Pomponius.§.præterea. ff.de acquir.poſſeſſ.l.ſi hominem.ff. de vſuſcap. & l. ſi duobus.§. vendidi.ff. de diuerſ. præſcript. vbi habetur, quod acceſſio poſſeſſionis emptoris tranſit in venditorem; & ſic tenent Ioan. & Petr.loco cit.& Azo in ſumm.ff.de except. rei iud.numer.4.& idem quoque in effectu dicit Bart. in d.§. Iulianus. quamuis contra diſtinctionem, quam facit inter redhibitionem, & pactum legis commiſſoriæ, & ad-

dictionis in diem obſtet tex. in d. l. ſi hominem, ff. de vſuscap. vbi emptio reſoluta ex conditione, ſimilis eſt redhibitioni.

14 Quæro item, an exceptio compenſationis tranſeat ad emptorem, vel ceſſionarium, ac etiam contra eũ; & quod tranſeat tenet Dyn. in c. is qui in ius. verſ. item quæri poteſt. de reg. iur. in 6. & illum ſequuntur Bald. Ang. & Salicet. in l. eius quod. C. de compenſat. & Bart. num. 4. vbi dicit ita ſemel fuiſſe conſultum Bononiæ per Iac. Butr. & multos alios aduocatos idem Bart. in l. ſi quis in rem. numer. 3. vbi dicit quod Doctores ſequuntur Dyn. & ibi Ang. numero 2. & eſt communis DD. concluſio, de qua teſtatur Paul. de Caſtr. in d. l. ſi quis in rem. num. 3. licet ipſe diſſentiat, & ſecundùm eam conſuluit Alex. conſil. 54. num. 7. lib. 2. Autrer. in addit. ad cap. Tholoſ. deciſ. 93. num. 3. vbi dicit ita fuiſſe pronunciatum de tempore ſuo, &ità etiam tenet, & de communi pariter teſtatur Tindar. in tract. de compenſat. art. 7. nu. 3. & ſeqq. mouentur ea ratione, quia exceptio compenſationis cohæret rei, quod ſic probatur; nam exceptio cohærens rei competit fideiuſſori ex perſona rei principalis, illa vero quæ cohæret perſonæ non. l. exceptiones. la 2. ff. de except. modò exceptio compenſationis competit fideiuſſori ex perſona principalis rei. l. ſi quid. ff. de compenſationib. ergo neceſſe eſt, quod cohæreat rei, & conſequenter tranſit ad ſucceſſores etiam ſingulares, & contra eos. d. l. dolia. §. eum qui. ff. de contrah. empt. l. id emquè. §. fin. ff. pro ſoc. Alia ratio eſt, quam tangit idem Tindar. loc. cit. quia compenſatio inducitur ipſo iure à principio tempore contractorum debitorum, & propterea actio poſtmodum ceſſa habet annexam exceptionem ipſius compenſationis iam factæ, cum res tranſeat inſeparabiliter cum ſua cauſa. l. ſi conuenerit. la 2. §. ſi fundus. ff. de pignorat. action. l. traditio. ff. de acquir. rer. domin. l. ſi debitor. & ibi gloſ. quę allegat concordant. C. de diſtract. pignor.

*S V M M A R I V M.*

1 *Actio perſonalis ad ſucceſſores non tranſit, neque actiue neque paſſiuè, & adducuntur exempla 2.*

3 *Fideiuſſio facta pro maleficio extinguitur morte fideiuſſoris ita quòd actio ad hæredes, vel contra eos non tranſit, ſecus eſt de fideiuſſione facta pro pœna pecuniaria. 5.*

4 *Fideiuſſio eſt acceſſio principalis obligationis, & aſſumit ſibi naturam eius.*

6 *Pœna non ſoluti legati intra certum tempus non tranſit ad hæredes nec contra eos.*

7 *Actio pœnalis quoad pœnam quæ competit ad meram vindictam non tranſit, neque ad hæredes, neque contra hæredes. 14. ſed quoad damna paſſa ex delictis tranſit ad hæredes eorum qui damna paſſi ſunt; & adducuntur exempla 8.*

9 *Actio pœnalis quoad damna paſſa tranſit contra hæredes damnum dantis inquantum ad eos peruenit: Fallit in actione vi bonorum raptorum, & in interdicto vnde vi. 10. etſi nihil ad eos peruenit, nulla actio neque quoad damna paſſa contra eos datur. 11. Sed de iure Canonico datur actio contra hæredes etiã ſi nihil ad eos, vel ad defunctum peruenit 12. quomodo intelligatur num. 13.*

15 *Pœna conuentionalis ad hæredes, & contra hæredes tranſit etiam ſi excedat intereſſe partis, ac etiam quoad ius euitandi incurſum pœnæ.*

16 *Actio pœnalis in caſibus in quibus tranſire poteſt in alium de iure communi poteſt etiam cedi, at ſi trãſire poteſt ex priuilegio, diſtinguitur an ſit perſonale, vel reale.*

## C A S V S XXVII.

*Actionum criminalium tranſmiſſio explicatur.*

1 SEquitur modò de tranſmiſſione actionis criminalis; quocirca ſe habet concluſio, actionem pœnalem ad ſucceſſores non tranſire, quia delicta vnà cum eorum pœna morte delinquentium extinguuntur, quod plenè examinat Farinac. quæſt. 10. num. 36. vſque ad num. 83. vbi omnia iura, & authoritates recitat & per ampliationes, ac limitationes pariter procedit ita, quòd illum repetere non expedit.

2 Ampliatur primò caſus vltra dicta per Farinac. loco cit. vt actio pœnalis non ſolùm non tranſeat ad ſucceſſores actiuè, ſed neque paſſiuè contra eos, pęnales enim actiones contra hæredes non tranſeunt. l. in honorarijs. §. honorariæ. ff. de action. & obligat. l. 2. §. fin. ff. vi bonor. rapt. §. eſt enim certiſſima. & ibi gloſ. in verb. ex maleficijs. inſtit. de perpet. & tempor. action. ideo pœna, quam incurrit is, qui vocat in ius quem vocare non poteſt, non tranſit contra hæredes. l. in eum. ff. de in ius vocand. idem de pœna illi impoſita, qui iudicenti non obtemperat, hęc enim licet tran-

ſeat ad

ſeat ad ſucceſſores in officio ipſius iusdicen-
tis. per tex. in §.ſed hæredibus.inſtit.de per-
pet.& tempor. action. Azo in ſua ſumm. tit.
ff.ſi quis iusdicent.non obtemper.num.2. in
fin. tamen non tranſit contra hæredes illius,
cui impoſita eſt ipſa pęna.d.l.1. in fin. ff.ſi qs
iusdic. non obtemp. idẽ eſt quoque de actio-
ne,ne quis eum qui in ius vocatus vi eximat.
l.ſi per alium. §. hoc iudicium. in fin. ff. eod.
tit.idem eſt de actione, quæ competit contra
iudicem qui fecit litem ſuam dolo malo, ex
gratia,vel inimicitia,vel per ſordes ſententiã
dicendo, nam aduerſus hæredes eiuſdem iu-
dicis non competit.l.Iulianus etiam.ff.de iu-
dic. quia eſt ex quaſi delicto,& actio deſcen-
dens ex quaſi delicto non tranſit ad hęredes.
Bart.ibi num.1.prout nec competit aduerſus
ſucceſſorẽ in officio.idem Bart.in l.1.§. quod
nouiſſimè.num.2.ff.de publican.

3 Ampliatur ſecũdò caſus, vt locum habeat
etiam in fideiuſſore pro maleficio, quia ſicut
crimina extinguuntur morte delinquẽtium,
nec tranſeunt ad hæredes vel contra eos, ità
fideiuſſio ſimpliciter facta pro furto, vel alio
maleficio extinguitur morte fideiuſſoris, ita
quod ad hæredes,vel contra eos non tranſit.
gloſ.in §.fideiuſſor.il 1.inſtit.de fideiuſſ.&
ibi Ang.Aret.num.2.Ioan.Fab.num.1.Mi-
ſing.num.4.Boſſ.in tit.de carcer.fideiuſſ. cõ-
mitt.num.64.Decian.conſ.72.num.7.in fin.
lib.2.Ioſeph.Gumia.ſuper ritu magnæ Cur.
Sicil.cap.65.num.25.in fin.& ſeq. Roland.
conſ.58.nu.5.& ſeqq. lib.1.& rationem ad-
ducit Fab. in d.§.fideiuſſor,quia vbi nõ tran-
ſit actio contra hęredem principalis, nec tran
ſit cõtra hæredem fideiuſſoris, cuius quidem
rationis ratio ea eſt,quia exceptiones cõpetẽ-
tes reo principali,competunt etiam fideiuſſo-
ri.l.omnes l.exceptiones.la 2.§. rei. ff. de ex-
cept.l.fin.§.fin.C.de vſur.rei iud.l.1.ĩ princ.
ff.vt in poſſ.legat.l.defenſiones.C.de except.
4 fideiuſſio enim eſt acceſſio principalis obliga-
tionis.§.fideiuſſores.inſtit.de fideiuſſ. & aſſu
mit ſibi naturam eius. l. ſi eum.§.qui iniuria-
rum. ff. ſi quis caut. ad hoc. l.1.2.ff.de pecul.
legat.

Declaratur ampliatio locum habere,quan
do fideiuſſio,vt dixi, facta eſt ſimpliciter pro
maleficio,ſecus ſi facta ſit pro pæna pecunia-
ria;hæc enim non extinguitur morte fideiuſ-
ſoris, ſed tranſit ad hæredes Ang. Aret. Io.
Fab.& Miſing.in d.§.fideiuſſor. Marſil.ſing.
159.idem Ang.de malefic. in verb. pro qui-
bus Antonius fideiuſſit. num.17. Roland. d.
conſ.58.num.5.& ſeqq.lib. 1.nàm pæna pe-
cuniaria contra hæredes tranſibilis eſt.l. ad
diem.ff.de verb.obligat.

6 Ampliatur tertio,quia pęna legati non ſo-
luti intra tempus à teſtatore pręfixum non
tranſit ad hæredes nec contra eos.vt dixi caſ.
2.num.40.

7 Declaratur primò caſus procedere quoad
illam pęnam,quæ competit ad meram vindi-
ctam, namque hoc reſpectu regulariter verũ
eſt quòd pæna morte delinquentium extin-
guitur,& non tranſit ad hæredes.tex.eſt in ra
tione ſui. in l. cum emancipati. §. emancipa-
tus.ff.de collat.bonor.l. pro hęrede. in fin. ff.
de acquir.hęred.l.pen.ff. de in ius vocand. &
eſt ratio,quia ante litem conteſtatam non eſt
in bonis noſtris l. iniuriarum actio in bonis.
ff.de iniur.l.ſi cui.ff.de verbor.ſignificat. Se-
8 cus autem eſt quoad damna paſſa ex delictis
nam actio pęnalis ad damna perſequenda
tranſit ad hęredes illorum, qui paſſi ſunt ipſa
damna,vt de actione furti.l.1.§. hęredem. ff.
de priuat. delict. vi bonorum raptorum. l. 2.
§.fin.ff.vi bonor.rapt.damni.l. dies cautioni.
§.vlt.ff.de damn.infect.& de his omnibus p-
miſcuè.§. non autem. & ibi gloſ. in verb. ſed
hęredibus.inſtit.de perpet.& tempor.action.
de actione legis aquilię.l.inde neratius.§.hãc
actionem.ff.ad leg.aquil.d.l.1.§.hęredem. ff.
de priuat.delict.de actione, quę competit de
effuſis,& deiectis.l.ſi vero.§.hęc autem actio.
§.iſta autem.ff.de his qui deiecer. vel effud.
de actione,ne quis eum,qui in ius vocatus vi
eximat.l.ſi per alium.§.hoc iudicium.verſ.hę
redibus.ff.eod.tit.de actionibus competenti-
bus ex incendio,naufragio,ruina,rate, naue
expugnata.l.4.in fin.ff.eod.de actione aduer
ſus eum, qui dolo impediuit aliquem iudi-
cio ſiſti.l.1.§.vlt.ff.de eo per quem fact.erit.

9 Aduertendum tamen eſt, quod licet actio
pęnalis ad damna perſequenda tranſeat ad
hęredes illorum, qui paſſi ſunt ipſa damna;
non tamen eo modo tranſit contra hęredes
ipſius damnum dantis, nam contra hęredes
damnum dantis, ad quos aliquid peruenit,
tranſit actio quatenus ad eos peruenit tan-
tùm.l. inde neratius. §. hanc actionem. ff. ad
leg.aquil.l.in hęredem.ff.de calumniat.l.1.§.
vlt.ff.de eo per quem fact.erit.l.4.in fin.ff.de
incend.ruin.naufrag.l.quod diximus.§.in hę
redẽ.ff.quod met.cauſ.l.ſicuti. ff. de reg. iur.
l.3.in princ.ff.de vi, & vi armat. l. Lucius. ff.
de iure fiſci.Farinac.quæſt.10.num.59.

10 Fallit primò in actione vi bonorum rapto-
rum, ea enim non datur contra hęredes, ne-
que in id quod ad eos peruenit.l.2.§.fin.ff.vi
bonor.

bonor.rapt.& ratio eſt, quia contra eoſdem
hæredes datur condictio furtiua.l. ſiue. ff. de
condict. furt. quæ de ſe ſufficiens eſt abſque
eo, quod detur etiam actio vi bonorum rapto
rum.d.§.fin,in fin.

Fallit ſecundò in interdicto vnde vi, quod
pariter non datur contra hæredes etiam de
eo, quod ad eos peruenit; ſed eius loco datur
actio in factum.l.1.§.fin.ff. de vi,& vi armat.

11 Contra hæredes vero damnum dantis, ad
quos nihil peruenit nulla datur actio neque
quo ad damna paſſa.d.l.inde neratius.§.hanc
actionem.ff.ad leg.aquil.l.furti.C.de furt.l.ſi
vero.§.hæc autem,§.iſta autem. ff. de his qui
deiec.vel effud.d.l.4.in fin.ff.de incend.ruin.
naufrag. & ratio eſt, quia eſt ex maleficio. in-
ſtit.de noxalib. in princ. quæ regulariter non
tranſit contra hæredes.§. eſt enim certiſſima.
inſtit. de perpet. & temporalib. action.

12 Subdeclaratur primò id qđ dicitur actio-
nem pęnalem ad proſecutionem damnorum
paſſorum (quæ dicitur actio pænalis ex parte
conuenti tantùm) non tranſire contra hære-
des damnum dātis, niſi quatenus ad eos per-
uenit, vt hoc procedat, & verum ſit de iure ci-
uili, ſecus de iure Canonico, quia de iure Ca-
nonico huiuſmodi actio tranſit contra ipſos
hæredes etiam ſi nihil ad eos, vel ad defunctū
peruenerit ex delicto c. fin. & ibi gloſ. vlt. de
ſepult. gloſ. in c.1.in verb. debita. de ſolut. &
in cap. ſi epiſcopum. in verb. reddantur. 16.
q.6.& in cap. eccleſia. §. item peccato iſraeli-
tarum. in verb. acquiſita. 1.q.4. & gloſ. vlt. in
fin. in cap. Epiſcopus 12. q.2. Bald. in l. furti.
actione. C. de furt. Abb. in cap. Parochiano.
num.5.de ſepultur. Couarr. var. reſolut. lib.
3.cap.3.num.7. Villalob comm. opi. littera.
H.num.2.cum addit. Soarez littera. H. num.
87. Gomez, lib.3.cap.1.num.85. propè fin.
Gemin. conſ.3. num. 6. Clar. in prax. crim.
quæſt.51.verſ. vlterius quæro. vbi alios alle-
gat. Gutierez, Canon. quęſt. lib.2.cap.18. nu.
54. Cæuall. quæſt.464.

13 Sed an teneantur vltra vires hæreditarias,
ſi non fecerunt inuentarium, duæ ſunt ſentē-
tiæ vna affirmatiua, altera negatiua vt per Do
ctores adductos pro vtraque parte per Cæ-
uall.d.quæſt.464.& Vaſqu. de ſucceſſ. creat.
§.1.num. 26. Verùm difficultas iſta concilia-
tur hoc modo, nam aut quærimus an teneam-
tur de iure Canonico in foro contentioſo, &
tunc procedit opinio affirmatiua, quòd non
confecto inuentario tenentur vltra vires hæ-
reditarias, quia cum habeamus legem quæ ge
neraliter & indiffinitè obligat hæredes vltra
vires hæreditarias in caſu non confecti inuen
tarij l.fin.§.ſin vero poſtquàm C. de iure de-
lib. ſtandum eſt eidem legi donec probetur
caſus ab ea exceptuatus l. antiquitas. C. de
vſufruct. alias eſſet abſurdum iudicare de his
quæ nulla lege probantur contra id quod eſt
lege expreſſum l. illam C. de collat. Fallit quā-
do conſtat quòd verè & realiter nihil occul-
tarunt, tunc enim dicerem eos non teneri vl-
tra vires hæreditarias licet inuentarium non
confeciſſent, nam ex quo ius Canonicum ex
ęquitate introduxit contra rigorem iuris ci-
uilis quod hęredes teneantur ex delicto de-
functi etiam ſi de ratione ipſius delicti nihil
ad eos peruenerit, ità ſuadente eadem ęquita-
te dicendum eſt quod ſi conſtat quod nihil
occultauerint, non teneantur vltra vires hę-
reditarias etiam inuentario non cōfecto, quā
rationem conſiderant Federic. de Senis conſ.
21.num.6. & Ruin. d.conſ.20. num.6.lib.4.
Aut quęrimus an teneantur in foro conſcien-
tię, & tunc quia dicitur conſtare de non oc-
cultatione, attento quod ſtatur dicto peniten
tis c.ſi vero.2.de ſent.excom.c.ſignificaſti. 1.
de homicid. ob id vltra vires hęreditarias nō
tenentur, & hoc modo procedit opinio nega-
14 tiua. In actione autem quę pęnalis eſt ex vtra
que parte, puta quando actor agit ad vindi-
ctam, ſiue ad pęnam ſibi applicādam, licet ab
eo nihil abſit, ſtatur regulę caſus, quòd non
tranſit neque ad hęredes, neque contra hęre-
des nulla facta diſtinctione inter ius ciuile, &
ius Canonicum: ſic declarant Bart. in l.1. nu.
6.ff. de priuat. delictis. Abb. Berou. Capr. Mai
ner. Florian. Innoc. & Ioan. And. quos refert,
& ſequitur Oſaſc. deciſ. 152. num. 8. Farinac.
d. quęſt. 10. num. 61. & ſeqq. Ang. Aret. in §.
his autem. num.2. verſ. ſecundò habes. inſti.
de lege aquil.

Subdeclaratur ſecundò, vt non procedat
neque de iure ciuili in condictione furtiua,
quia ratione frequentię iſtius delicti, conſti-
tutum eſt hęredem teneri in ſolidum etiam ſi
nihil ad eum peruenerit. l. ſi pro fure. §. con-
dictio. ff. de condict. furt. Bart. in l.1. num.6.
7. C. ex delict. defunct. Farinac. d. quęſt. 10.
num.72.

15 Declaratur ſecundò caſus non procedere
in pęna conuentionali, hęc enim ad hęredes,
& contra hęredes tranſit. l. Lucius. iuncta. l.
ſeq. ff. de action. empt. faciunt allegata per Ga
briel. concluſ. 35. nu. 14. tit. de malefic. quod
procedit etiam ſi hæc pęna cōuentionalis ex-
cedat intereſſe partis. idem Gabriel. concluſ.
34. nu. 12. cod. tit. de malefic. vbi omnes alios

recen-

recenſet;ac etiam procedit quoad ius euitandi incurſum ipſius pęnæ, namquè poteſt hæres parendo euitare incurſum pęnæ conuentæ cum defuncto l.diem.§.1.& ibi gl.in verb. paratus.ff.de arbitr.

Alias ampliationes, & declarationes iſtius caſus adducit idem Farinac. d. quæſt. 10. ad quem recurrendum eſt.

36 Quæritur autem, an actio pęnalis in caſibus in quibus poteſt ad alios tranſire, poſſit etiã alteri cedi, vel demãdari: Hæc adhibetur diſtinctio, aut ipſa actio pœnalis tranſire poteſt ad alium ex priuilegio contra regulas iuris communis cõceſſo à lege, ſtatuto, vel Principe, & talis actio non poteſt alteri cedi; Aut tranſire poteſt ad alium de iure communi, & tunc cedi & demandari poteſt. ſic diſtinguendo tenent Felin. in cap. quæ in eccleſiarum. num. 13. verſic. hoc intellige. de conſtit. Alex. in l. 1. §. fin. num. 5. ff. de nou. oper. nunciat. & in l. ſi cum dotem. §. trãſgrediamur. num. 10. ff. ſoluc. matrim. Bald. in §. ſi quis vero. nu. 3. verſ. & hoc facit. de pac. iuram. firmand. Arimin. ĩ addit. ad Ang. de Malefic. ĩ verſ. che hai adulterato. nu. 64. Claud. Seiſel. in l. vt vim. num. 124. ff. de iuſt. & iur. Orian. in l. 1. num. 49. ff. de offic. eius cui mandat. eſt iuriſd. Tiraq. de retract. lignag. gloſ. 1. §. 26. num. 70. Roland. conſ. 34. nu. 19. 20. lib. 2. cui quidem diſtinctioni addo quòd quoad priuilegium multùm intereſt, an illud ſit perſonale, vel reale, quia ſi eſt perſonale tunc verum eſt, quod non poteſt cedi; ſi autem reale tunc ceſſibile eſt dummodo tranſmiſſibile ſit ad hæredes extraneos, vt dixi caſ. 23. nu. 26. & ſeqq.

## *SVMMARIVM.*

1 *Contractus, pacta, promiſsiones, & obligationes ad hæredes tranſmittuntur: ampliatur num. 2. 10. 11. 18. Fallit num. 15. 16. 17. 143. & pluribus ſeqq.*

3 *Contrahentes præſumuntur hæredibus ſuis prouidere, & contractus ad eos tranſmitti velle.*

4 *Hæres cenſetur eadem perſona cum defuncto.*

5 *Hæres contrahentis cenſetur nominatus abſquè ſpecificatione.*

6 *Quod iuris eſt de aliquo, idem iuris eſt etiam de hærede eius.*

7 *Conceſsio facta per viam contractus, tranſit ad hæredes etiam non nominatos, non repugnantibus verbis conceſsionis.*

8 *Contractus loquens de venditore habet locũ in hærede eius.*

9 *Mentio hæredum quam faciunt notarij, ſuperflua eſt.*

12 *Promiſsio de ſuo facto, & dato, vel de ſuo faciendo, & dando tantùm, comprehẽdit etiã hæredes.*

13 *Factum hæredis reputatur factum defuncti.*

14 *Factum nomine defuncti ad hæredes tranſitorium, poteſt ratificari ab hæredibus.*

19 *Obligatio vitioſa in vitio merè reali tranſit ad quemcunque ſucceſſorem, & dantur exẽpla: Idẽ in obligatione vitioſa in vitio quaſi reali. 20.*

21 *Res tranſit cum ſuo onere, & vitio.*

22 *Vitium violentiæ alio modo purgatur in re mobili, alio modo in immobili.*

23 *Vis expulſiua, vel ablatiua ſola afficit rem vitio reali; vis autem compulſiua ſecus.*

24 *Vitium reale de iure ciuili purgatur lapſu 30. annorum; ſecus de iure Canonico.*

25 *Vitium merè perſonale quodnam ſit; adducuntur exempla.*

26 *Vitium perſonale tranſit ad ſucceſſorem vniuerſalem; ſiue vtatur acceſsione tẽporis ſui autoris, ſiue non. 27. & hoc verum eſt etiam de iure Canonico. 28.*

29 *Hæres tenetur exonerare conſcientiam defuncti.*

30 *Mala fides prædeceſſoris non tranſit in ſucceſſorem in Prælatura, niſi cum vtitur acceſſione temporis prædeceſſoris. 32.*

31 *Succedens in beneficio non habet cauſam ab anteceſſore mortuo, ſed à ſuperiore conferente.*

33 *Mala fides defuncti non tranſit ad hæredem qui adiuit cum beneficio inuentarij.*

34 *Mala fides defuncti non tranſit ad hæredem volentem præſcribere ex proprio titulo habito aliunde, quàm à teſtatore.*

35 *Mala fides defuncti præſumpta non tranſit ad hæredem, nec ei nocet, quin poſsit præſcribere ex perſona ſua.*

36 *Vitium perſonale & mala fides tranſit in ſucceſſorem ſingularem ſi is vtitur acceſsione poſſeſsionis ſui autoris: ſecus ſi aliàs, & diſtinguitur. 37.*

38 *Vſuras reſtituẽdi onus ad hæredes tam ſuos, quàm extraneos trãſit; in emptorem autem, ſeu alium ſingularem ſucceſſorem ſecus. 4.*

39 *Vſuras repetendi ius ac etiam ius petendi editionem librorum rationum vſurarij ſimiliter tranſit ad hæredes, & contra hæredes.*

41 *Bona vſurarij ad tertium peruenta non ſunt tacitè obligata pro reſtitutione vſurarum.*

42 *Res ſuccedit loco pretij, & è contra: intellige in iu-*

*in iudicijs vniuerſalibus, ſecus in particularibus. 43.*

44 *Obligatio fideiuſſoria tranſmittitur ad hæredes: Fallit num. 45. 46. 47.*

48 *Præcarium tranſit ad hæredes eius qui præcario conceſsit, non ad hæredes illius, cui præcarium conceſſum eſt; tranſit tamen contra illos pro eo, quod ad eos peruenit.*

49 *Promiſsio, vel ſtipulatio ſiſtendi in iudicio, tranſit ad hæredes in cauſa tranſitoria: non aliàs.*

50 *Obligatio cameralis exceptis cenſuris, & pæna periurij tranſit ad hæredes, & contra hæredes ac etiam per viam ceſsionis.*

51 *Locatio, & conductio regulariter tranſit ad hæredes; ad ſingularem autem ſucceſſorem ſecus.*

52 *Locatio facta à Prælato habente adminiſtrationem, & ſub nomine Eccleſiæ, & debita ſolemnitate, & in vtilitatem Eccleſiæ tranſit ad ſucceſſorem, qui eidem tenetur ſtare: ſecus aliàs. 53.*

*Idem de locatione facta per commendatarios. 56.*

*Idem de locatione facta per æconomos. 57.*

*Idem de locatione facta à canonico 58.*

54 *Succeſſor in beneficio non poteſt locationem morte prædeceſſoris extinctam, inuito conductore ratificare.*

55 *Succeſſor in beneficio non tenetur ſtare locationi prædeceſſoris factæ nomine ſui proprio, etiam ſi conductor antecipatè ſoluiſſet affictum.*

59 *Succeſsor in beneficio, & aliàs ſingularis re non integra, tenetur pro illo anno ſtare locationi: idem vbi adeſt conſuetudo, 60. idem ſi facta eſt cum euidenti Eccleſiæ vtilitate. 61. vel de licentia Papæ. 6 .*

63 *Locationi prædeceſsoris factæ cum iuramento, ſucceſſor ſtare tenetur: ſed reprobatur.*

64 *Locatio facta vltra triennium eſt nulla in totum etiam pro ipſo triennio, nec ſucceſſor ei ſtare tenetur niſi in quibuſdam caſibus.*

65 *Onus ſoluendi debita contracta per Prælatũ pro neceſsitate, vel vtilitate Eccleſiæ, tranſit ad ſucceſſorem in beneficio: Et idem in pluribus caſibus inferius recitatis.*

81 *Expenſas factas in litigando ſoluendi onus in ſucceſſorem tranſit.*

*Idem de iure eas repetendi ab aduerſario præceſſoris, num. 82.*

83 *Decimæ, collectæ, & alia onera realia decurſa, & non ſoluta tempore præceſſorum, ſoluenda ſunt, & ad id conueniri poſſunt tam ipſi præceſſores, vel eorum hæredes, quàm etiam ſucceſſores qui tamen ſucceſſores regreſſum habent aduerſus eos, ſi ſoluere potuerunt, & idem eſt de penſionibus eccleſiaſticis, licet de ſtilo ſecus ſit. 84.*

85 *Debita contracta ex cauſa ſtudij ſucceſſor ſoluere tenetur, idẽ de debitis factis ad ſe expurgandum à calumnia & infamia. nu. 86.*

87 *Succeſſor in beneficio nullo caſu tenetur debita contracta per prædeceſſorem ſoluere, niſi ſuperſint ei fructus, vt viuere poſsit.*

88 *Succeſsor in beneficio habet repetitionẽ à præceſſore, vel hæredibus, ſi idem præceſſor qui debita contraxit, potuit ea ſoluere ex fructibus beneficij, & non ſoluit, vt ampliaret patrimonium, vel eos in malos vſus cõſumeret.*

89 *Succeſſor in beneficio nullo caſu tenetur ad debita præceſſoris, quando Eccleſia habet redditus ſeparatos ſufficientes, vel onus ea ſoluendi ex conſuetudine, ſtatuto, vel contractu ſpectat ad populum, vel alterum.*

90 *Succeſſor in beneficio non tenetur ad debita præceſſoris facta pro cauſa non concernente ſeruitium eccleſiæ, beneficij vel perſonæ ſuæ; neque ad debita voluntaria. 91.*

93 *Succeſsor in beneficio ſtare tenetur factis præceſſoris cum diſtinctione tamen trium caſuum, illationum, & declarationum, vt in num. ſeqq.*

95 *Confirmatio, quæ fit ex interuallo debet fieri à ſuprema autoritate, & ex certa ſcientia, aliàs nihil operatur. 96.*

106 *Debita contracta per Principem vel Regem pro vtilitate, vel neceſsitate Principatus, vel Regiæ Coronę ſoluendi onus tranſit ad ſucceſſorem in Principatu, vel Regno: & quomodo probetur verſio in vtilitatem, vel neceſsitatem. 107.*

108 *Debita contracta per Principem in cauſam ſuam propriam ſoluendi onus tranſit in ſucceſsorem, ſi idem ſucceſſor eſt etiam hæres præceſſoris, non aliàs.*

109 *Debita contracta per prędeceſſorem in feudo ſoluendi onus tranſit in ſucceſsorem ſi contracta ſunt pro vtilitate vel neceſsitate feudi: aliàs diſtinguitur, an ſit hæres eiuſdem prædeceſſoris, vel non.*

110 *Feudum ex pacto & prouidentia obtineri poteſt ſine qualitate hæreditaria.*

111 *Hæreditaria onera ſuſtinentur ab hærede vniuerſali.*

112 *Debita contracta ab eo qui inſtituit maioratum, vel primogenituram ſoluendi onus, tranſit ad ſucceſſorem: ampliatur, & declaratur num. 113. & ſeqq.*

115 *Hæres debita hæreditatis ſoluere tenetur.*

116 In hæredes tranſeunt omnes actiones actiuè, & paſsiuè.

117 Hæreditas dari non poteſt in contractu.

119 Hæres partis hæreditatis habetur loco hæredis vniuerſalis, & in eum tranſeunt omnia onera actiua, & paſsiua.

126 Contractus concernentes Principatum tranſeunt ad ſucceſſorem ſiue ſit per viam ſanguinis, ſiue electionis, & numer. ſeqq.

132 Princeps non debet contractus prædeceſſoris reuocare, ſed cuſtodire.

133 Contractus, & pacta Principis tranſeunt ad ſucceſſorem cum ſuis qualitatibus.

134 Ille in quem tranſmittitur, vtitur iure, & perſona tranſmittentis.

135 Contractus, & pacta Principis tranſeunt in ſucceſſorem dummodo contineant iuſtitiam naturalem, & æquitatem.

136 Contractus, & pacta Principis non tranſeunt in ſucceſſorem, quando ſunt in magnam diminutionem iuriſdictionis principatus.

137 Legum, & ſtatutorum Principis obſeruatio, non tranſit ad ſucceſſorem.

138 Contractus Principis non concernentes Principatum non tranſeunt ad ſucceſſorem, niſi ſit eius hæres.

139 Regna, & feuda ex pacto, & prouidentia non deferuntur iure hæreditario, ſed obtineri poſſunt repudiata hæreditate.

140 Ius in ſucceſſorem electiuum non tranſit, ſed creatur de nouo.

141 Ius competens pro reſciſsione contractus ad hæredes tranſmittitur.

142 Factum defuncti ad hæredes tranſit, & dantur exempla.

143 Contractus prædeceſſoris in factis cohærentibus perſonæ non tranſeunt in ſucceſſorem; & dantur exempla. Idem in his quæ ſunt perſonalia ex parte vnius, ex parte vero alterius in rem, & quæ ſint iſta. 144. & ſeq.

145 Stipulatio de non offendendo ex parte ſtipulatoris eſt perſonalis, & non tranſit ad hæredes: ex parte promiſſoris eſt in rem, & ad hæredes tranſit.

146 Contractus ad hæredes non tranſeunt ſi inita ſunt ſuper re ad hæredes non tranſibili; Idē ſi natura contractus non patitur. 147. idem ſi forma verborum, mens, vel coniecturæ reſiſtunt. 148.

149 Stipulatio non tranſit ad hæredem, vel ſucceſſorem ſingularem, niſi in genere tantùm: Fallit in ſtipulationibus realibus. 150.

151 Pactum perſonale ſine dictione taxatiua trāſit etiam in ſingularem ſucceſſorem viuente ſtipulatore.

152 Hæres adiectus ſolutioni non tranſmittit ius ad hæredes, vt ipſis fieri poſsit ſolutio: intellige ſi adiectus eſt nomine proprio, ſecus ſi ſub nomine dignitatis. 154.

153 Ea quæ ſunt facti tranſeunt ad hæredes, ſi factum eſt executiuum iuris præambuli.

155 Annua præſtatio gratuita ad hæredes non tranſit, niſi pro tempore præterito, vel niſi expreſſè actum ſit.

156 Pactum, vel obligatio limitata ad vitam, non tranſit ad hæredes.

157 Pactum factum ſocero à marito de dote non petenda non tranſit ad hæredes ſoceri.

158 Ad hæredem, qui inuentarium confecit, tranſeunt obligationes defuncti pro viribus hæreditarijs tantum: in foro conſcientiæ autem idem eſt etiam inuentario non confecto. 159.

160 Pactum, vt quis poſsit capi perſonaliter pro obſeruantia contractus propria auctoritate creditoris validum non eſt; miniſterio autem iudicis ſic, ſed non tranſit ad hæredes obligati: Ad hæredes creditoris benè tranſit ius capiendi ipſum obligatum. 161.

162 Obligatio inducta à ſtatuto, vt quis perſonaliter capi poſsit, tranſit ad hæredes obligati, etſi de hæredibus mentionem non faciat: fallit num. 163. 164. 165.

166 Ius capiendi debitorem poteſt tranſmitti etiā per viam ceſsionis.

167 Stipulatio facti affirmatiui tranſibilis eſt ad hæredes ſtipulatoris. Fallit num. ſeqq.

171 Stipulatio facti affirmatiui, an tranſibilis ſit paſsiuè contra hæredes promiſſoris, diſtinguitur.

172 Stipulatio facti negatiui ad hæredes tranſit etiam nulla de eis mentione facta: Fallit num. ſeqq.

179 Dictio; ipſi; appoſita in contractu non impedit tranſmiſsionem contractus ad hæredes: extenditur & declaratur num. ſeqq.

183 Quilibet præſumitur ſuo hæredi, vt ſibi prouidere, & eſt præſumptio violenta.

184 Clauſula; per te cognoſcas; non operatur electionem induſtriæ perſonæ.

187 Pacta cenſentur in dubio eſſe realia, & tranſmiſsibilia.

## CASVS XXVIII.

*Contractuum, pactorum, promiſsionum, & obligationum tranſmiſsio plenè diſcutitur.*

1 Contractus, pacta, promiſſiones, &
obligationes omnes, ſiue in dan-
do, ſiue in faciendo, ſiue in dando
& faciendo ſimul conſiſtant ad hę
redes tranſmittuntur. l. veteris. C. de contra-
hend. ſtipulat. l. vnic. C. vt action. & ab hęred.
2 & contr. hæred. quod procedit etiam de eis
nulla mentione facta, d. l. veteris, & l. fin. C.
de contrahend. ſtipulat. l. ſi neceſſarias. §. de
vendendo. ff. de pignorat. action. l. ſtipulatio
iſta. §. ſicut autem. l. qui Romæ. §. flauius. ff.
3 de verb. obligat. & ratio eſt, quia naturali ra-
tione præſumuntur contrahentes etiam hęre-
dibus ſuis prouidere, & cõtractus ad eos tranſ
mitti velle. l. ſi pactum. ff. de probat. cap. 1. de
duob. fratrib. à capit. inueſtit. nam hęres cen-
4 ſetur eadem perſona cum defuncto. §. 1. au-
thentico. de iureiur. à morient. præſt. Hinc
Bald. in l. ſi filia. ff. famil. erciſc. & Mantic. de
tacit. & ambiguis conuent. lib. 3. tit. 1. nu. 33.
5 & ſeqq. dicunt mentionem hęredis tacitè in-
eſſe, hinc hęredi non poteſt opponi, quòd nõ
ſit nominatus in inſtrumento, quia nominato
Titio, videtur nominatus eius hęres. idem
Bald. in l. 1. num. 3. verſic. vnde exceptio. C.
quor. legat. & Ang. in l. 1. ff. de his quę in te-
ſtam. delent. & poſt illos. Iaſ. in l. Iulianus. nu.
3. ff. de verbor. obligat. & conſ. 217. numer. 9.
lib. 2. Dec. in l. hæredem. num. 4. ff. de reg. iur.
6 Natt. conſ. 495. num. 10. hinc conſtituta eſt
regula, quod iuris eſt de aliquo, idem iuris eſt
etiam de hærede eius l. poſtulante. in princ.
ibi; nec hæredis eſt facta mentio; vbi Bart.
Ang. & Paul. de Caſtr. num. 3. Alex. num. 1.
in vlt. not. ff. ad Trebell. idem Alex. conſ. 18.
num. 15. in fin. lib. 5. Iaſ. conſ. 217. num. 11.
lib. 2. hinc decidit Bald. in cap. 1. num. 16. de
7 iudic. quod ſi Princeps concedit iuriſdictionẽ
alicui nobili pro certo annuo cenſu, iſta con-
ceſſio tanquam facta per viam contractus trã
ſit ad hæredes eiuſdem generis, dummodo
verba conceſſionis non repugnent & illum ſe
quutus eſt Iaſ. d. conſ. 217. nu. 13. lib. 2. hinc
8 eſt quod contractus loquens de venditore ha
bet locum etiam in hærede venditoris. Tira-
quel. de retract. conuent. §. 1. gloſ. 6. num. 1.
vbi alios allegat, & adeo vera eſt concluſio, vt
9 clauſula appoſita à notarijs in contractibus,
qua mentionem faciunt de hæredibus, ſuper-
flua eſt l. cum qui. §. te & titium. & ibi Paul.
de Caſtr. poſt princip. ff. de verbor. obligat.
Bart. in l. ſi ſtipulatio iſta. §. ſi quis ità. num. 5.
ff. eod. tit. hinc Socin. conſ. 293. incip. pręſens
conſultatio. ante nu. 1. vol. 2. dicit quod ſer-
mo teſtatoris dicitur proprius ſermo hære-
dis; & multa ſimilia ad hunc propoſitum con-
gerit Marin. Frecc. de ſubfeud. lib. 2. quæſt. 5.
num. 4. & ſeq.
10 Ampliatur primò caſus procedere etiam
in contractu, vel ſtipulatione conditionali,
nam etiam contractus conditionales ad hæ-
redes tranſmittuntur, vt dictum eſt. caſ. 5.
11 Ampliatur ſecundò procedere etiam ſi in
conuentione, vel contractu appoſita ſit dictio
taxatiua; tantum; putà ſi promiſſor promiſiſ-
ſet pro eo tantùm, nam adhuc non obſtante il
la dictione taxatiua, contractus tranſit ad hæ-
redes. l. ſi neceſſarias. §. de vendendo. ff. de pi-
gnor. action. Iaſ. conſ. 217. num. 4. lib. 2. Tira
quel. de retract. conuent. §. 1. gloſ. 6. num. 4.
12 vbi concordantes adducit: hinc ſi quis pro-
mittit de ſuo facto & dato, vel de ſuo facien-
do & dando tantùm; in tali promiſſione com
præhenduntur etiam hæredes & ſucceſſores
ipſius promittẽtis, itaquod tenetur etiam de
facto, & dato hæredum. l. ſtipulatio iſta habe
re licere. in princ. verſ. ſed ſi ſe. ff. de verb. obli
gat. vbi Bart. num. 1. Roman. & Paul. de Ca-
ſtr. num. 4. Bald. in l. fin. num. 5. C. de action.
empt. Iaſ. in l. ſtipulationum la. 1. §. item ſi in
facto, num. 2. ff. de verb. obligat. & conſ. 217.
nu. 5. lib. 2. Alex. conſ. 18. nu. 15. lib. 5. Ruin.
conſ. 94. ſub nu. 5. verſ. nec obſtat. lib. 1. Dec.
conſ. 281. num. 8. & ibi addit. in verb. hære-
dis. idem Dec. in l. hæredem. num. 6. ff. de reg.
iur. Phanut. de Phanut. de inuentar. part. 7.
num. 221. Craſſ. in §. hæreditas. num. 11. Eue
rard. in loc. legalib. loc. à natur. diction. taxat.
num. 5. verſ. quartò. cum alijs adductis per Ti
raquel. de retract. conuent. §. 1. gloſ. 6. num.
4. & ſeqq. vbi diſputat articulum iſtum, & al-
legat pro vtraque parte: & vltimo loco Pere-
gr. de fideicom. art. 52. nu. 96. Marin. Frecc.
de ſubfeud. lib. 2. quæſt. 5. num. 4. & ratio eſt;
13 quia factum hæredis reputatur factum defun
cti, Ang. conſ. 185. nu. 1. in fin. allegat. l. vxo-
14 rem. §. agri plagam. ff. de leg. 3. ideo factum
nomine defuncti ad hęredes tranſitorium ra-
tificari poteſt per ipſos hæredes. l. ſi ſine. §. ſi
procuratori. ff. rem rat. haber. Dyn. in cap. ra-
tum. verſ. quæri autem. de reg. iur. in 6. Bart.
in l. bonorum. num. 3. ff. rem rat. haber. nam
dictio taxatiua, tantùm, non ſolet perſonas ſi-
miles excludere. l. ob æs. iuncta gloſ. in verb.
tantùm. C. de præd. minor. l. 1. §. hæc actio. ff.
ſi menſ.

ſi menſ.falſ.mod.dixer.Tiraquell. de retract. conuent.§.1. gloſ.6. num.6. qui multos Doctores recitat,ob id videtur adiecta ad excludendas perſonas penitus extraneas, non autem ſucceſſores, ſic reſpondent Bald. in d.l. fin.num.5.C.de action.empt.Alex. conſ.18. num.15.lib.5.Ruin.conſ.94.nu.5. lib. 1. vbi dicit hoc de iure veriorem eſſe. Dec. conſil. 281.num.8.

15 Declaratur primò ampliatio hæc vt locum non habeat, quando dictio iſta taxatiua; tantùm; appoſita eſſet in conuentione negatiua, tunc enim ea excluderet hæredes,nec contractus ad illos tranſiret. Bart. in l. qui in futurum.§.1.ff.de pact.& in l.ſi ſic ſtipulatus.la grande.num.2.in fin.ff.de verb.obligat.negatiua enim in ſuo genere potentius operatur, quàm affirmatiua gloſ. in c. cum dilectus. in verb.à ſuſpenſis. de conſuetud. & gloſ. vlt. Bart.Imol.Cum.& Paul.de Caſtr.in l.hoc genus.ff.de condit.& demonſtrat.Dec. conſ.3. num.4.Roland.conſ.27.num.14.lib.4. Menoch.conſ.36.nu.13. Grauet. conſ.146. nu. 4.ideo negatiua præualet affirmatiuæ. Bart. in l. 3. §. liberti. per illum tex. ff. de ſuſpect. tut. Bald. & Iaſ. in l. ſi ruffinus.C. de teſtam. milit.plenè per Crauett.conſ.294.nu.6.

16 Declaratur ſecundò ampliatio, vt procedat quando dictio iſta taxatiua appoſita eſſet in perſona loquentis, ſecus quando eſſet appoſita in perſona alterius,putà Franciſci in caſu ſcilicet quo poteſt alteri ſtipulari,vel notario pro eo ſtipulante,quia tunc pactum,& cõtractus eſſet perſonalis & ad hæredes ipſius Franciſci non tranſiret.l.non ſolùm.la 2.§.tale.ff.de liber.legat.Tiraq.de retract.conuent. §.1.gloſ.6.nu.10.

17 Declaratur tertiò ampliatio hæc, vt licet vera ſit in iuribus hæreditarijs,non tamen locum habet in conſenſu vel renunciatione ſiue repudiatione facta de re quæ competit hæredibus ex iure ſuo proprio,veluti fideicommiſſo,feudo,emphiteoſi,primogenitura,& alia ſimili,nàm qui conſentit in ſimili materia, vel renunciat & præterea promittit de non contraueniendo pro ſe tantùm, aut pro facto ſuo tantùm,non præiudicat hæredibus ſuis iure ſuo proprio venientibus,nec eos obligat, ſed operatur remiſſionem iuris ipſius renunciantis tantùm,non hæredis ſui.Bald. in l.qui ſe patris num.12.C.vnde liberi per tex.in l.cum pater.§.hæreditatem.ff.de leg.2.& in l.Paulo Callimaco §.1,ff.de leg.3.ſequitur Ruin.cõſil.38.num.18.vol.1.& conſ.138.numer.10. vol.2.Alba conſ.74.nu.3.

18 Ampliatur tertiò locum habere etiam ſi facta ſit mentio hæredum in vna parte inſtrumenti,& non in alia,quia nihilominus fit trãſmiſſio ad hæredes quòad omnia capitula ſecundum Corn.conſ.2.nu.8.vol.3.

Ampliatur quartò caſus,vt locum ſibi vendicet etiam in obligationibus vitioſis,& malæ fidei, pro cuius materiæ dilucidatione hos caſus conſtituo.

19 Primus caſus eſt in vitio merè reali, & iſtud tranſit ad quemcunque ſucceſſorem, ſiue vniuerſalem.l.vitia.C.de acquir.poſſeſſ.ſiue ſingularem.§.furtiuæ.inſtit.de vſucapion. l.apud.§.de auctoris.ff.de doli mal.except.& gloſ.in d.l.vitia.vt de re quæ per vim expulſiuam poſſidetur,ea enim non poteſt præſcribi, donec fuerit purgatum vitium per reuerſionẽ in poteſtatem domini,vel poſſeſſoris expulſi. l.ſequitur.§.ſi tu vi me.ff. de vſucap. §.furtiuæ.inſtit.eod.l.fin.ff. vi bon. rapt. idem de re furtiua, quia pariter non poteſt vſu capi, donec peruenerit ad antiquum dominum d.l.ſequitur.§.quod autem.ff.de vſucapion.& not. gloſ.in d.l.vitia. & de vtroque.l.vbi lex.ff.de vſucap.& d.§.furtiuæ.inſtit.eod.tit.Idem eſt de rebus donatis proconſuli vel præſidi contra legem iuliam repetundarum.l. pen. ff. ad leg.iul.repet.

20 Et quod dictum eſt de vitio merè reali, idẽ dicendum eſt de vitio quaſi reali, vt de rebus pupilli.l.bonę fidei.ff.de acquir.rer.domin.& in rebus fiſci.§.res fiſci.inſtit.de vſucapion.& in rebus vſui publico deputatis, vt campus martius, domus ſacra, & via publica.l. apud Iulianum.§.vlt. ff. de leg. 1. l. viam.ff. de via public. & in rebus Eccleſiæ.c. vulteranæ. 12. q.2. vbi quòd reuocari poſſunt ab emptoribus,& poſſeſſoribus,& c.quicquid.cad. cauſ. & q.in rebus fideicõmiſſarijs. l. 3.§.ſed quia. & authentica. res quæ.C. comm. de legat. & his ſimilibus, nàm pro regula traditur quod
21 res tranſit cum ſuo onere,& vitio.c. cum non ſit.de decim.l.alienatio ff.de contrah. empt.l. is cui opus.vbi Iaſ.nu.6.ff.de nou.oper. nunciat.Afflict.deciſ.95.nu.3.4.Socin.ſen.conſ. 45.lib.3.& conſ.12.lib.4.Gozadin.conſ.15. num.13.Pariſ.conſ.127.num. 12.lib.4. Tiraq. de retract.conſang.§.1.gloſ.10.nu. 13. Socin.iun.conſ.74.nu.8.lib.3.Menoch. cõſ. 2.num.31.Marſil.ſing.334.

22 Declaratur hic caſus, quia iſtud vitiũ violentiæ diuerſimodè purgatur, nàm in re mobili non purgatur niſi per reuerſionem in poteſtatem domini, in immobili autem ſufficit, quod res reuertatur in poteſtatem poſſeſſoris

expulſi,licet non ſit dominus.Bart.in l. certè,
§.Iulianus.ff.de precar. per illum tex. & in l.
ſequitur.§.ſi dominus. ff. de vſucapion. gloſ.
in d.§.Iulianus. in verb. poſſidere. not. Cyn.
Bar.& Bald.in l.ſi partem.ff.pro empt.

23 Declaratur ſecundò,quia ſola vis expulſi-
ua,vel ablatiua afficit rem vitio reali,vis autẽ
compulſiua ſecus.l.3. & ibi gloſ. vlt. in verb.
item adhuc,& Bart.num.14.Bald.num.8.Ca
ſtrenſ.num.3.C.quod met.cauſ.gloſ.in l.bo-
næ fidei.in verb. vi poſſeſſa.ff.de acquir. rer.
domin.& in l.Pōponius.§.cum quis. in verb.
vitijs. ff. de acquiren. poſſeſſ. Balb. de præ-
ſcript. 2. part. tertiæ part. princ. quæſt. 12.
num.3.& ratio eſt, quia in vi compulſiua ad-
eſt voluntas, licet ſit voluntas coacta. l. ſi
mulier. §. ſi metu coactus adij. ff. quod met.
cauſ. gloſ. vlt. in d. l. 3. in verb. item adhuc.
C.eod.

24 Declaratur tertiò hic caſus procedere in
præſcriptione longi temporis. 10. vel 20. an-
norum,ſecus in præſcriptione longiſſimi tem
poris triginta annorum, nam de iure Ciuili
per tantum tempus triginta annorum purga-
tur vitium reale etiam in rebus inuaſis,violē-
tis,vel furtiuis.ſic gloſ.in d.§.furtiuę.in verb.
prædicto.inſtit.de vſucapion.& gloſ.vlt.in l.
ſicut.C. de præſcript.30. vel 40. annor. quæ
allegat bonum tex. in l. 1. §. adhæc.C. de an-
nal. except. vbi per tantum tempus tollitur
actio furti,& vi bonorum raptorum, ergo tol
litur etiam vitium furtiuitatis, & violentiæ,
& conſequenter non tranſit ad ſucceſſorem,
niſi dicto tempore durante;idem voluit Azo.
in ſum.tit.C.de pręſcript.30.ann.nu.2.Bart.
in l.ſequitur.§.ſi fundum.in fin.ff.de vſucap.
Abb.in c.nihil. num.7. de præſcript. Alex. in
l.Pomponius.§.cum quis.num. 16. 17. ff. de
acquir.poſſeſſ.& in l.3.num.9. C. quod met.
cauſ.licet de iure Canonico ſecus ſit reſpectu
inuaſoris,furis,& raptoris propter eorum ma
lam fidem.c. vigilanti.c. fin. de præſcript. c.
poſſeſſor.de reg.iur.in 6.

25 Secundus caſus eſt in vitio merè perſona-
li,vt eſt dolus, mala fides,& ſcientia rei alie-
næ, nàm ſi quis poſſidet rem dolo,mala fide,
& ſciens rem ad alium pertinere, hoc dicitur
vitium perſonale.ità gloſ. & Doctor. in l. vi-
tia,C.de acquir.poſſeſſ.& gloſ.Bart. Ang. &
alij in l.Pomponius.§.cum quis.ff.de acquir.
poſſeſſ. item vitium clandeſtinitatis propter
ſcientiam rei alienę pariter perſonale eſt.l.fur
tum.cum.l. ſeq.ff. de vſuscapion. gloſ. in d.l.
Pomponius.§. cum quis. in verb. vitijs. vbi
Bart.num.7.& Alex.num.27. qui teſtatur de
communi.ff.de acquir.poſſeſſ.gloſ.in d.l. vi-
tia.vbi Bald. num. 5. C. eod. De vitio autem
precarij gloſ.in d.§. cum quis.& in d. l. vitia.
tenet indiſtinctè eſſe perſonale;ſed Cyn.poſt
Dyn.in d. l. vitia. quos ſequitur etiam Paul.
de Caſtr. in d. §. cum quis. in fin. dicit quòd
dum poſſidetur præcario domini voluntate
durante vitium eſt perſonale,reuocata autem
voluntate eſt reale;Bart.in d.§. cum quis.nu.
7.dicit, quod ſi poſſidens præcario poſſidet
naturaliter tantùm,& denegat rem reſtituere
domino,vera ſit ſententia Cyn.quòd dicatur
vitium reale,ſed ſi poſſideat naturaliter,& ci-
uiliter dicatur perſonale, ſequitur Alex. ibi-
dem num.28. Vitium litigioſi ſimiliter perſo
nale eſt.l. 1. C.de præſcript.long.temp. & ibi
Bart.& Doctor.gloſ. in d.l.vitia.circ. med.
Bart.in d.§.cum quis.num. 8. & in l. 1. nu. 1.
ff.de litigioſ.Ang.in authentico.de litigioſ.in
princ.Iaſ.in l.2.num.19.C.de edend.

26 Dum ergo quæritur, an vitium perſonale
tranſeat ad ſucceſſorem, diſtinguendum eſt
inter ſucceſſorem vniuerſalem,& ſucceſſorem
ſingularem.

Nàm quoad primum membrum, nempe
quoad ſucceſſorem vniuerſalem,regula eſt af
firmatiua vitium perſonale ad eum tranſire.
l.cum hæres.in princ.ff.de diuerſ.& temp.prę
ſcript.l.2.in fin.C.de fruct.& lit.expenſ.l.fin.
C.de vſucap.cùm cenſeatur eadem perſona
cum defuncto,quod habet locum non ſolùm,
27 quando hæres vult vti acceſſione temporis
ſui authoris, de quo nullum eſt dubium.d. l.
cum hæres,& l.Pomponius.§.cum quis.ff.de
acquir.poſſeſſ.ſed etiam quando nollet vti ac
ceſſione, & vellet incipere vſucapionem, vel
præſcriptionem ex perſona ſua.gloſ. 1. in d.§.
cum quis.in fin.ff.de acquir.poſſeſſ.& gloſ.in
l.vitia.C.eodem.& gloſ.in l.fin.C.comm.de
28 vſuscap. & procedit etiam de iure Canoni-
co,vt reprobata opinione Dyn.& ſequacium
tenet Butr.& Abb.in c. ſi diligenti. num.30.
& in c.nihil nu.8.de præſcript.Ioan.de Imol.
in repet.c.fin.de præſcript.Alex.conſ.63.nu.
10.lib.4.& in d.§.cum quis.num.19.& ſeqq.
vbi dicit,quod iſta opinio eſt æquior,& quod
pro ea ſæpenumero conſuluit, & Iaſ. ibidem
num.21.22. examinat iſtum articulum & al-
legat concordantes,& dicit opinionem iſtam
eſſe magis communem,idem tenet Felin.in d.
c.ſi diligenti.num.6.vbi allegat omnes autho
ritates ad vtranque partem, & concludit hāc
opinionē eſſe communiorem, & paucos ab ea
recedere; idem firmat etiam Balb.de præſcri-
pt.2.part.tertiæ part.princ.quæſt.12.nu.12.

qui

qui pariter tractat articulum iſtum ex profeſ-
ſo, & dicit ab hac opinione neque in iudican-
do, nequè in conſulendo recedendum eſſe, &
29 ratio eſt, quia hęres tenetur exonerare cõſciẽ
tiam defuncti. c. fin. de ſepultur. c. in litteris.
de raptor. quam exonerare uon poteſt, niſi
rem reſtituat, & ſic videtur quod mala fides
defuncti tranſit ad hæredem, ita quod nequè
ex perſona ſua præſcribere poteſt; alia ratio
eſt, quia hæres ſuccedit in ius defuncti, & om
ne ius cauſatur à defuncto, ideo cenſetur eo-
dem iure cum illo. d. l. cum hæres. ff. de diuerſ.
& temp. præſcript. & cum de iure Canonico
contrarium non ſit ſtatutum, ſtandum eſt iuri
Ciuili. cap. 1. de noui oper. nunciat. vnde tàm
de iure Canonico, quam Ciuili mala fides ad
hæredes tranſit.

30 Declaratur primò hoc primum membrum
iſtius tertij caſus, vt non procedat in ſucceſ-
ſore vniuerſali in Prælatura vel beneficio, qa
licet prædeceſſor ſuus fuerit in mala fide ta-
men hæc mala fides non tranſit in ſucceſſorẽ,
& ſic idem ſucceſſor non impeditur præſcri-
bere ex perſona ſua gloſ. in c. cura. in verb. le-
gitima. vbi Abb. num. 5. ac cæteri Doctor. de
iurepatronat. gloſ. 2. in c. de quarta. & Abb.
num. 9. Felin. num. 23. de præſcript. Alex. in
d. l. Pomponius. §. cum quis. num. 21. Iaſ. nu.
28. ff. de acquir. poſſeſſ. idem Alex. conſ. 89.
num. 8. lib. 2. & conſ. 63. num. 12. lib. 4. ratio
31 eſt quia ſuccedẽs in beneficio non habet cau
ſam ab anteceſſore mortuo, ſed à ſuperiore
conferente ſibi beneficium. ſic Alex. d. conſil.
63. num. 12. lib. 4. Abb. in d. cap. cura. num. 5.
& Iaſ. in d. §. cum quis. num. 28. quod tamen
32 intelligitur verum eſſe; vt mala fides præde-
ceſſoris non tranſeat in ſucceſſorem in bene-
ficio, ſi idem ſucceſſor non vtitur acceſſione
temporis prædeceſſoris. Felin. in d. cap. de
quarta. nu. 23. de præſcript.

33 Declaratur ſecundò non procedere in hæ-
rede, qui hæreditatem adiuit cum beneficio
inuentarij, & inuentarium ipſum confecit,
tunc enim mala fides defuncti non tranſit in
hæredem, ſed idem hæres cum bona fide po-
teſt præſcribere rem ex perſona ſua, quia ha-
bet illam ex alia cauſa, quàm hæreditaria, cũ
non velit vti titulo defuncti, nec quòad domi
nium, nec quoad poſſeſſionem. Alex. in d. l.
Pomponius. §. cum quis. num. 21. verſ. tamen
in vno caſu. ff. de acquir. poſſeſſ. Balb. de præ-
ſcript. d. quęſt. 12. num. 13. Felin. in cap. ſi di-
ligenti. nu. 6. verſ. ſed vno. de præſcript.

34 Declaratur tertiò, vt non procedat, quan-
do hæres vult præſcribere ex proprio titulo
habito aliunde, quàm à teſtatore, ſiue illum
habuerit ante mortem ipſius teſtatoris ſiue
poſt, tunc enim mala fides defuncti non tran-
ſit ad vniuerſalem ſucceſſorem, nec ei nocet,
nàm quoad illam rem ſucceſſit in locum ex-
tranei, non autem in locum defuncti haben-
tis malam fidem, & poſſet præſcribere etiam
ſi non eſſet hæres. l. an vitium. §. ex facto. ff. de
diuerſ. & temp. præſcript. quem tex. ad hoc
pro ſingulari notat Bald. in l. cum qui. §. in
hac. ff. de public. in rem action. & Ang. in l. 1.
ff. eod. idem firmat Iaſ. in d. l. Pomponius. §.
cum quis. nu. 20. ff. de acquir. poſſeſſ. & Alex.
conſ. 39. num. 2. lib. 2.

35 Declaratur quartò locum habere in mala
fide vera, ſecus in mala fide præſumpta, puta
cauſata ab errore iuris, huiuſmodi enim mala
fides ſic præſumpta non tranſit ad hæredem
vniuerſalem, nec ei nocet, quin poſſit præſcri-
bere ex perſona ſua. gloſ. vlt. in l. tutor rerum.
ff. de admin. tut. quã ſequitur Paul. de Caſtr.
in l. nũquàm. la 2. in princ. ff. de vſucap. Alex.
in d. §. cum quis. num. 22. Balb. de præſcript.
d. quæſt. 12. nu. 14. & Felin. in d. c. ſi diligen-
ti. nu. 6. in fine. de præſcript. & ratio eſt quia
fictio non eſt tranſitoria de vno ad alterum. l.
2. §. diuus. il. 1. ff. de iur. fiſc. Bart. in l. eius qui
delatorem. num. 5. ff. eod. Bald. in l. 2. nu. 22.
& Iaſ. nu. 22. verſ. quartò. C. de edend.

36 Quò vero ad ſecundum membrum iſtius
tertij caſus, nempe an vitium perſonale tran-
ſeat ad ſucceſſorem ſingularem, ſic denuo di-
ſtinguitur; Aut ſucceſſor ſingularis vtitur ac
ceſſione poſſeſſionis ſui auctoris malæ fidei,
& debet vti cum ſua cauſa, & vitijs, ita quod
mala fides eiuſdem auctoris ad illum tranſit,
& ei nocet. d. l. Pomponius. §. cũ quis. l. apud.
§. de auctoris. ff. de dol. except. & gloſ. 1. in l.
an vitium. ff. de diuerſ. & temp. præſcript. etiã
in præſcriptione longiſſimi temporis. Balb. de
præſcript. 2. part. tertiæ partis princ. d. quæſt.
12. num. 6. verſ. & hæc vera: maxime autem
de iure Canonico per tex. in cap. vigilanti.
cap. fin. de præſcript. cap. poſſeſſor. de reg. iur.
in 6. Aut non vtitur acceſſione, ſed vult inci-
37 pere vſucapionem, vel præſcriptionem à ſe
ipſo, & tunc mala fides auctoris ſimiliter tran
ſit ad ſucceſſorem ſingularem in præſcriptio-
ne longi temporis 10. vel 20. annorum, & ei
nocet, dum tamen dominus rei ignorauit ius
ſuum, & alienationem factam, At ſi ſciuit, tũc
propter talem ſcientiam mala fides auctoris
ſingulari ſucceſſori non nocet; in pręſcriptio-
ne autem longiſſimi temporis 30. annorũ non
nocet mala fides auctoris, ſiue dominus ſci-

uerit

uerit ius ſuum, & alienationem, ſiue ignora-
uerit, authentica. malæ fidei. C. de præſcript.
long. temp.

38 Ampliatur quintò caſus principalis, vt lo-
cum habeat etiam in obligatione reſtituendi
vſuras per defunctos extortas, nam ad hære-
des vſurarij ſiue ſuos, ſiue extraneos tranſit
onus reſtituendi vſuras ea diſtrictione, qua
cogerẽtur parentes ſui, ſi viuerent. tex. in cap.
tua nos & c. Michael. de vſur. c. ad noſtram. 2.
de iureiur. quòd ſi plures hæredes ſint, non
tranſit in ſolidum, ſed pro hereditarijs portio
nibus. gl. in d. c. tua nos. & l. pro hereditarijs.
C. de hæredit. action. l. pacto ſucceſſorũ. C. de
39 pact. & tranſit nõ ſolũ obligatio paſſiua ad re
ſtitutionem vſurarum ſed etiam ius actiuè ad
earum repetitionẽ d. c. Michael. de vſur. imò
contra eoſdem hæredes vſurarij dum agitur
de vſuris tranſit etiam ius petendi editionem
librorum rationum l. ſi quis ex argentarijs. §.
cogentur, & l. quædam. §. nihil ff. de edend.
vbi habetur quod dum locus eſt editioni li-
brorum rationũ, onus edendi eoſdem libros
tranſit etiam ad hæredes & ſucceſſores, & fa-
cit ratio quia heredes vſurarij, ſiue ſint ſui ſi-
ue extranei tenentur ad reſtitutionem vſura-
rum extortarum per defunctum. d. c. tua. c. Mi
chael. de vſur. ergò conſequenter ad editio-
nem librorum. arg. l. ad rem mobilem l. ad le-
gatum ff. de procur. & ſic in ſpecie, quòd hæ-
redes vſurarij teneantur edere libros defun-
cti, tenet gloſ. in clem. 1. §. ceterum. in verb.
ipſos, quam ſequitur ibi Bonifac. de Vital. nu.
75. & Imol. num. 20. de vſur. quod tamen in-
tellige dummodo conſtet ſaltem ſummariè
eundem defunctum fuiſſe vſurariũ, non alias.
Lap. in d. clem. 1. num. 11. & ibi Card. num. 1.
& Imol. num. 22. verſ. iuxta: quò vero ad pæ-
nam vſurarum debitam vigore ſtatuti per Ca
nonem ferende ſententie, ea regulariter non
tranſit contra heredes defuncti vſurarij. Mar
ta conſ. 171. num. 10. & ſeqq. ex regula quòd
pena morte delinquentis extinguitur, de qua
regula dixi in caſu precedẽti, & eã diſcutit Fa
rinac. in prax. crim. queſt. 10. nu. 36. & ſeqq.

40 Dubium autem eſt, an huiuſmodi onus re-
ſtituendi vſuras tranſeat in emptorem bono-
rum vſurarij, & alium ſingularem ſucceſſorẽ;
hec difficultas pendet ab altera: An bona vſu-
41 rariorum ad tertium peruenta ſint tacitè obli
gata pro vſuris reſtituendis; quocirca partem
affirmatiuam, quod ſint tacitè obligata, tenet
gloſ. in d. c. tua nos. & in cap. quamquàm. in
verb. facultates. in fin. de vſur. in 6. & Spec. in
tit. de vſur. num. 5. qui mouentur per tex. in
cap. cum tu. eod. tit. vbi dicitur, quod bona
empta de vſuris debent vendi, & ipſorum pre
tia reſtitui his, à quibus vſure ſunt extorte; di
42 cit enim idem Spec. quod res ſuccedit loco
pretij, ſicut è contra pretium loco rei. l. ſi &
rem, & pretium. ff. de petit. heredit. l. impera-
tor. in fin. & l. ſequent. ff. de leg. 2. idem vide-
tur tenere Bald. in l. executorem. num. 1. & 2.
C. de execut. rei iud. & in l. pen. num. 4. C. de
ſer. pign. dat. & eſt communis opinio antiquo
rum de qua teſtatur Hoſtienſ. in d. cap. tua
nos. & ibi Abb. num. 7. & Lap. allegat 74. nu-
mero 3. Sed Laurent. de Rodulph. in tract.
de vſur. queſt. 76. diſtinguit, an bona em-
pta ſint de pecunia fenebri, vel non; vt in pri-
mo caſu non ſint hyppotecata, ſecundo caſu
ſic, ſequitur Calder. conſilio. 1. de vſur. Verũ
hec diſtinctio improbatur per Gemin. in d.
cap. quamquàm. num. 13. & Franc. num. 15.
Lapus autem d. allegat. 74. num. 3. concludit
bona vſurarij poſſeſſa per tertiam perſonam.
eſſe obligata pro reſtitutione vſurarum duo-
bus concurrentibus, nempe quod peruene-
rint ex cauſa lucratiua, & quod precesſerit ex-
cuſſio contra hæredes vſurarij. Alan. & Tanc.
quos refert, & ſequitur etiam Barth. Brixien.
quæſt. veneriali. 76. dicunt quod res vendica
ri poſſunt ab eo, ſi ad illum peruenerunt ex
cauſa lucratiua, ſecus ſi non ex lucratiua.

Partem negatiuam quod non ſint obliga-
ta, ſiue poſſeſſor iſtorum bonorum habeat bo-
na ipſa ex cauſa oneroſa, ſiue ex cauſa lucrati-
ua, tenet Ant. de Butr. in d. c. cũ tu. Hoſtienſ.
in d. cap. tua nos. & Ioan. de lignan. in cap.
quãquàm. de vſur. in 6. vbi dicit ſe conſuluiſ-
ſe pro iſta parte, idem tenet ibi Ioan. And. Ar
chid. & Franc. num. 15. Gemin. num. 13. verſ.
videamus ergo. ſequitur Ioan. Crott. in d. c.
cum tu. nu. 33. de vſur. & Abb. in d. cap. tua
nos. num. 7. & 8. eod. tit. vbi teſtatur ſic com-
muniter moderniores tenere; & in d. cap. cum
tu. nu. 12. Conſentiunt tamen Butr. Hoſtienſ.
Franc. & Abb. in loc. cit. quod ſi bona ipſa em
pta ſint ex pecunia vſuraria, & ſint penes ter-
tium, tunc procedat diſtinctio, an ex cauſa lu-
cratiua, vel ne, vt ſcilicet ſi peruenerint ad
eum ex cauſa lucratiua, quod per officium iu-
dicis poterunt vendi, non quidem eo reſpe-
ctu quod ſint obligata, ſed ex quadam æqui-
tate per tex. in l. ſi me & titium. ff. ſi cert. pe-
tat. Et pro iſta parte quod bona vſurarij ad
tertium peruenta, non ſint tacitè obligata pro
reſtitutione vſurarum nulla facta differentia,
an ex cauſa lucratiua vel oneroſa, vel empta
ſint ex pecunia vſuraria, vel non, facit tex. in

d.cap,

d.c.tua nos. ibi enim Papa cōſultus de extraneis ſimpliciter ad quos bona vſurariorū peruenerāt, nō reſpōdet ſimpliciter de extraneis ſed qualificatè de extraneis hæredibus; inferens quod extraneus ſimplex, qui etiā nō eſt hæres nō poſſit cōpelli; adducitur etiā ratio, qa res empta ex pecunia mea, nō eſt mea, neque illam vendicare poſſum. l. ſi ex ea pecunia. C. de rei vendicat. l. ſi patruus tuus. in fin.
43 C. comm. vtriuſque iud. & licet res ſuccedat loco prætij. l. ſi & rem & prætium. in fin. ff. de petit. hæredit. l. imperator. in fin. ff. de leg. 2. hoc procedit in iudicijs vniuerſalibus vt in petitione hæreditatis, fideicommiſſis vniuerſalibus, peculio, & ſimilibus; ſecus in iudicijs particularibus vt eſt caſus noſter vbi tractamus, an ſucceſſor ſingularis teneatur ad reſtitutionem vſurarum, tunc enim non eſt verū, quod res ſuccedat loco pretij, tex. eſt in l. qui vaſ. §. cum fur rem. ff. de furtis. & ſic declarat Bart. in d. l. ſi & rem, & prætium, & in d. l. qui vas. §. cum fur rem. ff. de furt. & Doctor. in l. mater. C. de rei vendicat. hanc partem ſimpliciter amplexus eſt quoque Neguſant. de pignorib. 4. membr. 2. part. princ. num. 155. vbi dicit hanc eſſe communem opinionem, & ita eſſe tenendum, & de communi opinione teſtatur etiam. Ambroſ. de Vignat. in repet. c. ſalubriter. num. 231. de vſur. & Viu. comm. opin. in verb. vſurarius. poſt med.

44 Ampliatur ſextò caſus principalis procedere quoquè in obligatione fideiuſſoria, ſicut enim obligatio principalis debitoris transmittitur ad hæredes, ita etiam tranſmittitur obligatio fideiuſſoris. l. 4. ff. de fideiuſſor. l. fideiuſſoris C. eod. tit. §. fideiuſſor non tantùm. inſtit. eod.

45 Declaratur primò, vt locum non habeat in fideiuſſione ſimpliciter facta pro maleficio, hæc enim extinguitur morte fideiuſſoris, & ad hæredes non tranſit, vt dixi in caſ. 27. num. 3.

46 Declaratur ſecundò, vt non procedat, quando conſtat de calumnia. Rot. Rom. deciſ. 1236. part. 3. lib. 3. diuerſ.

47 Declaratur tertiò non procedere, quando fideiuſſor eſt hæres debitoris, quia tūc obligatio fideiuſſoria confunditur, & fideiuſſor non poteſt amplius conueniri vti fideiuſſor, ſed vti principalis, & conſequenter tanquàm confuſa & extincta non tranſmittitur. d. l. fideiuſſoris. C. de fideiuſſor. l. ſi debitoris creditor. ff. eod. fallit quia ſi hæres acceptaſſet hæreditatem cum beneficio inuentarij, tunc actiones non confunduntur nec extinguuntur, ſed tranſmittuntur ad hæredes. l. fin. §. in computatione. C. de iur. deliber. Regulare autem eſt, quod creditum, & debitum confunditur per ſucceſſionem. l. debitori. C. de pact. l. in imponenda. l. licet. C. ad leg. Falcid. l. cum ſecundum. C. de fideicomm. l. ſticum. §. aditio. ff. de ſolut. l. ſi ab eo. C. de negoc. geſt. l. pen. C. de hæredit. act. l. ſi vxor. C. de bon. auct. iud. poſſid. l. ſi pater. C. de contr. iud. tut. ſuper quo tanquàm extra materiam noſtram tranſmiſſionis vos remitto ad gloſ. in d. l. debitori. in verb. confuſa. C. de pact.

48 Ampliatur ſeptimò procedere etiam in precario, nam præcarium tranſit ad heredes eius, qui præcario conceſſit, puta ſi quis aliquid præcario rogauit à Titio, videtur habere precario etiam ab hæredibus ipſius Titij concedentis. l. quæſitum. §. quod à Titio. l. cum precario. la 1. §. præcarij. ff. de præcar. cap. fin. de precar. ad hæredes autem illius, cui præcariū conceſſum eſt non tranſit, quia cenſetur contemplata illius perſona. d. l. cum præcario. §. præcarij. & cap. fin. extra eod. tranſit tamen contra illos pro eo, quod ad ipſos heredes peruenit, vel dolo fecerunt quò minus perueniret. d. l. quæſitum. §. fin. ff. eodem. nec nō tranſit quoquè contra eos actio pro repetitione habitationis defuncti l. vlt. C. de præcar.

49 Ampliatur octauò procedere quoquè in promiſſione, vel ſtipulatione ſiſtendi in iudicio, hæc enim de ſui natura ad hæredes tranſitoria eſt; verum eſt tamen quod ſi facta eſt in cauſa ad hæredes non tranſitoria, vt in cauſa iniuriarum tunc aſſumit ſibi naturam ipſius cauſæ iniuriarum, quæ eſt principalis, & ob id ſicut non tranſit cauſa ipſa principalis, ità neque promiſſio ſiſtendi in iudicio, quę eſt acceſſoria. l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis caut.

50 Ampliatur nonò caſus principalis, vt locū habeat etiam in obligatione camerali, quæ pariter exceptis cenſuris, & pæna periurij vti perſonam ipſius obligati concernentibus trāſit ad hæredes, & cōtra hæredes cū omnibus ſuis qualitatib. Galleſ. ad prim. part. form. cam. in ſum. quæſt. 1. nam licet iuramentum non tranſeat ad hæredes quoad reatum periurij, tamen benè tranſit quoad obſeruantiam ipſius iuramenti Bald. in l. fin. num. 16. in fin. C. de pact. & in authentica. ſacramenta. num. 17. & ibi Paul. de Caſtr. num. 3. C. ſi aduerſ. vendit. Alex. conſ. 26. num. 4. lib. 7. Afflict. deciſ. 381. num. 8. cum multis alijs quos allegat Craſſ. in §. tranſmiſſio. quæſt. 31. numer. 5. & Gabriel. tit. de iureiur. concluſ. 6. num. 3. &

Gaill.

Gaill. obſeruat. 27. nu. 3. & 4. lib. 1. poteſt etiã eodem modo huiuſmodi obligatio cameralis alteri cedi, vt per eundem Galleſ. in loc. cit. in ſumm. quęſt. 2. ex regula, quòd quę ſunt tranſmiſſibilia ad hęredes, ſunt etiam ceſſibilia. l. ex pluribus. ff. de adminiſtrat. tut.

51 Ampliatur decimò, vt pariter procedat in locatione, & conductione, quia regulariter tranſeunt ad hęredes. l. viam veritatis. C. locat. licet non tranſeant ad ſingularem ſucceſſorem. l. emptorem. C. eod. quod exactè pertractat per ampliationes, & fallentias Caroc. in tit. de locat. part. 4. quęſt. 7. & ſeqq. fol. 212. & Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 5. tit. 9. 10. & 11.

52 De ſucceſſore autem in beneficio, an is teneatur ſtare locationi & conductioni prędeceſſoris, & ſic an locatio & conductio trãſeãt ad ſucceſſorem in beneficio, ſic communiter diſtinguitur, vt ſi locatio facta eſt à Pręlato habente adminiſtrationem, & ſub nomine Eccleſię, & debita iuris ſolemnitate adhibita, ac in commodum, & vtilitatem Eccleſię, tunc ſucceſſor eidem locationi ſtare teneatur; ſi verò facta ſit nomine proprio, vt fructus ad ſui commodum conuerteret, vel etiam facta ſit nomine Eccleſię à Pręlato non habente adminiſtrationem ſecus ſit. ità diſtinguit gloſ. in verb. terminum Abb. & alij. in c. fin. ne pręlat. vic. ſuas. Card. & alij. in Clem. 1. §. fin. in 1. quęſt. de reb. eccleſ. non alien. Alex. conſil. 160. num. 4. lib. 6. Rot. Rom. deciſ. 1. de locat. in nou. Anchar. conſil. 116. Paul. de Caſtr. conſil. 2. numero 3. 4. lib. 1. Socin. conſ. 32. lib. 1. Gemin. conſ. 17. Abb. quęſt. 3. dub. 5. Couar. variar. reſolut. libro 2. cap. 15. nu. 6. vſque in fin. Milis in verb. locatio. Quarant. in ſumm. Bullar. verb. alienatio. num. 19. & videtur caſus. in cap. 2. de pręcar. ratio primi dicti eſt, quia locatio facta nomine Eccleſię à Pręlato habente adminiſtrationem, cenſetur facta ab ipſa Eccleſia c. 1. de depoſit. ſed Eccleſia nunquàm moritur c. ſi gratioſè de reſcript. in 6. c. liberti Eccleſię. 12. q. 2. ratio autem ſecundi dicti eſt, quia fructus & redditus ſuperextantes poſt mortem Rectoris qui locauit, pertinent ad ſucceſſorem eiquè reſeruantur c. fin. de offic. ordin. in 6. c. relatum. 2. de teſtam.

Addo tamen quod dum locatio facta eſt ab habente adminiſtrationem, & ſub nomine Eccleſię, ac pro vtilitate vel neceſſitate eiuſdem Eccleſię, tunc ea tranſit ad ſucceſſores & eos afficit etiam nulla ſuperioris autoritate interueniente Inn. in c. edoceri. num. 4. de reſcript. Socin. ſen. conſ. 34. num. 2. vol. 3. Seraph. deciſ. 980. num. 14. Rota deciſ. 3. nu. 2. & ſeq. de confeſſ. in nou. Bellam. deciſ. 965. num. 2. & latiùs dicam inferius num. 97. & ſeqq. ibi videatis.

53 Extenditur primò habere locum non ſolùm in ſucceſſore in beneficio vacante per obitum, ſed etiam in beneficio vacante per renũciationem Paul. de Caſtr. conſ. 4. num. 4. lib. 1. Couar. var. reſol. lib. 2. cap. 15. num. 6. verſ. ſecũdum. in fin. Pariſ. de reſignat. lib. 1. quęſt. 16. num. 47 Peregr. conſ. 9. nu. 9. lib. 3.

54 Extenditur ſecundò quia ſi idem ſucceſſor vellet locationem hanc morte prædeceſſoris extinctam ratificare, adhuc tamen inuito conductore, illam ratificare non poſſet, cùm idem ſit iudicium quod de morte vſuſructuarij. ſic Abb. d. quæſt. 3. ſub nu. 16. verſ. aut enim quęrimus. Rota Rom. d. deciſ. 1. verſ. ſed iuxta. de locat. in nou. Socin. conſ. 32. num. 9. libro 1. Anan. in c. vlt. nu. 15. ne prælat. vic. ſuas. Caroc. de locat. part. 3. concluſ. 20. num. 78. cum alijs per eum adductis.

55 Extenditur tertio etiam ſi conductor anticipatè ſoluiſſet affictum, locationes enim anticipatis ſolutionibus factæ nullo caſu obligant ſucceſſores Calder. cõſ. 7. de locat. Imol. conſ. 161. Hoſtienſ. in c. fin. verſ. quid ſi Canonicus. & ibi Ioan. And. num. 4. ne præl. vic. ſuas. Gemin. conſ. 17. num. 12. & 13. Ferret. conſ. 151. vbi alios allegat: & conſ. 225. num. 6. ſibi enim imputet conductor, quia hoc euenire poſſe proſpicere debuit l. ſi quis domum. §. 1. ff. locat. & quod huiuſmodi locationes nõ obligent ſucceſſores, niſi forſam confirmatæ eſſent à ſede Apoſtolica ſic hodie expreſſim ordinatum eſt à Conc. Trid. cap. 11. ſeſſ. 25. de reformat.

56 Extenditur quartò procedere quoquè in locatione facta per commendatarios noſtri temporis, nam tanquàm habentes plenam adminiſtrationem prout veri Prælati & titulares. Caſſad. deciſ. 5. nu. 8. & 9. de priuileg. Crauet. conſ. 284. num. 6. verſ. ſed premiſſis. Ferret. conſ. 256. num. 2. & 5. idem dicendum eſt de locatione facta per commendatarios, quod ſupradictum eſt de locatione facta per alios Prælatos adminiſtrationem habentes. in terminis Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 5. tit. 14. per tot. & pręſertim nu. 10. idem Ferret. d. conſ. 256.

57 Extenditur quintò vt idem quoque dicendum ſit de locatione facta per æconomũ ſede vel beneficio vacante, quia hæc tranſit in ſucceſſorem, dum tamen vnà cum requiſitis ſuperius

perius recitatis concurrat etiam autoritas ſuperioris, ideſt Epiſcopi vel Archiepiſcopi pro primo triennio, & Papæ vltra triennium, non aliàs: ità conſuluit Grilenzon. conſ. 95.

58 Extenditur ſextò, vt idem ſit de locatione facta à Canonico præbendato, nàm licet is non habeat tàm liberam adminiſtrationem, & poteſtatem contrahendi, ſicut Prȩlatus ſtãte quod Canonicus non eſt adminiſtrator Ecclefiæ, ſed eſt loco vſufructuarij, & hac de cauſa non poſſit obligare ſucceſſorem ad ſtandum locationi ſuæ l. ſi quis domum. §. hic ſubiungi. ff. locat. in ſpecie Innoc. in c. fin. ne prȩlat. vic. ſuas. Abb. in c. ex literis. num. 7. de probat. Bald. in ſua Margarit. verb. Prȩlatus. Rot. Rom. deciſ. 1. de locat. in nou. Bertachin. de Epiſc. part. 4. lib. quarti quæſt. 54. num. 186. & Milis in verb. locatio: nihilominus ſi locatio eiuſdem canonici præbendati facta eſt ſub nomine Eccleſiæ, & in vtilitatem vel neceſſitatem Eccleſiæ, & pariter adhibita ſit autoritas ſuperioris, ea pro certo tranſit in ſucceſſores, illoſquè obligat ſtare eidem locationi. Hoſtienſ. in d. c. fin. verſ. & hoc verum. & refert Gemin. conſ. 17. num. 7. & ratio eſt, quia interpoſitio autoritatis ſuperioris operatur vt locatio ſit realis & ad ſucceſſores tranſibilis. gloſ. in c. veniens. in verb. confirmatam. vbi Doctores. de tranſact. ac etiam operatur, vt ea dicatur locatio eiuſdem ſuperioris autoritatem interponentis l. 1. §. omnia C. de vet. iure enucl. c. ſi apoſtolicæ. de præbend. in 6.

59 Declaratur primò ampliatio iſta, vt locum non habeat quando res non eſt integra, puta quia terræ ſatæ ſunt, nàm pro illo anno ſucceſſor in beneficio, vel alius ſingularis ſucceſſor tenetur omni caſu ſtare locationi etiam factæ à non habente adminiſtrationem, nec concurrentibus requiſitis ſupradictis. Cacheran. deciſ. 82. Cæphal. conſ. 181. Franc. Marc. deciſ. 196. Caualcan. deciſ. 44. Caroc. de locat. part. 3. concluſ. 13. Monald. conſ. 25. nu. 2. vol. 1.

60 Declaratur ſecundò non procedere vbi viget conſuetudo, vt ſucceſſor teneatur ſtare locationi prædeceſſoris, quia hæc conſuetudo attendenda eſt Franc. Marc. deciſ. 144. part. 1. Caroc. de locat. d. part. 3. cõcluſ. 14. & ampliatur procedere etiam in locatione facta vltra triennium. dumtamen ipſa conſuetudo ſit legitimè præſcripta. Redoan. de reb. eccleſ. non alien. quæſt. 58. num. 21. cum ſeqq.

61 Declaratur tertiò vt ſucceſſor in beneficio teneatur ſtare locationi etiam factæ nomine proprio quando facta eſſet cum euidenti Eccleſiæ vtilitate ſecundùm Caroc. d. part. 3. cõcluſ. 12. & videtur eſſe rationabile, quia ſicut ſucceſſor tenetur ſoluere debita prædeceſſoris contracta pro neceſſitate vel vtilitate Eccleſiæ, quàmuis ſub nomine proprio contracta ſint c. 1. de ſolut. vbi not. omnes. & dicam num. 65. cum ſeqq. ità pari modo debet eſſe adſtrictus ſtare locationi pro eiuſdem Eccleſiæ vtilitate vel neceſſitate factæ.

Verùm iſta ratio; quod poſſit prædeceſſor ex facto ſuo vtili vel neceſſario concepto ſub nomine proprio, obligare Eccleſiam, & ſucceſſores; procedit reſpectu temporis quo viuit idem prædeceſſor, non autem pro tempore decurrẽdo poſt eius mortem, quia pactum conceptum ſub eius nomine proprio eſt perſonale l. iuriſgentium. §. pactorum. ff. de pact. & finitur cum perſona l. idem in duobus. §. perſonale. ff. eod. tit. iccirco concludẽdum eſt non teneri ſucceſſorem ſtare huiuſmodi locationi & ità quod factum Prælati ſub nomine proprio ſit perſonale, & non obliget ſucceſſores in beneficio etiam ſi illud factum ſit in vtilitatem, vel neceſſitatem Eccleſiæ, ac etiam ab habẽte illius adminiſtrationem, tradit Innoc. in c. fin. ne præl. vic. ſuaſ. Bald. in ſua Margar. in verb. prælatus. Gemin. cõſ. 17. nu. 9. & ſeq. Redoan. de reb. eccleſ. non alien. q. 57. nu. 29.

62 Declaratur quartò, nàm quando extat licentia Papæ de locando per aliquot annos, illis annis durantibus tenetur ſucceſſor ſtare eidem locationi. Mandoſ. de ſignat. grat. tit. indultum locandi. verſ. ſupponamus igitur, ſequitur Carocc. d. part. 3. concluſ. 11. & ità non ſemel practicari vidi.

63 Declaratur quintò vt ſucceſſor in beneficio teneatur ſtare locationi prȩdeceſſoris quãdo facta eſt cum iuramento ſecũdùm Caroc. cum allegatis d. part. 3. concluſ. 15. ſed certè hoc non ſubſiſtit nec verum eſt, quia virtus & obligatio iuramenti non tranſit in ſingularem ſucceſſorem. c. veritatis. de iureiur. & hãc declarationem acriter etiam impugnat Gutierez Canon. quæſt. lib. 2. cap. 8. num. 32. & ſeqq. vbi alios allegat.

64 Declaratur ſextò, nàm quando locatio prȩceſſoris facta eſt vltra triennium, non tenetur ſucceſſor eidem ſtare etiam in caſibus quibus aliàs ſtare teneretur; idquè procedit non ſolũ pro tempore excedente dictum triennium de quo nulla extat difficultas Bellam. deciſ. 747. Put. deciſ. 180. part. 1. Carocc. de locat. ſub tit. de reb. eccleſ. non alien. concluſ. 9. nu. 45. fol. 134. ſed nequè ſtare tenetur pro ipſo triẽnio, cùm talis locatio ſit nulla in totum etiam pro tempore triẽnij permiſſo, quæ concluſio; & ſi multùm torſerit Doctorum ingenia, vt per Mantic. de tacit. lib. 5. tit. 5. qui adducit

fundamenta, & autoritates pro vtraque par-
te; nihilominùs pro ea facilè inclinandum eſt
per tex. in §. emphiteoſim autem. in auth. de
non alien. aut permut. ibi: nequè quod ſit ha-
bere aliquod penitus robur ſinimus; & in ex-
trauag. ambitioſæ. de reb. eccleſ. non alien.
ibi: locatio aliter facta nullius omninò ſit ro-
boris: & in clem. 1. eod. tit. ibi: nec recipienti
ius aliquod acquiratur; ex quibus iuribus vi-
detur præſcriptam eſſe formam, ne fiant loca-
tiones rerum Eccleſiæ vltra triennium, quæ
forma eſt indiuidua Dec. conſil. 532. num. 5.
Rot. deciſ. 30. num. 3. par. 1. in recent. & ean
dem concluſionem, ac ſententiam, quòd loca-
tio facta vltra debitum tempus vitietur in to-
tum etiam pro tempore permiſſo, explicitè
tenuerunt Iaſ. in auth. qui rem. nu. 22. C. de
ſacroſ. eccleſ. Bart. conſ. 159. numero 8. Lap.
alleg. 80. vbi latè proſequitur materiã. Alex.
conſ. 17. num. 10. lib. 4. & conſil. 165. num. 1.
verſ. ſecundò. lib. 2. Roland. conſ. 84. nu. 29.
lib. 1. vbi de communi. Afflict. deciſ. 107. nu.
2. & ſeqq. Prob. ad Monach. in c. vlt. num. 2.
de pœnit. & remiſſ. lib. 6. Couar. var. reſol. lib.
2. cap. 16. num. 5. verſ. tandem. Redoan. de
reb. eccleſ. non alien. quæſt. 58. num. 31. cum
ſeqq. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 162. num.
22. & cap. 905. nu. 10. & ſecuta eſt Rota Ro-
mana d. deciſ. 30. num. 3. par. 1. in recent. Quæ
tamen declaratio ſic recepta adhùc ſubdecla-
ratur non procedere in locatione confirmata
à Papa d. extrauag. ambitioſæ. §. alienanti. ne-
què in locatione facta de licentia Papæ, vt di-
xi num. 62. nequè in locis, vbi dicta conſtitu-
tio non eſt vſu recepta; nequè vbi ea ſublata
eſt per contrariam conſuetudinem ſaltem ſpa
cio 40. annorum præſcriptã Redoan. de reb.
eccleſ. non alien. d. quæſt. 58. num. 22. verſic.
quidam cum num. ſeqq. quia in iſtis caſibus
locatio alias valida ſuſtinetur quamuis facta
ſit vltra triennium.

65 Ampliatur vndecimò caſus principalis lo-
cum habere etiam in onere ſoluendi debita
ex cauſa mutui ſiue ex alia cauſa cõtracta per
Prælatum, vel Clericum pro neceſſitate vel
vtilitate Eccleſiæ, hęc enim obligatio, & onus
tranſit ad ſucceſſorem in beneficio tex. eſt, &
ibi not. omnes in c. 1. de ſolut. c. dilecti. de fo-
ro compe. & c. 1. de depoſit. Alciat. conſ. 38.
in fin. Redoan. de reb. eccleſ. non alien. quęſt.
56. cap. 2. & ſeq. quomodo autem probetur,
& quis probare debeat verſionem in neceſſi-
tatem vel vtilitatem eccleſiæ, explicat Me-
noch. de arbitr. caſ. 432.

66 Extenditur primò ampliatio iſta, vt locum
habeat etiam in debitis contractis propter in-
firmitatem vel propter neceſſaria vitæ; onus
enim ſoluendi huiuſmodi debita tranſit ad
ſucceſſorem in beneficio. Abb. in c. ex pręſen-
tium num. 5. de pignorib. per tex. in d. cap. 1.
de ſolut. ſequitur Redoan. de reb. eccleſ. non
alien. quęſt. 57. num. 11. Comitul. in reſponſ.
moral. lib. 1. q. 87. Iaſ. conſil. 222. nu. 3. lib. 2.
Rip. in l. obligatione. num. 46. ff. de pignorib.
Mandoſ. in repet. c. 1. num. 11. verſ. in plurali
bus. de probat. Calder. conſ. 1. de ſolut. Gra-
tian. diſcept. forens. cap. 94. num. 20. idem Re
doan. de ſpol. quæſt. 10. num. 23. verſ. ſtanti-
67 bus. & nu. 33. & de patrocinio aduocati pręſtito
prædeceſſori carcerato, ac de pecunijs ex
poſitis pro eo. Put. deciſ. 11. lib. 3. & Rota in
manuſcriptis quam allegat Redoan. de ſpol.
d. quæſt. 10. num. 33. & ratio eſt, quia ſicut
ſucceſſor tenetur ad ſolutionem æris alieni
contracti per prædeceſſorem pro neceſſitate
Eccleſiæ. d. c. 1. de ſolut. ſic & pro neceſſitate
Prælati, quia Prælatus in Eccleſia, & Eccleſia
in Prælato, vnum alteri æquipollet. c. ſcire. 7.
q. 1. & ità quod Prælatus pro neceſſitate ſua,
ſicut pro neceſſitate Eccleſiæ contrahere poſ-
ſit; tenuit Hoſtienſ. in c. 2. de ſolut. & quia bo
68 na Eccleſiæ tenentur prælatum alimentare,
intantùm quod licitè venduntur pro neceſſi-
tate vitæ. c. aurum. & cap. ſeq. 12. q. 2. c. non
ſatis. 86. diſt. quod procedit, & verum eſt ſe-
cundum Ioan. And. in c. ex præſentium. de pi
gnorib. etiam ſi beneficiatus habeat patrimo
nialia, nam adhuc onus æris alieni contracti
pro eius ſuſtentatione trãſit ad ſucceſſorem,
69 ea ratione quia beneficiatus habens patrimo
nialia, poteſt licitè ea conſeruare & viuere
de beneficio. Inn. in c. Epiſcopus, & ibi Abb.
num. 2. de præbend. Felin. in c. poſtulaſti. nu.
6. de reſcript. Iaſ. conſ. 222. num. 2. lib. 2. So-
cin. conſ. 91. lib. 3. Couarr. in c. 1. num. 2. de
teſtam. Franc. Sarment. in tract. de redditib.
Eccleſ. part. 1. cap. 1. num. 28. vbi de commu-
ni, ad hoc facit. c. cum ſecundum. de prębend.
70 hoc vltimum dictum non ità ſimpliciter ve-
rum eſt, ſed eſt diſtinguendum vt ſi Eccleſia
erat impotens ad ſuſtentandum rectorem,
tunc onus æris alieni non tranſit ad ſucceſſo-
rem, nam ſi impotentia fuit ab initio, ſibi im-
putet beneficiatus, qui Eccleſiam minus po-
tentẽ acceptauit gl. in c. clericus il. 1. in verb.
vigilijs. 91. diſt. & in c. conquerente. in verb.
pertinere. de cleric. non reſid. & ſicut tenere-
tur viuere ex induſtria, multo magis ex patri-
monio. cap. 1. vbi gloſ. 21. q. 1. & ſi ſuperue-
nit ex poſtfacto, debet agere contra parochia
nos, vt ſubminiſtrent ſibi neceſſaria. iuxta
gloſ. 1. in c. omnis Chriſtianus. de conſecrat.
diſt. 1.

diſt.1.ſi autem Eccleſia potens eſt tunc eſt verum, quod onus æris alieni contracti pro ſuſtentatione præceſſoris tranſit ad ſucceſſorem etiam ſi idem præceſſor patrimonialia habuerit,& ſic diſtinguit.Abb.in d.c.ex præſentiũ. nu.6.de pignorib.quod tamen intelligitur verum eſſe ſeruatis declarationibus infra dicendis.num.87.& ſeqq.

71 Extenditur ſecundò ampliatio, vt idem ſit de ſalarijs propter ſeruitium, & operam præſtitam ipſi Prælato præceſſori, nàm onus illa perſoluendi ſimiliter tranſit ad ſucceſſorem. c.fin.§.porrò.& ibi Gemin.nu.3.Franc.num. 2.de offic. ordin. in 6. Abb. in c.per tuas nu. 2.de donat.& in c.relatum.il 2.num.8.in fin. de teſtam. dicit quòd ſeruitium impenſum Prælato, videtur impenſum Eccleſiæ, adeo quod de bonis Eccleſiæ poteſt fieri remuneratio,ſequitur.Iaſ.conſ.222.num.4.5.lib.2. & Put.d.deciſ.11.lib.3.Rip.in l.obligatione. num.46.ff.de pignorib.Rebuff.de priuil.ſcolar.priuil.26.

72 Declàratur tamen extenſio hęc vt ad Pręlatum ſucceſſorem tunc tranſeat onus ſoluendi ſalaria pro operibus præſtitis præceſſori, quando adeſt obligatio efficax ad agendum; ſecus eſt vbi adeſt obligatio tantùm naturalis ad antidora,nàm effectus obligationis antidoralis, & præſertim facultas remunerandi ſeruitia recepta, vti perſonalis non tranſit ad alios,etiam hæredes.Bart. in l. ambitioſa.nu. 4.ff.de decret.ab ordin.facien.per l. viuus.ff. ſi quid in fraud.patron.Iaſ.in l.ex hoc iure. num.71.ff. de iuſt. & iur. Afflict. deciſ. 370. num.17.

73 Extenditur tertiò procedere quoque in debitis contractis pro reparatione Eccleſiæ.Ferret.conſ.317.num.3.

74 Extenditur quartò procedere etiam in debitis factis pro aptatione ſiue reparatione bonorum, domorum, & ortorum Eccleſiæ.Gemin.conſ.17.num.13.

75 Extenditur quintò ampliatio hæc locum habere etiam in expenſis funeralibus,quia pariter onus iſtud tranſit ad ſucceſſorem in beneficio,cùm Prælatus alendus ſit ex bonis Eccleſię.c.illi autem qui.12.quęſt.1.c.quoniam quicquid.16.q.1.c.clericos.1.q.2.& ſic tenet Bertachin.de Epiſc.4.part.quarti libri.num. 193. & Petr. de Vbald. de Canonic.Epiſc.& Parochial.cap.13.canon. paroch. vbi de Papa,Cardinali,Epiſcopo,Abbate,& alijs clericis.Abb.in quæſt.3.dub.1.vbi articulum iſtũ tractat ex profeſſo, & in c. vt preteritæ.num. 6.de elect.& Iaſ.d.conſ.222.num.5. verſ. ſimiliter.& num.6.7.lib.2.Gratian.diſcept.forenſ.cap.94.num.20.& ſi prædeceſſor plures Eccleſias habebat, omnes debent contribuere.Petr.de Vbald.in d.tract.de Canon.Epiſc. & Paroch.cap.13.Canon.Paroch.nu.1.verſ. ſecundò, & illa Eccleſia plus contribuet quæ magis abundans eſt in redditibus. idem Petr. de Vbald.loc. cit. num.4. verſ. nonò. & adeò vera eſt extenſio iſta,vt ſi cōſanguinei vel parentes de facto feciſſent huiuſmodi expenſas funerales, daretur eis repetitio aduerſus ſucceſſorem,& Eccleſiam,dummodo tamen proteſtati fuiſſent eas facere animo repetendi l. at ſi quis §. ſed interdum ff.de relig.& ſumpt. fun.Gemin.conſ.1.num.6.Petr.de Vbald.de Canon.port.part.2.cap.13.nu.8.in fin. verſ. oportet.Gratian.loc.cit.numer.23.Sed Dec. conſ.157. limitat hanc extenſionem habere locum,quando non reperiuntur bona prælati defuncti,nàm extantibus bonis eiuſdem Prælati,onus funeralium ad eius hæredes,non ad ſucceſſores ſpectare dicit, & idem tenet Gratian.diſcept.forenſ.d.cap.94.nu.25.26.quæ tamen limitatio nō admittitur,nàm ſicut clericus in vita viuit de bonis Eccleſiæ, & ſua ſuis conſeruat,ità & fortius fieri debet in morte,& ſic quòd non ſit attendendum,an Prelatus præceſſor reliquerit bona, & hæredes vel non:tenet Abb. in d. quæſt.3.dub. 1.num.4. & nu.11.verſ.ad quartum,& in d.cap.vt preteritæ.num.6.de elect.Capic.deciſ.84.& Iaſ. d.conſ.222.nu.6.lib.2.Petr.de Vbald.de Canon.port.d.part.2.cap.13.num.8.

Et quod dicitur de ſucceſſore in beneficio, idem dicendum eſt de ſucceſſore in feudo, fideicommiſſo, & maioratu, quia onus funerandi prædeceſſorem ſimiliter tranſit in eius ſucceſſorem Peregrin.de fideicom.art.40.nu. 19.licet quò ad onus impenſarum fiendarum in ipſo funere diuerſum ſit, quia tunc demum ſucceſſor in fideicommiſſo, feudo, & maioratu tenetur facere impenſas funeris pro prædeceſſore defuncto,quando idem defunctus nulla bona reliquit ex quibus poſſint fieri, non aliàs, vt poſt ſpin. de teſtam. tradit Gratian. loc.cit.nu.29.& ratio diuerſitatis quare ſucceſſor in beneficio teneatur ad impenſas funeris etiam prædeceſſore relinquente bona,non autem ſucceſſor in fideicommiſſo,feudo, & maioratu, ea eſt quia Clerici habent beneficia ex titulo oneroſo, cùm beneficium detur propter officium c.fin. de reſcript. in 6. quod conſiſtit in laudibus diuinis,ſacrificio miſſæ, & ſacrorum adminiſtratione. Garz. de benefic.part.1.cap.2.num.60.icci rco tanquàm in

ſeruientes altari, debent de altari viuere & mori c.cum ſecundum.de præbend.

76 Declaratur tamen,& limitatur alio modo hæc extenſio,vt ea procedat & vera ſit quoad expenſas concernentes ſolatium ſeu remediũ animæ defuncti, vt ſunt impenſæ quæ fiunt circa clericos confluentes ad officium,& exequias ſepulturæ;in quibus etiam habenda eſt conſideratio facultatum eccleſiæ,quia ſucceſſor non tenetur ad exceſſiuas l.at ſi quis.§.debet.ff.de relig.Gemin. conſ.1.num.7. non autem procedit quoad expenſas, quæ fiunt ad conſolationem vel pompam viuorum,vt magni apparatus funerum in veſtibus lugubribus,conſtructione ſepulturæ prætioſæ, & ſimilibus,quia huiuſmodi generis expenſarum onus ſpectat ad hæredes, non ad ſucceſſorem in beneficio.Abb.in d. quæſt.3. dub. 1. & in d.cap.vt præteritæ.num.6.de elect.Petr. Rebuff. in ſuo Enchiridio iud. Eccleſiaſt. not. 159.Capic.d.deciſ.84.Ioan.Franc.Pauin. in tract.de off.& poteſt. cap. ſed vacant. quæſt. 8.part.2.princ.num.28.refert,& ſequitur Aufrer. in addit. ad Capell. Tholoſ. deciſ. 498. Redoan.de ſpol.quæſt.10.num.38.

77 Declaratur ſecundò huiuſmodi extenſio, vt non habeat locum quando Epiſcopus elegit ſibi ſepulturam extra ſuam dioceſim, vel Prælatus inferior extra ſuam Eccleſiam, tunc enim ſi habet bona patrimonialia; exceptis exequijs in eius Eccleſia celebrandis: alię expenſæ fiendæ in funere deferendo ad ſepulturam electam tranſeunt ad hæredes, non ad ſucceſſorem,quia quodammodo iniuria irrogatur propriæ dioceſi,& Eccleſiæ arg.not. in c.1.de ſepult.& in cap.bonæ rei. & cap. apoſtolicæ. de donat. vbi permittitur donatio ꝑ magnificãdis ſepulturis in Eccleſia dioceſis, ſecus extra Eccleſiam,& ſic declarat idẽ Abb. in d.quæſt.3.dub.1.num.9.verſic.aliæ; Contrarium tamen,quod ſcilicet ſucceſſor teneatur ad omnes expenſas etiam pro ſepultura electa extra dioceſim, vel Eccleſiam; conſuluit Gemin. cõſ.1.ſed certè opinionem Abb. veriorem eſſe credo,quia expenſæ,quæ fiunt in funere deferendo non ſunt neceſſariæ, nequè concernentes remedium animæ, ideoq; non ſpectant ad ſucceſſorem in beneficio ſed ad hæredes defuncti, vt in præcedenti declaratione dictum eſt.

78 Extenditur ſextò quia debita dicuntur cõtracta in vtilitatem Eccleſiæ, & conſequẽter onus illa ſoluendi tranſit ad ſucceſſorem,etiã quando contracta ſunt pro nutrimentis animalium,& alimentis ſeruorum neceſſariorũ, imò etiam ſi potuiſſent parcius viuere, & vixerint lautius.Inn. in cap. quod quibuſdam. de fideiuſſ.Calder.conſ.1.de ſolut.

79 Extenditur ſeptimò hæc vndecima ampliatio, vt locum habeat etiam in expenſis factis circa prouiſionem, & impetrationem dignitatis, vel beneficij ac expeditionem Bullarũ: quocirca Abb.in d.quęſt.3 dub.2.qui diſputat iſtum articulum ad vtramquę partem,conſtituit tres caſus.Primus quando quis iuit ad curiam principaliter ad dignitatem vel beneficium impetrãdum, & Papa ſibi prouidit ad ſuam poſtulationem; ſecundus quando iuit alia de cauſa,ſed pręcibus ſuis intercedentibus obtinuit dignitatem,vel beneficium; Tertius quãdo Papa ſibi prouidit motu proprio: & illum refert,ac ſequi videtur Redoan. de ſpol.quęſt.10.num.37.& Grikenz.conſ.112. num.15.Sed Calder.conſil.2. de ſolut.aliter diſtinguit,quod aut quis electus,vel poſtulatus eſt,& proſequitur ſuam electionem, vel poſtulationem, & tunc ad ſucceſſorem tranſeat onus ſoluendi ſumptus factos pro tali cauſa, dumtamen ſint moderati; Aut non fuit electus vel poſtulatus, ſed ipſe impetrauit dignitatem,vel beneficium à Papa, & in proſequenda ſua impetratione fecit expenſas,& tunc onus ſoluendi tales expenſas non ſpectat ad ſucceſſorem:& Federic.de Sen.cõſil.119.num.1.indiſtinctè dicit onus ſoluendi & repetendi expenſas factas pro deffenſione electionis & confirmationis concernentis vtilitatem eccleſiæ ſpectare ad eccleſiam & ſucceſſores, idemquè poſt alios per eum relatos,tradit Socin.conſ.15. num.28. & conſil. 29.nu.2.vol.1.ſequitur Surd. conſ.333.nu. 30.vol.3.Ego autem ſic diſtinguo quòd aut quis gerit negotium Eccleſię;puta quia acceptauit Eccleſiam, vel ad illam fuit electus, & poſtulatus ex ſola obedientia ſuperiorum,vel pro vtilitate,ſeu neceſſitate eiuſdem Eccleſię principaliter conſiderata, Et tunc expenſę huiuſmodi ſpectant ad eccleſiam & ſucceſſorem, non autem ad hęredes ipſius prouiſi. d. cap.1.de ſolut.cap.1.de depoſit.c. dilecti. de for. compet. Aut gerit negotium ſuum proprium,puta quia illam acceptauit, vel ad illã fuit electus,& poſtulatus voluntariò ac nulla neceſſitate,vel vtilitate Eccleſię cogente,& onus talium expenſarum non ad ſucceſſorem in beneficio,ſed ad eius hęredes pertineat ex deductis per Calder. d. conſ.2. verſ. aut non fuit electus. de ſolut. & ſic videtur ſentire Bald.conſ.298.num.5.lib.1.

80 Extenditur octauò locum habere in pęna com-

commiſſa contra prędeceſſorē,quia hęc tranſit ad ſucceſſorem, ſi ipſe prędeceſſor tenebatur nomine pręlaturę; ſed ſi tenebatur nomine proprio ex proprio delicto,tunc ſucceſſor non tenetur,niſi quatenus ad eum peruenit, & ſua Pręlatura eſt locupletata. Bart. in l. 1. nu. 5.ff.de priuat.delict. per not. in cap. cum dilectus.de ordin. cognit. Bertach. de Epiſc. 4.part.lib.4.nu.187.verſ.ad pęnam.larè Menoch.de recuper.poſſeſſ.remed.9.nu.101. & ſeqq. & facit tex. in c. delictum. de reg. iur. in 6.

81 Extenditur nonò huiuſmodi vndecima ampliatio vt etiam procedat in expenſis, in quibus clericus litigando pro deffenſione iurium Eccleſię condemnatus fuit, onus enim illas perſoluendi tranſit in ſucceſſorem, quia ſoluendę ſunt de redditibus beneficij per ea quę dicit Hoſtienſ.in c.repręhenſibilis: & ibi Abb. num. 20. 21. de appellat. & refert Redoan.de ſpol.queſt.10. num. 12. id tamen locum habet,quando prędeceſſor habebat iuſtā cauſam litigandi, ſecus ſi calumniosè litigaſſet.l.non eſt ignotum.vbi gloſ.C.de adminiſtrat.tut.

82 Et quod dicitur de onere ſoluendi expenſas factas per prædeceſſorem,idem eſt de iure eas repetendi ab aduerſario eiuſdem prædeceſſoris, namquè ſi prædeceſſor litigauit pro iuribus & intereſſe Eccleſiæ & eius aduerſarius condemnatus fuit in expenſis,eęquè ipſi prædeceſſori ſolutæ non fuerunt,tunc debentur ſuo ſucceſſori, & ius eas exigendi ad ipsū ſucceſſorem tranſit,non ad hæredes prędeceſſoris: ſic deciſum eſt à Rot. Rom. deciſ. 761. & deciſ. 809. par. 1. diuerſ. quam ſequitur Surd.conſ.333. num.56. vol. 3. & mouetur Rota ex ea ratione, quia huiuſmodi expenſę pręſumuntur factę ex redditibus Eccleſię cuius erat adminiſtrator l. nesēnius, & ibi DD. ff.de negoc. geſt.Crauet.cōſ.129.num.3. iccirco ęquiparantur meliorationibus factis in rebus eiuſdem Eccleſiæ, quæ licet ſint ſuæ in vita,tamen de his teſtari non poteſt c.fin. de pecul.cleric.nā vtilitas annexa rebus Eccleſiaſticis cedit Eccleſiæ. Anch.in d.c.fin.nu.2. & ibi Imol. num. 3. Alia ratio conſiderari poteſt,quia ſicut ſucceſſor tenetur ſoluere expenſas litis,quas prædeceſſor ſoluere tenebatur,pari modo conſequi debet expenſas,quas idem prædeceſſor conſequi poterat, vt lucri & damni ſit par ratio. §. illud. Inſt. de ſociet. & eum ſequantur commoda, quem ſequuntur incommoda. l. ſecundum naturam ff. de reg. iur.

Declaratur autem iſta extenſio in ea parte qua dicitur ſucceſſorem poſſe repetere ab aduerſario prædeceſſoris expenſas litis per eundem pædeceſſorem factas,vt procedat quando ſumus in dubio,ex quibus bonis factæ ſūt expenſę prædictę,an ſcilicet ex bonis Eccleſię & beneficij,an ex bonis proprijs,ſtante quod in dubio præſumitur quod ſint factæ de bonis Eccleſiæ,& conſequenter ſpectent ad ipſam Eccleſiam, & ſucceſſores, ſic enim in his terminis loquitur Rot. d. deciſ.761. nu.2. & 3.& Surd.d.conſ.333. num.59. & 60. ſecus autem eſt,quando conſtat eas factas non eſſe de bonis eiuſdem Eccleſię,quia tali caſu ipſarum repetitio nō ſpectat ad ſucceſſorem, ſed ad hęredes ipſius prędeceſſoris,quia etiā melioramenta,quę facta non ſunt de bonis eccleſię ſed de alijs bonis proprijs non remanent Eccleſię ſed ſpectant & tranſmittuntur ad hęredes c.2.12.q.4.Abb.in c.fin.num.2. de pecul.cleric.Iaſ.in l.ſi non ſortem.§. ſi centum. num.10.verſ.amplia. ff. de condict. indebit. Boer.deciſ.44.num.14.Afflict.in cap.1.§. ſi vaſallus.num.15.tit.hic finit.lex.Garſ. de expenſ.& melior.cap.11.num.72. Idquè procedit etiam ſi ipſę expenſę eſſent factę ex fructibus eiuſdem eccleſię, vel beneficij iàm collectis, & exactis [illegible]r eundem prędeceſſorem, namquè huiuſmodi fructus exacti, facti ſunt ſui proprij,adeò vt ſecundum veriorem opinionem tranſmittuntur ad hęredes pro rata temporis quo vixit idem prędeceſſor Couar. var.reſol.lib.1.cap.15.nu.12. Molin. de primogen.lib.3.cap.11.nu.4. Garz. de benefic. par.2.cap.1.num.96.& ſeqq. cum alijs quos ipſe recenſet;& ex Bulla.Iulij.3. tranſmittuntur ad eoſdem hęredes in totum, & ſic perinde eſt ac ſi eſsēt factę de bonis proprijs.Surd. d.conſ.333. num.34. vol.3. & hanc eandem opinionem,quòd expenſę huiuſmodi debeātur hęredibus prędeceſsoris, non autem ſucceſſori, tenuit & melius eadem Rota deciſ. 777.d.part.1. diuerſ. quamuis poſtmodum contrarium dixerit in d.deciſ.809.

83 Extenditur decimò, vt etiam procedat in decimis,& collectis,ac alijs oneribus realibus decurſis tempore præceſſorum,& non ſolutis ab eis, quamuis fructus beneficiorum perceperint;nàm etſi ijdem præceſſores perceptores fructuum,& eorum hęredes cōueniri poſſint.Gemin.in c.præſenti,§. porrò. num.4.& ibi Franc.num.3.de offic.ordin.in 6.idem Gemin.conſ.3.Put.deciſ.40.lib.3. Ferret. conſ. 317.num.3.nihilominus conueniri poſſunt etiam ſucceſſores in beneficijs ad electionem

actoris

actoris & conſequenter onus illas ſoluendi ad eoſdem ſucceſſores tranſit.l.Imperatores. ff.de public.& vectig.Ioan.And.in c. non eſt in mora.nu.6.de reg.iur.in 6.Gemin.d.conſ. 3.in princ.& in fin.Franc.in d.§. porrò.num. 3.verſ.& aduerte.Federic.de Sen.conſ.209. num.6.& conſ.81.Cardin.in clem.1.num.6. de cenſib. Bellenz. in ſuo tract. de ſubſid. carit. quæſt.45.verſ. fateor tamen.Butr. conſ. 60.Riccius in ſua praxi ciuil.reſolut.57. Verum eſt tamen quòd ipſi ſucceſſores conuenti habent regreſſum, & repetitionem ab eiſdem præceſſoribus, & eorum hæredibus ratione temporis, quo fructus perceperunt; vt per Ioan. And. & Franc. & Federic. de Senis in loc.cit.& Gemin.in d.conſ.3. in fin. & Pariſ. de confident. quæſt.35.nu.50. quod intellige, ſi ipſi præceſſores potuerunt ſoluere ex fructibus beneficij, & non ſoluerunt vt dicam num.88.

84 Extenditur vndecimò, vt quod dictum eſt ſupra nu.83.de decimis, & collectis, idem ſit quoquè de penſionibus Eccleſiaſticis Franc. in d.§.porrò.num.4.Gigas de penſion.quęſt. 39.& quæſt.43.Ludouiſ.deciſ. 507.nu.1.& 2.cũ alijs quos allegat Garz.de benefic. part. 1.cap.5.num.191. quod quidem licet verum ſit de iure, tamen ſecus eſt de ſtilo, namquè ſecundùm ſtilum in omnibus curijs obſeruatum actio contra ſucceſſores eſt ſubſidiaria, ità quod agi non poteſt contra eos pro penſionibus decurſis tempore præceſſorum, niſi factis prius diligentijs contra ipſos præceſſores vel eorum hæredes, de quo ſtilo multipliciter teſtatur idem Garz.de benefic.d.part.1. cap.5.num. 199.& ſeqq. cum concordantibus quos ipſe recenſet, & Ludouiſ. d. deciſ. 507.num.3.& ibi addent.num.7.& Cocin. deciſ.327.

85 Extenditur duodecimò hæc vndecima ampliatio, vt locum habeat etiam in debitis contractis ex cauſa ſtudij pro alimentis, & veſtibus ſtudentis, namquè onus ea ſoluendi tranſit ad ſucceſſorem in beneficio, vt voluit Ferret. conſ. 256.num. 8. quod quidem dictum ego non approbo, niſi cum diſtinctione ſuperius tradita in expeditione Bullarum nu. 79.

86 Extenditur decimotertiò, vt procedat quoquè in debitis contractis pro ſe deffendendo & purgando à calumnia & infamia ſibi inflicta. Socin.conſ.29.num.2.vol.1.

87 Declarantur primò hæc vndecima ampliatio, & illius extenſiones, vt tunc demum ſucceſſor in beneficio teneatur ad ſolutionẽ præmiſſorum, ſi eidem ſucceſſori ſuperſint fructus vt viuere poſſit arg.c.2.c.cum ſecundum, c.extirpandæ.de præbend.& c.Odoardus.de ſolut.c.diaconi.93.diſt.l. Miles.l. item miles ff.de re iud.Ripa in l.obligatione num.46.in fin.ff.de pignor.Ferret.conſ.317.nu.3. Hinc Rota penes Ludouiſ. d.deciſ. 507.nu.5. poſt aliam deciſionem ibi adductam, & per tex. in d.c.cum ſecundum.c.extirpandæ.de præbẽd. declarauit ſucceſſorem in beneficio non teneri ad penſiones decurſas tempore præceſſoris, niſi imprimis & ante omnia deducta congrua ex redditibus ipſius beneficij pro eodem ſucceſſore iuxta diſpoſitionem Conc. Trident. cap.13.verſ.ad hæc.ſeſſ.24.de reformat.

88 Declarantur ſecundò hæc ampliatio, & omnes illius extenſiones, quia ſi præceſſor qui debita contraxit, potuit ea ſoluere ex fructibus beneficij, & non ſoluit, vt forſam ampliaret patrimonium vel eos in malos vſus cõſumeret, tunc ſucceſſor pro rata temporis fructuum perceptorum habet repetitionem ab eodem præceſſore ſi viuit, puta quia eſt ad aliam Eccleſiam translatus, vel ab eius hæredibus ſi eſt mortuus; At ſi debita non fuerunt contracta per ipſum præceſſorem immediatum, ſed per alium mediatum, tunc repetitionem habet à præceſſore mediato qui debita contraxit vel ab eius hæredibus; non ab immediato vel hæredibus ſuis Paul.de Caſtr.in l.deducta.§.qui poſt per illum tex.in lect.Bononienſ.prout refert Alex.ibi nu.4.ff.ad Trebell.& Boer.deciſ.204.num.49.& 50. Ioan. And.in c.non eſt in mora num.6. de reg. iur. in 6.Gemin.conſ.3.& ſic etiam ſentit Caccia lup.de penſion.quæſt.11.& ratio quare competat repetitio à præceſſore, vel eius hæredibus quando ex fructibus beneficij perceptis potuit ſoluere debita per eum contracta, & ea non ſoluit, illa eſt quia fructus Eccleſiæ ſunt deputati pro incumbentibus oneribus illius anni.c.fin.§.porrò.vbi Gemin.nu.4.& Frãc. num.2.de offic.ordin.in 6.ſic etiam vſufructuarius tenetur ad onera occurrentia tempore vſufructus.l.hactenus.l.ſi pendentes.§.ſi quid.ff.de vſufruct.& quemad.quis vtat. idẽ eſt de marito pro oneribus incumbentibus fundo dotali.l.nequè.ff.de impenſ.in rebus dotal.fact.& in emphiteota Bald.in l.1.num. 4.verſ.ſextò.& late Iaſ.num.30.C.de iure emphiteot.

89 Declaratur tertiò ampliatio iſta locum nõ habere, quando Eccleſia habet bona, & redditus ſeparatos ſufficientes pro eius ſuſtentatione, vel ſuſtentatio ipſius Eccleſiæ ex conſuetudine vel contractu ſpectat ad populum, ſiue

ſiue ad alium: hoc enim caſu ſucceſſor ad debita contracta per præceſſorem etiam pro neceſſitate vel vtilitate Eccleſiæ non teneretur: Sic colligitur ex Cap. Tholoſ. deciſ. 499. & expreſsè tenet Nauarr. de ſpol. cleric. §. 10. ſub num. 7. verſ. ſecundò.

90. Declaratur quartò, quia ſi ſacerdos vel Prȩlatus contraxiſſet debita pro alia cauſa nõ concernente ſeruitium Eccleſiæ, beneficij, vel perſonæ ſuæ, puta pro cauſa ſui patrimonij vel alia ſimili; tunc ad huiuſmodi debita non eſſet obligatus ſucceſſor in beneficio, nec ideo ad eundem ſucceſſorem tranſiret onus ea ſoluendi l. prouidendum. C. de decurion. lib. 10. gloſ. vlt. in c. 1. de ſolut. & ibi Abb. nu. 1. in fin. Ioan. And. in c. ex præſentium. nu. 1. & Abb. num. 4. de pignorib. vbi cum hoc dicto teſtatur tranſire communiter Doctores. Rot. deciſ. 705. num. 2. part. 1. in recent. & deciſ. 778. num. 2. part. 2. eod. in recent. & Redoan. de reb. eccleſ. non alien. quæſt. 57. nu. 10. & de ſpol. quæſt. 10. num. 23. verſ. ſtantibus.

91. Declaratur quintò hæc vndecima ampliatio, vt non procedat in debitis voluntarijs, ſucceſſor enim ad debita voluntaria præceſſoris non tenetur. gloſ. vlt. in c. 1. & ibi Abb. & communiter Doctores. de ſolut. & in c. ex præſentium, de pignorib. Put. deciſ. 43. num. 3. lib. 2. Pariſ. de reſignat. lib. 1. quæſt. 16. numero 52.

93. Ampliatur duodecimo caſus iſte principalis, vt generaliter procedat in omnibus factis & contractibus Prælati, vel Rectoris eccleſiȩ, nàm etiam facta & contractus Prælati obligãt ſucceſſores in beneficio, & ad eos tranſeunt cum diſtinctione tamen infraſcriptorum caſuum.

Primus caſus eſt quoad facta & contractus in quorum actu interuenit autoritas ſuperioris, & iſta facta, iſtiquè contractus obligant etiam ſucceſſores, eos ligant, & ad eos tranſeũt l. quoties ff. de acquir. hæred. ad hoc tex. in c. 1. in fin. de tranſact. & in l. 1. §. omnia. C. de veter. iur. enucleand. diuerſimodè tamẽ autoritatem ipſam ſuperioris accipiendo, quia quòad caſus compræhẽſos in extrauag. Paul. 2. incipien. ambitioſæ. de reb. eccleſ. nõ alien. inter comm. videlicet alienationem bonorũ Eccleſiȩ, pactum per quod transfertur eorum dominium, conceſſionem, hypothecam, locationem & conductionem vltra triennium, infeudationem, & cõtractum Emphiteoticum; ex forma eiuſdem conſtitutionis (vbi ea ſeruatur & recepta eſt) requiritur autoritas apoſtolica, ſine qua non poteſt Prælatus ſe, vel ſucceſſores obligare, ſiue eis prȩiudicium facere; quò vero ad alios caſus non comprȩhenſos in ipſa conſtitutione, vel etiam quoad cõprȩhenſos in ea, vbi illa non ſeruatur, nec recepta eſt, ſufficit autoritas Epiſcopi. auth. hoc ius. & ibi gloſ. in verb. ordinatur C. de ſacroſ. eccleſ. §. hoc ius. 10. q. 2. c. Abbatibus 12. q. 2. c. in venditionibus 17. q. 4. ſiue alterius prȩlati pro diuerſitate caſuum, vt per eundem Redoan. de reb. eccleſ. nõ alien. quæſt. 41. per tot. iunctis tamen alijs ſolemnitatibus requiſitis ex diſpoſitione cap. ſine exceptione. 12. q. 2. videlicet quòd vltra conſenſum Epiſcopi adhibeatur quoque tractatus, & conſenſus capituli, de quibus eruditè diſſerit Rebuff. de alienat. rer. eccleſ. aduertendo quod licet huiuſmodi ſolemnitates in interpoſitione autoritatis Epiſcopi, vel alterius Prȩlati inferioris à Papa neceſſariȩ ſint; non tamen neceſſariȩ ſunt in interpoſitione autoritatis Papȩ, ſed ſola eius autoritas ſupplet illarum defectum. Abb. conſ. 41. num. 3. lib. 1. Dec. conſil. 361. Gemin. conſ. 48. nu. 9. Roland. conſil. 15. nu. 5. vol. 1. Surd. conſ. 149. num. 9. vol. 2. Rota deciſ. 95. part. 2. diuerſ. & deciſ. 625. num. 3. part. 1. in recent.

94 Secundus caſus eſt quoad facta, & contractus confirmatos poſt actum ex interuallo, & iſti in vim huiuſmodi confirmationis efficiũtur reales, & ad ſucceſſores tranſeunt, eosquè ligant & afficiunt c. veniẽs. & ibi gloſ. in verb. confirmatam, & Doctores de tranſact. gloſ. in c. ex multiplici. in verb. eandem. de decim. Socin. ſen. conſ. 34. num. 3. verſ. & iſta doctrina. vol. 3. addit. ad Rot. deciſ. 2. de confirmat. vtil. vel inut. in nou. Roland. conſil. 86. num. 37. lib. 1.

95 Declaratur tamen iſte ſecũdus caſus, quia ad effectum vt confirmatio valeat, & factum vel contractum perſonalem faciat eſſe realẽ, ac tranſibilem ad ſucceſſores in beneficio, requiritur quod ea adhibita ſit à Papa, non ab alio inferiori; ſic decidit cap. Tholoſ. deciſ. 98 poſt collect. in d. c. veniens. de tranſact. & ratio eſt quia autoritas in confirmatione interponitur ex poſt facto, & ſuper actu iã nullo, quo caſu requiritur autoritas ſuprema, cũ de nihilo fiat aliquid. gloſ. in d. c. veniens: in verb. confirmatam vbi Doctores; hinc videmus quòd ſi autoritas Epiſcopi adhibeatur ex interuallo, non in ipſo actu, actus non tenet l. obligari. §. tutor. ff. de aut. tut. §. tutor. inſtit. de aut. tut. l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. vbi gloſ. in verb. profectò. ff. de acquir. hęred,

Innoc.

Innoc.in c.cùm conſuetudinis de conſuet.

96 Declaratur ſecundò, quia nõ ſufficit quod ipſa confirmatio adhibita ſit in forma cõmuni, ſed requiritur quod ſit facta ex certa ſcientia. gloſ. in d.c. veniens. in verb. confirmatam. & ibi Hoſtienſ. & Innoc. Abb. conſ. 62. nu. 4. verſ. ſecundo. lib. 1. & licet etiam in confirmatione ex certa ſcientia inſurgat adhuc alia difficultas, ſtante quod certa ſciẽtia ſupplet defectum ſolemnitatis tantùm, non autem defectum poteſtatis actum gerentis, vel alterius ſubſtantialitatis. Bart. in l. ſi conſtat. num. 2. ff. de appellat. Archid. in c. cenomanenſem. nu. 1. diſt. 56. Rot. deciſ. 2. de confirmat. vtil. vel inut. in nou. nihilominus ſi verè conſtat interueniſſe certam ſcientiam defectus poteſtatis, ſiue ſubſtantialitatis, ſuperioremquè confirmantem ſciuiſſe, & intellexiſſe defectũ, tunc confirmatio ſupplet etiam defectum ipſius poteſtatis ſiue alterius cuiuſcunque ſubſtãtialitatis ſic poſt Gemin. reſpondet Felin. in c. 2. num. 42. de reſcript. Brun. conſ. 87. nu. 19. & ſeq. Gabriel in tit. de clauſul. concluſ. 1. num. 48. Rot. deciſ. 455. nu. 4. part. 1. diuerſ.

97 Tertius caſus eſt quoad facta & contractus factos à Prælato habente adminiſtrationem Eccleſiæ, & ſub nomine Eccleſiæ, ac pro neceſſitate vel vtilitate eiuſdem Eccleſiæ; & iſti dicuntur eſſe reales, & nocent ac præiudicant ſucceſſoribus, eos obligant & ad eos trãſeunt gloſ. in c. fin. in verb. terminum. ne prælat. vic. ſuas. Alex. conſ. 160. num. 4. lib. 6. Anchar. conſ. 116. Paul. de Caſtr. conſ. 2. num. 3. & ſeq. lib. 1. Abb. quæſt. 3. dub. 5. Bald. in l. prætor ait. num. 1. verſ. ſecundus caſus ff. de edend. Couar. var. reſolut. lib. 2. cap. 15. num. 6. Milis in verb. locatio. Gemin. conſ. 17. nu. 9. & ſeqq. Rot. deciſ. 70. num. 4. part. 1. in recent. Redoan. de reb. Eccleſ. non alien. quæſt. 57. nu. 29. & 65. cum ſeqq.

98 Ampliatur hic tertius caſus, quia facta & contractus huiuſmodi tranſeunt in ſucceſſores cum omnibus ſuis qualitatibus, non ſolùm quoad ſubſtantiam, ſed etiam reſpectu renunciationis fori, vel alterius priuilegij c. dilecti. vbi Doctores. de foro compet. Bald. in cap. 1. num. 4. qui ſucceſſ. feud. dare teneant. Bertach. de Epiſc. 4. part. lib. quarti nu. 187.

Ex hoc igitur caſu ſic firmato, quod factũ, vel contractus præceſſoris his tribus requiſitis ſimul concurrentibus, dicitur eſſe realis, & tranſit ad ſucceſſores in beneficio, nempe quòd factus ſit ab habente adminiſtrationem Eccleſię, & nomine Eccleſiæ, ac pro neceſſitate vel vtilitate eiuſdem Eccleſiæ.

99 Infertur primò quod ſi factum vel contractus factus eſt nomine proprio, non nomine Eccleſiæ, tunc eſt perſonalis etiam ſi factus eſſet à Prælato vel Rectore habente adminiſtrationem Eccleſiæ, & in neceſſitatem vel vtilitatem eiuſdem Eccleſiæ, & durat vita ipſius Prælati, ſiue Rectoris tantũ durante nec obligat ſucceſſores in beneficio, nec ad eos tranſit Inn. in d.c. fin. ne prælat. vic. ſuas. Bald. in ſua margarit. in verb. prælatus. Gemin. conſ. 17. num. 9. & ſeq. Redoan. de reb. Eccleſ. non alien. quæſt. 57. num. 29. ad hoc facit tex. in c. quoniam Abbas. de offic. deleg. c. ſi gratioſe. de reſcript. in 6. Hinc receptum eſt officium notariatus conceſſum alicui ad eius vitam ab Epiſcopo vel alio officiali, nomine ſuo proprio non nomine Eccleſiæ non afficere, nec obligare ſucceſſorem Afflict. deciſ. 101. & de mente Rotæ Rom. tradit. Gratian. diſcept. Forenſ. cap. 167. num. 1. & ſeqq.

100 Infertur ſecundò quòd factum vel contractus factus à Prælato, vel Rectore non habente adminiſtrationem Eccleſiæ pariter perſonalis eſt etiam ſi factus ſit nomine eiuſdem Eccleſiæ & in eius vtilitatem adeò vt ſucceſſor non tenetur, nec obligatur, ſed durat vita eiuſdem Prælati ſiue Rectoris tantùm durante, nam cùm ipſe non habeat auctoritatem, nõ poteſt Eccleſiam, vel ſucceſſorem ſua auctoritate obligare c. veniens. & ibi gloſ. in verb. confirmatam. Hoſt. Innoc. & Abb. num. 2. & cęteri Doctores. de tranſact. Bald. in l. prętor ait. nu. 1. verſ. & prędicta ff. de edend. Socin. conſ. 34. nu. 3. verſ. & iſta doctrina vol. 3.

Declaratur hęc illatio, quia ſucceſſor non obligatur quoad illum reſpectum, vt contra eum agi poſſit ex illo facto vel contractu, non autem quoad effectum, vt agi non poſſit contra eum actione de in rem verſo; nàm licet ſucceſſor non teneatur ex illo contractu, tamen probata verſione in vtilitatem Eccleſiæ teneretur de in rem verſo. c. quod quibuſdam. & ibi gloſ. pen. & Inn. num. 4. Hoſtienſ. col. 3. & Abb. num. 12. de fideiuſſor. non enim debet Eccleſia locupletari cum alterius iactura l. nã hoc natura. ff. de condict. indeb. & ſi aliquid de meo peruenit ad eam, bonum & ęquum eſt vt illud mihi reddat l. ſi & me, & titium. ff. ſi cert. pet. nec aliquid deperit Eccleſiaſticis libertatibus, ſi quę ſunt aliena reddantur. c. generalis. in fin. 54. diſt.

101 Infertur tertiò ex iſto tertio caſu, quod factum vel contractus qui Eccleſię pręiudicialis & damnoſus eſt, vel alio modo eſt nullus, nunquam obligat ſucceſſores, nęc ad eos tranſit c. 2.

ſit c.2.de precar.c.ſi quis presbiterorum.de reb.Eccleſ.non alien.c.quod quis.35.q.9.Geminiãd.conſ.57.num.9.Gabriel.conſ.83.nu.20.poſt mediũ.vol.1.Rebuff.de alien.rer.Eccleſ.nu.104.verſ.ſecundò.Rota deciſ.659.num.7.par.2.in recent.Redoan.de reb.Eccleſ.non alien.quæſt.57.num.67.

102 Declaratur primò iſte tertius caſus, & illius illationes, vt in mutuo vltra præmiſſa requiratur etiam quandoque probatio verſionis in vtilitatem Eccleſiæ. Menoch.de arbitr.caſ.132.qui materiam per plures caſus diſtinguit, & eadem probatio verſionis vltra data requiritur etiam in depoſito, aliàs ſucceſſor vel Eccleſia non obligatur in c.1.de depoſit.

103 Declaratur ſecundò, quia Prelati dicuntur habere adminiſtrationem, & ſunt legitimi adminiſtratores ſuarum Eccleſiarum, & monaſteriorum, ac Congregationum c.edoceri de reſcript.c.cum deputati.de iudic.Rot.deciſ.3.num.2.de confeſſ.in nou.Bellam.deciſ.695.num.2.& generaliter qui habent curam animarum, vel aliquod beneficium in titulum dicuntur habere adminiſtrationem. Gemin.in c.præſenti.nu.14.de offic.ordin.in 6.Iaſ.conſ.75.num.6.lib.3.qualem quidem non habent Canonici ſine interuentu Capituli, hi enim talem adminiſtrationem non habent, vt poſſint præbendam, vel ſucceſſorem obligare Innoc.in c.fin.ne prælat.vic.ſuas.Abb.in c.ex literis.num.7.de probat.Bald.in l.prætor ait.num.1.verſ.ſecundò caſu.ff.de eden.& in c.1.num.5.qui ſucceſſ.feud.dar.teneant.& in Margarita verb.Prælatus.Rot.deciſ.1.de locat.in nou.Bertachin.de Epiſc.part.4.lib.4.quæſt.54.num.186.

104 Declaratur tertiò, nam factum vel contractus dicitur eſſe factus nomine Eccleſiæ, quando expreſsè dictum eſt ad l.continuus.§.cum ita.ff.de verb.obligat.vel quando factus eſt ſuper bonis eiuſdem Eccleſiæ l.poſt mortem.§.tutor.& ibi Bart.nu.2.& l.fin.ff.quand.ex fact.tut.in ſpecie Socin.d.conſ.34.nu.3.vol.3.vel quãdo facta eſt mẽtio beneficij, ſeu prelaturę l.fin.ff.de inſtit.action.idẽ Socin.d.cõſil.34.nu.3.verſ.tertiò,vol.3.ſi autẽ expreſſũ eſt quoque nomem propriũ, tũc attenditur illud quod præcedit, vt dicã in caſ.51.nu.16.

105 Declaratur quartò iſte tertius caſus, vt locum habeat, quando facta, & contractus erãt perfecti, & abſoluti de tempore præceſſoris; aliàs enim ſi de eo tempore abſoluti, & perfecti non fuiſſent, non tenerẽtur ſucceſſores implere, nec onus implementi ad eos tranſiret, attento quòd ex contractu non perfecto, nec abſoluto agi nõ poteſt, imo pœnitentiæ tũc locus eſt. l.contractus.C.de fid.inſtrumẽt.& idẽ generaliter eſt, qñ factum, & cõtractus aliqua de cauſa non valet.c.2.de precar.l.pacta quæ contra.C.de pact.l.non dubium.C.de legib.

Quartus eſt caſus, quoad facta, & contractus factos ſine autoritate ſuperioris, & ſine confirmatione Apoſtolica, ac ſine interuentu trium requiſitorum præcedentis tertij caſus, ſed cum vtilitate Eccleſiæ, vtrum ſcilicet huiuſmodi contractus ob eorum vtilitatem & fauorabilitatem teneant, & conſequenter tranſeant ad ſucceſſores quamuis ſine ſolemnitatibus; hunc caſum tractant ex profeſſo Cæuall.commun.opin.quæſt.675.& Redoan.de reb.Eccleſ.non alien.quæſt.20.nu.174.& ſeqq.& quæſt.51.cap.7.Gutier.pract.quæſt.lib.2.quæſt.21.nu.9.& Sarmient.de reddit.Eccleſ.cap.2.nu.1.& ſeqq.

Pro negatiua enim quod non valeant, nec ideo ad ſucceſſores tranſeant, conſideratur quod hæc ſolemnitas confirmationis Apoſtolicæ vel autoritatis ſuperioris inducta eſt pro forma non ſolùm ex diſpoſitione dictæ conſtitutionis ambitioſæ; ſed etiam attenta diſpoſitione iuris antiqui in c.abbatibus.c.placuit.c.ſine exceptione 12.q.2.c.in venditionibus.17.q.4.c.nulli.de reb.Eccleſ.non alien.ob id ſola vtilitas contractuum ſine ſolemnitate nõ facit eos validos, ſiue loquamur in terminis dictæ conſtit.ambitioſæ; ſiue in terminis iuris antiqui, quod erat ante ipſam conſtitutionem, prout ſic voluerunt. Bart.in l.cum hi.§.eam.num.3.& ibi Iacob.Butr.Alberic.Bald.Ang.Fulgoſ.Paul.de Caſtr.& Iaſ.ff.de tranſact.idem Bald.in c.1.eod.tit.& in l.fin.§.neceſſitate.num.17.C.de bon.quę liber.& Iaſ.in l.contra iuris.nu.9.ff.de pact.vbi de communi.Felin.in c.cauſam.il.1.nu.8.de iudic.Roland.conſ.99.num.33.& ſeqq.lib.1.Redoan.de reb.Eccleſ.non alien.quæſt.20.nu.205.& quæſt.51.cap.7.nu.21.cum alijs quos citat Cæuall.d.quæſt.675.num.13.

Pro affirmatiua vero militat exemplũ minoris, valet namquè liberatio facta ad vtilitatem minoris ſine tutoris autoritate l.2.& ibi gloſ.ff.de acceptilat.& pariter valet ſententia lata ad fauorem procuratoris minoris per eum conſtituti ſine autoritate curatoris.l.nõ eo minus C.de procurat.iura enim nolũt niſi effectum ad finem l.1.§.inde.ff.de oper.nou.nunc.& hãc partem tenet gloſ.in d.l.cum hi.§.eam.in verb.alimentarius.ff.de tranſact.Bald.in d.l.contra iuris,num.2.ff.de pact.Barbat.conſ.60.vol.3.Corſett.ſing.incip.pupillus.

lis. Rebuff. de alien. rer. eccleſ. num. 34. cum multis alijs relatis per Redoan. de reb. eccleſ. non alien. d. quæſt. 28. num. 174. & ſeqq. Cæuall. d. quæſt. 675. num. 1. vſque ad num. 12. & per Guttierez & Sarmient. in locis cit.

Vera igitur & recepta iſtius caſus reſolutio hæc eſt, quod huiuſmodi facta & contractus ſine ſolemnitatibus, quamuis eccleſiæ vtiles ſint tamen mero iure non tenent, & ita procedunt deducta pro negatiua; ſed ſi eadẽ eccleſia velit eos habere ratos, ſuſtinentur; & hoc modo procedunt deducta pro affirmatiua; Nam quod eccleſia poſſit contractus qui nulli ſunt ob non ſeruatas has ſolemnitates ratificare ſic decidit tex. in c. ſi qua de rebus. 1. q. 2. vbi Epiſcopus habet in electione, an velit venditionem bonorum eccleſiæ ſine ſolemnitate factam velit habere ratã, vel potius reſcindere, ſic etiã ſuadet ratio, quia hęc ſolemnitas introducta eſt fauore eccleſiæ, ob id non eſt retorquenda in eius damnum l. nulla. ff. de legib. l. quod fauore C. eod. tit. & ſic tradunt in ſpecie Innoc. in c. 1. in princ. de his quæ fiunt à præl. & ibi Abb. nu. 6. Ruin. conſ. 35. num. 31. vol. 1. Dec. in c. quæ in eccleſiarũ nu. 9. de conſtitut. Creſcẽt. deciſ. 1. de locat. Pur. deciſ. 320. lib. 4. Matic. deciſ. 201. nu. 1.

106 Ampliatur decimotertio caſus principalis vt locum habeat etiam in onere ſoluendi debita contracta per Principem, vel Regem, & facio duos caſus. Primus eſt quando debita contracta ſunt ex cauſa concernente vtilitatem, vel neceſſitatem Principatus, vel Regiæ Coronæ, & tunc onus iſtud tranſit ad ſucceſſorem in Principatu, vel Regno, ita quòd idẽ ſucceſſor ad illorum ſolutionem tenetur. Purpurat. conſil. 17. & conſ. 20. Tiſuquel. de iur. primogen. quæſt. 35. num. 25. 26. Peregrin. conſ. 1. num. 45. vol. 2. & conſ. 9. num. 8. vol. 3. cum alijs per eum adductis facit tex. in l. ciuitas. ff. ſi cert. pet.

107 Declaratur, quia probanda eſt verſio in vtilitatem, vel neceſſitatem Principatus & Regni, nempe quod pecuniæ verſæ ſint in ipſam vtilitatem, vel neceſſitatem, quæ quomodo probetur, & cui incumbat onus probandi, diſtinguit per tres caſus Peregr. de iure fiſc. lib. 2. tit. 3. num. 81. verſ. cum autem in vnum tamen concludentes; quia in ſubſtantia hoc dicit, quod quando conſtat de neceſſitate, vel vtilitate Status, Regni, ſiue Principatus, tunc onus probandi verſionem in ipſas neceſſitatẽ vel vtilitatem non incumbit creditori, ſed ei ſatis ſit docere de neceſſitate vel vtilitate, & ſic quod probatio non verſionis in ipſas cauſas Principi ſucceſſori incumbit; ſed non recedatis à traditis per Menoch. de arbitrar. caſ. 432. num. 18. & ſeqq. & num. 33. vſque ad finem.

108 Secundus caſus eſt quando debita contracta ſunt per Principem in cauſam ſuam propriam, & tunc aut ſucceſſor eſt etiam hęres prædeceſſoris, & tenetur ad ſolutionem æris alieni per ipſum prędeceſſorem contracti. l. 2. C. de hæredit. action. l. cum à matre. C. de rei vendicar. l. 3. C. de reb. alien. non alienand. c. ſi licet. de voto. Aut non eſt hæres, ſed tantum ſucceſſor in Principatu iure ſanguinis, & hoc caſu ad ſolutionem non tenetur. l. 3. ff. de interd. & releg. l. prouidendum. C. de decurion. libro 10. Iſern. in cap. 1. an agnat. vel fil. defunct. num. 1. & 3. Molin. de primog. lib. 1. cap. 10. num. 30. & lib. 3. cap. 6. num. 12. Roſentall. de feud. cap. 7. concluſ. 21. num. 3. 4. 5. litera. D. vbi alios allegat. Peregr. conſil. 1. num. 47. & ſeqq. vol. 2.

109 Ampliatur decimoquarto caſus principalis, vt procedat quoque in onere ſoluendi debita contracta per prędeceſſorẽ in feudo, quia ſi ipſa debita contracta ſunt occaſione feudi, puta pro illo bonificando, vel alias pro illius vtilitate vel neceſſitate, onus illa ſoluendi trãſit in ſucceſſorem feudi Iſern. in c. 1. num. 3. an agnat. vel fil. & ibi Afflict. num. 13. Bald. conſil. 232. num. 2. lib. 3. Brun. conſ. 104. Grauet. conſ. 197. num. 1. Roſentall. de feud. cap. 7. concluſ. 22. num. 21. & cap. 9. concluſ. 15. num. 8. & 11. cum alijs per eum allegatis. Si autem ipſa debita non ſunt contracta pro vtilitate vel neceſſitate feudi, diſtinguitur vt in pręcedenti caſu, aut ſucceſſor eſt hæres prędeceſſoris, & ad illum tranſit onus ſoluendi prædeceſſoris debita etiam ſi occaſione feudi nõ eſſent contracta l. cum à matre. C. de rei vendicat. l. 3. C. de reb. alien. non alien. l. ſiue poſſeſſio. C. de euiction. Aut non eſt hæres, ſed ſucceſſor tantum in feudo, puta quia feudum eſt ex pacto & prouidentia, tunc quia huiuſ-

110 modi feudum obtineri poteſt ſine qualitate hęreditaria, imò hęreditate prædeceſſoris repudiata Roſentall. de feud. capit. 7. concluſ. 21. numero 3. 4. 5. litera D. vbi alios omnes recenſet; non tenetur idem ſucceſſor qui hęres non eſt prædeceſſoris, debita per ipſum prędeceſſorem in non concernentibus vtilitatem, vel neceſſitatem feudi contracta perſoluere; & ratio vna eſt, quia non conſequitur feudum ab ipſo prędeceſſore, ſed ex tenore primę inueſtiturę, ideo non debet obligari ob factum eius a quo nul-

lam

lam commoditatis accepit.l.3.ff.de interd. &
relegat.facit.l.ab eo. C. de fideicom.alia eſt,
111 quia onera hæreditaria ſuſtinentur ab hæ-
rede vniuerſali.l.ex facto.ff.de hæred.inſtit.l.
quoties.C.eod.tit.ſed ſucceſſor in feudo non
eſt ſucceſſor vniuerſalis,ſed particularis,& de
hoc quod ſucceſſor feudi, qui hæres non eſt
prædeceſſoris non teneatur ad eius debita,
eſt caſus in c. 1. in fin.an agnat. vel fil. & te-
net Cravet.d.conſil.197.num.1.Brun. conſ.
18.num.13.Gaill. pract. obſeruat. obſeruat.
154.lib.2. cum pluribus allegatis per Roſen-
tall.de feud.d. cap.7. concluſ.21. numero 3.
4.5.

112 Ampliatur decimoquartò caſus principa-
lis vt etiam procedat in onere ſoluendi debi-
ta contracta in maioratu,vel primogenitura,
pro cuius ampliationis plena dilucidatione
duo caſus diſtinguendi ſunt.

Primus caſus eſt de debitis contractis per
eum,qui inſtituit maioratum,vel primogeni-
turam;& tunc ſi inſtitutio maioratus,vel pri-
mogenituræ facta eſt de vniuerſa hæreditate,
vel vniuerſis bonis, ſucceſſor ſiue ſit media-
tus, ſiue immediatus aſtrictus eſt ad ſoluen-
dum debita contracta per eundem inſtituto-
rem.l.2.C.ad Trebell.l.ſi quis ſeruum.§. fin.
ff.de leg.2.ideo bona fideicommiſſi quæ pro
hibita ſunt alienari,tamen propter debita
eius,qui fideicommiſſum inſtituit, ſi alia bo-
na libera non ſufficiunt,alienari poſſunt.l.pa-
ter filium.ff. de leg. 3.l. cum fidei hæredis.ff.
de fideicomm.libert.l.filiusfamilias.§.diui.il
2.ff.de leg.1.Iaſ.in authentica.res quæ.num.
2.C.comm. de legat. & in l. Marcellus.§. res
quæ.num.3.ff ad Trebell.Gaill.pract.obſer-
uat.lib.2.cap.137.nu.4.

113 Subampliatur primò ampliatio iſta,vt pro
cedat etiam ſi inſtitutio maioratus, & primo-
genituræ facta ſit de omnibus bonis,quia idẽ
eſt, ac ſi facta eſſet de vniuerſis bonis.l. nam
quod.§. proinde. iunctis duabus.ll. ſeqq.l. ſi
legatus.§.ſi quis bona.ff.ad Trebell.l.3.ff. de
bonor. poſſeſſ. Paul. de Caſtr. in l. ſi quis ſer
uum.§.fin.num.4.ff.de leg.2.

114 Declaratur tamen iſta ſubampliatio,vt lo-
cum habeat, quando talis inſtitutio de omni-
bus bonis facta eſt in teſtamento,nam ſi facta
eſſet in contractu, tunc ſucceſſor non tenere-
tur ad ſolutionem æris alieni.l. mulier bona.
ff.de iure dot.l.ſubſignatũ.§.bona.ff.de verb.
ſignif.idem Paul.de Caſtr.in d. l. nam quod.
§.fin.num.2.ff.ad Trebell. Molin. de primo-
gen.lib.1.cap.10.num.5.verſic. quæ omnia;
& ratio præmiſſorum eſt, quia inſtitutio ma-
ioratus,vel primogenituræ facta in teſtamen
to de omnibus bonis importat vniuerſitatem
hæreditatis.d. §. proinde. cum alijs ſupra al-
115 legatis;hęres autem debita hæreditatis ſol-
uere tenetur. lib. 2. C. de hæred. act. l. 1.
116 C. ſi cert.petat. cum ſim.cùm in eum tran-
ſeant omnes actiones actiuę, & paſſiuę.l.hę
reditas.ff. de reg. iur. l. nihil.ff. de verb.
ſignif. l. hęres in omne ius.ff. de acquir. hę-
redit.In contractu verò non poteſt huiuſmo-
di inſtitutio importare hęreditatem,nec trãſ-
miſſionem onerum hęreditariorum, quia
117 hęreditas in cõtractu dari non poteſt.l.hęre
ditas.C.de pact.conuent.ſed tantùm hoc im-
portat, quod bona ipſa intelliguntur de his,
quę ſuperſunt deducto ęre alieno.d.l. mulier
bona.ff.de iur.dot.

118 Snbampliarur ſecundò procedere etiam ſi
inſtitutio facta ſit de quota hęreditatis, hoc
enim caſu onus ſoluendi debita pariter tran-
ſit ad ſucceſſorem in maioratu, vel primoge-
nitura pro rata hęreditatis.l. ſi quis ſeruum.
§.fin.& ibi Bart.& Paul. de Caſtr. num.3. &
alij omnes.ff. de leg. 2. l. 2. C. de hęredit.
ction.Molin.in d.lib.1.cap.10. num. 7. & eſt
119 ratio,quia hęres,vel legatarius partis hęre
ditatis habetur loco hęredis vniuerſalis, & in
eum tranſeunt omnia onera actiua,& paſſiua.
l.1.in prin.iũct.1 l.mulier.§.fin.ff. ad Trebell.
l. fin. C. ad Trebell. Paul. de Caſtr. in d. l. ſi
quis ſeruum.§.fin.num.3.ff.de leg.2. Molin.
in d.lib.1.cap.10.nu.7.

120 Declaratur hęc ſecunda ſubampliatio, vt
tunc demum vera ſit,quando inſtitutio maio
ratus,vel primogenitură facta eſt in teſtamen
to,ſecus ſi extra teſtamentum,cum onera hę-
reditaria non tranſeant, niſi mediante teſta-
mento.d.l.hęreditas.C.de pact.conuent.&
ſic in ſpecie Molin.d.cap.10. nu.7.

121 Declarantur primò ampliatio iſta.14.& il-
lius ſubampliationes,vt procedant in ſuis ter
minis,quando ſcilicet facta eſt de vniuerſa hę
reditate,vel vniuerſis bonis, vel de omnibus
bonis, vel de quota hęreditatis; ſecus quan-
do facta eſſet de quotà bonorum, tunc enim
ſucceſſor non teneretur ad ſolutionem ęris
alieni, quia in eum non tranſeunt actiones
actiuę nec paſſiuæ.l. cum autem.ff. de leg. 2.
Paul.de Caſtr. in d,l.ſi quis ſeruum.§.fin.nu.
3.ff.de legat.2.

122 Declarantur pariter & ſecundò, vt locum
non habeant, quando inſtitutio facta eſt de
aliqua re certa,& particulari,namque hoc ca-
ſu non tenetur ſucceſſor ad debita ſoluenda,
123 q̃a onus æris alieni ſoluendi in ſucceſſorem

certarum rerum non tranſit.l.1.§. ſi hæres.ff.
ad Trebell.l.fin.in fin.ff.de vſufruct.legat.&
ibi Bart.num. 1. Ang. conſ.117. in princ. &
eſt communis,ac frequentiſſima omnium ſen
tentia, vt atteſtatur Couarr. variar. reſolut.
lib.2.cap.2.verſ.prima concluſio.Craſſ. in §.
legatum num.3.& licet primogenitus tenea-
tur ad ſolutionem æris alieni pro portione pri
mogenituræ. Ioann.de Cirier.de primogen.
lib.2.quæſt.5.Tiraquel.de primogen.quæſt.
35.num.27.28.Boer.deciſ.204.num.41.hoc
procedit reſpectu hæreditatis,non autem re-
ſpectu primogenituræ ſimpliciter,ſecundùm
eundem Tiraq.d.quæſt.35.num. 10. vſque
ad num.15.ſubdeclaratur tamen hæc declara
tio, vt vera ſit quando competit actio perſo-
nalis tantùm, ſecus quando competit actio
realis, vel hipothecaria, iſta enim actio equi-
dem tranſit aduerſus poſſeſſorem rei ſingula-
ris.l.1.2.C. ſi vnus ex plurib. hæred. & idem
eſt quando competit actio perſonalis in rem
ſcripta.l. metum autem præſentem.§. fin. ff.
quod met. cauſ. cum alijs per me adductis in
caſ.24.num.3.
124 Declarantur tertiò non habere locum,
quando maioratus vel primogenitura eſſet fa
cta irreuocabilis vigore derogatoriæ vlterio-
ris voluntatis, tunc namquè, quia reuocatio
ipſius derogatoriæ debet eſſe ſpecialis, nec ta
cita ſufficit.l. ſi quis in principio teſtamenti.
ff.de leg.3.iccirco æs alienum poſtmodum
contractum ab inſtitutore,niſi contractum ſit
cum ſpeciali derogatione, non tranſit ad ſuc-
ceſſorem in maioratu, & primogenitura in
præiudicium eiuſdem maioratus,& primoge
nituræ.Molin. poſt Ant.Gomeſ.& Peralt. de
primogen.lib.1.cap.10.num.11.
125 Secundus caſus eſt de debitis contractis
non à primo inſtitutore, vel fundatore, ſed
ab alijs ſucceſſoribus, & hoc caſu diſtingui-
tur,vt in duobus præcedentibus ampliationi-
bus:quod aut debita contracta ſunt pro vtili-
tate,vel neceſſitate maioratus, ſiue primoge-
nituræ, & tunc onus debita ipſa perſoluendi
tranſit in ſucceſſorem eodem modo, quo di-
ctum eſt de ſucceſſore in beneficio. Molin.d.
lib.1.cap.10.num.15.Garſ.de expenſ.& me-
liorat.cap.16.num.14.poſt alios Doctores
hiſpanos, quos ipſe allegat: Aut contracta
ſunt in cauſam propriam, & tunc ſi ſucceſſor
eſt etiam hæres, tenetur ad debita hæredita-
ria;ſi non eſt hæres non tenetur.idem Molin.
d.lib.1.cap.10.num.28.29. Garſ. de expenſ.
& meliorat.d.cap.16.nu. 14. verſ.ſi vero.
126 Ampliatur decimoquintò caſus iſte prin-
cipalis procedere quoque in contractibus,pa
ctis, & promiſſionibus principis: quocirca
duos caſus pariter conſtituo.

Primus eſt in contractibus, pactis, & pro-
miſſionibus concernentibus Principatum, &
illius dignitatem,ac officium,& tunc tranſeũt
ad ſucceſſorem in Principatu, ſiue ad illum
peruenerit per viam ſucceſſionis ſanguinis,ſi-
ue per viam electionis,vt Papa & Imperator,
arg.§.& hoc vero iubemus.authentico.vt nul
li iudic.& ſic tenent Bald.in l.1.in princ.ff.de
conſtit.princ.& ibi & Iaſ.num.13. 14. Cyn.
in l.digna vox.C.de legib.& ibi Alber.de Ro
ſat.col.2.verſ.aut contrahendo.Bald.num.3.
Paul.de Caſtr.num.5.6.Ioan. And. Card. &
Aret.in c.1.de probat.& ibi Dec. numer.37.
38.Bald.num.1.Abb.num.1.vbi de communi.
ni.Ferret.num.6.Brun.conſ.1.num.26.conſ.
10.num.27.& conſ.51.num.2.Oldrad.conſ.
94.num.17. in fin. Roland. conſ.1.num.40.
lib.2.& conſ.13.num.36.& ſeqq. lib.3. Cra-
uett.conſ.241.nu.17.verſ.& præmiſſas.Lof-
fred.conſ.38.col.6.Ruin.conſil.36.nu.16.&
conſ.91.num.3.lib.1.Martin.Laud. de Prin-
cip.quæſt.127. Igneus in l. donationes.num.
18.C.de donat. int. vir. & vxor. Bald. conſ.
271.num.2.3.4.lib.1.Mandoſ.in d.c.1.num.
8.& ſeqq. de probat. vbi alios allegat,& Ne-
uizzan.conſ.12.num.30.inter conſ.feud.qui
plures cumulat.Peregrin.de iur.fiſci.lib.1. tit.
127 3.nu.45.& ſpecialiter in ſucceſſore Pontifi-
cis,Iaſ.conſil. 86.num.22.vol.3. Ruin. con-
128 ſil.90.nu.4.5.vol.1.In ſucceſſore Regis.Pa-
129 riſ.conſil.2.nu.132.lib.4.In ſucceſſore Du
cis Socin. iun. conſil.60. num.18. 29. lib. 3.
Iaſ.conſ.1. num.4. verſ. circa ſecundum du-
bium.lib.1.Ioann. Iacob. de Leonardis con-
ſil.114.num.198.inter conſ.feud. Natt. conſ.
130 122.num.3. lib. 1. In ſucceſſore Marchio-
nis.Iaſ.conſ.249.num.7.& ſeqq. vol.3. Nat-
131 ta conſ.636.nu.13.lib.3. In ſucceſſore Co-
mitis Boer. deciſ.204. num. 41.42. ratio eſt
quia Principatus non moritur. §. fin. authen-
tico. quom. oport. Epiſc. c. ſi gratioſè. de re-
ſcript.in 6.meritò tranſit obligatio ad ſucceſ-
ſorem.c.quoniam Abbas.de offic. deleg. & vl
132 terius cõueniens eſt, quod ſi cupit Princeps
mandata ſua à ſucceſſoribus obſeruari,vt ſuo
rum prædeceſſorum mandatis pariter venera-
tionem præſtet,& cuſtodiam.c.iuſtitiæ 25.q.
1.non obſeruando enim docet ſucceſſores ge-
ſta ſua diſſoluere c.inſtitutionis.25.q.2.ideo
Papa in c.ſi ea deſtruerem.25.q.2.dicit quod
ſibi non licet deſtruere, quæ eius anteceſſo-
res ſtatuerunt, alibi dicit Bald.in conſil.318.
lib.2.

lib. 2. quod qui non ſeruat morem antiquo-
rum, non ſeruat honorem eorum, à quo Prin-
cipes ſucceſſores valdè cauere debent, quod
refert, & ſequitur etiam Crauet. conſil. 238.
num. 9. 10.

133 Declaratur primò ampliatio hæc, quia cō-
tractus, & pactum Principis tranſit ad ſucceſ-
ſorem cum ſuis qualitatibus, ita quod ſi ex ali
qua cauſa ipſe ſtare non tenetur, pariter nec
tenetur ſucceſſor, nam is in quem tranſmitti-
134 tur, vtitur iure & perſona tranſmittentis. l.
ſi quis filiumfamilias. §. ſi filius vbi Bart. &
alij. ff. de acquir. hæredit. Alex. conſ. 132. nu.
3. lib. 6. Ruin. conſ. 39. num. 7. vol. 3. Burſat.
conſ. 61. nu. 19. Socin. conſ. 67. lib. 4. Tiraq.
de iure primog. quæſt. 14. num. 8.

135 Declaratur ſecundò vt tunc demum con-
tractus, & Pactum Principis tranſeat ad ſuc-
ceſſorem, quando continet iuſtitiam natura-
lem, & æquitatem. Bald. in d. l. digna vox. C.
de legibus. refert, & ſequitur Iacobin. in ſua
inueſtit. in verb. Princeps. verſ. ſed an Prin-
ceps. num. 1. Tiraq. de iure primog. quæſt. 35.
num. 20.

136 Declaratur tertiò ampliatio, vt locum non
habeat, quando contractus, & pactum Princi-
pis, ſiue inueſtitura eſſet in magnam diminu-
tionem iuriſdictionis Principatus, tunc enim
ſucceſſor non tenetur ſtare. c. intellecto. de iu
reiur. Bart. in l. prohibere. §. planè. ff. quod vi,
aut clàm. Iaſ. conſ. 1. num. 5. lib. 1. Peregrin.
de iure fiſci. lib. 1. tit. 3. num. 73. 74.

137 Declaratur quartò quia licet pactum, &
contractus Principis concernentes Principa-
tum tranſeant ad ſucceſſorem in Principatu,
tamen nō ſic eſt in lege, vel ſtatuto, quia Prin
ceps non poteſt ſucceſſori legem imponere. l.
nam magiſtratus. ff. de arbitris. l. ille à quo. §.
tempeſtiuum. ff. ad Trebell. in ſpecie Bald. in
l. digna vox. num. 3. C. de legib. Peregrin. de
iure fiſc. lib. 1. tit. 3. num. 94.

138 Secundus caſus eſt in contractibus, pactis,
& promiſſionibus factis per Principem in nō
concernentibus officium Principatus, & hoc
caſu ſi ſucceſſor eſt etiam hæres, ſine dubio
contractus, & pactum prędeceſſoris ad ipſum
ſucceſſorem tranſit, ſicut ad quemlibet ſuc-
ceſſorem priuati per regulam d. l. cum à ma-
tre. C. de rei vendicat. l. ex qua perſona. ff. de
reg. iur. l. ſi ab eo. C. de liber. cauſ. ſic Iaſ. in d.
l. 1. num. 14. ff. de conſtit. princ. Boer. d. deciſ.
204. nu. 42. Iacob. in ſua inueſt. in verb. Prin
ceps. verſ. ſed an Princeps. nu. 1. Socin. conſ.
60. num. 19. vol. 3. Roland. conſil. 100. num.
139 142. verſ. ſecundò. lib. 4. Si autem non eſt
hæres, ſed tantùm Principatus, & Regni ſuc-
ceſſor, quia in Regnis, & feudis ex pacto, &
prouidentia non defertur ſucceſſio iure hæ-
reditario, ſed ea obtineri poſſunt repudiata
hæreditate. Iſer. in cap. 1. nu. 1. verſ. ſi autem
eſt datum. de ſucceſſ. feud. per tex. in l. dotem
quam dedit. ff. de collat. bonor. l. quodcum-
què. §. ſi quis ità. ff. de verb. obligat. vbi ſi pa-
ter ſtipulatur filio acquiritur illi actio etiam
ſi non eſt hæres. l. filiusfamilias. §. cum quis.
ff. de leg. 1. vbi conditio; ſi ſine liberis; deficit
per exiſtentiam liberorum, licet non ſint hæ-
redes: idē Iſer. in c. 1. nu. 1. & ſeqq. an agnat.
vel fil. defunct. Menoch. conſ. 61. num. 8. Ro-
land. conſ. 67. num. 21. lib. 1. & conſil. 28. nu.
9. verſ. ſecundò. & num. 10. lib. 3. Roſentall.
de feud. cap. 7. concluſ. 21. num. 3. 4. 5. littera
D, vbi iuribus, iudicijs, & totius ſcolæ Docto
rum auctoritate hoc latè comprobat. Peregr.
conſ. 1. num. 47. & ſeqq. lib. 2. hoc igitur caſu
quando ſucceſſor in Principatu non eſt hęres
prædeceſſoris, non tenetur ad contractus eiuſ
dem prædeceſſoris, nequè ad ſolutionem ęris
alieni per eum in non concernentibus Prin-
cipatum contracti. Roſentall. de feud. loc. cit.
cum alijs ab eo relatis: & Peregr. d. conſ. 1. nu.
47. lib. 2. ad hoc. l. prouidendum. C. de decu-
rion. lib. 10. idquè procedit etiam in alijs offi-
cialibus, nam pro regula traditur non poſſe
officiales grauare ſuos ſucceſſores Bart. in l.
ambitioſa. num. 5. ff. de decret. ab ordin. fa-
cien. Bald. in cap. 1. nu. 3. tit. qui ſucceſſ. feud.
dar. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 167. num. 1.
& ſeqq. tum quia par in parem non habet im-
perium d. l. nam magiſtratus. ff. de arbitr. tum
etiam quia ſic conferrent diſpoſitionem in tē-
pus quo non poſſunt diſponere l. quod ſpon-
ſæ. C. de donat. ant. nupt. quod multo magis
procedit in Principatu electiuo, vt Pontifi-
catu & Imperio, pacta enim, contractus, &
promiſſiones Papæ, & Imperatoris in non cō-
cernentibus Pontificatum, & Imperium ad
ſucceſſorem vti non habentem cauſam ab ip-
ſo prædeceſſore non tranſeunt. l. lex vectiga-
li. ff. de pignorib. l. ſi quis domum. ff. locat.
140 nā ius non tranſit ad ipſum ſucceſſorem, ſed
de nouo creatur per electionem. c. dilecto. de
præbend. & ſic dicunt Bald. & Iaſ. in d. l. 1. ff.
de conſt. princ. Brun. conſil. 1. num. 26. Boer.
d. deciſ. 204. num 42. cum alijs ſupracit.

141 Ampliatur decimoſextò caſus principalis,
vt procedat etiam in iure quod competit ali-
cui pro reſciſſione contractus ex cauſa læſio-
nis, doli, fraudis, vel alterius cauſæ, nàm iſtud
ius reſcindendi ſimiliter ad hæredes tranſmit

titur

titur Dec.conſ.203. ſub num.7. verſ. ex quibus omnibus. Crauet.conſ.185.in fin. & cōſ. 142.num. 29. ducuntur illa generali concluſione, quod ea quæ competunt ex beneficio legis & titulo ſingulari tranſmittuntur ad hæredes per ea, quæ ſcribit Iaſ.in l.ſi arrogator. num.14.& ſeqq.ff.de adopt.idem Crauet. d. conſ.185. num.3. Surd.deciſ.138. num.15. Roland.de lucro dot.quæſt.47.& dixi in caſ. 8.nu.174.& de remedio leg.2.C.de reſcind. vend. quòd illud tranſmittatur ad hæredes etiam ſine agnitione, tradit Cancer.var.reſol. lib.3.tit.de inuentar.cap.2.num.198.

142 Ampliatur decimoſeptimò caſus principalis vt locum habeat generaliter in omni materia, nàm regula iuris eſt factum defuncti ad hæredes tranſire nec poſſe hæredes venire cōtra factum ipſius defuncti d.l. cum à matre C. de rei vendic. l.venditrici C.de reb. alien. nō alien.l.ſiue poſſeſſio C.de euict. quam regulã exactè pertractat per ampliationes, & fallentias Gabriel concluſ.11.de reg.iur. & Pinell. in l.1.part.3.num.81.& ſeqq.C.de bon. matern.in ſpecie autẽ de alienatione feudi quòd hæredes non poſſint regulariter contrauenire alienationi feudi factæ per defunctum, tradit Roſentall.de feud.cap.1.concluſ.66.cũ multis ſeqq. De alienatione fideicommiſſi Marzar.de fideicom. quæſt. 46. Peregr. de fideicom.art.33.Fuſar.de fideicom.ſubſtit.quæſt. 557. De confeſſione Tuſch.in liter.C.cōcluſ. 663. De renunciatione iurium Menoch. cōſ. 1.num.68. De tranſactione Bero.conſil.176. num.74.lib.1.Ludouiſ.deciſ.354.num.3. & de hac latius dicam in caſ.34.

143 Declaratur primò caſus iſte principalis, & iura in eo deducta procedere in factis perſonę non cohærentibus quę poſſunt impleri, & expediri per alium, vt domum, vel monumentũ ſuis ſumptibus facere, rem emere, locationem ſubire, vel quid ſimile facere.l.vnica.§.ne autem.C.de caduc. tollend.l.non ſolùm.la 2. §. tale.ff.de liberat. legat. Secus in factis cohærentibus perſonæ, quæ ab alio adimpleri non poſſunt, puta quod aliquis liberalibus ſtudijs vacet, domum proprijs ſuis manibus extruat, vel pingat, vxorem ducat, quia hæc ad hæredes non tranſeunt.d.l. vnic. §. ſin vero talis. C.de caduc.tollend.l.non ſolùm.la 2. §. tale. ff.de liberat.legat.l.cẽteſimis.§.1. ff. de verb. obligat.idem eſt in voto, quia ſi votum impleri poteſt per hæredes, puta quia illud conſiſtit in aliquid dando, eius obligatio ad ipſos hæredes tranſit; ſi autem per eos impleri non poteſt, puta quia defunctus vouit de eundo ad ſanctum Iacobũ, tunc ſecus l.2. & ibi gloſ. vlt.quæ ſic declarat.ff. de pollicitat. Idem de adminiſtratione cōceſſa per teſtatorem alicui primogenito, & maiori natu adminiſtrandi, regendi & gubernandi, hæc enim eo mortuo pariter non tranſit ad eius hæredes.Corn.cōſil.243. num.14. vol.3. & alia exempla adducam inferius. num. 168. idemquè eſt de alijs pactis perſonalibus, ea namquè ad hæredes non tranſeunt.l.idem in duobus.§.perſonale. ff.de pactis.in ſucceſſorem autem ſingularem tranſeunt ſtipulatore viuente tantùm, non alias, hoc eſt quòad commoditatẽ, non quòad ius.l.ſi tibi.§.pactum, vbi Bart.& Paul.de Caſtr.num.1.& 2.verſ.nec obſtat.ff.eod. de pact.

144 & idem ſi perſonalia ſunt ex parte vnius, ex parte vero alterius in rem, vt pactum ne ego petam, hoc enim modo ex parte mea eſt perſonale, ex altera eſt reale, vel ne à te petatur, quia ex parte tua eſt perſonale, ex parte mea reale.l.qui in futurũ.§.ſi ex altera. ff. de pact.

145 & in ſtipulatione de non offendendo, ea enim ex parte ſtipulatoris eſt perſonalis, & nō tranſit ad hæredes.Ang. Petr.de Anchar. & Paul.de Caſtr.in l.2.§.item ſi in facto.ff.de verb. obligat. Bologn.in l.4.§.Cato.nu.194. ff.eod.& ratio eſt, quia eſt interpoſita ad tuitionem ſuæ perſonæ tantùm non etiam hæredum, ex parte autem promiſſoris eſt in rem, & tranſit ad hęredes ipſius, nam etiam illius hæredes offendere poſſunt.Bart. ĩ d.l.4.§.Cato.num.32.ff.de verb. obligat. idem eſt quoquè de vſufructu, qui ex parte ſtipulatoris eſt perſonalis, & eius morte finitur, ex parte autem promiſſoris eſt in rem.l.vti frui.§.vtrum. ff.ſi vſusfruct.pet.l.5.§. reo ff. de vſufruct. & quemad. quis vtat.idem eſt quoquè de alimẽtis, quæ ſunt ad ſuſtentationem perſonæ, nam pro parte creditoris ſunt in perſonam, & cum eius morte finiuntur, ex parte autem debitoris ſunt in rem, quia etiam hæredes tenentur. l.libertus quos.§.manumiſſis.ff.de aliment.& cibar.legat.

146 Declaratur ſecundò, quia ſi ſtipulatio interpoſita eſſet ſuper re de ſui natura ad hæredes non tranſibili, nec ipſa ſtipulatio ad hęredes tranſiret, vt de ſtipulatione legati conditionalis.l.1.§.ſi quis ſub conditione. ff. vt legat.nom. caueat. de ſtipulatione actionis iniuriarum.l.ſi eum.§.qui iniuriarum.ff. ſi quis caut.de ſtipulatione vſus, & vſufructus.l. ſtipulatio iſta.§.ſi quis ità.ff. de verb. oblig. ratio eſt, quia aſſumit ſibi naturam actus ſuper quo iuterponitur.d.l.ſi eum.§.qui iniuriarũ. vbi Bart.ff.ſi quis caut.l.fin.C. de nō numer.

pec.

pec.l.ſed & ſi poſſeſſori.§.item ſi iurauero.ff. de iureiur. & quemadmodum.eod.tit.

147 Declaratur tertiò ſimiliter non procedere quando natura contractus non patitur, vt ad hæredes tranſeat, vt in ſocietate.l.nemo poteſt.l.adeo morte.vbi Bart.ff.pro ſocio.Curt. ſen.conſ.93.Deci.conſ.293.num.1.Ruin.conſil.90.num.11.& conſil.91.num.11.lib.1.Pariſ.conſ.84.num.3.& conſil.86.nu.18.lib.1.

148 Declaratur quartò non procedere, quando forma verborum non patitur, vt tranſmittatur, vel ex mente & coniecturis contrahentium apparere poteſt ſtipulationem factã eſſe in perſonam.l.iuriſgentium.§.pactorum.ff.de pact.

149 Declaratur quintò caſus, quia licet ſtipulatio tranſeat ad hæredes, vt ex iuribus in caſu deductis.& l.ſed & ſi quis.§.ſi operas.ff.de vſufruct.& quemad. quis vtat.l.2.§.ex his.verſ.ex quo.ff.de verb. obligat. tamẽ hoc intelligitur verum eſſe in hæredibus, & ſucceſſoribus vniuerſalibus, ſecus in hæredibus ſingularibus, nam ad hæredem vel ſucceſſorem ſingularem ſtipulatio non tranſit. l. ſi ſeruus cõmunis.§.cum ſeruus.ff. de ſtipulat. ſeruor. quia ius quod ex ea quæritur eſt perſonale. Ang.in d.§.ſi operas.allegat.l.quis ergo.ff.de pecul. Et licet videatur etiam ad hæredem ſingularẽ tranſire per tex.in d.l.ſed & ſi quis.§.ſi operas; nihilominus aduertatis, quod nõ tranſit in ſpecie, ſed tantùm in genere, hoc eſt, quia actio pro tempore præſenti eſt penes ſtipulatorem, actio autem pro tempore futuro eſt penes hæredem, non illa eadem ſpecie, ſed alia.ſic gloſ.in d.§.cum ſeruus.in verb. pecu-

150 niam.& Bart.ibi num.1. 2. Benè verum eſt quod ſtipulationes, & pacta realia, vt pignoris, hyppotecæ, & retrouenditionis tranſeunt etiam in ſingularem ſucceſſorem.l.ſi conuenerit.la.2.§.ſi fundus.ff.de pignorat. act. l. ſi debitor.C.de diſtract.pignor.l.Pomponius.§.cum quis.ff.de acquir.poſſeſſ.Tiraq. de retract.conſang.§.1.gloſ.10.num.13.Boer.deciſ.182.num.16.Afflict.deciſ.95.num.3.Pariſ.conſ.127.num.12.lib.4.Socin.iun.conſ.74.num.8.lib.3.& ratio eſt quia res trãſit cũ ſua cauſa.d.l.ſi conuenerit.§.ſi fundus.& d.l.ſi debitor.

151 Et pariter in ſingularem ſucceſſorem; vt emptorem vel donatarium, trãſeunt quoquè pacta perſonalia l.ſi tibi.§.pactum.ff. de pact. limitatè tamen viuente ſcilicet ſtipulatore, tantùm, non eo mortuo, hoc eſt quoàd ſolam commoditatem non quoàd ius, nàm alio modo pactum perſonale non egreditur perſonã, nec tranſit ad hæredes l. idem in duobus.§.perſonale.ff.eod.de pact. ſic declarat gloſ. in d.§.pactũ.in verb. emptori.in fin. & ibi Bart. & Paul.de Caſtr.num.1.& 2.verſ.nec obſtat. & Alex.in fin.& Ang.& dixi in caſ. 26. nu.3. & infra caſ.66.num.21.Subdeclaratur adhuc quia ſi pacto perſonali adiecta eſſet dictio taxatiua, tunc eſſet perſonaliſſimum & non trãſiret ad ſucceſſorem etiam viuente ſtipulatore vel paciſcẽte l.niſi.ff.de pact. & per illum tex. Paul.de Caſtr. in d.§.pactum.nu.2.in fin.

152 Declaratur ſextò caſus locum non habere in hæredibus adiecti ſolutioni, nàm ſi quis adiectus ſit ſolutioni tantùm, non etiam obligationi, non tranſmittit ad hæredes facultatem, vt ipſis hæredibus fieri poſſit ſolutio. l. cum quis ſibi.ff.de verb. obligat. l. ſi ſtipulatus ſum.ff.de ſolut.& ratio vna eſt, quia adiectus habet merum factum, meramque facultatem recipiẽdi ſolutionem, ita quod aliquid iuris ei non acquiritur, ſed ea quæ ſunt facti non tranſeunt ad hæredes.l.qui hæredi. in princ.ff.de condit.& demonſtrat. ob id ſolutio debet fieri præciſè adiecto, non eius hæredibus; alia eſt ratio, quia videtur electa induſtria perſonæ adiecti, poteſt enim accidere, vt hæres adiecti vel propter ſexus, vel ætatis infirmitatem, vel ipſorum hæredum multiplicitatẽ habiles non ſint.l.cuius bonis.ff.de curat.furioſ.& conſequenter quod creditor de illis non confideret, prout confidit de adiecto, quam rationem conſiderat Iaſ.in d.l.cùm quis.ff.de verb. obligat.

153 Subdeclaratur primò, nam etiam ea quæ ſunt facti tranſeunt ad hæredes, quando factum eſt executiuum iuris præambuli.Bar.in.l.ſi ſtipulatus fuerim.num.3.verſ. ſed contra. ff.de verb. obligat. ſequitur Alex. in l. cum quis.num. 6. quam legit cum.l. in ſtipulationibus, & ibi Iaſ.nu.2.ff.eod.tit. & adducunt rationem, quia ſicut ad hæredes tranſit illud ius præambulum, ita etiam tranſit factum, nã illud dicitur actus conſecutiuus, qui eſt quid acceſſorium, & connexum, puta inueſtitura, & traditio poſſeſſionis ad actum collationis, & electionis antea factum, de quibus plenè per Lancellot. de attent. appellat. pend. limit.40.

154 Subdeclaratur ſecundò, quia licet adiectus ad ſolutionem recipiendum non tranſmittat ad hæredes facultatem, vt ipſis fieri poſſit ſolutio, hoc tamen procedit, quando adiectus fuit nomine proprio, ſecus ſi ſub nomine dignitatis, nam tunc ad ſucceſſorem tranſmitteret.cap.quoniam.Abbas.de off. deleg. quam

decla-

declarationem firmat etiam Ang. in d. l. cum quis. & ibi Alex. numero 6. ff. de verb. obligat.

155 Declaratur ſeptimò non procedere in annua præſtatione gratuita, quia à neutra parte tranſit ad hæredes. cap. 1. §. fin. quis dicat Dux. March. com. vbi Prepoſit. nu. 2. Subdeclaratur, quia tranſit ſi actum ſit, cùm à verbis claris non ſit recedendum. l. ille aut ille. §. cū in verbis. ff. de leg. 3. Iſern. in d. cap. 1. num. 6. & Præpoſit. num. 2. quis dicat. Dux, March. com. Subdeclaratur item, nā pariter tranſit ad hęredes reſpectu temporis de pręterito, per not. in l. diem functo. ff. de offic. aſſeſſ. & tenet Iſern. ac Præpoſit. loc. cit.

156 Declaratur octauò locum non habere in pacto, vel obligatione limitata ad vitam, puta paciſcentis, quia non tranſit ad hæredem. l. in epiſtol. 1. §. de inofficioſo. vbi Iaſ. ff. de pact. & facit tex. in d. l. ille aut ille. & l. non aliter. ff. de leg. 3.

157 Declaratur nonò non procedere in pacto facto ſocero à marito de dote non petenda, quia ſpeciale eſt quod extinguitur per mortem Soceri, & non tranſit ad eius hæredes. l. ſi marito publico iudicio. §. ſi pater. ff. ſolut. matrim. Alex. in l. 1. nu. 42. ff. eod. Campeg. de priuileg. dot. verſ. vigeſimoquinto.

158 Declaratur decimò caſus non procedere in hærede qui inuentarium confecit, ad eum enim obligationes defuncti non tranſeunt, niſi quatenus vires hæreditariæ patiuntur. l. fin. C. de iure deliber.

159 Declaratur vndecimò locum non habere in foro conſcientiæ, nàm cum in illo foro ceſſet præſumptio fraudis, ob id obligationes defuncti reſpectu illius fori non tranſeunt ad hæredem, niſi pro viribus hæreditarijs etiam ſi inuentarium non confecerit. Ioan. And. in cap. quamquam. col. 6. verſic. vidi dubitari. de vſur. in 6. Bart. & Iaſ. in rubr. ff. de acquir. hęredit. Felin. in cap. 1. nu. 44. de conſtit. Alciat. in cap. nouit. nu. 42. de iud. Martin. laud. de primogenit. quæſt. 7. Couarruu. in cap. 1. nu. 16. de teſtam. vbi alios allegat. & Ruin. conſ. 20. num. 6. lib. 4. qui teſtatur de communi.

Verùm quia in 1. & 2. declarat. caſus principalis dictum eſt ſtipulationem non tranſire ad hæredes, quando interpoſita eſt ſuper factis cohærentibus perſonæ, vel ſuper re ad hęredes non tranſibili, ideo operę prætium eſt videre de aliquibus.

160 Quęro igitur primò, an obligatio facta in contractu, vt quis poſſit capi perſonaliter pro obſeruantia eiuſdem contractus tranſeat ad hęredes obligati, num talis obligatio valida ſit, dummodo captura, & carceratio fiat miniſterio iudicis, vt per Feder. de ſen. conſil. 60. num. 1. Paul. de Caſtr. in l. Titio centum. §. Titio centum. num. 9. ff. de condit. & demonſtrat. vbi dicit ita vbiquè ſeruari. ſequitur Galleſ. ad form. cam. 3. partic. quæſt. 4. quamuis ſi conuentum eſſet, vt captura fiat propria authoritate creditoris, non valeret conuentio, vt poſt Dyn. tenet Bart. in d. alia. §. eleganter. nu. 10. ff. ſolut. matrim. & ſequuntur. ibi Imol. Ang. Roman. & Alex. num. 6. & ſeqq. Felin. in cap. ex reſcripto. nu. 14. de iureiur. vbi alios allegat. Viuius comm. opin. litera debitor. ſub nu. 2. Vaſqu. de ſucceſſ. creat. §. 6. nu. 33.

Pro reſolutione ergo duos caſus cōſtituo. Primus eſt in obligatione ex contractu, & tūc huiuſmodi obligatio in caſu illius validitatis tanquā obligatio cohærens perſonæ non tranſit in hæredem obligati. Bart. per illum tex. in l. ſi decesserit. num. 1. Caſtrenſ. ibi num. 10. & Iaſ. num. 13. ff. qui ſatiſd. cogant. & Abb. in cap. fin. num. 3. de arbitr. & conſil. 90. num. 13. vol. 1. Ant. Canar. in tract. de execut. inſtrum.

161 quæſt. 30. Ad hęredes autem creditoris, vel eius ceſſionarium benè tranſit ius capiendi ipſum obligatum. Iac. Butr. quem refert, & ſequitur Bald. in l. per diuerſas. nu. 14. C. mandat. Paul. de Caſtr. in l. poſtulante. num. 6. & ibi Alex. ſub num. 5. ff. ad Trebell.

162 Secundus caſus eſt in obligatione ſtatutaria, nempe quando extat ſtatutum diſponēs, quod debitor, ſeu obligatus capi poſſit, & hoc caſu obligatio tranſit ad hæredes ipſius obligati, ità ut illius hęredes quoquè perſonaliter capi, & detineri poſſunt, licet ſtatutum de hęredibus debitoris nullam mentionem faciat, hoc tenent Bart. in l. poſtulante. per illū tex. ff. ad Trebell. & cum eo trāſit ibi Io. de Imol. & Ang. & Alex. num. 2. & Paul. de Caſtr. nu. 3. idem Paul. de Caſtr. in l. ſi deceſſerit. num. 10. vbi Iaſ. nu. 13. & 14. ff. qui ſatiſd. cogant. Roman. conſ. 120. idem Alex. conſ. 48. nu. 16. vol. 5. Abb. in d. c. fin. num. 3. de arbitr. Ant. Canar. d. quæſt. 30. loc. cit. Et hanc eſſe communem opinionem atteſtatur Vaſquius de ſucceſſ. creat. §. 6. num. 36. & ratio eſt quia hæres poſt aditam hæreditatem pariter debitor, & obligatus dicitur. l. debitor. ff. de verb. ſignif. Nec obſtat quod ſtatuta non extendātur de perſona ad perſonam. l. ſi vero. §. de viro. ff. ſolut. matrim. nam cùm hæres ſit adeo debitor, & obligatus, vt erat defunctus, intrat ſtatutum principaliter contra eum, non per extenſionem.

163 De-

163 Declaratur tamen quia ſi ſtatutum non loqueretur de debitore, ſeu obligato; ſed loqueretur de promiſſore, tunc quicquid dicat. Imol. in d.l. ſtipulante & Vaſqu. de ſucceſſ. creat. §.6.nu.43. non traheretur ad hæredes, nam licet hæres dicatur debitor, & obligatus, tamen non dicitur promiſſor, cùm ipſe non promiſerit; quia ſtatutum huiuſmodi tanquàm odioſum, & irrationabile non debet extendi vltra perſonã de qua loquitur. l.quod vero.ff.de legib.l.ſi vnus. §.ante omnia.ff. de pact.& ſic etiam tenent Alex.in d.l.poſtulante.num.2.Socin.conſ.293. lib.2. & poſt eos. Dec.in l.hæredem.nu.2.ff.de reg.iuris.

164 Declaratur ſecundò nam ſtatutum iſtud permittens capturam non habet locum in hęrede debitoris conficiente inuẽtarium.Imol. in d.l.poſtulante.vbi Alex.num.7.verſ. item inquantum.ff.ad Trebell.Craſſ.in §.tranſmiſſio.quæſt.vlt.nu.6. nòn enim is tenetur, niſi pro viribus hæreditarijs.l.fin.C. de iur. deliber. & iſtud ſtatutum debet intelligi ſeruato iuris ordine Bald.in l.1.C.qui bon. ced. poſſ. in verb.quæro ſi ſtatutum dicit.

165 Declaratur tertiò quia antequàm deueniatur ad capturam hæredum, debet præcedere citatio.Bald. in d.l.per diuerſas. num. 14. C. mandat.Alex.in d.l.poſtulante.num.5.& ibi Caſtrenſ.num.4.& 5.Dec.in cap.quia g. nu. 7.de iudic.Socin. in Fallentia reg.135. Roland.conſ.20.num.8.& ſeqq.lib.1. Ant. Canar.in d.tract. de execut. inſtrum. quæſt.30. Surd.conſ.121.num.4.& ſeqq.vol.2. niſi ſtatutum diceret, quod debitor capi poſſit ad meram voluntatem creditoris, tunc enim capi poſſet ſine citatione. Ang.in d.l.poſtulante.& ibi Alex.num.8.

166 Ius autem capiendi debitorem competens ex contractu, vel ſtatuto cedi poteſt.ſic determinauit Iac.Butr.quem refert, & ſequitur Io. And.in addit.Spec.de ceſſion.act.§.1.in verb. de ceſſione.poſt princ.& Bald.in l. per diuerſas.num.14.C.mandat.Paul.de Caſtr.in d.l. poſtulante.num.6.ff.ad Trebell.Tiraq.de retract.lignag.§.29.gloſ.3. num.24. cum alijs per eum adductis.allegat l.imperator.ff. qui ſin.manum.ad libert.peruen.

167 Quæro ſecundò an ſtipulatio facti affirmatiui tranſibilis ſit ad hæredes, & breuiter ſi loquimur an tranſibilis ſit ad hæredes ſtipulatoris, concluſio eſt affirmatiua cum infraſcri-
168 ptis tamen limitationibus: Primò dummodo factum, quod deductum eſt in ſtipulationem ſit certum, & determinatum, puta de incidendo decem plauſtra lignorum ab igne ex aliquo nemore, tunc enim talis facultas tanquàm certa tranſit ad hæredes.l.ſi neceſſarias. §.de vendendo.ff.de pignorat.action.l.ſi pactum.ff.de probat. niſi qualitas perſonæ ſuadeat, vt ſit merè perſonale.l.pen. ff. de ſeruit. legat. Sed ſi factum eſſet incertum, & indeterminatum vt de cædendo lapidem, tunc dicitur cohærere perſonæ & videtur electa eius induſtria ad determinandum, & ita non tranſiret ad hæredes.l. vnic. §. ne autem.C. de caduc.tollend. l. inter artifices.ff. de ſolut.cap. fin. de offic. deleg. ſic Petr. Cyn. Bald. Imol. Alex.& cæteri.in l.idem Iulianus.§.ſi quis alicui.ff. de leg. 1. & Iaſ.ibi num.5. & in.l. ſi ſic ſtipulatus.la grande.num.10.ff.de verb.obligat.& conſ.89. num. 16. verſ. ſeptimò lib.3. Natta conſ.163.nu.10. & conſ. 164. nu. 23. lib.1.Dec.conſ.262.nu.2.verſ.tertiò, & nu. 6.verſ.ſextò.Simile eſt, quod liceat mihi capere de bonis tuis, vel in viridario tuo cenare, aut deambulare. l. vt pomum. ff. de ſeruitut.

169 Secundo limitatur non procedere in factis cohærentibus perſonæ ſtipulatoris, vt dictum eſt.nu.143. & eſt exemplum de operis obſequialibus, quia non tranſeunt ad hæredes niſi reſpectu intereſſe pro mora promiſſoris.Bart. ĩ d.l.ſi ſic ſtipulatus.nu.3.allegat.l. à duobus. l.Fabriles.l.operę in rerum ff.de operis libert.

170 Tertiò limitatur, vt nõ procedat, quãdo ſtipulatio facti affirmatiui interpoſita eſt ſuper re ad hæredes non tranſibili, vt dixi.nu. 146. & facit Bart.in d.l.ſi ſic ſtipulatus.num.3.

171 Si autem loquimur, an ſtipulatio facti affirmatiui tranſibilis ſit paſſiuè ad hæredes, ſeu contra hæredes promiſſoris; ſic diſtinguitur, Aut factum cohæret perſonæ ita quòd expediri non poteſt per alium, & non tranſit: Aut non cohæret, puta quia factum ipſum poteſt etiam explicari per alterum, & ſemper tranſit, niſi concernat induſtriam perſonæ, & ſic diſtinguit Bart.in d.l.ſi ſic ſtipulatus.la grande. num.3. & 4. ff. de verb. obligat. poſt Petr.& Cyn.in d.l.veteris.C.de contrah.ſtipul.In cõtrariũ autẽ, qđ imò ſi factum cohæreat perſonę promiſſoris, vel electa ſit eius induſtria, obligatio adhuc tranſeat ad hęredes eiuſdẽ promiſſoris non facta differẽtia an cohęreat, vel nõ cohæreat pſonæ, vel alicuius induſtriã cõcernat, vrget tex. ĩ d.l.veteris. vbi reiecta hac ſubtili diſtinctione, cõſideratur ſolũmodo effectus obligationis, & adducitur ratio, q̃a cũ ſimilis ſit natura omnium hominũ, ita vt tantundem, vel plus, vel paulominus per aliũ pręſtari poſſit, quã per promiſſorem, non eſt dicẽdum hęredes nõ poſſe factum defuncti adim-

plere; & ſic quod obligatio ad hæredes tranſeat exploſa differentia iſta, tenuit Cyn. in d. l. veteris. & illum ſequuntur Ioan. de Imol. & Aret. in l. ſi ſic ſtipulatus. & ibi Iaſ. num. 19. ff. de verb. obligat. pro qua opinione facit ratio quia electio induſtriæ perſonę eſt in fauorem ſtipulatoris ideo ipſo ſtipulatore contentante, quod factum defuncti adimpleatur per hæredem, quomodocunque is ſcit, & poteſt, idẽ hæres tenetur adimplere ad. l. cum à matre. C. de rei vendicat. nàm alias inductum in fauorem retorqueretur in damnum. contra reg. l. quod fauore. C. de legibus. & c. quod ob gratiam. de reg. iur. in 6. & ratio rationis eſt ratio caſus, quia hæres repræſentat perſonam defuncti, & facit etiam tex. in ſui generalitate in l. ex qua perſona. ff. de reg. iur. vbi quis tenetur præſtare factum eius, ex cuius perſona lucrum capit: Non recedatis tamen ab hac diſtinctione, quam etiam conſideraui. num. 143. quòd aut factum tale eſt, quod poteſt per alium expediri, & tunc procedit. d. l. veteris. C. de contrahend. ſtipulat. vt ad hæredes tranſeat; aut nõ poteſt expediri per aliũ, & non trãſit. ſic gloſ. 2. Bart. Bald. & alij in d. l. veteris.

172 Quæro tertiò an idem ſit de ſtipulatione facti negatiui, & puto ſtipulationem facti negatiui pariter compræhendere hæredes & ad eos tranſire, nulla etiam de eiſdem hæredibus mentione facta. l. ſtipulatio iſta. in princ. verſic. ſed ſi ſe. ff. de verb. obligat. gloſ. 2. in l. ſi ità ſtipuler, & in l. ſi ſic ſtipulatus. la grande. in verb. caput. ff. eod. tit. gloſ. in l. ſi pactum. ff. de probat. quæ loquitur de pacto de non petendo; & hanc partem tenet Bart. Ang. Aret. Raph. Cum. & Paul. de Caſtr. in d. l. ſi ſic ſtipulatus. in fin. ff. de verb. obligat. idem Bart. & Ang. in l. qui in futurum. §. 1. ff. de pact. Alex. conſ. 148. num. 3. lib. 5. vbi dicit, quod iſta opinio videtur eſſe ipſa veritas, & quod non poteſt benè reſponderi ad d. l. ſtipulatio iſta; quodquè hanc opinionem tanquàm veriorem ſemper ſecutus eſt, & eſt ratio, quia in dubio pactum videtur eſſe in rem, & perſona videtur adiecta, vt demonſtretur cum quo ſit conuentio. l. iuriſgentium. §. pactorum. ff. de pactis; & quia hæres ſuccedit in vniuerſum ius defuncti, & cenſetur eadem perſona cum eo, ob id quoad effectum, vt obligatio tranſeat ad ipſos hæredes non eſt fienda differentia inter obligationem facti affirmatiui, vel facti negatiui: nec obſtat tex. in l. qui in futurum. §. 1. ff. de pact. vbi promiſſio negatiua; ne ego petam; vel ne à te petatur; compræhendit tantùm perſonas contrahentium non etiam illorum hæredes, & ſic ad eorum hæredes nõ tranſit, quia ibi ſubauditur dictio taxatiua; tantùm; Franc. Accurſ. & Iacob. de Beluiſ. & poſt eos Bart. in d. l. qui in futurum. §. 1. ff. de pact. & in d. l. ſi ſic ſtipulatus. num. 2. in fine. ff. de verbor. obligat. nã iura etiam per ſubauditionem concordanda ſunt. gloſ. in cap. cupientes. in verb. petere. de elect. in 6. per tex. in l. 1. C. de inoff. dotib. §. fin. in authentico de exhiben. reis. c. cũ expediat. de elect. in 6.

173 Declaratur primò hæc tertia quæſtio procedere, quando perſona adijcitur verbo obligatiuo, ſeu promiſſiuo, vt profiteor te non teneri, tunc enim verum eſt quod ſtipulatio, & pactum eſt in rem, & tranſit ad hæredem. l. tale pactum. vbi Paul. de Caſtr. nu. 4. ff. de pact. quando autem perſona adijcitur verbo executiuo, tunc ſi ſtipulatio eſt de tertia perſona, puta ne petatur à Lucio Titio, eſt perſonalis, & ad alios non porrigitur. l. iuriſgentium. §. pactorum. l. idem in duobus. §. perſonale. l. & hæredi. §. nos autem. ff. de pact. Paul. de Caſtr. in d. l. tale pactum. num. 4. Iaſ. in d. §. in his. num. 2. in fin. ff. de pact. Bart. in l. ſi ſic ſtipulatus. la grande. ſub num. 2. ff. de verb. obligat. Si vero ſtipulatio apponitur de ſe ipſo ſtipulante, tunc adhuc ſubdiſtinguitur, quia aut eſt talis, qui conſiderato illo præſenti ſtatu non poteſt habere hæredem, vt ſeruus, & eſt perſonalis, nec tranſit ad hæredes niſi ipſo viuente. d. l. & hæredi. in princ. ff. de pactis; Aut poteſt habere hæredem, & tunc in ſtipulatione negatiua ſubintelliguntur etiam hæredes, & ad eos tranſit. d. l. ſtipulatio iſta. in princ. ff. de verb. obligat.

174 Declaratur ſecundò non habere locum extante dictione taxatiua; tantùm; vel alia ſimilis, quia ſtipulatio facti negatiui in tali caſu eſſet in perſonam, & non tranſiret ad alias perſonas non expreſſas. per tex. in l. non ſolùm. la 2. §. tale. ff. de liberat. legat. Bart. in l. qui in futurum. §. 1. ff. de pact. & in d. l. ſi ſic ſtipulatus. nu. 2. in fine. ff. de verbor. obligat. quod ſecus eſt, ſi eſſet appoſita in ſtipulatione facti affirmatiui, vt hoc eodem caſ. dictum eſt num. 11.

175 Declaratur tertiò, quia etiam ſi non adijciatur aliqua dictio taxatiua, tamen quando adiecta eſt perſonæ vnius ex futuribus hæredibus, tunc pactum intelligitur merè perſonale quoad alios, nam incluſio vnius hæredum tendit ad excluſionem aliorum. l. auus. ff. de pactis. Iaſ. in l. niſi: quam legit cum. l. & hæredi. §. in his. num. 2. ff. de pactis.

176 Declaratur quartò quando aliàs ſtipulatio nul-

nullum commodum afferret, niſi tranſiret ad
hæredem, puta ſi ſtipulator decederet ante
collectam vindemiam, & ob id nullum habe-
ret commodum, niſi ad hæredem tranſiret,
tunc quidem ad hæredes tranſit. Bart. Iaſ. &
alij in d.l. ſi ſic ſtipulatus. gloſ. & Alex. in l. ſi
ità ſtipuler. ff. de verb. obligat. vbi dicit hoc
ab omnibus approbari reprobata opinione cõ
traria Raph. Cum. & Pauli de Caſtr. in d. l. ſi
ſtipuler; & adduco bonum tex. in l. ſi ſtipula-
tus fuero per te non fieri. ff. de verb. obligat.
quilibet enim diſponens præſumitur velle fa-
cere actum efficacem. l. ſi prætor. in princ. ff.
de iudic. l. 3. ff. de teſtam. milit. c. Abbate. de
verb. ſignif. ideo obligatio comprehendit etiã
legitimam, quando aliàs nihil operaretur. So
cin. iun. conſil. 136. num. 17. vol. 1. Roland.
conſ. 99. num. 37. vol. 4. Menoch. conſil. 71.
nu. 23. cum multis exemplis, quæ afferri poſ-
ſent.

177 Declaratur quintò, quia hæc ſtipulatio fa-
cti negatiui ad hæredes non tranſit, quando
forma verborum non patitur, vt tranſmitta-
tur, nec quando ex coniecturis, & mente con-
trahentium apparere poteſt ipſam ſtipulatio
nem factam eſſe in perſonam. l. iuriſgentium.
§. pactorum. ff. de pactis.

178 Declaratur ſextò non procedere, quando
ſtipulatio facti negatiui interpoſita eſt ſuper
re ad hæredes non tranſibili, vt dixi. nu. 143.
& ſeqq.

179 Quæro quartò, an actus in quo appoſita
eſt dictio; ipſi; ſit perſonalis, ita quod ad hære
des non tranſeat, & pro plena intelligentia cõ
ſtituo infraſcriptos caſus. Primus eſt in con-
tractibus, & tunc dictio; ipſi; non ſtat reſtricti
uè, ſed tantùm demonſtratiuè, ideoque non
impedit tranſmiſſionem, ſed contractus di-
ctione ipſa non obſtante ad hæredes tranſeũt.
l. ſtipulatio iſta. §. ſicut autẽ. in fin. ff. de verb.
obligat. l. ſi neceſſarias. §. de vendendo. ff. de
pignorat. action. Mantic. de tacit. & ambig. cõ
uent. lib. 3. tit. 1. num. 40. cum alijs ſupra alle-
gatis num. 1. & ſeqq. vbi etiam adducitur ra-
180 tio, quia quilibet præſumitur ſuo hæredi,
vt ſibi proſpicere, & prouidere, quæ præſum-
ptio non tollitur ex dictione; ſibi; quia eſt præ
ſumptio violenta procedens ex viſceribus na
turalibus contrariam probationem non ad-
mittens. Bald. in rubric. C. de probat. num. 6.
verſ. exemplum de primò. Menoch. de præ-
181 ſumpt. lib. 1. quæſt. 3. nu. 5. Secundus caſus
eſt in alia diſpoſitione & tunc aut eſt ſimplex
conceſſio, aut eſt prohibitio; ſi ſimplex conceſ
ſio, ſimiliter dictio, ſibi, non ſtat reſtrictiuè,
ſed demonſtratiuè, & tranſit ad hæredes, ac
ſucceſſores, quia adiectio perſonæ in conceſ-
ſione de ſui natura ad hęredes tranſitoria, nõ
facit quod ipſa conceſſio ſit perſonalis, & non
tranſitoria. Iaſ. in l. ſi ſic ſtipulatus. la grande.
nu. 15. ff. de verb. obligat. ideo videmus, quod
hæc verba; tibi dabo claues regni cælorum;
non excludunt ſucceſſores Petri: Hinc ſi Prin
182 ceps dicat in reſcripto; per te cognoſcas; nõ
intelligitur electa induſtria perſonę, quia ſtat
demõſtratiuè, non reſtrictiuè. Bald. in c. pen.
num. 3. de off. deleg. quem ſequitur Imol. ibi,
& nouum, ac ſingulare, & paucis notum dicit
Iaſ. in l. 1. num. 30. ff. de offic. eius cui mand.
eſt iuriſd. refert, & ſequitur Roland. conſ. 55.
nu. 54. verſ. ſimiliter, & nu. 55. lib. 3.

183 Declaratur primò, quia ſicut hęc dictio; ſi-
bi; appoſita in conceſſione ad hæredes tranſi-
toria non facit ipſam conceſſionem eſſe perſo
nalem, & non tranſitoriam, & ſic non alterat
naturam actus principalis, ità multò minus
operaretur è conuerſo, ſi appoſita eſſet in con
ceſſione non tranſitoria, puta vbi electa eſt in
duſtria perſonæ, vel in actu perſonæ cohæren
te, vel alias ad hæredes non tranſibili, de qui-
bus dictum eſt. nu. 143. & ſeqq.

184 Declaratur ſecundò procedere in puris ter
minis dictionis; ipſi; Secus ſi aliunde appare-
ret conceſſionem eſſe perſonalem, quod appa-
rere poteſt per coniecturas, quarum aliquas
recitaui in caſ. 23. nu. 9. & alias recitat Meno-
ch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 103.

185 Tertius caſus eſt in prohibitione, ſiue di-
ſpoſitione prohibitiua, & tunc ſi ipſa prohibi-
tio facta eſt de his, quæ ſunt de genere permiſ
ſorum, dictio, ipſi, appoſita in prohibitione
ſtat reſtrictiuè, & eſt perſonalis, ita quod pro-
hibitio ad alios non tranſit. Bald. conſ. 304.
num. 1. lib. 5. Iaſ. in l. filiusfamilias. §. diui. in
ſecunda lect. nu. 151. ff. de leg. 1. & in l. ſi quis
filium. §. in omni. num. 17. ff. de acquir. hære-
dit. Ferdinand. Loaz. in d. §. diui. num. 188. ſe
quitur Rip. nu. 111. Curt. ſen. conſ. 50. Cott.
in memorial. incip. ipſe pronomen. Menoch.
conſil. 82. num. 158. Gratt. in reſp. 36. num.
11. vol. 1. Pariſ. conſ. 53. num. 11. vol. 3. Ti-
raq. de retract. conuent. §. 1. gloſ. 6. num. 25.
facit gloſ. in l. 2. in verb. ſibi. C. de præſcript.
30. vel 40. ann. & ratio eſt, quia cum in gene-
re permiſſorum, omnia intelligantur permiſ-
ſa, quæ ſpecialiter non reperiuntur prohibita.
l. mutus. §. cum quæritur. ff. de procurat. ideo
prohibitio non extenditur vltra perſonam
prohibitam. l. ſi vero §. de viro. ff. ſolut. ma-
trim.

186 Quartus caſus eſt in prohibitione facta de his, quæ ſunt de genere prohibitorum, vt in prohibitione alienandi fideicommiſſa, feuda, bona Eccleſiæ, & ſimilia non alienabilia; & tali caſu dictio, ipſi, contenta in vltima prohibitione hominis, non cenſetur reuocare primam prohibitionem iuris, quæ propterea remanet in ſuo robore, & tranſit ad alios, quia vbi adeſt duplex prohibitio, vna ſublata, non ceſſat altera. l. ſi domus. ff. de ſeruit. vrb. pręd. §. affinitatis. inſtit. de nupt. Gemin. conſil. 33. num. 8. Oldrad. conſ. 268. num. 2. verſ. tertiò pro hac parte. Menoch. conſil. 36. nu. 36. Put. deciſ. 199. in fin. lib. 1.

187 Quæro quintò, an pacta in dubio cenſeantur realia vel perſonalia, & ſic cohærētia perſonæ, vel non; & Bart. in l. iuriſgentium. §. pactorum. per illum text. ff. de pact. & ibi Bald. num. 2. Iaſ. num. 20. & Alex. ac cæteri omnes, & idem Iaſ. conſ. 217. nu. 3. vol. 2. dicunt realia, & tranſmiſſibilia in dubio eſſe cenſenda; & de hoc nullum eſt dubium quia ſunt iura id expreſsè probantia in l. ſi pactum. ff. de probat. l. veteris. C. de contrah. ſtipul. cum alijs deductis in principio iſtius caſus; vbi firmatū eſt contractus, pacta, promiſſiones, & obligationes omnes ad hæredes tranſire etiam de eiſdem hæredibus nulla mentione facta: ſicquè conſtat in dubio cenſeri realia alias enim ſi perſonalia cenſerentur, ad hæredes non trā ſirent. l. idem in duobus. §. perſonale. l. & hæredi. in princ. ff. de pact.

## *SVMMARIVM.*

1 *Omnes homines de iure naturæ æquales ſunt.*
2 *Nobilitas per Principem tolli poteſt.*
3 *Mulier nobilis nubendo viro plebeio nobilitatem amittit.*
4 *Nobilitas parentum tranſmittitur ad liberos; etiam furioſos, & dementes. 5.*
6 *Nobilitas prouenıens per accidens, ſeu per dignitatem non tranſmittitur vltra pronepotes, niſi tranſeat etiam Regnum, Ducatus, & Comitatus, qui eſt cauſa nobilitatis. nu. 8. Nobilitas autem generis, & originis progreditur vſque in infinitum. 7.*
9 *Hi qui nati, & concepti ſunt durante dignitate Regia, vel Senatoria dicuntur filÿ Regis, & Senatoris Idem ſi concepti ſunt durante dignitate ſed nati poſt finitam dignitatem Regiam, vel Senatoriam. 10.*
11 *Hi qui concepti, & nati ſunt ante adeptam dignitatem Regiam, vel Senatoriam, non dicuntur filÿ Regis, vel Senatoris.*
12 *Hi qui concepti ſunt ante adeptam dignitatem; ſed nati durante dignitate, dicuntur filÿ Regis, vel Senatoris.*
13 *Hi qui concepti ſunt poſt dimiſſam dignitatem non dicuntur filÿ Regis, vel Senatoris.*
14 *Nobilitas paterna ad filios adoptiuos non trāſmittitur niſi quodam certo modo. 18.*
15 *Filÿ adoptiui non compræhenduntur in ſtatutis loquentibus de filÿs.*
16 *Per adoptionem iura patris naturalis non diſſoluuntur.*
17 *Adoptionis vinculum fragile eſt.*
19 *Nobilitas à patre amiſſa non tranſmittitur in filios: intellige ſi filÿ de tempore amiſsionis non erant nati, vel ſaltem concepti, aliàs ſecus. 20. item intellige non procedere in nobilitate conceſſa per Principem alicui, & ſuis liberis 21.*
22 *In feudo conceſſo alicui & ſuis liberis, pater non poteſt liberis non hæredibus, vel hæredibus cum inuentario præiudicare. Idem eſt iu emphiteoſi conceſſa pro ſe, & filÿs. 23. Idem eſt in ſubſtitutione fideicommiſſaria. 24.*
25 *In nobilitate antiqua, & auita procedente à genere, non poteſt pater ex actibus, vel ex delicto ſuo præiudicare filÿs. Idem eſt in feudo antiquo. 26.*
27 *Feudum antiquum alienatum ſine conſenſu Domini aperitur agnatis ad id vocatis: Idē ſi inueſtituræ renouatio petita nō fuerit. 28.*
29 *Vbi pater, vel mater excluſi ſunt à ſucceſsione, pariter excluſi ſunt deſcendentes ab eis.*
30 *Medium inhabile impedit tranſitum ad extrema; quomodo intelligatur.*
31 *Nobilitas paterna ad filios incapaces non trāſmittitur.*
32 *Ad filios naturales tantùm non tranſmittitur nobilitas paterna: nequè ad filios legitimos, & naturales ex eis. 36. item non tranſmittitur neque nobilitas materna. 37.*
33 *Baſtardi non ſunt de domo, vel familia, ſeu agnatione.*
34 *Baſtardi non compræhenduntur ſub appellatione nobilium.*
35 *Baſtardi non ſunt hominibus honorabiles, nec Deo amabiles, & cenſentur infames infamia facti,*
38 *Ad filios legitimatos etiam per reſcriptum Principis vel oblationem Curiæ, nobilitas paterna tranſmittitur. Contra. 40. ſed refellitur. 43. ad legitimatos autem per ſubſequēs matrimonium tranſmittitur abſque dubio. 45.*

39 Le-

*39 Legitimati non ſunt amplius turpes perſonæ.*

*41 Legitimatus eſt ſimilis homini Curato à vulnere, remanente cicatrice.*

*42 Veneti non admittunt in eorum conſilium illegitimè natos etiam legitimatos per ſubſequens matrimonium.*

*43 Legitimatus non differt à legitimis, & naturalibus; & recitantur exempla.*

*44 A' primæuo iure naturæ, omnes naſcebantur legitimi, nulla facta differentia legitimi, & naturalis.*

*46 Legitimati retinent nobilitatem generis, vbi extat conſuetudo; vel ſtatutum, vel communis vſus loquendi.*

*47 Conſuetudo poteſt aliquem facere nobilem, qui de iure communi nobilis non ſit.*

*48 Honor eſt ille qui reputatur in loco.*

*49 Statutum facit homines nobiles, & ignobiles.*

*50 Nobilis dicitur, quem vulgus, & communis hominum æſtimatio nobilem reputat.*

*51 Popularis ſermo præualet propriæ ſignificationi.*

*52 Nobilitas proueniens à matre, vel alijs ſuperioribus cognatis non tranſmittitur ad filios, niſi impropriè, Et ſecundum quid. 56. Valet etiam ſtatutum, & conſuetudo, vt tranſmittatur. 55.*

*53 Quoad honores, & dignitates ſpectanda eſt conditio patris.*

*54 Potentior eſt forma quæ eſt agens, quàm materia, quæ eſt patiens.*

*57 In ciuitate Venetiarum natus ex matre ignobili, quàmuis ex nobili patre ad conſilium, vel ad actus nobilitatis non admittitur.*

*58 Nobilitas filiorũ propriè loquendo non tranſmittitur ad parentes, & ſuperiores: ſecus impropriè, & ſecundum quid. 59. Idem eſt de nobilitate tranſuerſalium. 60.*

## CASVS XXIX.

*Nobilitas maiorum, an & quomodo tranſmittatur in poſteros.*

1 AN nobilitas maiorum ad ſucceſſores tranſmittatur hic dignoſcendum eſt, & pro negatiua adduco tex. in l. quod attinet. ff. de reg. iur. vbi ità ſcribitur: quod ad ius naturale attinet, omnes homines æquales ſunt, & in l. vt vim. ff. de iuſtit. & iur. dicitur naturam inter homines cognationem quandam conſtituiſſe, & in §. ius autẽ gentium. inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil. quòd ius gentium omni humano generi commune eſt, & in l. veteris. C. de cõtrah. ſtipulat. quòd penè ſimilis omnium hominum natura eſt; ſtante itaquè omnium hominum æqualitate, non poteſt cõſiderari tranſmiſſio alicuius nobilitatis; & habetur Iob. 14. cap. quod mortui ſiue nobiles, ſiue ignobiles fuerunt, non in-
2 tererit filiorum; præterea ſi nobilitas ex natiuitate naturali tranſmitteretur, nõ poſſet tolli per Principem, quia iura naturalia ſunt immutabilia nec per Principem tolli poſſunt. §. ſed naturalia. inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil. ſed nihilominus poteſt tolli, & mutari, nam propter delictum amittitur nobilitas l. 2. l.
3 quoties. C. de dignit. lib. 12. & mulier nobilis nubendo viro plebejo nobilitatem amittit. l. fęminæ. ff. de ſenator. ergo non poteſt dici,
4 quod nobilitas tranſmittatur: Pro affirmatiua, quod imò nobilitas tranſmittatur ad liberos, tex. eſt in l. 1. & l. ſi ſenator. C. de dignit. lib. 12. & tenet Gulielm. laud. in clem. 1. nu. 1. de baptiſm. & ibi Cardin. Florent. in 2. quæſt. Abb. in c. licet. num. 5. de cenſib. Gulielm. de Benedict. in repet. cap. Raynutius. part. 2. verſ. mortuo itaquè teſtatore. nu. 105. Barth. Cæpoll. de imperat. milit. delig. §. nobilitatis. nu. 10. & 16. Bald. in l. fin. C. de ſeru. fugit. vbi dicit, quod nobilitas eſt quædam dignitas à parẽtibus deriuata, & facit illud Prouerb. 18. cap. ibi; gloria filiorum parentes eorum. & ſapient. 3. gloria hominis ex honore patris ſui, & contumelia filij pater ſine honore: & quod dicit Iob. de quo Oſeæ 9. Gloria eorum à partu, ac ab vtero, & cõceptu honor illius: Et habetur Deuter. 1. de vtero veſtro ſapientes, & nobiles conſtitui Principes: Et facit tex. in l. 3. C. de commerc. & mercat. ibi; nobiliores natalibus. l. honor. §. de honoribus. ff. de muner. & honor. ibi; origo natalium. l. ſi furioſi. C. de nupt. propè finẽ, ibi; quàm ijs qui ex genere eorum nobiliores ſunt; & not. gloſ. in rubric. C. quemad. ciuil. mun. indic. lib. 10.
5 Hac igitur parte affirmatiua retenta non obſtantibus in contrarium adductis, quæ locum habent inſpecto iure naturæ tàntùm.

Ampliatur caſus iſte, quia nobilitas parentum tranſmittitur quoquè in filios furioſos, & dementes, namquè nobilitas non eſt in voluntate, vel intellectu, nec eſt actus voluntarius illius, qui nobilis efficitur, vel actus procedens ab ipſo, ſed in ipſum, cadit enim nobilitas generis in puerum natum ex nobili. l. emancipatum. ff. de ſenator. l. ſi ſenator. C. de dignit. lib. 12. l. 2. §. in filijs. ff. de decurion. Et ſimiliter cadit in eum nobilitas ex priuilegio.

l. 1.

l.1.C. de muner.&honor. non cont. lib. 10.
Tiraquell.de nobilit.cap.6. num.35. & tamẽ
pupillus,& impubes quicquid videt,ignorat.
l.1.§.impuberes,C.de falſ.monet.l.fin. ff. de
iur.& fact. ignor. & ſic de furioſo tenet Bart.
in l.1.num.53.C. de dignit. lib. 12. & illum
refert,ac ſequitur.Tiraq. d. tract. de nobilit.
cap.15.num.4.& adduco bonum tex.in l. iu-
dex.ff.de iudic. vbi dicitur,quod iudex furio
ſus non deſinit eſſe iudex. licet iudex dicatur
eſſe nobilis.l.iudices, vbi Bart. C. de dignit.
lib.12.

6 Declaratur primò caſus principalis, quia
nobilitas non tranſmittitur vltra pronepotes
l.diuo.C.de quæſt.gloſ.in d.l.1.C. de digni-
tat.lib.12.Subdeclaratur, vt intelligatur de
ea nobilitate,quæ prouenit per accidẽs, ideſt
per dignitatem,illa enim verum eſt, quod nõ
tranſmittitur vltra pronepotes.gloſ.in d.l.1.
7 C.de dignit.lib.12.ſecus eſt in nobilitate ge-
neris & originis,nam iſta progreditur vſquè
in infinitũ.Mart.laud.in tract.de dignit.verſ.
44.Aluarot.in cap.1.§.cæteri. tit. quis dicat.
Dux.March.& com.Ioan. Plat. in l.1.col. 1.
C.de dignit.lib.12.Rayn.in tract. nobilit. in
3.quæſt.5.quæſt.princ.Calcan.conſ.8.col.7.
verſ.ex prædictis.Matth.de Afflict. in cõſtit.
ſicil.incip.intentionis.col.9.in 6.not. Tiraq.
8 de nobilit.cap.15.num.3. Subdeclaratur ſe-
cundo,vt ſi illa dignitas, quæ eſt cauſa nobi-
litatis tranſit ad poſteriores,vt Regnum, du-
catus,& comitatus, nobilitas quoquè tranſit
vſquè in infinitum non quidem ex parentum
perſona, ſed quia ipſe habet id ex quo nobi-
lis eſt,ſcilicet feudum nobile, cum enim du-
ret cauſa nobilitatis durat etiam nobilitas ip-
ſa,ex tex.in l.ſemper. §. negociatores. ff. de
iur.immunit.l.2.§.omnes.ff.de iudic.l.ſi cui.
§.1.ff.ex quib. cauſ.maior. & in ſpecie Bart.
in d.l.1.nu.101.C.de dignit.lib.12. Caſſan.
in cathal.glor. mund.8. part. 24. conſiderat.
9 Tiraq.de nobilit.d.cap.15.num.2.Subdecla-
ratur tertiò, nam licet nobilitas prouenies ex
dignitate tranſmittatur vſque ad pronepo-
tes,tamen filij illorum, qui poſiti ſunt in ipſa
dignitate Regali,vel ſenatoria, non dicuntur
filij Regis,vel Senatoris,niſi nati & concepti
vel ſaltem tantùm concepti ſint dignitate du
rante.l.filij.§.ſenatores.il 1. ff. ad municipal.
melius declaro;hi qui nati,& cõcepti ſunt du
rante ipſa dignitate, de his nullum eſt dubiũ
10 quia dicuntur filij Regis, vel Senatoris: Hi
qui concepti ſunt durante dignitate, ſed nati
poſt finitam dignitatem Regiam,vel Senato-
riam,dicuntur pariter filij Regis,vel Senato-
ris.l.emancipatum. §. ſed ſi quis. ff.de Sena-
11 tor. Hi qui & concepti,& nati ſunt ante ade-
ptam dignitatem Regiam, vel Senatoriam,
non dicuntur filij Regis,vel Senatoris.l. ſi Se
nator.in princ.C.de dignit.lib.12.& eſt com
munis Doctorum opinio, vt per Corſett. in
tract.de poteſt.Reg.quæſt.26. vbi ex profeſ-
12 ſo: Hi qui tantùm concepti ſunt ante adeptã
dignitatem,ſed nati durante dignitate, vide-
tur quod non dicantur filij Regis, vel Sena-
toris,quia inſpicitur tempus conceptionis. l.
emancipatum.§.ſed ſi quis.ff.de Senator.§.il
lud autem.inſtit. quib. mod. ius patr. poteſt.
ſol.l.verum eſt.ff.de ſec.tab.l.item prætor.&
ibi Bart.ff.de ſuis,& legitim. ideo filius con-
ceptus tantùm, facit deficere conditionem. l.
ex facto.§.ex facto.ff. ad Trebell. Sed tamen
in contrarium eſt textus in l.2.§.præterea. ff.
13 de decurion. Hi autem qui cõcepti ſunt poſt
dimiſſam dignitatem ipſam,non dicuntur ea-
dem ratione filij Regis,vel Senatoris.l.eman-
cipatũ.§.ſed ſi pater.ff.de Senator. Hæc ſunt
in puncto iuris,ſed quia ad obuiandũ diſcor-
dijs,& diſcenſionibus vſu obtẽtum eſt Regna
deferri per ſucceſſionẽ.Martin. laud. in tract.
de Princip. quæſt.78.& quæſt.161. Lancell.
Conrad.lib.1.cap.2. §.1. de origin. Regum.
num.15.ideo rarò locum habebunt.

14 Declaratur ſecundò caſus, vt nõ procedat
in filijs adoptiuis,nam ad filios adoptiuos nõ
tranſmittitur nobilitas paterna, cùm ipſi non
ſint filij propriè ſed fictè ideoquè non admit-
tuntur ad recuperationem bonorum vigore
legis Dominij. Veneti de retrahendis bonis
iure ſanguinis. Tiraq. de retract. lignag. §. 1.
15 gloſ.8.num.16.nec comprehenduntur in ſta
tutis loquentibus de filijs. Bald.conſ. 24. nu.
16 2.lib.1.ratio rationis eſt,quia per adoptionẽ
iura patris naturalis non diſſoluuntur. l. cum
in adoptiuis.poſt princ. C. de adopt. & ado-
17 ptionis vinculum fragile eſt.d.l.cum in ado-
ptiuis.§.cum enim: Et in terminis, quod no-
bilitas patris ad filios adoptiuos non tranſ-
mittatur,tenet Tiraq.d.tract. de nobilit. cap.
15.num.6.poſt Bonum Curtil.allegatum per
18 eum;Fatendum eſt tamen ipſos ex nobilita-
te parentum quodammodo aliquid nobilita-
tis conſequi.per tex.in l. Senatoris filium, &
l.liberos.ff.de Senator. vbi habetur quod nõ
tantùm dicuntur Senatores filij, qui natura-
les ſunt,ſed etiam adoptiui, & huic opinioni
accedit etiam Tiraq. d.cap.15.num.6.

19 Declaratur tertiò hic caſus non habere lo-
cum, quando pater nobilitatem amiſit, quæ
quomodo amittatur,tradit idem Tiraquel.d.

tract.

tract. nobilitat.cap.24.& ſeqq.nam quod no
bilitas à patre amiſſa non tranſmittatur in li-
beros ; ſatis conſtat quia nemo tranſmittit
quod non habet.l. traditio. ff. de acquir. rer.
domin. ideo videmus quod hæreditas repu-
diata tranſmitti non poteſt.l. vnic. C. de his
qui ante apert. tabul. ibi;ſi tamen hæreditatẽ
non recuſant;& in terminis nobilitatis addu-
co tex.in d.l.diuo.C.de quęſt.& ſic dixit Cra
uet.conſ.163.num.3.verſ.ideo. & Guliel. de
Benedict. in repet.cap.Raynutius. part. 2. in
verb. mortuo itaquè teſtatore.nu.105.

20 Subdeclaratur primò hæc tertia declara-
tio inquantum dicit,quod pater qui nobilita-
tem amiſit,illam ad filios non tranſmittit, vt
procedat in filijs adhuc non conceptis tempo
re amiſſionis nobilitatis, hoc enim caſu verũ
eſt,quod pater non poteſt ex perſona ſua trãſ
mittere ad filios nobilitatem,qua ipſe ante il-
lorum conceptionem priuatus erat, licet ijdẽ
filij tali caſu nobilitatem aui retineãt,vt mox
dicam.num.25.non autem procedit declara-
tio ipſa in filijs iàm natis,vel etiam conceptis
de tempore,quo idem pater priuatus fuit,tũc
enim caſus patris non nocet filijs, ſed nobili-
tas paterna ad eos tranſmittitur non obſtante
priuatione poſt ipſorum conceptionem ſecu-
ta.l.emancipatum.§.ſed & ſi quis. & ibi gloſ.
vlt.& Bart.in §.ſi quis.ff. de Senator. gloſ. in
l.diuo.in verb. aſpergit.C.de quæſt.l. 1. §. ſi
quis proximior.ff.vnde cognat.

21 Subdeclaratur ſecundò hæc tertia decla-
ratio non procedere in nobilitate per Princi-
pem cuipiã,& ſuis liberis conceſſa, hæc enim
tranſit ad liberos nõ habito reſpectu delicto-
rum,vel demeritorum patris,cùm illã nõ à pa
tre,ſed à Principis liberalitate,& prouidentia
obtineant, quia ſic eſt in feudo conceſſo ali-
22 cui,& ſuis liberis,quod ex pacto,& prouiden
tia vocatur,nàm pater in ſimili feudo non po-
teſt liberis non hæredibus vel hæredibus cũ
beneficio inuentarij exiſtentibus præiudica-
re. cap.1. in princ. de ſucceſſ. feud. Maſcard.
de probat.concluſ.767.num.4.Couar.var.re
ſolut.lib.2.cap.18.nu.2. Roſentall. de feud.
cap.9.concluſ.67. num. 1. 2. cum alijs omni-
bus per eos adductis,eadem ratione,quia cen
ſetur conceſſum liberis ex prouidentia con-
cedentis,non iudicio patris. l. ſi arrogator. §.
13 cæterum.ff.de adopt.idem eſt in Emphiteoſi
conceſſa pro ſe & filijs, nam pariter delictum
patris eiſdem filijs non præiudicat,vt latè per
Corbul.de Emphiteot.tit. de cauſ. priuat. ob
mort.ciuil.num.25.& ſeqq. eadem ratione,
quia filij dicuntur Emphiteoſim habere non
ab eorum patre, ſed à domino concedente.
Bart.per illum tex. in l. mortis cauſa capitur.
ff.de donat.cauſ. mort. Bald. in l. 1. in fin.C.
per quas perſon.nob. acquirit. Ruyn. conſil.
48.num.5.vol.1.Couar.var.reſolut. cap.18.
num.2.verſ.tertia concluſio.lib.2.idemq; eſt
24 in ſubſtitutione fideicommiſſaria, nam per
fideicommiſſariam ſubſtitutionem ſuccedi-
tur teſtatori, & non illi cui facta eſt talis ſub-
ſtitutio.l.cohæredi. §. cum filiæ. vbi Doctor.
ff.de vulg.& pupill.Iaſ.in l.qui romæ. §. duo
fratres.num.13. ff. de verb. obligat. Crauet.
conſ.19.num.16. in fin. & ità in terminis no-
bilitatis tenet Tiraquel. de nobilit. cap. 34.
num.5.

25 Subdeclaratur tertiò declaratio hæc, vt
procedat in nobilitate noua, quæ habuit ori-
ginem ab ipſo patre, tunc enim verum eſt no-
bilitatem per patrem amiſſam in liberos non
tranſmitti;ſecus in nobilitate antiqua, & aui-
ta procedente à genere,nàm quoad iſtam no-
bilitatem non poteſt filijs,quibus acquiſitum
eſt ius ex eorum auis, & antiquis præiudicari
ex actibus vel delicto patris, cùm illam non
habeant à patre, ſed à genere & à maioribus
eorum,tex.eſt not.in l.3.ff.de interdict.& re-
legat.& l.emancipatum.§.ſed ſi quis.ff.de ſe-
nator.& tenet Tiraq. de nobilit.cap.35.nu.4.
26 Hinc videmus quod licèt in feudo nouo ſal-
tem hæreditario factum,& delictum patris re
gulariter noceat,& præiudicet filijs. Roſen-
tall.de feud.cap.7. concluſ.7. nu.8. tamen in
feudo antiquo,quia non eſt acquiſitum ab ip
ſo patre ſecus eſt. gloſ. per eadem iura in d.l.
emancipatum.in verb. patris.in fin.ff.de ſena
tor.& gloſ.vlt.in l.adoptiuum. ff.de in ius vo
27 cand. ideo ſi pater alienauerit feudum anti-
quum ſine conſenſu Domini non poteſt ſuc-
ceſſoribus præiudicare, imò feudum ipſum
aperitur eiſdem agnatis ad id vocatis. Iacob.
in ſua inueſtit. in verb. & cum pacto de non
alienãd. Curt.iun.in tract.de feud.in 5.part.
in 4.concluſ. Roland. ex profeſſo conſil. 57.
num.61.& ſeqq.& conſ.60.& conſ.64.num.
3.verſ. his tamen non obſtantibus. lib. 3. vbi
28 omnes allegat;& idem eſt ſi inueſtituræ reno
uationem non petierit, idem Roland. d.conſ.
64. lib.3. de quo tamen per eundem Roſen-
tall.cap.11.concluſ.17. Sic igitur conſtat nõ
eſſe veram ampliationem traditam per Cra-
uet.conſ.163.num.4.5.dum dicit, quod pa-
ter qui nobilitatem amiſit, conſequenter im-
pedit etiam tranſmiſſionem nobilitatis aui,ea
ratione,quia medium inhabile impedit, ne
trãſitus fiat ad extrema.l.qui ſella.§.fin.l.tria

præ-

prædia.ff. de ſeruit. ruſtic. præd. l. ſeruitutes
prædiorum.in fin.ff.de ſeruit.Paul.de Caſtr.
conſ. 421. num. 3. lib. 1. cuius quidem ratio
29 videtur confirmari, quia ſimile eſt etiam in
ſucceſſionibus inteſtatis, nam vbi pater, vel
mater excluſi ſunt à ſucceſſione, pariter exclu
ſi ſunt deſcendentes ab eis. l. fin. in fin. C. de
natural. liber. Anchar. conſ. 389. num. 2. qui
loquitur de ſucceſſione in nobilitate. Alex.
conſ. 174. num. 2. & ſeqq. lib. 5. Cuman. conſ.
117. in princ. Corn. conſ. 210. col. fin. lib. 4.
Paul. de Caſtr. d. conſ. 421. num. 2. verſ. pri-
mò. lib. 1. Dec. conſ. 85. num. 8 & conſ. 462.
30 num. 16. Non enim obſtat, quod medium in
habile impediat tranſitum ad extrema, quia
procedit quando extrema habent tranſire per
illud medium. Paul. de Caſtr. d. conſ. 421. nu.
3. lib. 1. ſed nobilitas antiqua acquiſita à ge-
nere & ab antiquis, non eſt neceſſe quod tran
ſeat per mediam perſonam patris, vt dictum
eſt; Ac item procedit, quando medium eſt in-
habile inhabilitate originis, & natiuitatis. l.
fin. C. de natur. liber. Secus quando inhabili-
tate accidentali, & ſuperuenienti poſt natiui-
tatem.

31 Declaratur quartò caſus principalis, vt tūc
nobilitas tranſmittatur ad filios, ſi ipſi filij
ſint capaces nobilitatis; nam ſi propter deli-
ctum, vel aliam cauſam facti eſſent incapaces,
nobilitas ad eos non tranſmitteretur. Bart. in
l. 1. nu. 49. C. de dignit. lib. 12. quia vbi perdi-
tur nobilitas iam adepta, multò magis acqui-
renda impeditur. arg. cap. quemadmodum. §.
alioquin. de iureiur.

32 Declaratur quintò non procedere in filijs
naturalibus tantum, ad eos enim ſiue nothi, ſi
ue baſtardi vocentur, nobilitas paterna non
tranſmittitur per tex. in l. cum legitimæ. ff. de
ſtat. homin. vbi dicitur quod non legitimè na
tus non ſequitur conditionem patris, ad idē.
l. liberos. iuncta gloſ. in verb. naturales. ff. de
Senator. & ſic in puncto tenet Bart. in d. l. 1,
num. 50. C. de dignit. lib. 12. & Bald. in cap. in
notuit. num. 14. de elect. & in l. cum in anti-
quioribus. num. 8. C. de iure deliber. Anchar.
conſ. 389. num. 2. Tiraq. de nobilit. cap. 15.
33 num. 10. Et ratio eſt, quia baſtardi non ſunt
de domo, vel familia nobilium, cùm de do-
mo, & familia contineantur ſolummodo illi
qui ſunt de eadem agnatione. l. pronuncia-
tio. §. familiæ. ff. de verb. ſignif. Sed baſtardi
non habent agnationem. §. vulgò. inſtit. de
ſucceſſ. cognat. Crauet. conſ. 138. num. 3. vſ-
que ad num. 8. & ità dicunt Bart. in l. fin. nu.
1. C. de verb. ſignif. & ſequitur ibi Bald. num.
4. & in repet. l. filium. num. 2. ff. de his qui ſunt
ſui, vel alien. iur. & in cap. innotuit. num. 15.
de elect. & in l. generaliter. §, cum autem. nu-
mer. 5. C. de inſtit. & ſubſtit. Ang. & Iaſ. in d.
l. fin. nu. 13. Gulielm. de Bened. in repet. cap.
Raynutius, ī verb. Raynutius. nu. 32. & gloſ.
in clement. 1. in verbo. liberi. de baptiſ. & re-
iecta Bart. diſtinctione inter ciuilia nomina,
& naturalia, ſic tenet indiſtinctè Palæott. de
noth. & ſpur. cap. 59. & cap. 60. & ante eum
Alex. in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. num. 56.
34 ff. ad Trebell. Nec compræhenduntur ſub
nomine, vel appellatione nobilium. Bald. in
d. l. cum legitimæ. & in d. l. generaliter. §.
cum autem. num. 1. in fin. Cæpoll. de impe-
rat. milit. delig. §. nobilitatis. num. 9. Aluarot.
in c. 1. §. cæteri. col. 3. verſ. quæro an baſtardi
tit. quis dicat. Dux. March. Com. Guid. Pap.
deciſ. 580. Gemin. conſil. 140. num. 2. Ang.
conſ. 30. num. 6. Tiraq. de nobilit. d. cap. 15.
num. 10. Palæott. de noth. & ſpur. cap. 61. &
eſt tex. in cap. ſi gens anglorum. 56. diſt. vbi di
35 citur, quod non ſunt hominibus honorabi-
les, nec Deo amabiles, & tales illegitimè nati
cenſentur infames infamia facti, vt not. Azo
in ſumm. C. de his qui not. infam. nu. 3. Alex.
conſ. 2. nu. 5. & conſ. 25. num. 4. lib. 1. & conſ.
172. num. 3. lib. 7. Curt. iun. conſ. 37. num. 3.
Tiraq. d. cap. 15. num. 14. vbi omnes alios al-
legat.

36 Ampliatur declaratio iſta, vt locū habeat
etiam in filijs legitimis, & naturalibus ipſo-
rum baſtardorum, quia nobilitas aui ad eos
pariter non tranſmittitur tanquàm de domo,
& caſata non exiſtentes. Bald. in d. l. vlt. in fin.
C. de verb. ſignif. Anchar. conſ. 389. num. 2.
Gulielm. de Bened. in repet. cap. Raynutius.
in verb. Raynutius. num. 39. ea ratione, quia
nullà conſequentia poteſt eſſe legitima ex il-
legitimo naſcendi principio, & ex radice cor-
rupta. l. fin. C. de natur. liber. ſequitur Card.
Alex. in c. per venerabilem. col. 3. in princ. qui
fil. ſint legit. & Tiraq. de nobilit. d. cap. 15.
num. 24. nam medium inhabile impedit tranſ
miſſionem ad extrema Crauet. conſ. 163. nu.
4. & 5. per tex. in l. ſeruitutes prædiorum. in
fin. ff. de ſeruit. l. qui ſella. §. fin. l. tria prædia.
ff. de ſeruit. ruſtic. præd. prout ad eos non trāſ
37 mittitur, neque nobilitas matris, tùm quia
non conſideratur nobilitas matris, ſed patris.
l. liberos. vbi gloſ. in verb. condictionem. ff. de
ſenator. & not. in l. cum legitimæ. ff. de ſtat. ho
min. tùm quia nobilitas mulieris obumbratur
dū nubit ſpurio. l. fæminę. ff. de ſenator. ideo-
què nobilitatem, quam perdidit, non poteſt
ad fi-

ad filios tranſmittere.l. traditio.ff. de acquir.
rer.domin. c. daſbertum. 1. q. 7. & ità tenet
Anchar.d.conſ.389.num.3.& Palæott.de no
th.& ſpur.cap.61.num.2.
38 Subdeclaratur primò declaratio iſta, vt
non procedat in baſtardis,& filijs naturalibus
legitimatis etiam ſi per reſcriptum Principis,
vel oblationem Curiæ legitimati ſint, ad eos
enim nobilitas paterna tranſmittitur. Pa-
leott.de noth.& ſpur. cap. 62. & voluit Bon.
Curtil.in tract.nobilit.4.par.col.5.Pariſ.cõſ.
58. num. 45.libro 4.idem quoquè videtur te-
nere Bald. conſ.146. num. 7. lib. 1. vbi dicit
39 quod legitimati nõ ſunt amplius turpes per-
ſonæ per tex.in l.imperialis.§.præſenti.C. de
nupt. in illis verbis; nam omni macula peni-
tus direpta, nequè vocabulum inhoneſtum
eis inhærere de cætero volumus, nequè diffe-
rentiam aliquam eas habere cum ijs, quæ ni-
hil ſimile peccauerunt;& idem ſequi videtur
Lancell. Conrad.de præſtant.& potentia Im-
perat.§.4. num. 11. nec contrarium audet af-
firmare Alex. in l. ex facto.§. ſi quis rogatus.
num.58. ff. ad Trebell. In contrarium tamen
40 quod legitimatus non adipiſcatur nobilitatẽ
paternam tenet idem Bald.in c.per tuas.num.
2.de maior.& obedient.per tex. in §. & quo-
niam. authentico. quibus modis natur. effic.
ſui.Alex.in l.ex facto.§.ſi quis rogatus. num.
57.ff.ad Trebell.Franc.Curt. in l. admonen-
di.nu.7.ff.de iureiur.Bertrand.conſ.169.nu.
8.lib.2. mouentur; quia legitimati non ſunt
de ſtirpe, nec toti ſtirpi attinent, nec eis po-
teſt relinqui, niſi quantum vni ex legitimis,
refert etiam Ioan.le Cirier.in tract.de primo-
genit.lib.1.quæſt.13.num.27.& Iaſ. in l. ſi is
qui pro emptore.num.260.ff. de vſucap. pro
qua parte facit etiam, quia iſti naturales legi-
timati non ſuccedunt in feudo. cap. 1. §. na-
turales.tit.ſi de feudo defunct.content.ſit in
dom.& agnat.ea ratione, quia feudum eſt be-
neficium,& honor; legitimatus enim vt dicit
ipſe Bald. in c.vlt. num. 1. in fin. de translat.
41 Epiſc.ſimilis eſt homini curato à vulnere re-
manente aliqua cicatrice; Hinc Domini Ve-
42 neti non admittunt in eorũ conſilium illegi-
timè natos, quamuis per ſubſequens matri-
monium legitimatos, refert Fulgoſ. conſil.
62.numero 3.verſic.hocquè euidentius. &
Paleott.de noth.& ſpur.cap.61.num.9. Sed
43 nihilominus primam partem veriorem eſſe
credo, quia legitimatus nanciſcitur omnia iu
ra legitimorum nihil differens à legitimis.§.
quapropter, authentico.quibus mod.nat.eff.
ſui.illi enim debetur legitima prout legiti-
mè nato; is poteſt agere ad ſupplementũ legi
timæ vt legitimus; ſuccedit patri vnà cum le-
gitimis, & naturalibus; præteritus vel iniuſtè
exhæredatus à patre poteſt nullum dicere,
quærellare, & contratabulare teſtamentum
paternum, Et ſi frater legitimatus præteri-
tus ſit à fratre inſtituta turpi perſona; frater-
num teſtamentum impugnare poteſt; leges
loquentes de filijs legitimis & naturalibus lo
cum habent in filijs legitimatis, ideo.l.fin. C.
de natur.liber.quæ prohibet relinqui filijs na
turalibus extante ſobole legitima, locum ha-
bet in legitimato: leges vocantes ad ſucceſſio-
nem proximiorem agnatum, locum habent
etiam in legitimato; Conſuetudo Bulgari pa-
riter locum habet in eo; Et diſpoſitio cap.
Raynutius.& cap. Raynaldus. de teſtament.
de duabus quartis. Et diſpoſitio.l. iubemus.
C.ad Trebell.de non imputandis fructibus in
quartam Trebellianicam filijs primi gradus;
ſic etiam diſpoſitio.l. hac conſultiſſima.§. ex
imperfecto.C. de teſtam. & auth. ſi qua mu-
lier.C.de ſacroſ. Eccleſ. & diſpoſitio.l. cum
auus.ff. de condit. & demonſtrat.l. generali-
ter.§.cum autem.C.de inſtit.& ſubſtit.& l.cũ
aeutiſſimi.C. de fideicom. & diſpoſitio leg. ſi
vnquam.C.de reuocand. donat. in legitima-
tis locum habent;& in ſtatutis quoquè legiti-
mati continentur appellatione filiorum. Hæc
Peregrin.de fideicomm.art.23.numer.26. &
ſeqq. filius legitimatus conſtituit pariter nu-
merum duodecim ad conſequendum immu-
nitatem. Roland.conſ.67.nu.18.lib.3. Com-
petit ei ius retractus, ac item ius congrui. idem
Roland.conſ.83.num.13. lib.3. & idem ope-
ratur ſequens legitimatio, quod præcedẽs le-
gitima natiuitas.l.2.ff.de natal. reſtituen. ſed
44 tollitur omnis difficultas, quia à primæuo iu
re naturæ omnes naſcebantur legitimi nulla
facta differentia legitimi,& naturalis; poſtmo
dum autem excreſcente perſonarum malitia
& concupiſcentia, proditæ fuerunt leges ad re
primendum libidinem facientes differentiam
inter naturales,& legitimos.§. liceat.authen-
tico quib. mod. nat. eff. legit. §. natura.§. ſi
quis ergo.authentico.quib.mod.nat.eff. ſui:
Cum igitur differentia iſta inter legitimum,
& naturalem à iure ſcripto conſtituta ſit; non
eſt dubium quin eodem iure pariter reuocari
potuit.§.fin.inſtit.de legit. agnat. tutel. & in
terminis Curt.iun.conſ.221.nu.18.verſ.con
firmari.& num.ſeqq. & Decian. reſponſ. 42.
num.15.16.17.vol.1.vbi alios allegat; prout
quidem reuocata fuit d.§.& quoniam.§.qua-
propter. authentico. quib. mod. nat. effic.

ſui.quòad legitimatos autem per ſubſequens
matrimonium nulli dubium eſt, quia ad eos
nobilitas paterna tranſmittitur.gloſ. 1. & ibi
Doctor.in cap. tanta eſt vis. qui fil. ſint legit.
not. Bald. & alij in d. §. naturales. ſi de feud.
fuer.controuerſ.int.domin.& agnat.
46 Subdeclaratur ſecundò declaratio iſta, vt
locum non habeat vbi conſuetudo, ſtatutum,
vel communis vſus loquendi ſe habet, quod
naturales appellentur nobiles, & retineant
nobilitatem generis, vt in conſuetudine tenet
Bart.in l.fin.num.1.Bald.num.4.& Iaſ.num.
13.C.de verb.ſignif.idem Bart.in l.pronun-
ciatio.in fin.ff.eod.Ang.conſ.30.num.6.&
conſ.191.nu.2.Socin.conſ.102 vol.3.Corn.
conſil. 169.col.3. Palæott. de noth. & ſpur.
cap.60.num.5.Guid.Pap.deciſ.580.num.3.
Boer.deciſ.127. num. 21. Nàm conſuetudo
47 poteſt aliquem facere nobilem, qui de iure
cõmuni nobilis non ſit.l.1.§.1.ff. de muner.
& honor.Bart.in l.1.nu.83.C. de dignit. lib.
12.Cæpoll.de imperat.milit.delig.§.nobili-
tatis.nu.7.8.9.cum alijs allegatis per Tiraq.
de nobilitat.cap.10.num.1.& ſeqq.& honor
48 eſt ille, qui reputatur in loco.l.munerum. cir
ca princ.ib.; calendarij quoquè;ff. de muner.
49 & honor.in ſtatuto autem, quòd illud faciat
nobiles, & ignobiles, firmat idem Bart.in d.l.
1.num.83.& ibi Ioan.Plat.col.3.verſ.ex quo
infert.C.de dignit.lib.12.Afflict.in cap.1.
col.8.verſ.ego addo duos.tit.q.s dicat. Dux.
March.com.& eos ſequitur Tiraq.de nobilit.
d.cap.10.nu.5. Et quòad communem vſum
50 loquendi, quod is pariter dicatur nobilis,
quem vulgus & communis omnium æſtima-
tio nobilem reputat, dicit Dyn.conſ.11.Paul.
de Caſtr.conſ.107.num.1.vol.2.Socin.conſ.
246.num.3.vol.2.Roland.conſ.67.nu.28.
lib.3.cum cæteris omnibus quos refert Tira-
quel.d.cap.10.num.6.& ſeqq. Palæott.de no
51 th.& ſpur.cap.61.num.8.popularis enim ſer
mo præualet propriæ ſignificationi.l. cum de
lanionis.§.aſinam.ff.de fund.inſtruct.l.anni-
culus.la 1.ff.de verb. ſignif.l. Labeo.§. idem
Tubero.ff.de ſupell.legat.
52 Declaratur ſextò caſus principalis, vt non
procedat in nobilitate prouenieпte à matre
vel alijs ſuperioribus cognatis, quia nobili-
tas, honor, dignitas, & familia venit à ſupe-
rioribus agnatis, & linea paterna; non autem
à linea materna, & ſuperioribus cognatis.
gloſ.1.in l. 1. C. de dignit.lib. 12. Bald. in l.
fin.nu. 1.C.de ſeru.fugit.Anchar.conſ.389.
num. 3. Gulielm. de Benedict. in repet. cap.
Raynutius.in verb.Raynutius.num.3.de te-
ſtam.Cæpoll.d.tract.de imperat.milit. delig.
§.nobilitatis.num. 16. Dec. in l. fæminæ.nu.
68.ff.de reg.iur.& in c.nouit.num.37.de iu-
dic.cum alijs pluribus relatis per Tiraq.de no
bilit.cap.18.nu.20.21.Caſſan.glor.mund.8.
53 part.8. conſiderat. & quoad honores, ac di-
gnitates, ſpectanda eſt conditio patris.l. libe-
ros.iuncta gloſ.in verb.conditionem.ff.de ſe-
nator.not.in l.cum legitimę.ff.de ſtat.homin.
gloſ.2.in c.dicat aliquis.32.q.4. Gulielm. de
Benedict.in repetit. d. c. Raynutius.in verb.
Raynutius.num.1.& ratio rationis eſt; quia ſi
cut mater ſequitur dignitates mariti, ergo &
partus eius.l.fin.C.de incol. lib.10. & quia
54 nobilitas denominatur à cauſa potentiori,
ſed potentior eſt forma, quæ eſt agens, quàm
materia quę eſt patiens; ſic ratiocinatur Bald.
in d.l.fin.in fin.C. de ſeruis fugit. ideo Fede-
ric.de ſen.conſ.301.& Abb.poſt eum in c.fra
ternitati.de eo, qui cognou.conſang. vxor.
ſuæ; quos etiam refert Dec. in c. nouit. num.
36.de iudic.dicunt quod ſecundum commu
nem medicorum opinionem, generatio con-
ſideratur ſolùm ex perſona viri agentis.
55 Ampliatur declaratio iſta, quia nec valet
ſtatutum, nec conſuetudo, quod quis cenſea-
tur nobilis, vel ignobilis ex linea, & progenie
materna.l.exemplo.vbi Bart.& Ioan.de Plat.
C.de decurion. lib.10. refert etiam Gulielm.
de Benedict.in d. verb. Raynutius.num. 15.
& ſequuntur Ang. Rebuff. Cæpoll. Barbat.
Franc.Aret.Felin.Nicol.Peruſ.Corſett.Mat
th.Afflict.Iacob.à ſanct.Georgio, & Bertrãd.
allegati per Tiraq.d.cap.18.num.22.Contra
rium verò quod imò valeat ſtatutum & con-
ſuetudo vt quis conſequatur nobilitatem, &
ignobilitatem maternam, tenet Dec. in d.c.
nouit.num.28.de iudic. ea ratione quia con-
ſuetudo, & ſtatutum poteſt inducere obliga-
tionem ex toto, ergo à fortiori poteſt dare fo-
mentum nobilitati ex parte matris; nec obſta-
re dicit d.l.exemplo, quia procedit in illo ca-
ſu ſpeciali, in quo lex vltrà procedit ità diſpo
nendo, alias ſecus; cùm iſtud ſit de iure poſi-
tiuo, contra quod valet ſtatutum, & conſuetu
do.§.fin.inſtit.de legit.agnat. tutel. & not.in
l. omnes populi.ff. de iuſt. & iur. idem dicit
Dec.in l.fæminæ.nu.70.ff.de reg. iur. Roch.
de Curt.in c.fin.col.16. de cõſuetud.& Bon.
Curtil.de nobilit.part.4.nu.38.Caſſan.glor.
mund.8. part. 8. conſiderat. idemque voluit
Alciat.in l.familiæ.§.fæminarum.ff.de verb.
ſignif. & Rebuff. de concordat. tit. de collat.
§.cum vero. in verb. ex vtroquè parente. in
fin.& ſeqtur Tiraq.d. cap.18.nu.22.& ſeqq.

pro

pro qua parte videtur tex. expreſſus in c.pen.
§.verum.de præbend. cui ego adhæreo ex di-
ctis ſuperius num.46. & ſeqq. reiecta diſtin-
ctione inter ſtatutum,& cõſuetudinem Prin-
cipis,ſeu populi habentis ius condendi leges,
& ſtatutum,ac conſuetudinem inferioris,quã
diſtinctionem facit Dec.in d.l.fœminæ.num.
69.70.& videtur ſentire Tiraq.d.cap.18.nu.
24.& 25.& Caſſan. glor. mund. 8.part.8.
conſiderat.
56 Subdeclaratur declaratio iſta,quia loquen
do ſimpliciter, & preciſè non dicitur quis no-
bilis reſpectu generis materni,ſed paterni:ſe-
cundùm quid tamen,& impropriè non eſt du
bium, quod omne compoſitum participat de
forma,& materia.Bald.in l.fin.in fin.C.de ſer
uis fugit.& ſic ſentit ibi Bald.quod nobilitas,
aut ignobilitas matris aliquid addat ad nobi-
litatem, vel ignobilitatem liberorum, & il-
lum ſequitur, ac multipliciter, multiſque
auctoritatibus hoc comprobat Tiraq. d. cap.
18.num.26. vſque ad num.38. idemquè tra-
dit Caſſad.deciſ.2. num.1. de iure patr. cum
57 alijs quos ipſe adducit. Hinc emanauit ſta-
tutum,ſiue conſuetudo in Ciuitate Venetia-
rum,quod natus ex matre ignobili, quàmuis
ex nobili patre ad conſilium, vel ad actus no-
bilitatis non admittitur, de quo etiam te-
ſtatur Menoch. de præſumpt. libro 4. præ-
ſumpt.189.num. 88. & eſt ſimilis conſuetu-
do Mediolanenſium prohibens filios viri no-
bilis ex vxore ignobili ſuccedere in fæudo,de
qua in c.1.tit. de fil. nat. ex matrim. ad Mor-
ganic.contract.ex quibus quidem ſpecialibus
conſuetudinibus deſumitur argumentum in
contrarium eſſe ius commune, nempe quòd
de iure communi ſit etiam aliqualiter conſide
rabilis nobilitas matris: Sic argumentatur
Bald.in l.non iccirco.nu.2.verſ. adde tamen.
C.de iur.& fact.ignor.Dec.conſ.175.num.7.
Roland.conſ.5.num.4.lib.1.Peregrin.conſ.
95.nu.6.lib.2.
58 Quæro autem,an è conuerſo nobilitas filio
rum tranſmittatur ad parentes,& ſuperiores,
nam pro affirmatiua facit tex.in l.hac lege. in
princ.& ibi gloſ.in verb.duarum.C.de meta-
tis,& epidemet.lib.12.l.vlt.in princ.C.de pri
uil.ſcolar.lib.12.l.in ſacris.la 3.& ibi gloſ.in
verb.parentes.C.de proxim.ſacror. ſcrin. lib.
12.l.vlt.§. hæc autem priuilegia. iuncta gloſ.
in verb. matrum.C. de Caſtrenſ. & miniſter.
lib.12.§.hæc ita. verſ. ſi vero. authentico. de
conſulib.ex iſtis enim iuribus probatur priui-
legium dignitatis filiorum tranſire ad ſupe-
riores; Contra vero,quod nobilitas non tran-
ſeat de inferioribus ad ſuperiores tex. eſt, &
ibi gloſ.vlt.& Bart.in l.1.ff.de ſenator. & fa-
cit etiam cap.1.de nat.ſucceſſ.feud. vbi aſcen
dentes non ſuccedunt in feudo inferioris, &
ſic etiam tenet gloſ.vlt.in d.l.1.ff.de ſenator.
& in d.§.hæc ità.in verb. voluerit. authenti-
co.de conſulib.Anchar.in c.1.de cognat.ſpi-
rit.Ioan.Plat. in d.l. in ſacris. in princ. & in
l.vlt.C. de incol. Rayn. in tractat. nobilitat.
in 13. quæſt.5. quæſt. princ. & Manſuer. in
tit. de tall. & collect.§. item vxor militis.in
fin.& ad iura in contrarium adducta reſpon-
dent ea eſſe ſpecialia.Hęc igitur opinio,quod
59 nobilitas filiorum non tranſeat ad parentes,
& ſuperiores vera eſt loquendo propriè &
ſimpliciter;ſed impropriè, & ſecundum quid
vera eſt prima opinio, pro qua adduco tex. in
§.generaliter;authentico. conſtit. quæ de di-
gnit. ibi; & nobiliores adhuc patres oſten-
dat; & ibi; hoc enim multò maior patribus
laus erit, & lætitiæ occaſionem præbebit ma-
gnæ; & ibi notabilis gloſ.in verb. & nobi-
liores,& in verb.occaſionem;quæ dicit,quod
dignitas filij,gloria & laus patris eſt;ſequitur
gloſ.in l.ſed Iulianus.§.proinde. in verb.ſole
bat.ff.ad Macædon.& facit tex.in l.1.§.vſquè
adeo. & l.ſi quis ſeruum.ff. de iniur.ſic quo-
que concludit Tiraq.de nobilit.cap.16.idem
60 què dicendum eſt de nobilitate tranſuerſa-
lium, quia pariter tranſit ad tranſuerſales vſ-
que ad quartum gradum. idem Tiraq. eod.
loc.cap.17.

*SVMMARIVM.*

*1 Vitia,delicta,& opprobria parentum ad filios quo ad pœnam ſpirituale͂ nõ tranſmittũtur.*

*2 Excommunicari non poteſt vnus pro altero, nec alia pœna puniri, qua amittitur æterna gloria.*

*3 Vitia,delicta,& opprobria parentum ad filios non tranſmittuntur,quoad pœnam temporalem corporis,vel bonorum.*

*Fallit in crimine læſæ maieſtatis; hæreſis, & quoad ordines.4.*

*5 Infamia paterna procedens ex vitijs,delictis, & opprobrijs quoad pœnam temporalem honoris, & dignitatis in filios non tranſmittitur:ſed contra verius eſt.6.& procedit etiã in filijs illegitimis.7.ac item in nepotibus.8. etiam natis ante ortam infamiam.9.*

*10 Tranſmiſsio infamiæ paternæ in filios impeditur ex propria eorumdem filiorum virtute:exceptis caſibus in quibus à iure reperitur expreſſe cautum in contrarium.11. de*

*qua tamen propria filiorum virtute perſpi-
cuis probationibus conſtare debet* 12.
13 *Filius natus ex patre fatuo, fatuus præſu-
mitur.*

## CASVS XXX.

*Ignobilitas, & infamia maiorum vtrum in filios
& poſteros tranſmittantur.*

POſtquàm dictum eſt de tranſ-
miſſione nobilitatis; nunc eſt
videndum de tranſmiſſione
ignobilitatis: An ſcilicet vi-
tia, opprobria, & delicta pa-
rentum ex eadem regula tranſmittantur ad
filios; quocirca per caſus diſtinctos procedē-
dum eſt.

1 Primus igitur caſus eſt, quoad pænam ſpi-
ritualem; & tunc vitia, delicta, & opprobria
patris ad filios non tranſmittuntur. c. vnde-
cunque, & ibi gloſ. in verb. ſic mali. c. naſci de
adulterio. 56. diſt. c. iam itaque. c. non impu-
tantur. 1. q. 4. §. ſpiritualiter. c. ſi habes. 24. q.
3. c. ſicut ſatius. 32. q. 4. & iſto reſpectu intel-
ligitur illud quòd anima quæ peccauerit ipſa
punietur. d. c. iam itaquè. 1. q. 4. & §. ſpiritua-
liter. & c. ſi habes. 24. q. 3. & quod filius non
portat iniquitatem patris. c. iudæi. & c. ſeq. 1.
2 q. 4. qua ex re infertur vnum pro altero vel
prò alterius culpa non poſſe excommunicari,
nec alia pæna puniri, qua æterna gloria amit-
titur. c. Romana. §. fin. de ſent. excomm. in 6.
Alphonſ. de Caſtr. de iuſt. hæret. punit. lib. 2.
cap. 11. Couar. var. reſolut. lib. 2. cap. 8. nu. 1.
verſ. quinta. Menoch. conſ. 99. numero 207.
208. 209.

3 Secundus caſus eſt quoad pænam tempo-
ralem corporis, vel bonorum; & iſto caſu vi-
tia, delicta, & opprobria parentum ad filios
regulariter non tranſmittuntur, quia pæna
debet tenere ſuos authores. l. ſancimus. C. de
pęnis. c. quæſiuit. de his quæ fiunt à maior.
part. cap. d. c. Romana. §. fin. de ſent. excom.
4 in 6. in certis tamen caſibus ſpecialibus tranſ-
mittuntur etiam in filios, vt in crimine læſæ
maieſtatis. l. quiſquis. §. filij. C. ad leg. iul. ma-
ieſt. & in crimine hæreſis. c. vergentis. de hæ-
retic. c. 2. §. hæretici. de hæretic. in 6. authen-
tica. Gazaros. C. de hæretic. Et quoad ordi-
nes, quia illegitimus non poteſt promoueri
ad ordines. c. 1. de filijs præsbit. Conc. Trid.
ſeſſ. 23. de reformat. cap. 5. ac item quoad
beneficia. c. 1. de fil. præsb. in 6. d. c. 2. §. hære-
tici. de hæretic. in 6. Conc. Trid. cap. 1. ſeſſ. 7.
de reformat. cap. 2. ſeſſ. 22. de reformat. &
cap. 1. ſeſſ. 24. de reformat. Garz. de benef.
part. 7. cap. 2. nu. 1. & ſeqq. vbi alios allegat:
perit enim iuſtus ſæpiſſime pro impio. c. in Sā-
cta. de conſecrat. diſt. 1. c. cum multæ. 15. q. 8.
c. ſed illud. §. polluitur. 45. diſt. iccirco habe-
tur ex verbis euangelij, vbi Apoſtoli de cæco
nato Chriſtum interrogaſſe dicuntur. Rabbi
quis peccauit hic, aut parentes eius, vt cæcus
naſceretur? Et Dominus dixit ad Moiſem;
ego ſum Deus Zelotes viſitans peccata paren
tum in filios vſque in tertiam, & quartam
progeniem; de quibus eſt tex. in §. his ità re-
ſpondetur. 24. quæſt. 3. & cap. homini. §. è cō-
tra. 1. q. 4. & plura cumulat Menoch. cōſ. 99.
num. 210. & ſeqq.

5 Tertius caſus eſt quoad pænam tempora-
lem honoris, & dignitatis; hoc eſt an infamia
parētum procedens ex eorum vitijs, delictis,
& opprobrijs tranſmittatur in filios, & quoad
iſtum reſpectum; non videtur in filios tran-
ſire per tex. in l. crimen. ff. de pænis & cap. cri-
men. 1. q. 4. vbi dicitur, quod crimen, vel pæ-
na paterna nullam maculam filio infligit. l. 2.
§. in auo. ff. de decurion. ibi; ne qua patris no-
ta filius maculetur; & §. nullum, ibi; ideoque
nec ordine decurionum, aut cæteris honori-
bus propter eiuſmodi cauſam prohibetur; l.
3. §. quod ſi pater. ff. de muner. & honor. vbi
quod patris delicta filijs non præiudicant in
honore: ad idē. l. generali. §. fin. ff. de rit. nupt.
cap. nunquàm de vitijs. 56. diſt. vbi filius non
obfuſcatur, nec polluitur ex fornicatione vel
adulterio matris: Hinc iuuenalis dixit: Tol-
le tuum Annibalem, malo pater tibi ſit terſi-
tes, dummodo tu ſis Eacidæ ſimilis, vulcana-
què arma capeſcas; quàm te terſite ſimilem
producat Achilles. gloſ. vlt. in fin. in cap. vn-
decunque. 56. diſt. & ratio eſt quia non debet
quis alieno odio pregrauari. l. ſi quis in ſuo.
§. legis. C. de inoff. teſtam. l. non debet. ff. de
6 reg. iur. E' contra quod imò infamia paterna
in filios tranſmittatur tex. eſt in cap. venera-
bilē. §. ſunt enim. & ibi Hoſt. col. 6. verſ. quod
ergo. & Abb. num. 12. de elect. vbi quòd ad re
pellendum aliquem à dignitate adipiſcenda,
cōſideratur delictum progenitorum, & Bald.
ibi num. 11. notat, quod infamia progenitorū
trāſit in poſteros: & facit tex. in l. generaliter.
§. ſpurios. & l. ſpurij. iuncta gloſ. 1. ff. de decu-
rion. vbi ſpurij ob peccatum patris non poſ-
ſunt eligi in decuriones, niſi in defectum legi
timorum. l. diuo Marco. C. de queſt. vbi quod
filius aſpergitur macula patris, & ob id poteſt
torqueri qui aliàs torqueri non poterat. l. ſi.
cohor-

cohortalis. C. de cohortalibus lib. 12. vbi filius ob delictum patris ſpoliatur omnibus inſignibus impetrati honoris. l. fin. C. de muri-leg. lib. 11. vbi filius quoad honores ſequitur conditionem patris. l. imperialis. §. his illud. C. de nupt. vbi filiæ mulierum ſcenicarum ob infamiam maternam certis hominibus in matrimonium copulari prohibentur. l. quiſquis. §. filij. C. ad leg. iul. maieſt. ibi; infamia eos paterna ſemper comitetur ad nullos prorſus honores perueniant; c. 2. §. hæretici. de hæretic. in 6. cap. fælicis §. nulli. de pænis. cod. lib. vbi filijs, & nepotibus hæreticorum clauſa eſt ianua dignitatis, honoris, & officij publici, pro peccato enim vnius punitur alius infamia Innoc. in c. grauem num. 3. de ſent. excom. per tex. in c. quæro. §. verùm. 6. q. 1. & facit illud ſapient. 3. contumelia filij pater ſine honore; & ratio iſtius partis eſt, nã qui naſcitur à malo, & infami patre, malus eſſe præſumitur. l. quod ſi nolit. §. qui mãcipia. ff. de ædil. edict. l. cùm vnus. in princ. ff. de alim. & cibar. legat. Caccialup. in l. admonendi. nu. 257. ff. de iureiur. cùm præſumendum ſit filium geſta parentum imitari. Specul. in proæm. num. 17. Grammat. deciſ. 18. nu. 1. ſæpe enim ſolet filius ſimilis eſſe patri. gloſ. in d. l. quod ſi nolit. §. qui mancipia. in verb. non infamatæ. ff. de ædilit. edict. & in cap. 2. in verb. defectu. de filijs presbit. in 6. gloſ. in d. cap. venerabilem. §. ſunt enim. in verb. progenitores. de electi on. quia non poteſt arbor mala bonos fructus facere. gloſ. in d. §. qui mancipia. in verb. non infamatæ. moresq; formantur à coniuncto. d. l. ſi cohortalis. C. de cohortalib. lib. 12. l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re milit. & ex mala conuerſatione bonus efficitur vitioſus. l. ædiles. la. 1. §. pædius. ff. de ædilit. edict. cap. cum in iuuentute. de purgat. canon. hinc conſortium malorum ſepe corrumpit etiam alios de ſe bonos. cap. ſæpe malorum. 28. q. 1. & vna ouis morbida inficit totum gregem. l. Iulianus. in princ. ff de action. empt. cap. ea quę. de ſtat. regul. c. ſed aliud. 40. diſt. Cepoll. de ſeruit. ruſtic. præd. cap. 9. nu. 20. Et modicum fermenti totam maſſam corrumpit. gloſ. in l. ſi vnus. §. pactus. in verb. ipſo iure. ff. de pactis. hinc dicitur quod cum ſancto ſanctus eris, & cum peruerſo peruerteris. gloſ. in l. ſi finita. §. ex hoc edicto. in verb. iuncta. ff. de damn. infect. Crauet. conſil. 220. num. 12. & cum bonis ambula. gloſ. in l. ædiles. la. 1. §. pædius. in verb. conſeruorum. ff. de ędilit. edict. Neuizz. in ſilua nupt. §. 1. num. 16. hinc eſt, quod ex conuerſatione, quam quis habet, præſumitur bonus, vel malus. cap. peruenit. 2. q. 7. d. cap. ſæpe 28. q. 1. gloſ. in d. §. pædius. in verb. conſeruorum; hinc denique eſt, quod conuerſatio mala facit quem præſumi ſuſpectum. l. 3. §. conſtat enim. ff. de adminiſtrat. tut. Et ibi Bart. in §. ſi parens. & §. quamuis. Gandin. in tit. de quæſt. ſub num. 14. Grammat. conſ. 17. num. 14. Bald. conſ. 95. num. 6. lib. 1. Crauet. conſ. 220. num. 12. Ex quibus cõcludendum eſt veram eſſe hanc partem affirmatiuã, quod infamia proueniens ex vitijs, delictis, & opprobrijs parentum quoad pænam temporalẽ honoris, & dignitatis tranſmittitur in filios.

7 Ampliatur primò hic tertius caſus, vt locũ habeat etiam in filijs illegitimis, hi enim præſumuntur eiſdem vitijs laboraturi, quibus & eorum pater laborabat, cùm à ſanguine illius proceſſerint, & ſint eius corporis pars, quæ ratio etiam in filijs illegitimis obtinet, & ſic concludit Couar. var. reſolut. lib. 2. cap. 8. nu. 3. Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 33. num. 9. & ſeqq.

8 Ampliatur ſecundò procedere etiam quoad nepotes, nàm licet in his quæ pertinent ad pęnam & odium, appellatione filiorum non veniant nepotes. l. lege iulia. §. hoc capite. ff. de rit. nupt. l. patri. ff. de adult. Bart. in l. liberorum. num. 6. ff. de verb. ſignific. nihilominus cum ex eodem ſanguine procreati ſint, ob id præſumuntur auorum vitia imitari. Couar. d. cap. 8. nu. 2. & 3. Menoch. d. præſumpt. 33. num. 12. & ſeqq.

9 Ampliatur tertiò, vt procedat non ſolùm in filijs natis poſtquàm pater commiſit delicta, & opprobria, ſed etiam in eis qui antea nati erant, nàm & ij præſumũtur laboraturi eodem vitio, quo affectus erat eorum pater. Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 33. num. 16. cum alijs per eum adductis.

10 Declaratur iſte tertius caſus, quia hæc trãſmiſſio infamiæ impeditur, & tollitur ex propria eorundem filiorum virtute, nam ſi filij propria virtute decorati ſunt; opprobrijs, vel vitijs parentum non dedecorantur, nec de eis ſunt culpandi. tex. eſt in cap. nunquàm de vitijs. 56. diſt. namquè pater eſſe poteſt perſona vilis, & abiecta, filius autem perſona honeſta. l. ſi vnius. §. interdum. ff. de iniur. & ità intelliguntur iura adducta pro parte negatiua.

11 Subdeclaratur primò iſta declaratio, vt nõ procedat, nec locum habeat in his caſibus ſpecialibus, in quibus à iure reperitur expreſsè cautum in contrarium. vt d. l. generaliter. §. ſpurios. l. ſpurij. ff. de decurion. l. diuo Marco. C. de quæſt. l. ſi cohortalis. C. de cohorta-

lib.

lib.lib.12.l.fin.C.de murileg.lib.11.l.imperialis.§.his illud.C.de nupt.l.quiſquis.C.ad leg.iul.maieſt.cap.venerabilem.§.ſunt enim. de elect.cap.2.§.hæretici.de hæret.in 6.cap. fęlicis.§.nulli.de pęnis in 6.quę iura ſuperius adduxi pro parte affirmatiua; tunc enim non conſiderata propria filiorum virtute ſtandũ eſt legum diſpoſitioni,quàmuis duræ.l.proſpexit.in princ.ff.qui & à quib.

12 Subdeclaratur ſecundò declaratio hæc, quia de hac propria ipſorum filiorum virtute perſpicuis probationibus conſtare debet, cùm vrgenti præſumptione præmantur, ex quo filius eſt portio corporis patris ſui.l.cum ſcimus.C.de agric.& cenſit.lib.11.cap.contradicimus.§.hac autoritate.35.quæſt.3.c.af ferte.de præſumpt. vnde talis eſſe præſumitur,qualis pater fuit Spec.in tit.de feud.cap. quoniam.num.14.Vaſqu.controuerſ.illuſtr. lib.2.cap.51.num.60.& eiuſdem affectionis, ac voluntatis, ſicut & pater Bald.in l.liberti. nu.4.C.de oper.libert. vbi etiam dicit, quod ſapientes ità opinantur, quia filij ſunt imitatores progenitorum;& illum refert,ac ſequitur Gram.deciſ.18.num.2.& Vaſqu.de ſucceſſ.progreſſ.§.19.num.44.ideo Fulgoſ.conſil.159.num.1.dicit quod cùm pater qui eſt radix eſt corruptus, non poteſt bonus filius de ipſo deſcendere,hinc eſt quod ſi pater fuit incontinens,incõſtans, & infidus,talis etiam præſumitur filius.cap.ſi gens anglorum.56. diſt.Ioã.And.in cap.ſemel malus.de reg.iur. in 6.Alciat.de præſumpt.reg.1.præſumpt. 24.Menoch.de præſumpt.lib.5.præſumpt. 33.num.2.Hinc ſi fuit factioſus,& partialis, talis etiam pręſumitur filius.Gramat.d.deciſ. 18.num.2.& conſ.13.num.5.Barbat.conſil.
13 34.vol.2.Hinc ſi erat fatuus de tempore cõceptionis filij, talis eſſe præſumitur & filius qui ex eodem ſanguine infecto eſt compoſitus, namquè vna eſt ſpecies tranſmiſſionis, quæ naturalis dicitur. Bald.in l.cum in antiquioribus.num.8.C.de iure deliber.qua de cauſa etiam natiuus ſplendor, & nobilitas à progenitoribus ſeminatur in poſteros.l.nobiliores.C.de commert.& mercat.Bald.in d.l. cum in antiquioribus.num.8.ea enim quæ naturalia ſunt immutari non poſſunt.§.ſed naturalia.inſtit.de iure nat.gent.& ciuil.

*SVMMARIVM.*

1 *Macula & infamia proueniens ex adulterio, vel fornicatione tranſit ad illos qui ſunt de cognatione, vel affinitate: Contrarium verius eſt.4.& ſeq.intellige ſi ea improbarũt, vel de eis conqueſti ſunt.6.*

2 *Ius accuſandi mulierem de adulterio ad effectum lucrandi dotem, tranſit ad hæredes ſi maritus in vita mores mulieris adulteræ improbauit, aut de eis conqueſtus eſt.*

3 *Iniuria facta vni de cognatione, vel affinitate, toti cognationi, vel affinitati fieri videtur.*

5 *Vilitas patris non facit, quin filius eſſe poſſit perſona honeſta.*

## CASVS XXXI.

*Infamia proueniens ex adulterio vel fornicatione, an tranſeat in illos de agnatione.*

1 MAcula & infamia proueniens ex adulterio, vel fornicatione; vtrũ tranſeat ad illos, qui ſunt de cognatione vel affinitate.

Primò aſpectu videretur affirmatiuè reſoluendum per tex.in l.miles.§.ſocer.ff.de adulter.ibi; vindictę domus ſuę; & ſic tenet Bald. in l.vnic.num.5.C.de rapt.virg.vbi Ang.nu. 3.Dec.conſ.133.num.4.verſ.tertiò conſide-
2 randum.Roman.conſ.451.col.2. Hinc videmus,quod ius accuſandi mulierem de adulterio ad effectum lucrandi dotem tranſit ad hęredes mariti ſaltem ſi idem maritus in vita mores ipſius mulieris adulterę improbauit, aut de his conqueſtus eſt.Alex.conſ.189.nu. 2.verſ.ſed pręmiſſis.& nu.3.lib.6.Boer.deciſ. 338.num.8.Menoch.conſ.31.num.33.verſ.
3 reſpondeo ſecundò: Et ratio eſt quia iniuria facta vni de cognatione,vel affinitate,toti cognationi, vel affinitati fieri videtur.l.1.in princ.verſ.qua lege,& ibi gloſ.in verb.eorũ. ff.de iniur.ad idem.l.1.vbi Bald.num.1.C.ſi quacunque prędit.poteſt.& facit.l.1.& 2.ff. de liber.cauſ.vbi ſeruitus vnius porrigitur ad dolorem,& iniuriam aliorum de cognatione; ideo Bart.in d.l.1.in princ.nu.1.ff.de iniur. notat quod conſanguineus non poteſt eſſe teſtis in cauſa iniuriarum,quia ſic videretur eſſe teſtis in cauſa propria; Et ità quod iniuria facta vni cenſeatur facta omnibus de agnatione, & propterea nullus de ea poſſit eſſe teſtis, ſequitur Bald.in d.l.vnic.num.5.C.de rapt. virg.vbi etiam Cyn.Ang.& Salicet.Felin. in cap.literas.num.8.de reſtit.ſpoliat.& in cap.cum oporteat.num.2.verſ.& iſta procedunt.de accuſat.cum alijs allegatis per Menoch.de arbitr.iudic.caſ.262.num.5.Alex. conſ.24.num.19.lib.2.vbi quod non ſolùm

repel-

repelluntur agnati, ſed etiam cognati, & affi-
nes: ſed pro parte contraria, quod adulteriũ,
4 & fornicatio mulieris non noceat illis de co-
gnatione, vel affinitate quòad honorem, &
decorem tex. eſt in cap. nunquã de vitijs. 56.
diſt. vbi dicitur, quod filius non obſuſcatur,
nec polluitur ex fornicatione, vel adulterio
5 matris, ſi is propria virtute decoratur. l. ſed ſi
vnius. §. interdum. ff. de iniur. vbi quod vili-
tas patris non facit, quin filius eſſe poſſit per-
ſona honeſta, & l. crimen. ff. de pœnis, c. crimẽ.
1. q. 4. vbi quod crimen paternum nullam ma
culam filio infligere poteſt. l. ſancimus. C. eo.
de pœnis, vbi crimina non afficiunt propin-
quos, vel affines. l. 2. §. nullum. ff. de decurion.
l. 3. §. quod ſi pater. ff. de munet. & honor. vbi
quod patris delicta filijs non præiudicant in
honore, ad idẽ. l. generali. §. fin. ff. de rit. nupt.
& facit tot. tit. C. ne fil. pro patre, & cap. ſatis
peruerſum. 56. diſt. & facit quoque quia ſo-
ror nõ ſplendet nobilitate fratris. §. ſi vero. au
thentico. de cõſulibus & gloſ. 1. in l. mulieres.
C. de incolis. lib. 10. & conſequenter non affi-
citur ignobilitate illius, ergo nec frater affici-
tur ignobilitate ſororis: ratio huius partis eſt,
quia vbi non eſt culpa, ibi non eſt pæna. d. l. sã
cimus. C. de pænis. cap. 2. de conſtit. pœna
enim debet tenere ſuos autores. d. l. ſancimus,
& cap. quæſiuit. de ijs, quæ fiunt à maior.
part. cap. nec ex aliorum culpa quis puniri de
bet. l. ob maritorum. C. ne vxor pro marit. nec
grauari odio alterius. l. ſi quis in ſuo. §. legis.
C. de inoff. teſtam. l. non debet. ff. de reg. iur.
l. fin. ff. ad ſillan. Ex quibus patet hanc partẽ
eſſe veram de iure diuino & humano, ac item
de naturali æquitate. cap. 1. vbi Archid. Ge-
min. & alij. de iniur. in 6. & quidem miſerri-
mus, ac deplorandus eſſet ſtatus hominis,
ſi honor illius in manibus aliorum, & multò
magis in fæmoralibus mulierum ſtaret; om-
nes enim ſcimus eas eſſe fragiles. l. ſi mulier.
la 2. C. ad Vellcian. l. ſi pater. C. de ſponſal.
cap. ex parte abbatiſſæ. de priuileg. Et pro-
pter earum fragilitatem ac imbecillitatem fa-
cillime decipi, & ſeduci. §. his conſequens,
verſ. vnde volumus. authentico. de æqualit.
dot. Tiraq. de legibus connubial. in l. 1. gloſ.
1. num. 70. & ſeqq. præſertim autem in rebus
venereis, quia mulieres ad hoc natura proge-
nuit, vt partus ederent, ob idquè maxima eis
cupiditas in hoc conſtituta eſt. l. 2. §. cũ enim.
C. de indict. viduit. toll. l. quæritur. §. ſi mu-
lier. ff. de ædilit. edict. Et multipliciter com-
probat Tiraq. de legib. connubial. l. 9. gloſ. 1.
num. 85. & ſeqq. & Neuizzan. in ſua Silua
6 nupt. lib. 4. num. 33. in fin. cum ſeqq. Vnde
concludo vxorem, vel ſororem aliquam habẽ
tes (prout Deo propitiante ego nullam vn-
quàm habui) non poſſe notari de illarum cri-
minibus quæ improbarunt, aut de quibus cõ-
quæſti ſunt, maximè quando propria virtute
ſunt decorati. d. cap. nunquàm. 56. diſtinct.
ideoque maculam ipſarum ad eos non tranſi-
re; & idem de matre, ac alijs conſanguineis di
cendum fore: non obſtante quod ex adulte-
rio, vel fornicatione reſultet iniuria toti caſa-
tæ, & cognationi; cùm aliud ſit iniuria, &
aliud ſit infamia, & macula.

*SVMMARIVM.*

*1 Ciuilitas acquiſita per patrem ratione origi-*
*nis tranſit ad filios; ad nepotes autem ſecus:*
*ſi tamen ijdem nepotes nati ſunt viuo auo,*
*etiam ad eos tranſit. 2.*
*3 Ciuilitas acquiſita mediante domicilio, ſeu*
*incolatu non tranſit ad aliquos deſcenden-*
*tes.*
*4 Ciuilitas acquiſita ex pacto, & conuentione*
*inita cum ciuitate ad filios, & deſcendentes*
*tranſit, ſi verba conuentionis non repugnãt.*
*5 Filius adoptiuus conſecutus ciuilitatem pa-*
*tris adoptantis illam ad filios & deſcenden-*
*tes tranſmittit: Idem eſt de liberto. 6. intelli*
*ge de ciuilitate tantùm acquiſita ratione ori*
*ginis. 7.*
*8 Ciuilitas acquiſita ex priuilegio, intantum*
*tranſmittitur, inquantum tranſmittitur*
*priuilegium ipſum.*

## CASVS XXXII.

*Ciuilitas acquiſita per patrem quando tranſeat*
*in filios vel alios deſcendentes.*

Ciuilitas per patrem acquiſita, quan
do tranſeat in filios & alios de-
ſcendentes, infraſcripta caſuum
diſtinctione enucleatur.
1 Primus caſus eſt quoad ciuilitatem patris
acquiſitam ratione originis, & iſta tranſit qui
dem ad filios, ad nepotes autem non tranſit.
gloſ. 1. in princ. in l. filios. C. de municip. &
originar. lib. 10. gloſ. in l. aſſumptio. §. filius.
in verb. non domicilium. ff. ad municip. Cyn.
in l. 2. C. de iuriſd. omn. iud. Crott. ĩ l. ſi is qui
pro emptore. nu. 101. ff. de vſucapion. Alex.
conſ. 16. num. 9. lib. 5. Boſſ. in pract. crim. tit.
de foro compet. num. 28. Ludouiſ. deciſ. 372.
num. 6.

2 Declaratur iſte primus caſus, vt ſi nepotes eſſent nati viuo auo, tunc huiuſmodi ciuilitas tranſiret etiam ad eoſdem nepotes vti natos in poteſtate ipſius aui. Sic Cyn. in d. l. 2. C. de iuriſd. omn. iud. & poſt eũ. Bart. in d. l. aſſumptio. §. filius. num. 1. ff. ad municip. ſequitur Crott. in d. l. ſi is qui pro emptore. num. 101. Alex. d. conſ. 16. num. 9. lib. 5. Boſſ. tit. de for. compet. num. 28.

3 Secundus caſus eſt quoad ciuilitatem patris contractam per domicilium, ſeu incolatũ, & iſta non tranſit ad aliquos deſcendentes. d. l. aſſumptio. §. filius, & l. libertus. §. patris. & ibi Bart. ff. ad municipal. Crott. in d. l. ſi is qui pro emptore. nu. 101. ff. de vſucap. Alex. conſil. 16. num. 11. lib. 5. Boſſ. in tit. de foro competent. num. 28. & ratio eſt, quia domicilium eſt mutabile ex voluntate ipſius patris, quam rationem adducit gloſ. in d. l. libertus. §. patris. per illum tex. in verb. temporaria, & ibi Bart. ff. ad municip.

4 Tertius eſt caſus quoad ciuilitatem acquiſitam ex pacto, & conuentione inita cum ciuitate; & iſta quatenus verba non repugnent ad filios & deſcendentes tranſit, licet de eis mentio facta non ſit, quia contractus omnes tranſmittuntur ad hæredes. l. ſi pactum. ff. de probat. quod procedit etiam nulla de eiſdem hæredibus mentione facta. l. veteris. l. fin. C. de contrah. ſtipulat. ac etiam ſi ipſi cõtractus non ſint perpetui, dummodo non ſint mutabiles ex voluntate; vt eſt commodatum. l. in commodato. §. ſicut. ff. commodat. & magis in terminis probatur ex eo, quia ciuilitas acquiſita per domicilium, vel incolatum, ea ratione tranſibilis non eſt, quia eſt mutabilis ex volũtate gloſ. in d. l. libertus. §. patris. in verb. temporaria: & ibi Bart. ff. ad municip. ideo à contrario ſenſu, ſi non eſt mutabilis, debet trãſire; ſed ciuilitas acquiſita ex pacto, & conuẽtione non eſt mutabilis, quia paciſcens obligatus eſt ciuitati ità quod non poteſt libera voluntate recedere. l. ſicut. C. de action. & obligat. igitur ad filios, & deſcendentes trãſmiſſibilis eſt; ſic etiam priuilegium, quod conceſſum eſt ex pacto, vel contractu præſumitur eſſe reale, & conſequenter ad hæredes tranſmiſſibile. Bald. in c. 1. in 2. lect. num. 16. de iudic. Iaſ. in l. ſi ſic ſtipulatus. la 2. num. 13. & num. 17. ff. de verb. obligat. & cõnſ. 217. lib. 2. Crauet. conſ. 404. num, 2. & conſ. 929. nu. 33. & ità in ſpecie de ciuilitate acquiſita ex conuentione, quòd tranſeat ad hæredes, tenet Bart. in d. l. libertus. §. patris. ff. ad municip. & Iaſ. conſil. 217. nu. 8. lib. 2.

5 Quartus caſus eſt quoad ciuilitatem acquiſitam per adoptionem, vel per manumiſſionẽ, & hoc caſu filius adoptiuus ciuilitatem patris adoptantis conſecutus, illam ad filios & deſcendentes ſuos tranſmittit d. l. libertus. §.
6 in adoptiua. ff. ad municip. & idẽ eſt de liberto, is enim ciuilitatem patroni conſecutus, illam ad filios ac alios deſcendentes pariter tranſmittit. d. l. aſſumptio. §. libertini. ff. eodẽ tit. ad municip.

7 Declaratur, vt tranſmittant ciuilitatem acquiſitam ratione originis, non ratione domicilij vel incolatus, quia iſta non eſt tranſmiſſibilis vt in præcedentibus caſibus dictum eſt.

8 Quintus eſt caſus quoad ciuilitatem acquiſitam ex priuilegio; & iſta ciuilitas quomodocunque diſtinguat Roman. ſing. 78. intantùm tranſmittitur, inquantum tranſmittitur priuilegium ipſum; quando autem priuilegium trãſmittatur, de hoc ſatis dixi caſ. 23.

*S V M M A R I V M.*

1 *Arma, & inſignia domorum portare, eſt honor, & nobilitas.*

2 *Arma, & inſignia domorum tranſmittuntur ad deſcendentes de illa agnatione.*

3 *Arma, & inſignia ab aliquo cõceſſa pro ſe, & filijs, ſeu familia, vel agnatione, trãſeunt ad filios, & deſcendentes de illa familia, & agnatione; non ad cognatos, vel affines. & num. ſeqq.*

4 *Deſcendentes ex fœminis non ſunt de familia, vel agnatione.*

6 *Arma & inſignia conceſſa pro ſe, & filijs, ſeu familia, & agnatione, non ſunt ceſſibilia ad extraneos.*

9 *Arma, & inſignia domorum conceſſa pro ſe, & filijs, ſeu familia, & agnatione, tranſeunt ad deſcendentes de illa familia, & agnatione etiamſi non ſint hæredes patri, vel auo.*

10 *Vnicuique licitum eſt arma, & inſignia ſibi aſſumere propria autoritate.*

11 *Arma, & inſignia aſſumpta propria autoritate, tranſibilia ſunt in quoſcunque etiam per viam ceſſionis: idem de armis & inſignijs emptis ab alio. 12.*

13 *Arma, & inſignia, quæ competunt ratione dignitatis, & officij, non tranſeunt niſi ad illos, qui habent illam dignitatem, vel officium.*

14 *Arma, & inſignia, quæ competunt alicui ratione familiæ, & agnationis ex tempore immemorabili, tranſmiſſibilia ſunt.*

15 *Vbi*

15 *Vbi armorum, & inſignium tranſmiſsioni lo-*
*cus eſt, ea tranſmittuntur in totum, & diui-*
*di non debent.*
16 *Arma, & inſignia tranſmittere non poteſt,*
*qui pro delictis priuatus, vel priuandus eſt.*
17 *Arma, & inſignia domus propria autoritate*
*aſſumpta, vel empta, vel competentia ex tem*
*pore immemorabili tranſire poſſunt ad hære*
*des extraneos: & ad fideicommiſſarium.* 18.
*etiam particularem.* 21.
19 *Ea quæ ſunt tranſmiſsibilia ad hæredes extra*
*neos, ſunt etiam reſtituibilia fideicommiſſa-*
*rio.*
20 *Valet conditio appoſita à teſtatore, vt hæres*
*deferat arma & inſignia ſua.*

## CASVS XXXIII.

*Arma, & inſignia domorum, an tranſmit-*
*tantur ad deſcendentes de*
*agnatione.*

1 ARma, & inſignia domorum portare
honor, & nobilitas eſt, vt dicit
Bald. in l. generaliter. §. cum autẽ
num. 5. C. de inſtit. & ſubſtit. Caſ
ſan. in cathal. glor. mund. par. 1. concluſ. 12.
Per ſigna enim armorum denotatur ex conſer
uatur memoria domus. Anchar. conſ. 113. nu.
4. Ioan. de Anan. conſ. 86. nu. 2. & ibi Bologn.
2 in addit. num. 3. ideo ſicut nobilitas tranſmit-
titur ad deſcendentes, ſic etiam ad deſcenden
tes de illa agnatione tranſmittuntur arma, &
inſignia domorum. Gulielm. à Monſerrat. de
ſucceſſ. regum. dub. 2. num. 19. Caſſan. d. part.
1. concluſ. 38.

Sed pro intelligentia materiæ proceden-
dum eſt per caſus diſtinctos.

3 Primus ergo caſus eſt de inſignijs, & armis
conceſſis ab aliquo pro ſe & filijs, ſeu pro ſe
& ſua familia vel agnatione, & iſto caſu ar-
ma, & inſignia domus tranſeunt ad filios, ſiue
deſcendentes ſolummodo de illa familia vel
agnatione, ſeruata forma conceſſionis, ita
quod non tranſeunt neque ad cognatos, vel
affines. l. ius familiarium. C. de relig. & ſumpt.
fun. Bart. in tract. de inſign. & arm. num. 10.
Petr. de Vbald. in tract. de duob. fratr. part. 11.
num. 68. in fin. Caſſan. d. part. 1. concluſ. 40. ra
4 tio eſt quia deſcendentes ex fæminis non ſunt
de familia, vel agnatione. l. pronunciatio. in
5 fin. ff. de verb. ſignif. licet ex communi obſer-
uantia, & vſu contrarium ſeruari teſtetur idẽ
Caſſan. d. concluſ. 40. vt ſcilicet à cognatis, &
affinibus in parte dextera ponantur arma pa-
tris, in parte vero ſiniſtra arma matris, neque
6 ceſſibilia ſunt ad alios extraneos. Caſſan. d.
part. 1. concluſ. 45. verſ. aut vero loquimur de
7 armis datis; prout nec tranſeunt ad baſtardos,
vel ſpurios, qui pariter armis, & inſignijs do-
mus patris modo ſupradicto conceſſis vti non
poſſunt, eadem ratione; quia non ſunt de fami
lia, vel agnatione. Bart. in d. tract. de inſign. &
armis. num. 11. Bald. in l. generaliter. §. cum au-
tem. num. 5. C. de inſtit. & ſubſtit. Nicol. de
Vbald. in tract. ſucceſſ. ab inteſt. nu. 53. Butr.
in c. per venerabilem. qui fil. ſint legit. Guid.
Pap. deciſ. 580. num. 2. Gulielm. de Benedict.
in repet. cap. Raynutius. in verb. Raynutius
de clera. num. 31. & 35. cum alijs allegatis per
Tiraquell. in tract. nobilitatis. cap. 15. nu. 13.
Caſſan. in cathalog. glor. mund. part. 1. con-
cluſ. 24. & concluſ. 75. verſ. itẽ arma. Palæott.
de noth. & ſpur. cap. 60. num. 6. De conſuetu-
8 dine autem generali baſtardi quoquè & ſpu-
rij portant arma domus teſtatoris, de qua te-
ſtatur Matth. de afflict. de iure protomiſ. §.
1. num. 33. in fin. Palæott. de noth. & ſpur.
cap. 60. num. 6. Nicol. de Vbald. de ſucceſſ. ab
inteſt. nu. 53. Verum eſt quod in Francia, &
Brittania baſtardi de conſuetudine non por-
tant arma, & inſignia ſui generis plana, ſed
cum barra per tranſuerſum. Gulielm. de
Benedict. in dict. verſ. Raynutius de clera.
num. 31. Nicol. de Vbald. d. nu. 53. ſic etiam
de conſuetudine patriæ Delphinalis. Guid.
Pap. d. deciſ. 580. num. 3. & de conſuetudine
Germaniæ idem Nicol. de Vbald. d. num. 53.
in reliquis autem iſtius articuli quando ar-
ma, & inſigniæ domus trãſeant ad baſtardos,
vel ſpurios ſeruandus eſt modus traditus in
caſu. 29. num. 32.

9 Ad ipſos vero deſcendentes de familia, vel
agnatione tranſeunt arma, & inſignia huiuſ-
modi etiam ſi non ſint hæredes patri, vel eo-
rum auo. Bart. in d. tract. de inſign. & arm.
nu. 10. Gulielm. à Monſerrat. de ſucceſſ. Reg.
dub. 2. num. 19. Petr. de Vbald. de duob. fra-
tr. part. 11. nu. 68. in fin. per tex. in l. vel quæ
pater. in princ. & in l. familiaria. ff. de relig. &
ſumpt. funer.

10 Secundus caſus eſt de armis & inſignijs,
quæ quis propria autoritate ſibi aſſumpſit,
quod facere licitũ eſt Bart. de inſign. & arm.
num. 4. Caſſan. d. part. 1. concluſ. 28. nam ſi-
cut nomina inuenta ſunt ad recognoſcẽdum.
l. ad recognoſcẽdos. C. de ingen. & manumiſſ.
ità pariter ad recognoſcendum inuenta ſunt
arma, & inſignia. l. ſanctum. ff. de rer. diuiſ.
ſed talia nomina cuilibet licet imponere

ſibi ad placitum d. l. ad recognoſcendos. & l. falſi.in princ.ff.de falſis.ita etiam iſta inſignia cuilibet licet portare,& pingere in ſuo,non tamen in alieno, vt l. 2. C. vt nem. lic. ſin. iud. aut.& ibi not.per gloſ.in verb.aliquis; modò
11 arma,& inſignia iſta ſic propria autoritate aſſumpta tranſire poſſunt in quoſcunque etiam via ceſſionis. Caſſan. d. part. 1. concluſ. 45. verſ.aut loquimur de armis, quæ quis ſibi aſſumpſit.

12 Tertius caſus eſt de armis,& inſignijs quæ quis emit ab alio, in caſu quo vendi poſſunt, puta quia ſunt arma, vel inſignia pariter empta,vel propria autoritate aſſumpta, & iſta ad quoſcunquè etiam via ceſſionis ſimiliter tranſeunt.Caſſan.d.part.1.concluſ.45. verſ. aut loquimur de armis, quæ quis ſibi aſſumpſit.

13 Quartus caſus eſt de armis, & inſignijs, quæ competunt ratione dignitatis & officij, & hæc non tranſeunt neque ad illos de agnatione.l.eos.§. fin. ff. de falſ. neque ad alios in præiudicium ſucceſſorum.Caſſan. d. part. 1. concluſ.45.verſ.circa iſtud;ſed tranſeunt ſolummodo ad illos qui habent illam dignitatem,vel officium.l.1.ff.de off.proc. & legat. l. ſanctum.ff.de rer.diuiſ.

14 Quintus caſus eſt de illis armis, & inſignijs,quæ competunt alicui ratione familiæ, vel agnationis ex tempore immemorabili;hęc autem ſecundum Caſſan.d.concluſ.45. verſic. circa illud: non ſunt ad alios tranſmiſſibilia;ſed puto contrarium eſſe verius,quod imò tranſmiſſibilia ſint,nam qui habet tempus immemorabile, poteſt allegare quemcunque titulum tam emptionis,quam aſſumptionis propria autoritate.c.1.de præſcript.in ſexto.Balb. de præſcript. 2.part.tertiæ part. princ. quæſt. 6.num. 11.arma verò empta,vel propria auctoritate aſſumpta ſunt tranſibilia,vt proximè dictum eſt num.11.12.

15 Ampliantur caſus iſti, nam vbi armorum, & inſignium tranſmiſſioni locus eſt,ea tranſmittuntur in totum,ita quod vni per diuiſionem, vel differentiam aſſignari non poſſunt. arg.l. ſepulchra.C. de relig. & ſumpt. funer. Bart.in d.tract.de inſign.& arm. nu.10. Gulielm.à Monſerrat de ſucceſſ.reg. dub.2. nu. 19.imò vnuſquiſque poteſt alijs inuitis, & non conſentientibus illa portare ſine vlla differentia.Gulielm.à Monſerrat.d.num.19.tamen ſi quis vellet apponere aliquod ſignum, vel differentiam in inſignijs, & armis ad effectum vt exiſtens de vno columnello diſcernatur ab altero, hoc facere poſſet præterquam primogenitus,ad inſtar prænominis,quod ad differentiam additur nomini.l.vnic.C.de mutat.nom.gloſ.1. in §. ſi quis in nomine. inſtit. de legat.ſic idem Bart.in d.tract. de inſign. & arm.num. 11.Gulielm.à Monſerrat.d.dub. 2. nu 19.20.Caſſan.in cathal.glor.mund.part. 1.concluſ.20.

16 Declarantur ſupradicti caſus non habere locum in rebellibus,proditorijs, falſarijs, vel ſimilibus delinquentibus; ſiue in hæredibus eorum qui pro delictis priuandi ſunt ipſis armis,& inſignijs domus,nam ſi iſti ante rebellionem,proditionem, ſeu falſitatem haberent arma, & inſignia, deberent poſt delicta commiſſa illis priuari.l. eorum qui; & per illum tex.Bart.ibi.ff.de pænis.Iaſ.in §.pænales. nu. 14.inſtit.de action.Roman.ſingular. 474. & ſingul. 666. multò fortius tranſmiſſio ipſorũ armorum,& inſignium in eos, vel eorum hæredes impeditur.c.quemadmodũ.§.alioquin. de iureiur.& ſic tenet etiam Caſſan.d.part.1. concluſ.42.

17 Vnde ex præmiſſis patet arma, & inſignia domus propria autoritate aſſumpta, vel empta, vel competentia ex tempore immemorabili tranſire poſſe ad hæredes extraneos,& de hoc eſt tex. in l. ius familiarium. C. de relig. & ſumpt. fun.l.facta.§.ſi in danda.verſ. ſi vero nominis.ff. ad Trebell. & tenent Gulielm. de Benedict. in repet.cap.Raynutius.in verb. Raynutius de clera.num.44.& ſeqq. Caſſan. d.part. 1.concluſ.46. Guid. Pap.deciſ. 251. Socin.ſen.conſ.259.lib. 2. Grat. conſ.5. nu. 77.78.lib.2.Pariſ.conſ.19.nu.29.lib.2.Dec. conſ.273.nu.2.verſ.ſed tamen.

18 Sed an pari ratione tranſmittantur ad fideicommiſſarium,videtur dubiũ facere, quia iuſpatronatus & iura ſepulchrorum non tranſeunt in fideicommiſſarium,nam ad fideicommiſſarium non tranſeunt,niſi ea,quæ concernunt commodum pecuniarium, vt latè per Rocch. de Curt. in tract. iuriſpatronat. in verb. ipſe vel is à quo. quæſt. 9. & Lambert. in eod. tract. part. 2. lib. 1. 35. art. ſecundæ quæſt.princ. Craſſ.in §.fideicõmiſſum.quæſt. 52.53. idcirco idem videretur dicendum de vſu armorum, & inſignium domus, vt eadem ratione non tranſeant ad fideicommiſſarium; & ſic in his terminis quod arma, & inſignia teſtatoris ad fideicommiſſariũ non tranſeant, niſi idem fideicommiſſarius ſit de liberis, & deſcendentibus teſtatoris,vel de comprehenſis in conceſſione eorundem armorum, & inſignium;vel ipſa conceſſio facta ſit pro ſe,& hæredibus quibuſcunque,tenet Gulielm.de Bened.in

ned.in repet.cap.Raynutius.in verb.ſi abſquè liberis.il 2. de compend. ſubſt. num. 25. 26. 27.Contrarium tamen verius eſt, loquendo de armis, & inſignijs aſſumptis propria autoritate, vel emptis, ſeu competentibus ex tempore immemorabili, hæc enim tranſeunt in fideicommiſſarium vniuerſalem, quia is cenſetur eſſe hæres.l.poſtulante.in princ.ff.ad Trebell. l. ſi filiusfamilias.§. ſi filio.ff. quod eum
19 eo; Et ea quæ ſunt tranſmiſſibilia ad hæredes extraneos, ſunt etiam reſtituibilia fideicommiſſario, vt not.in l.ſi patroni filius. in princ. ff.ad Trebell.Guid. Pap. deciſ. 507. num. 2. Sed ſic eſt, quod huiuſmodi arma, & inſignia domus tranſmiſſibilia ſunt ad hæredes extraneos, vt mox dixi, ergo ſunt reſtituibilia fidei commiſſario vniuerſali, & hanc opinionem amplectitur quoquè Caſſan.d.part.1. cõcluſ. 43. Et licet iura ſepulchrorum & ius patronatus non tranſeant in fideicommiſſarium, tamen non benè infertur à iuribus ſpiritualibus ad arma, & inſignia domus, quæ ſpiritualia
20 non ſunt; quod patet ex eo quia valet conditio appoſita à teſtatore, vt hæres deferat arma, & inſignia ſua.l. facta.§. ſi in danda.verſic.ſi vero nominis.ff. ad Trebell. Guid. Pap. deciſ.251.Guliel.de Benedict.d.verſ. Raynutius declera.num.44. & ſeqq. Menoch. conſ. 30.nu.7.Teſſaur.deciſ.270. quæ tamen conditio, vel alia pactio in ſpiritualibus non valeret.c. ꝑn. de pact. Et idem eſſe puto de fidei-
21 commiſſario particulari, vel legatario cum arma, et inſignia iſta ſint ceſſibilia, vt dictũ eſt.

Neç obſtat doctrina Boer.deciſ. 146.num. 6.& Caſſan.d.part. 1.concluſ.46.dum dicunt non valere diſpoſitionem armorum, nec conſequenter locum eſſe illorum tranſmiſſioni niſi deficientibus illis de agnatione, vel familia; nam aut loquuntur de iſtis armis propria auctoritate aſſumptis, vel emptis, vel competentibus ratione familiæ ex tempore immemorabili, & iam conſtat illa tranſmitti, & cedi poſſe de omni tempore; Aut loquuntur de armis, ſiue inſignijs conceſſis ab alio, & tunc attendenda eſt forma conceſſionis.

*S V M M A R I V M.*

1 *Tranſactio tranſit ad hæredes actiuè, & paſſiuè, niſi facta ſit ſuper his, quæ competunt eis ex iure ſuo proprio.2.*

3 *Tranſactio non præiudicat ſucceſſoribus in beneficio, vel alia adminiſtratione.5. ampliatur num.6. declaratur num.8. & ſeqq.*

9 *Principis reſcriptum non confirmat malè geſta, nec tollit remedia reſciſſoria.*

10 *Confirmatio operatur vt actus realis ſit, & tranſibilis ad ſucceſſores.*

13 *Regularium tranſactio obligat ſucceſſores.*

14 *Tranſactio vaſalli non præiudicat alijs agnatis etiam habentibus notitiam ipſius tranſactionis. 15. declaratur num. 16. & ſeqq.*

21 *Tranſactio emphiteotæ non præiudicat alijs agnatis, niſi in his caſibus quibus præiudicat tranſactio vaſalli.*

22 *Tranſactio non præiudicat fideicommiſſarijs, vel ſubſtitutis: ampliatur. 28. & ſeqq. Declaratur. 34. & ſeqq.*

23 *Alienare qui non poteſt, non poteſt compromittere.*

24 *Alienatio ſequi poteſt ex compromiſſo.*

25 *Subſtitutis non nocet actus voluntarius.*

26 *Tranſactio eſt ſpecies alienationis.*

27 *Ius noſtrum à nobis auferri non poteſt ſine facto noſtro.*

36 *Compromittere in lite intricata partes cogi poſſunt.*

38 *Tranſactio primogeniti non nocet ſucceſſoribus niſi in his caſibus quibus nocet ſubſtitutis, & fideicommiſſarijs.*

39 *Primogenitura eſt fideicommiſſum perpetuũ familiæ relictum.*

40 *Tranſactio vſufructuarij non nocet alijs vocatis ad vſumfructum.*

## C A S V S XXXIV.

*Tranſactio quando ad alios tranſeat, eos obliget, vel eis præiudicet.*

FRequens in palatijs verſatur quæſtio, vtrum tranſactio in ſucceſſores tranſeat, eos obliget, & eis præiudicet; idcirco vtilis hæc materia per caſus diſtinguenda eſt.

1 Primus igitur caſus eſt quoad hæredes, & regula eſt affirmatiua quòd tranſactio tranſit ad hæredes actiuè & paſſiuè, eis nocet, atquè præiudicat. Bero. conſ. 176.num.74. vol.1. Rimin.ſen.conſ.107.num.6.Rota.Rom. penes Ludouiſ.deciſ.354.num.3.& deciſ.418. num.5.& ſeqq.Seraph.deciſ.711.num.4.idquè deducitur ex tex.in l. ſi pactũ. ff. de pact. l. cum à matre. C. de rei vendic.l. ſi ab eo C. de liber.cauſ.l.ex qua perſona ff.de reg.iur.

2 Declaratur tamen caſus iſte, vt non procedat quando tranſactio facta eſt ſuper his quæ cõpetunt ipſis heredibus ex iure ſuo proprio,

& propria ſua vocatione, veluti ex cauſa fidei
commiſſi, feudi, emphiteoſis, primogenituræ,
& ſimilium, tunc enim intrat theorica Baldi
in l.q. ſi patris nu. 12. C. vnde liber. videlicet
quòd aut quis conſentit, renunciat, vel tranſi-
git ſimpliciter, & talis conſenſus, renuncia-
tio, vel tranſactio non præiudicat hæredibus
in iure proprio ipſorum hæredum; aut vltra
conſenſum, ſiue renunciationem, vel tranſa-
ctionem promittit etiam obſeruare, & non
contrauenire, & hoc caſu ſi promittit pro ſe
tantùm, vel pro facto ſuo tantùm pariter non
præiudicat hæredibus venictibus ex iure ſuo
proprio, at ſi promittit pro ſe & hæredibus,
vel pro ſe abſque dictione taxatiua, tunc ſi
ijdem hæredes non confecerunt inuentariũ,
eis præiudicat, ijquè tenentur ſtare huiuſmo-
di conſenſui, renunciationi, & tranſactioni; ſi
autem inuentarium confecerunt, tunc tranſa-
ctio, conſenſus, vel renũciatio facta ſuper his
quæ competũt eiſdem hæredibus ex iure ſuo
proprio ad eos non tranſit, nec eis nocet, vel
præiudicat, & iſta eſt theorica Baldi in loc.
cit. quam approbat Aret. in l. apud Iulianum.
§. ſi quis alicui, propè finem, & eam legit cum
l. cum ſeruus. ff. de leg. 1. Ruin. conſ. 38. num.
18. & conſ. 42. num. 17. vol. 1. & conſil. 138.
num. 10. vol. 2. & conſ. 51. num. 22. circ. me-
dium vol. 5. Gabriel. conſ. 125. num. 1. lib. 1.
Alba conſ. 74. num. 1. Decian. conſ. 33. num.
109. vol. 1. Peregr. de fideicom. art. 52. num.
90. & ſeqq. & de hac re latiùs dicã in caſ. 73.
3 Secundus caſus eſt quoad ſucceſſores in be-
neficio, & regula eſt negatiua, quòd tranſa-
ctio facta cum præceſſore non tranſit in ſuc-
ceſſores in beneficio, nec eis præiudicat. c. ve-
niens. c. de cætero. de tranſact. c. præterea. de
4 cenſib. & ratio eſt quia tranſactio eſt ſtricti
iuris, & non egreditur perſonas in ea expreſ-
ſas l. imperatores. in princ. ff. de tranſact. l. 2.
& 3. C. res int. alios acta. l. ſi vnus. §. ante om-
nia. ff. de pact. latè Mantic. de tacit. lib. 26. tit.
4. & ratio rationis eſt quia tranſactio eſt ſpe-
cies alienationis l. 1. ff. de offic. proc. Cæſ. Bald.
in l. 1. in princ. C. ſi aduerſ. tranſact. Alex. con
ſil. 129. num. 2. lib. 1. Tiraq. de retract. lignag.
§. 1. gloſ. 14. num. 65. & ſeqq. & qui non po-
teſt alienare, non poteſt tranſigere d. l. 1. & l.
non ſolum. C. de præd. min. Tiraq. d. num. 65.
Molin. de primogen. lib. 4. cap. 9. nu. 8. Surd.
conſ. 501. num. 9. vol. 4.
5 Ampliatur primò iſte ſecundus caſus, vt
quod dicitur de ſucceſſore in beneficio, idem
quoquè dicẽdum eſt de ſucceſſore in alia ad-
miniſtratione, namquè tranſactio facta per
vnum adminiſtratorem non præiudicat alijs
ſucceſſoribus, vel principalibus ſuis, niſi quã-
do facta eſt de re dubia & cum bona fide l. præ
ſes. C. de tranſact. vbi notant omnes; & præte-
rea interuenerit etiam decretum iudicis, ſi res
ſuper quibus tranſactum eſt, tales erant quæ
non poſſent alienari ſine iudicis decreto; &
latius dicam inferius num. 36.
6 Ampliatur ſecundò caſus iſte, vt procedat
etiamſi Prælatus tranſigeret dimittendo rem
litigioſam penes poſſeſſorem, adhuc enim trã
ſactio non præiudicaret ſucceſſoribus, cùm in
hoc caſu neceſſariæ ſint eædem ſolemnitates,
quæ ſunt neceſſariæ in alienatione rerum Ec-
cleſiæ, & licet valdè controuerſum ſit inter
Doctores, an huiuſmodi tranſactio valida ſit
vel inualida, nihilominus quod ea inualida
ſit, voluit gloſ. in l. cum hi. §. ſi vni. in verb. trã
ſactione. ff. de tranſact. quam ſequitur Bart.
in l. nulli & ibi Iaſ. num. 2. ff. eod. tit. Abb. in
c. contingit. numer. 3. verſ. concluderem. eod.
tit. Federic. de ſen. conſil. 94. num. 1. Crauet.
conſ. 323. nu. 1. verſ. hec ita. Natta conſ. 441.
& ſic ſeruat Rota Rom. vt per Cocin. decis.
301. num. 1. & deciſ. 362. num. 3. vbi aliæ de-
ciſiones allegantur, & alios multos refert
Surd. conſ. 501. ſub num. 9. vol. 4. Roſental.
de feud. cap. 9. concluſ. 21. nu. 4. lit. g. & quic-
quid ſit de hac concluſione quoad validitatẽ
tranſactionis, & quoad euadendum pœnam
alienantis, tamen certum eſt quod eadẽ tran-
ſactio facta ſine ſolemnitatibus non præiudi-
cat ſucceſſoribus Molin. de primogen. lib. 1.
cap. 8. num. 27. Tiraq. de retract. lignag. §. 1.
gloſ. 9. num. 88. Ludouiſ. deciſ. 418. num. 12.
Iaſ. in l. quoties. 1. num. 2. C. de fideicom. Ri-
pa in l. filiusfamilias. §. diui. num. 17. Crott.
num. 146. Loaz. nu. 191. ff. de leg. 1. & quod
dicitur de illa tranſactione quæ fit dimitten-
do rem Eccleſiæ litigioſam penes poſſeſſorẽ,
idem fortius dicendum eſt de tranſactione,
quæ fit transferendo rem ipſam in alium, hæc
enim; ſi facta eſt ſine ſolemnitatibus requiſi-
tis in alienatione rerum Eccleſiæ; pariter nul-
la & inualida eſt & conſequenter ſucceſſori-
bus non nocet, nec præiudicat. Rebuff. de alie
nat. rer. eccleſ. num. 2. Redoan. de reb. eccleſ.
non alien. quæſt. 2. cap. 1. num. 1. & ſeq. Ro-
man. conſ. 166. num. 1. Bald. in cap. 1. num. 6.
de controuerſ. int. dom. & alium de benef. &
in cap. imperialem. nu. 17. de prohibit. feud.
alien. per Frider. Iacob. de feud. in verb. & cũ
pacto de nõ alienando num. 8. Curt. de feud.
part. 4. num. 96. Pariſ. conſ. 1. num. 134. lib. 1.
Clar. in §. feudum. num. 38. cum alijs conge-
ſtis

ſtis per Roſental. de feud. cap. 9. memb. 1. concluſ. 21, num. 2. & ſeqq.

7 Declaratur primò iſte ſecũdus caſus; quia ſi Prælatus tranſigendo retinet rem contentioſam penes ſe etiam aliquo facto vel dato; tunc tranſactio valet cùm reddat conditioné eccleſiæ meliorem. gloſ. in l. nulli. ff. de tranſact. & ibi Bart. & Iaſ. num. 2. Abb. in d. c. contingit. num. 3. verſ. concluderem. eod. tit. Rebuff. de alienat. rer. eccleſ. num. 2. Redoan. de reb. eccleſ. non alien. d. quęſt. 2. cap. 1. num. 2. & ſeq.

8 Declaratur ſecundò vt non procedat quãdo in actu ipſius tranſactionis interuenit autoritas ſuperioris l. quoties. ff. de acquir. hæred. ad hoc tex. in c. 1. in fin. de tranſact. l. 1. §. omnia. C. de veter. iur. enuclean. Redoan. de reb. Ecc. non alien. d. quæſt. 2. cap. 1. num. 6. diuerſimodè tamen ipſam ſuperioris autoritatem accipiendo, nàm quoad caſus compræhenſos in conſtit. ambitioſæ. de reb. eccleſ. nõ alien. & in locis vbi ea recepta eſt, requiritur autoritas Papæ, ſic enim apertè loquitur eadé conſtitutio, in alijs autem caſibus con comprȩhenſis in ea, vel vbi ea non eſt recepta, ſufficit autoritas Epiſcopi cum alijs ſolemnitatibus requiſitis ex forma cap. ſine exceptione. 12. q. 2. ideſt quod vltra conſenſum Epiſcopi cõcurrat quoquè tractatus, & conſenſus capituli, quæ tamen declaratio adhuc ſubdeclaratur non procedere, quando tranſactum eſſet mala fide & per calumniam, tunc enim licet interueniret autoritas ſuperioris, tamen non cõ

9 ualidaretur tranſactio, cùm Principis reſcriptum non confirmet malè geſta, nec tollat remedia reſciſſoria l. reſcripta C. de præcib. imper. offeren. c. reſcripta. 25. q. 2. Molin. de primogen. lib. 4. cap. 9. nu. 33.

10 Declaratur tertiò, vt licet autoritas ſuperioris non interuenerit in actu ipſius tranſactionis, nihilominus ſi eadem tranſactio ex poſt facto confirmata fuerit à Papa, adhuc tranſibit ad ſucceſſores quia confirmatio operatur, vt tranſactio de perſonali fiat realis & perpetua, ac ad ſucceſſores tranſeat c. veniens & ibi gloſ. in verb. confirmatam, & Doctores. de tranſact. gloſ. in c. ex multiplici. in verb. eandem. de decim. Socin. conſ. 34. nu. 3. verſ. & iſta doctrina vol. 3. Roland. conſ. 86. num. 37. lib. 1. dummodo tamen eadem confirmatio facta ſit à Papa, & ex certa ſcientia, non aliàs vt dixi in caſ. 28. nu. 95. & 96.

11 Declaratur quartò, quia etiam non intercedente autoritate ſuperioris in ipſo actu tranſactionis, nec confirmatione Papæ ex poſtfacto, tamen concurrentibus his tribus requiſitis, videlicet quod ipſa tranſactio facta ſit ab habente adminiſtrationem Eccleſiæ, & nomine Eccleſiæ, ac pro neceſſitate vel vtilitate eiuſdem Eccleſię, tunc inſpecto iure antiquo, quod erat ante d. conſtitut. ambitioſæ, & ſic quoad caſus in eadem conſtitutione non compræhenſos, vel vbi ea non ſeruatur, nec eſt vſu recepta; huiuſmodi tranſactio obligat etiam ſucceſſores, eos afficit, & ad eos tranſit gloſ. in c. fin. in verb. terminum. ne prælat. vic. ſuas. Bald. in l. ait prætor. num. 1. ff. de edend. Abb. quæſt. 3. dub. 5. Rota deciſ. 70. num. 4. part. 1. in recent. cum alijs adductis in d. caſ. 28. num. 97. & ſeq.

12 Declaratur quintò, quia tranſactio facta per Prælatum in caſibus in quibus permiſſa eſt alienatio ſine ſolemnitatibus; quos recitat Rebuff. de alien. rer. Eccleſ. num. 24. & ſeqq. & Redoan. de reb. Eccleſ. non alien. quæſt. 51. per totam; obligat etiam ſucceſſores, & ad eos tranſit, nàm cum ſit conceſſa perpetua alienatio etiam quòad ſucceſſores, conſequenter conceſſa eſt tranſactio arg. l. non ſolùm C. de præd. min.

13 Declaratur ſextò, vt locum non habeat in fratribus prȩdicatoribus & minoribus, ac alijs mendicantibus, namquè tranſactio facta à cõuentualibus ipſorum fratrum; ſiue à Prioribus, vel Guardianis de conſilio & aſſenſu ſuorum conuentuum tranſit ad ſucceſſores, & eos obligat, licet non interuenerit autoritas ſuperioris c. fin. de pact. in 6. Natta conſ. 441. nu. 9. cum allegatis: & eſt ſpeciale in iſtis fratribus ex ea ratione quia non poſſunt poſſidere niſi parua, & modicà eis reſeruata ex diſpoſitione tex. in clem. dudum, & clem. exiui. de verb. ſignific. in quibus nulla requiritur ſolẽnitas. c. terrulas 12. q. 2. ſic reſpondet Petr. de Anchar. in d. c. fin. & ibi Butr. num. 8. vel ſaltem propter ſcandalum ex ea ratione, quia ipſi vti debent puritate, prout ſic dixit ibi Imol. & Gemin. num. 12. & Franc. num. 3. Natta d. conſ. 441. num. 31. Hoc tamen ſciendum eſt, quod ſi appareret tranſactionem factam ab ipſis fratribus eſſe præiudicialem Eccleſiæ, nihilominus non obligaret ſucceſſorem, niſi eſſet confirmata à ſuperiore. Rota deciſ. 559. num. 7. propè finem part. 2. in recent.

14 Tertius caſus eſt, an tranſactio facta à vaſallo noceat, & præiudicet agnatis compræhenſis in inueſtitura, quibus poſtea feudum apertum eſſet; & negatiuè reſoluerunt Iſern. in cap. 1. §. ſi vaſallus de feudo. nu. 11. in tit. ſi de feud. defunct. controuerſ. fuer. & ibi Præ-

poſ.

poſ.in fin.Aluar.num.6.& Afflict.num. 14.
Curt.de feud.part.4.num.97.Roland.conſ.
100.num.110.vol.4.& conſ.97.nu.45.vol.
1.Iacobin.in verb.& cum pacto de non alie-
nando.num. 12.Molin.de primogen.lib. 4.
cap.9.num.9.Decian.conſ.23.num.94.lib.1.
Menoch.conſ.442.num.30.cum alijs allega-
tis per Scrader.de feud.part.8.cap.6.num.2.
& per Roſental.de feud.cap.9.memb.1.con-
cluſ.21.num.4.lit.h.Rota penes ludouis.de-
ciſ.418.num.11.cùm alteri per alterum præ-
iudicari non poſſit adeout nec pater poſſit prę
iudicare filio l.ſi fundum C.de reb.alien.non
alien.l.ſi patri tuo.C.de donat.

15 Ampliatur, vt procedat etiam ſi ijdem
agnati habuiſſent notitiam ipſius tranſactio-
nis, & non contradixiſſent, quia nullum ad-
huc ex eadem tranſactione præiudicium reci-
perent, & hanc ampliationem firmant omnes
doctores mox allegati num. 14.& mouentur
ex ea ratione, quia licitum eſt vaſallo tranſige
re ad ſui ipſius præiudicium etiã inuitis agna-
tis, ideo non valentes ijdem agnati tranſactio
nem impedire contradicendo, nec præiudiciũ
recipiunt tacendo, nàm quando actus non po
teſt impediri per contradictionem, ſcientia
cum taciturnitate non operatur conſenſum.l.
Caius iuncta gloſ.magna circa med.ff.de pi-
gnorat.action.l.ſæpe,§.cur autẽ ff.de re iud.
gloſ.in l.fideiuſſor §.pater.in verb.manifeſtũ
in fin.ff.de pignorib.Bart.in l.quæ dotis.nu.
22.& ibi Iaſ.num.95.ff.ſolut.matrim.Ma-
ſcard.de probat.concluſ.1158.num.47.Be-
ro.conſ.64.num.13.vol.1.

16 Declaratur primò iſte tertius caſus, vt non
ſit ſemper, & abſolutè verus, attento quod li-
citum eſt vaſallo tranſigere in aliquibus caſi-
bus, namquè ſciendum eſt quòd tranſactio va
ſalli poteſt fieri tribus modis, quemadmodũ
dictum eſt de trãſactione rei eccleſiæ, Aut ſci
licet feudum dimittendo penes poſſeſſorem,
aut illud transferendo in alium, aut illud reti-
nendo penes ſe, licet enim quoad primum mo
dum contendant Doctores an vaſallus poſſit
tranſigendo ſine licentia domini feudum di-
mittere penes tertium poſſeſſorem, & affirma
tiuam teneant Bald.in cap.1.num. 6.de con-
trou.int.dom.& alium de benef.num.6.& in
cap.imperialem num. 17.de prohibit.feud.
alien.per Frideric.Iacobin.in verb.& cum pa
cto de non alienando.num. 8.Curt.de feud.
part.4.num.96.Pariſ.conſ.1.num. 134.lib.
1.Clar.in §.feudum quæſt. 38.& Roſental.
de feud.cap.9.membr.1.concluſ.21.num.2.
ea ratione quia hoc caſu non dicitur alienare
l.ſi pro fundo.C.de tranſact.negatiuam verò
deffendant multi alij relati per Surd.conſ.
501.num.9.vol.4.& per eundem Roſental.
d.cap.9.concluſ.21.num.4.lit.g.Secundo au
tem modo, hoc eſt transferendo feudum in
alium, ſine dubio nõ poſſit vaſallus tranſigere
Bald.Iacob.Curt.Pariſ.& Clar.in locis præ-
cit.cum alijs congeſtis per Roſental d.cap.9.
membr.1.concluſ.21.num.2.& ſeqq.nihilo-
minus certũ eſt quod quoad tertiùm modũ,
retinendo ſcilicet ipſum feudum penes ſe, po-
teſt tranſigere ſine vlla domini licentia vel cõ
ſenſu etiam aliquo facto vel dato, cùm red-
dat conditionem feudi meliorem, ſic enim
tradunt Iacob.Curt.Pariſ.Clar.& Roſental.
in locis ſupracitatis.& Socin.conſ. 87.num.
10.vol.3.& Molin.de primogen.lib.4.cap.9.
num.22.

Poteſt etiam vaſallus tranſigere de re du-
bia & incerta, dummodo hoc faciat bona fide
per tex.in l.præſes.C.de tranſact.idem Roſen
tal.d.cap.9.membr.1.concluſ.21.nu.4.cum
pluribus per eum allegatis lit.F.

17 Subdeclaratur tamen iſta prima declara-
tio, vt licet vaſallus poſſit tranſigere tùm re-
tinendò feudum penes ſe, tùm etiam de re du
bia, nihilominus intelligitur quòad validita-
tem tranſactionis, & quoad euitandum pęnã
alienantis, non autem quòd poſſit vaſallus trã
ſigere in præiudicium aliorum agnatorum, vt
per Melch.Palaez de Maior.part.4.quęſt.22.
ſub num.2.Molin.de primogen.lib. 4.cap.9.
num.18.& nu.23.& ſic voluiſſe videtur Ro-
ſental.de feud.d.cap.9.membr. 1.cõcluſ.21.
num.4.& ſeq.& expreſſim voluit Rota, vt per
Ludouiſ.deciſ.412.num.12.agnati enim ha-
bent feudum à Domino, & ex illius prouiden
tia & inueſtitura, non autem à vaſallo pręceſ-
ſore cap.1.de conceſſ.feud.cap. 1.an agnat.
vel fil.defunct.iccirco non poteſt idem vaſal
lus præiudicare agnatis in dicto ſuo iure pro-
prio, q̃a non poteſt quis auferre poſteris ſuis,
quod ipſe eis non dedit, ſed habuit à ſuis ma-
ioribus l.emancipatum.in fin.ff.de ſenator.
Paul.de Caſtr.conſ.70.num.6.verſ.item nõ
obſtant literę.lib.1.Natta conſ.589.num.15.
18 lib.3.puto tamen quòd ſi tranſactio quæ fit
in his vel alijs ſimilibus caſibus à iure permiſ-
ſis fiat ex decreto iudicis, præiudicet etiam
agnatis poſterioribus cùm nemo decipiendus
ſit ex autoritate iudicis l.ait prætor.§.permit
titur.ff.de minorib.l.1.C.de his qui ven.ętat.
impetr.quod pariter voluiſſe videtur idem
Molin.d.lib.4.cap.9.num.29.Intrigl.de ſub-
ſtit.cent.3.quæſt.73.num.114.

19 De-

19 Declaratur ſecundò iſte tertius caſus, vt
non procedat in feudo nouo, de eo enim; ſi il-
lud eſt hæreditarium; poteſt vaſallus abſolu-
tè diſponere in præiudicium ſequentium; &
ſi eſt ex pacto poteſt diſponere & tranſigere
ſaltem cum conſenſu Domini. Roſental. de
feud. cap. 7. concluſ. 7. Peregr. de fideicomm.
art. 52. num. 84. qui alios adducunt, ſaluo niſi
fuiſſet expreſsè receptum contẽplatione alicu
ius filij ſpecialiter, & ꝓprio noīe ī inueſtitura
noīati, idẽ Roſental cap. 9. mẽbr. 2. cõcluſ. 66.

20 Declaratur tertiò vt locum non habeat ca-
ſus in illis agnatis, qui ſunt etiam hæredes trã
ſigentis, hi enim non poſſunt venire contra fa
ctum defuncti ex reg. tex. in l. cum à matre. C.
de rei vend. l. ſi ab eo. C. de liber. cauſ. l. ven-
ditrici. C. de reb. alien. non alien. & l. ſiue poſ-
ſeſſio C. de euict. quibus iuribus habetur nõ
poſſe hæredem tanquàm de euictione obliga-
tum venire contra factum defuncti, licet ali-
ter dicendum eſſet in caſu confecti inuentarij
namquè ſi hæres vaſalli alienantis vel tranſi-
gentis inuentarium confecerit, tunc ſtare te-
netur alienationi vel tranſactioni inquantum
ſe extendunt vires hæreditatis ad tex. in l. ex
qua perſona ff. de reg. iur. vltra vires autem
hæreditarias non l. fin. §. etſi præfatam. C. de
iur. delib. ſic diſtinguit Fachin. controuerſ.
iur. lib. 7. cap. 13. Verùm materia hæc plenè
explicata habetur per eundem Roſental. de
feud. cap. 9. membr. 2. concluſ. 49. cum ſeqq.
& per Menoch. conſil. 89. num. 104. & ſeqq.
qui eam diſtinguit per quatuor caſus, ſed ta-
men non recedatis à theorica Baldi in l. qui ſe
patris. num. 12. C. vnde liber. quam latius ex-
plicabo in caſ. 73. ibi eam videatis.

21 Quartus caſus eſt quoad agnatos compræ-
henſos in Emphiteoſi, vtrum ſcilicet tranſa-
ctio facta ab emphiteota tranſeat ad eos qui
ſunt vocati in inueſtitura eiuſdem emphiteo-
ſis, itaut eis noceat, & præiudicet, & in hoc ca
ſu Doctores ſequendo regulam feudorum re
ſident in illa ſimplici diſtinctione mox reci-
tata in ſecundo, & tertio caſu, videlicet, quod
aut Emphiteota tranſigit dimittendo rem
Emphiteoticam contentioſam penes poſſeſſo
rem, aut illam transferendo in alium, aut illã
retinendo penes ſe, & ſic cum hac diſtinctio-
ne tranſit Iaſ. in l. iuſiurãdum. §. pupillus nu.
4. ff. de iureiur. & in l. fin. num. 121. & ſeq. C.
de iure Emphiteot. Corbul. de Emphiteoſ.
tit. de cauſ. priuat. ob alien. ampliat. 34. & li-
mit. 28. & Redoan. de reb. eccleſ. non alien.
quæſt. 79. cap. 9. nu. 38. Verùm vlterius pro-
grediendo mihi videtur quòd cùm Emphi-
teoſis & feudum ſint eiuſdẽ naturę. Hoſtienſ.
in ſumm. de feud. in princ. Specul. eod. tit. §.
quoniam. num. 63. in fin. verſ. non intereſt.
Iſern. in prælud. feud. num. 41. Curt. iun. de
feud. part. 1. quæſt. 3. princ. num. 6. & ſeptem
tantũ modis diſtent inter ſe quos refert Man
tic. de tacit. lib. 22. tit. 4. iccirco fienda ſit con
cluſio, quòd dum quæritur an tranſactio fa-
cta ab Emphiteota ſuper bonis Emphiteoti-
cis præiudicet agnatis compræhenſis in inue-
ſtitura emphiteoſis, eadem regula ſeruanda
ſit, quæ ſeruatur in tranſactione vaſalli facta
ſuper bonis feudalibus, de qua dictum eſt in
tertio præcedenti caſu, ideoquè hic quartus
caſus ampliandus, & declarandus ſit in omni-
bus prout caſus præcedens.

22 Quintus caſus eſt quoad fideicommiſſa-
rios, & ſubſtitutos, An ſcilicet tranſactio ad
eos tranſeat, eiſquè noceat & præiudicet, &
videretur dicẽdum quod ſic per tex. in l. cum
hæreditas. 1. ff. ad Trebell. vbi dicitur quod ſi
hæres grauatus de reſtituendo hæreditatem
fecerit compromiſſum de aliqua re hæredita-
ria, tenetur fideicõmiſſarius ante reſtitutam
hæreditatem præſtare ei cautionem de illum
indemnem ſeruando; & ſic habetur quod hæ-
res poteſt compromittere in præiudicium fi-
deicommiſſarij; & licet idem tex. loquatur de
compromiſſo, tamen locum habet etiam in
tranſactione, quia compromiſſum eſt quędã
tranſactio, & æquiparantur inter ſe. Alex. cõſ.
119. num. 3. lib. 2. Dec. conſ. 130. nu. 1. Lan-
franc. de arbitr. part. 3. num. 3. Caccialup. de
tranſact. quæſt. 7. nu. 5. Molin. de primogen.
lib. 4. cap. 9. num. 1. Pinell. in l. 1. part. 3. num.
44. in fin. C. de bon. matern. & idem tradidit
Bart. in l. prætor. nu. 2. ff. de tut. & curat. dat.
ab his; Verùm reſpondetur quòd ille tex. in
d. l. cùm hæreditas. intelligitur de compromiſ
ſo fiendo in caſibus à iure permiſſis, veluti de
re dubia cum bona fide, non autem intelligi-
tur de quocunque compromiſſo abſolutè, cũ
regula ſit negatiua, quod qui non poteſt alie-
23 nare, nõ poteſt compromittere c. cum tempo
re. vbi Abb. Butr. & alij. de arbitr. Tiraq. de le
gib. connub. gloſ. 5. num. 203. & ſeq. Pinell.
in l. 1. part. 3. num. 44. C. de bon. matern. Mo-
lin. de primogen. d. lib. 4. cap. 9. num. 8. Blanc.
de compromiſſ. quæſt. 4. num. 28. vbi quam-
plures eandem regulam probantes adducunt,
24 cuius regulæ ratio ea eſt quia ex compromiſ
ſo poteſt ſequi alienatio Abb. in d. c. cum tem
pore. num. 3. de arbitr. Iap. allegat. 102. Blanc.
in loc. cit. num. 28. & ità etiam in ſpecie reſpõ
det ad illum tex. Molin. loc. cit. nu. 12. & ſeq.

Vnde

Vnde conſtituenda eſt concluſio negatiua, quod tranſactio non tranſit ad fideicommiſſarios, vel ſubſtitutos, eiſquè non nocet, nec pręiudicat, quam concluſionem probat tex. in l. 2. & 3. C. res int. alios act. l. ſi vnus. §. ante omnia ff. de pact. vbi habetur quòd tranſactio inter alios facta alijs non præiudicat, & in l. ſi ſuſpecta. §. quamuis. ff. de inoffic. teſtam. l. à ſententiâ. §. ſi hæres. ff. de appellat. vbi quod trãſactio facta inter hæredem ſcriptum, & eum qui agit de inofficioſo teſtamento non præiudicat legatarijs, vel eis qui libertatem acceperunt l. 3. in princ. ff. de tranſact. vbi tranſactio facta inter hæredem ſcriptum, & legitimum ſimiliter non pręiudicat legatarijs in iure ſuo, & ratio eſt quia tranſactio eſt actus voluntarius qui non pĩudicat alteri in iure ſuo. Innoc. in c. auditis. ſub nu. 2. de præſcript. & refert ac ſeqtur Abb. in c. q̃uis nu. 30. de re iudic. Alex. in l. ſæpe. nu. 129. ff. eod. tit. & in ſpecie quod
25 actus voluntarij, nõ pĩudicet ſubſtitutis, tradit Bart. in l. in diem num. 1. ff. de aqua pluu. arc. Bald. conſ. 215. ſub num. 1. lib. 2. Natta conſ. 470. nu. 16. Ruin. conſ. 138. nu. 10. vol. 2. Ripa in l. qui romæ. §. duo fratres. nu. 101. ff. de verb. obligat. Cæphal. conſ. 155. prope finem. & conſ. 371. nu. 32. Odd. conſ. 49. nu. 9. Alba conſ. 74. num. 1. Menoch. conſ. 545. & de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 115. num. 59. & in indiuiduò de tranſactione Paul. de Caſtr. in l. factam. §. ſi hæres. 1. num. 3. ff. ad Trebell. & in l. fin. in fin. ff. de tranſact. Pinell. in l. 1. part. 3. num. 50. verſ. octaua limitatio. C. de bon. matern. Molin. de primogen. lib. 4. cap. 9. num. 10. & ſeq. Intrigl. de ſubſtit. cent. 3. quæſt. 73. num. 118. Peregr. de fideicom. art. 40. num. 123. & art. 52. num. 81. & ratio
26 rationis eſt quia tranſactio eſt ſpecies alienationis l. 1. ff. de offic. proc. cæſ. Bald. in l. 1. in princ. C. ſi aduerſ. tranſact. Alex. conſ. 129. num. 2. lib. 1. Rebuff. de alien. rer. Eccleſ. nu. 2. Redoan. de reb. Eccleſ. non alien. quæſt. 2. cap. 1. num. 1. & 2. Pariſ. conſ. 85. num. 14. 15. vol. 3. plures citat Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 14. num. 65. & ſeqq. & qui non poteſt alienare non poteſt tranſigere d. l. 1. & l. non ſolum. C. de præd. min. Tiraq. d. num. 65. Molin. de primogen. lib. 4. cap. 9. num. 8. Surd.
27 conſ. 501. num. 9. vol. 4. ius autem noſtrum ſine facto noſtro à nobis auferri non poteſt l. id quod noſtrum ff. de reg. iur. quod procedit etiam ſi illud ſit quæſitum ex facto remittentis l. pen. ff. de pact. ac etiam ſi tantùm ſpe quęſitum ſit Bald. in l. ſi conſtante. C. de donat. ant. nupt. Aret. conſ. 7. ſub num. 3. verſ. ſed dicendum. Dec. conſ. 107. ante nu. 2. cum alijs congeſtis per Tiraq. de retract. conuent. §. 1. gloſ. 7. num. 20.

28 Ampliatur hic quintus caſus, vt procedat etiam ſi trãſactio facta ſuper re ſubiecta fideicommiſſo facta ſit in præſentia fideicommiſſarij vel ſubſtituti tacentis & non contradicentis, adhuc enim eidem fideicommiſſario vel ſubſtituto non pręiudicat Alex. in l. ſæpe num. 129. ff. de re iudic. Alciat. in l. cum proponas num. 9. & ibi Iaſ. num. 10. & ſeqq. C. de pact. idem Iaſ. in l. filiusfamilias. §. diui. 2. lect. num. 85. & ibi Crott. num. 148. ff de leg. 1. Craſſ. in §. fideicommiſſum quæſt. 62. nu. 5. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 9. num. 156. & licet in contrarium videatur tenere gloſ. in d. l. cum proponas. C. de pact. & Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 16. nihilominus d. gloſ. reprobatur ab omnibus Doctoribus ſupracitatis, illamquè communiter reprobatam eſſe teſtatur Bald. in l. 1. num. 12. C. de bon. matern. & Menoch. pariter in hoc reprobatur per Roſental de feud. cap. 9. membr. 2. concluſ. 77. num. 30. vbi etiam reſpondet Doctoribus per eum allegatis, ideo tenenda eſt concluſio negatiua quòd tranſactio facta ſuper re fideicommiſſaria præſente, & tacente fideicommiſſario vel ſubſtituto ei non præiudicat, & ratio eſt quia antequàm eueniat dies fideicommiſſi, poſſunt interim res fideicommiſſariæ alienari, alienatioquè valet quamuis poſtea eueniente die reuocari poſſit l. fin. §. ſin autem ſub conditione. & auth. res quæ C. comm. de legat. vnde cùm fideicommiſſarius non poſſit contradicendo impedire alienationem, conſequenter tacendo ſibi non præiudicat, quia ſciẽtia cum taciturnitate nõ inducit conſenſum in illis actibus qui nõ poſſunt impediri per cõtradictionem d. l. Caius. ff. de pignor. act. l. ſæpe §. cur autem ff. de re iudic. Bart. in l. quæ dotis nu. 22. & Iaſ. nu. 95. ff. ſolut. matrim. Pariſ. cõſ. 93. nu. 45. vol. 1.

29 Declaratur autem iſta ampliatio ſecundũ Bald. in d. l. cum proponas. C. de pact. & in l. quoties num. 1. & num. 3. C. de fideicom. vt locum non habeat quando fideicommiſſarius vel ſubſtitutus habebat ſcientiam de fideicõmiſſo, tunc enim præſens & non contradicens ſibi præiudicat, cùm pręſumatur doloſè tacere arg. l. ſi ſine C. ad Velleian. verùm hanc declarationem reprobat & bene Paul. de Caſtr. ibi & Iaſ. num. 11. verſ. tenendo ob rationem prædictam, quod non poterat contradicendo impedire alienationem ſiue ſciret, ſiue ignoraret; & addo quod non dicitur eſſe in dolo,

qui

qui nullum cõmodũ ſentit ex actu. Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 3. num. 18. & ſeqq. Maſcard. de probat. concluſ. 532. numero 22.

30 Declaratur ſecundò ampliatio, vt nõ procedat quando fideicommiſſarius vel ſubſtitutus nedum præſens eſſet huiuſmodi tranſactioni factæ ſuper re fideicommiſſaria, vel illius alienationi, ſed etiam fideiuſſiſſet de euictione, quia hoc caſu ſibi præiudicaret p tex. in l. exceptione C. de euict. & per rationem, quòd quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio l. vendicantem C. eod. tit. & in ſpecie ſic tenet Iaſ. in d. l. cũ proponas. num. 11. C. de pact. & Crott. in l. filius familias. §. diui. num. 151. ff. de leg. 1.

31 Declaratur tertiò non procedere quando ſubſtitutus, vel vocatus ad fideicommiſſum præſens fuit tranſactioni vel alienationi, & vlterius etiam affirmauit rem illam eſſe liberam, & non ſubiectam fideicõmiſſo, hoc enim caſu tranſactio propter huiuſmodi mendaciũ ad eum tranſit, eiquè præiudicat ad tex. in l. ſi ſine C. ad velleian. & ità tradit Salicet. & alij Doctores in d. l. cum proponas, vbi Iaſ. nu. 11. C. de pact. Crott. in d. l. filiusfamilias. §. diui. num. 150. ff. de leg. 1.

32 Declaratur quartò ampliatio hæc vt locũ non habeat quando fideicommiſſarij vel vocati ad fideicommiſſum ſimul & eodem tempore vendunt rem fideicommiſſariam, vel trãſigunt ſuper ea, tunc enim vnus videtur alteri conſentire, & vnuſquiſque ſibi præiudicat l. cum pater. §. libertis ff. de leg. 2. Alex. conſ. 8. num. 6. vol. 5. Crott. in d. §. diui. nu. 152.

33 Subdeclarantur autem huiuſmodi tres declarationes, videlicet ſecunda, tertia, & quarta, vt locum non habeant quoad pręiudicium ſucceſſorum qui ſunt vocati ad fideicommiſſum, nàm licet valeat tranſactio in pręiudiciũ ipſius fideicommiſſarij vel ſubſtituti, qui vltra quod eſt præſens fideiubet etiam de euictione, ſiue affirmat rem tranſactam non eſſe fideicommiſſo ſubiectam, vel interuenit in ipſa tranſactione, tamen non valet quoad præiudicium aliorum vocatorum. Fulgoſ. Corn. & Iaſ. in l. quoties. 1. num. 2. C. de fideicom. Ripa in l. filiusfamilias. §. diui. nu. 17. Crott. num. 146. Loaz. num. 191. ff. de leg. 1. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 9. num. 88. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 8. num. 27. & cap. 9. num. 23. & ſeqq. & num. 31. vbi loquitur in ſpecie de bonis fideicommiſſo ſubiectis.

34 Declaratur autem primò hic quintus caſus, vt non procedat, nec locum habeat quando fideicommiſſarius vel ſubſtitutus, eſt hæres tranſigentis ſine beneficio inuẽtarij, quia tali caſu tranſactio & ſimiliter alienatio ad eũ tranſit, ei nocet, & præiudicat, prout relatis omnibus fundamentis pro vtraque parte, ità concludit Menoch. conſ. 89. per totum, vbi etiam reſpondet obiectionibus contrarijs, & alios Doctores concordãtes adducit: Verùm quoad iſtam declarationem non recedatis à theorica Baldi in l. qui ſe patris. num. 12. C. vnde liber. quam explicabo in caſ. 73. et in conſtitutione duorum caſuum, & ampliationum.

35 Declaratur ſecundò iſte quintus caſus vt locum non habeat in tranſactione facta bona fide de re dubia & incerta, hæc enim tranſactio, ſi aliàs valida eſt, afficit fideicõmiſſarios & ſubſtitutos ad tex. in l. præſes. C. de tranſact. vbi habetur, quòd adminiſtrator ciuitatis poteſt tranſigere ſuper re dubia, ſed in ſpecie tenet Imol. in l. ante reſtitutam, propè finem. ff. de ſolut. Cephal. conſ. 261. num. 35. Marzar. de fideicom. quæſt. 72. verſ. de tranſactione. idem Peregr. de fideicom. d. art. 52. num. 88. 89. Mantic. de tacit. lib. 26. tit. 4. nu. 20. addentes ad Ludouiſ. deciſ. 418. num. 16.

36 qua de cauſa poteſt etiam iudex in lite intricata compellere partes ad concordiam vel ad compromittendum c. placuit. 90. diſt. & per illum tex. Abb. in c. fin. num. 2. de maior. & obed. Felin. in rubr. de tregua & pac. num. 5. Dec. conſ. 445. num. 2. Iaſ. in l. quidam æſtimauerunt num. 4. verſ. ſecundò principaliter. ff. ſi cert. pet. Grammat. deciſ. 9. nu. 1. Afflict. deciſ. 149. num. 7. Molin. de primogen. lib. 4. cap. 9. num. 30. Bona fide autem ſignanter trãſigitur, quando tranſigitur propter timorem deficientium probationum Bald. in d. l. præſes. num. 2. C. de tranſact. & conſ. 448. in fin. lib. 1. aduertendum eſt tamen, quod huic declarationi obſtat concluſio mox firmata vt ſcilicet tranſactio valeat quoad præiudiciũ tranſigentium tantùm, non quoad præiudicium aliorum vocatorum; iccirco pro conciliatione dicatis quòd tranſactio quamuis aliàs valida, non aliter trãſit ad agnatos, ſubſtitutos, vel alios vocatos poſteriores, nec eis præiudicat, niſi vltra eius validitatem, hæc duo copulatiuè concurrant, Primum quòd fiat in caſibus à iure permiſſis, veluti de re dubia cũ bona fide, vel retinendo rem litigioſam penes ſe, vel alijs ſimilibus caſibus à iure conceſſis; Secundum requiſitum eſt, quòd in ea interueniat decretum iudicis, ſic intelligit Bald. in d. l. præſes. num. 5. verſ. item apparet. C. de

tranſact. quem ſequitur ibi Salicet. & Paul. de Caſtr.num.5. Aret.num.2.verſ.& addas; & Curt. nu.8. ibi enim dicunt tranſactionem factam ab adminiſtratore de re dubia non valere ſine decreto iudicis, ſi res ſuper qua tranſigitur non poterat alienari ſine decreto, & not.in l. 1. C.ſi aduerſ.tranſact.& facit tex. in l.ſi ad reſoluēdam.C.de præd.min.& hoc idē voluit Lanfranc.de arbitr.part.3.num.2.& Ioan. Bapt. de Peruſ.in eod.tract.cap.15.lib. 2.num.4.vbi ampliant procedere etiam in cō promiſſo:concurrentibus autem ipſis duobus requiſitis credo veram eſſe declarationē quòd tranſactio producatur ad poſteros, eiſquè noceat & præiudicet, cùm tranſigentes non ſint decipiendi ſub fide publica, & auctoritate iudicis l.ait prętor.§.permittitur.ff.de minorib. l.1.C.de his qui ven.ætat.impetr.

37 Declaratur tertiò hic quintus caſus, vt locum non habeat in ea tranſactione quæ fit retinendo rem litigioſam penes ſe, hæc enim tranſactio etiam aliquo dato vel facto valet; & obligat ſucceſſores eodem modo quo dictū eſt de rebus Eccleſiaſticis & feudalibus, in ſpecie Peregr.de fideicom.art.40.nu.123. in fin.

Ampliatur iſta declaratio, vt procedat etiā dimittendo poſſeſſionem penes alium poſſidentem per tex. in l. ſi pro fundo C. de tranſact. Natta conſ.145. num. 20. quam tamen ampliationem intelligo veram ſi ipſa tranſactio eſt aliàs valida, & vlterius concurrant requiſita ſecundæ pręcedentis declarationis, vt ſcilicet facta ſit de re dubia cum bona fide & decreto iudicis, non aliàs.

38 Sextus caſus eſt quoad ſucceſſores in primogenitura vel maioratu & regula pariter negatiua eſt, quod tranſactio facta per poſſeſſorem primogenituræ in concernentibus ius ipſius primogenituræ non tranſit ad ſucceſſores in ea, nec illis præiudicat Pinell.in l.1.part.3. num.50.verſ.octaua limitatio.C.de bon.matern. & poſt Gregor. ac Gomez. hanc veram & in palatijs receptam opinionem eſſe teſtatur Molin.de primogen.lib.4.cap.9.num.11. & ratio ea eſt quia poſſeſſor eiuſdem primogenituræ nō poteſt nocere ſucceſſoribus ex actu voluntario l.peto.§.fratre ff.de leg.2.& quoad ampliationes, ac declarationes iſtius caſus

39 animaduerto quòd primogenitura aliud nō eſt, quàm fideicommiſſum perpetuum familiæ relictum, in quo proximior de eadem familia ſuccedere debet prout meminit Iuriſconſultus in l. cum ità legatur.§. in fideicommiſſo.& d.l.peto.§.fratre.ff. de leg. 2. & expreſſim Molin.de primogen.lib.1.cap.1.num.7. iccirco ne eadem repeti contingat, conſtituo, concluſionem quòd iſte ſextus caſus amplian dus & declarandus eſt eo modo quo ampliatus, & declaratus fuit caſus præcedens, quòdquè recipit eaſdem ampliationes, & declarationes eiuſdem pręcedentis caſus, in quo actū fuit de tranſactione facta ſuper ipſis bonis fideicommiſſo ſubiectis.

40 Septimus eſt caſus de vſufructuario, hoc eſt an vſufructuarius poſſit tranſigere ſuper iure vſusfructus in præiudicium aliorum vocatorum ad ipſum vſumfructum; & reſolutio iſtius caſus eſt negatiua, eaquè reſultat ex rationibus ſuperius allatis, quia ſcilicet tranſactio eſt actus voluntarius qui non poteſt alteri præiudicare in iure ſuo. Innoc.in c.auditis. ſub num.2.de præſcript. Abb. in c. quamuis. num.30.de re iudic. Alex.in l.ſępe.num.129. ff.eod.tit.& quia qui non poteſt alienare non poteſt tranſigere.l.1.ff.de offic.proc.cæſ.l. nō ſolùm.C.de præd. min. Tiraq. de retract. lignag.§.1.gloſ.14.num.65. Surd. conſ. 501. num.9.vol.4.attento quod tranſactio eſt ſpecies alienationis d.l.1.ff.de offic.proc.cæſ.Pariſ.conſ.85.num.14.& ſeq.vol.3. Tiraq.in loco cit. ſed vſufructuarius non poteſt alienare ius vſusfructus l.ſi vſusfructus.ff.de iur. dot. gloſ.in l.arboribus.§.vſufructuarius.in verb. vel donet.ff. de vſufruct. & quēad. quis vtat. Bart.in l.in venditione ff.de bon.aut.iud.poſſid.Couar.var.reſol.lib.1.cap.8.num.7.verſ. quod ſi patre. Tiraq. de retract. lignag.§.26. gloſ.1.nū.46. igitur nec poteſt ſuper eodem iure vſusfructus tranſigere: Hæc ſunt quoad trāſactionem, de compromiſſo videbimus in ſequenti caſu.

*S V M M A R I V M.*

*1 Compromiſſum non tranſit ad hæredes vel ſucceſſores, ſed ſoluitur morte compromittentium: Ampliatur & declaratur num. 3.& ſeqq.*

*2 Arbitria ſunt ſtricti iuris, & extra compromiſſum arbiter nihil poteſt.*

*5 Vbi cauſa eſt diuidua, tot dicuntur compromiſſa, quot compromittentes ſunt.*

*7 Compromiſſum expirat morte compromittentium vel alterius ex eis, etiamſi mors occurrat poſt concluſionem in cauſa, vel poſt terminum ad ſententiam, non ſic poſt ſententiā ante factam executionem.*

*8 Soluto compromiſſo per mortem, expirant atteſtationes teſtium viuorum volente reo, atteſta-*

*teſtationes mortuorum vel confeſsiones non expirant: Acta inſtructoria cauſæ pariter expirant, ordinatoria ſic.* 10. *fallit num.* 11. 12.13.

9 *Bono viro conuenit, vt quod ſemel dixit, poſteà non reuocet.*

14 *Atteſtationes receptæ coràm arbitratore non probant coràm alio iudice; idem eſt de confeſſionibus.* 15. *& idem de alijs actis.* 16.

17 *Litis conteſtatio facta coràm arbitratore non interrumpit præſcriptionem.*

18 *Compromiſſum in quo ab vtraque parte facta eſt mentio hæredum non finitur per mortem, ſed ad hæredes tranſit.*

19 *Compromiſſum factum in arbitratore non expirat per mortem ſed tranſit in hæredes.*

20 *Compromiſsum factum ab vniuerſitate vel collegio non extinguitur per mortem compromittentium, per deſtructionem autem vniuerſitatis, vel collegij iurè factam ſic.* 24.

21 *Populus, & vniuerſitas nunquàm moritur.*

22 *Populo interdicto, interdictum durat in perpetuum.*

23 *Contractus factus nomine Reipublicæ ſemper durat.*

25 *Pactum de compromittendo morte non expirat, ſed ad hæredes tranſit.*

26 *Compromiſſum vel laudum non præiudicat ſucceſſoribus vocatis & ſeqq. declaratur* 31. *& ſeqq.*

29 *Tranſigere & compromittere æquiparantur.*

30 *Sententia eſt actus neceſſarius.*

39 *Aequiparatorum eadem eſt ratio, et diſpoſitũ in vno cenſetur diſpoſitum in altero.*

40 *Compromiſſum ſuper rebus Eccleſiaſticis valet in præiudicium compromittentis.*

41 *Alienatio rei Eccleſiæ non tenet neque quoad alienantem.*

## CASVS XXXV.

***Compromiſsum, an & quando tranſeat ad hæredes, ſucceſſores, vel alios.***

MOdò videndum eſt de compromiſſo, an & quando compromiſſum aliàs validum, & rite ac rectè factum tranſeat ad hæredes, ſucceſſores, vel alios vocatos, eos obliget, & afficiat; & materiam diſtinguo in duos caſus.

1 Primus caſus eſt quoàd hæredes compromittentium, an ſcilicet compromiſſum ad eos tranſeat, eos obliget, illoſquè afficiat; & concluſio negatiua eſt quod compromiſſum morte compromittentium ſolutum vel alio modo finitum ad hæredes eorundem compromittentium non tranſit, nec eos obligat l. diem proferre §. ſi hæredis. l. ſed & interpellatur. §. fin. ff. de arbitr. c. fin. eod. de arbitr. ratio eſt
2 quia arbitria ſunt ſtricti iuris, & arbiter extra compromiſſum nihil facere poteſt l. non diſtinguemus. §. fin. ff. de arbitr. Quibus autem modis finiatur, tradit ſpec. in tit. de arbitr. §. finitur.

3 Ampliatur primò caſus, quia compromiſſum expirat non ſolùm morte vtriuſque partis compromittentis, ſed etiam morte alterius tantùm ex ipſis compromittentibus. l. ſed & interpellatur. §. fi. ff. de arbitr. gloſ. in l. diem proferre. §. 1. in verb. morte. ff. eod. tit. cap. ex parte. de arbitr. Lanfranc. de arbitr. part. 4. membr. 5. num. 7.

4 Subampliatur procedere ampliationem iſtam etiam ſi ex vna parte fuerunt plures cõpromittentes; nam morte vnius eorum expirat compromiſſum quòad omnes; quod tamẽ intelligitur cum diſtinctione, nam ſi cauſa erat diuidua, puta quando plures compromittunt & quilibet litigat pro parte ſua, tũc morte vnius ex illis non ſoluitur compromiſſum,
5 quia vbi cauſa eſt diuidua, tot intelliguntur eſſe compromiſſa, quot ſunt compromittentes. l. ad officium. C. communi. diuid. l. ſcire debemus. in princ. ff. de verb. obligat. l. ſi plures. ff. de iniur. Si autem erat indiuidua, vt ſeruitus, tunc verum eſt quod morte vnius illorum ſoluitur, & extinguitur compromiſſum quòad omnes, quia exercitium dictæ litis non recipit diuiſionem. l. ſi communem. ff. quemad. ſeruit. amitt. l. loci corpus. §. ſi fundus. ff. ſi ſeruit. vendic. l. hæredes. ff. famil. ercìſ. & ſic tenet, & diſtinguit. gloſ. in d. l. diem proferre. §. 1. in verb. morte. ff. de arbitr. Ioan. And. in addit. ad ſpec. in tit. de arbitr. §. finitur. verb. litigatorum. ſequitur Ang. conſ. 248. nu. 1. circ. fin. & nu. 2. Quòd ſi dictum eſſet in compromiſſo, vt ſemel iudicetur, vel de omnibus ſimul, tunc licet cauſa ex ſui natura eſſet diuidua, tamen vigore iſtius pacti regularetur tãquam indiuidua, & cõſequenter morte vnius ex pluribus compromittentibus, expiraret cõpromiſſum. gloſ. in d. l. diem proferre. §. 1. in verb. morte. ff. de arbitr.

6 Declaratur tamẽ ſubampliatio iſta, vt procedat quando cõpromittunt principales omnes per ſe ipſos, ſecus autem quando vnus cõpromittit pro ſe, & alio cum promiſſione de rato; tunc enim ſi moritur is, pro quo promiſſum eſt de rato, non finitur compromiſſum;

quia executio non fit contra eum, ſed contra promittentem.l.Plautius.ff.de procurat. & ſic tenet Ioan.And.in addit. Spec.tit.de arbitr.§.finitur.verſ.litigatorum.in fin.

7 Ampliatur ſecundo caſus locum habere, etiamſi mors compromittentium, vel alterius illorum occurrat poſt concluſionem in cauſa, imò etiam poſt præfixionem termini ad audiendum ſententiam diffinitiuam, dummodo ante laudum latum; quia adhuc, licet ſit concluſum in cauſa, vel præfixus terminus ad ſententiam, tñ cõpromiſſum expirat.c.ex parte. & ibi Abb.num.2.de arbitr.c.præſentata.de teſtib.l.in ſumma.§.fin.ff.de re iudic. verum eſt quòd ſi mors compromittentium accidat poſt ſententiam, quamuis ante factam executionem, tunc compromiſſum non expirat, ſed effectus ipſius ſententiæ tranſit ad hæredes, & contra eos, ita quod poteſt executioni demandari.l.diem proferre.§.1.l. quamuis. ff.de arbitr. Abb.in d.c.ex parte. num.2. eod. tit.Spec.in tit.de arbitr.§.finitur. nu.3. verſ. quod autem.

8 Ampliatur tertiò caſus, quia ſoluto compromiſſo per mortem expirant etiam atteſtationes, & acta; diuerſimode tamen quia atteſtationes teſtium ſuperſtitum expirant volente litigatore contra quem teſtimonia proferũtur, is enim habet in electione, an velit ſtare eiſdem atteſtationibus, vel ipſos teſtes repeti; at ſi mortui ſunt, illis ſtare tenetur ſaluo iure obijciendi in perſonas & dicta illorum, l. fin. C.de teſtib.c.præſentata.eod.tit.gloſ.fin.in l. pen.C.de arbitr. Confeſſiones autem factę coràm eiſdem arbitris licet controuerſia ſit, an ſuſtineãtur vti iudiciales vel extraiudiciales; & Alex.cõſ.13.nu.4.lib.1.poſt Petr. & Cyn. in l.1.C.de cõfeſſ.& in l.1.C.de arbitr. teneat illas ſuſtineri tantùm vti extraiudiciales, idèquè ſequatur Milis.in verb. confeſſio facta coram arbitratore.& Afflict.deciſ.178. ſub nu. 10.verſ.ſeptimò fuit dubitatum: nihilominus verior eſt opinio, quod valeant vti iudiciales, quã tenet Imol.in d.c.præſentata, & ibi Abb. nu.8.Felin.nu.11.addit.ad Alex. d.conſ.13. nu.4. Lanfrãc.in tract.de arbitr. part. vlt.nu. 76. & ſecuta eſt Rota Rom. vt per Cæſ. de

9 Graſſ.deciſ.57.nu.18.& 19. non enim conuenit bono viro vt quod ſemel dixit, poſtea reuocet.l.generaliter.§.nimis.C. de non. num.

10 pecun.c.per tuas.de probat. Actorũ verò duo ſunt genera, alia ſunt acta inſtructoria cauſæ, ſiue deciſoria, ideſt reſpicientia factũ, vt ſunt probationes, & iſta acta geſta coràm arbitro non expirant per mortem, ſed perſeuerant in ſua validitate, & tranſeunt ad ſucceſſores, ita quod probant coram iudice.d.l.fin.in fin. C. de teſtib.c.præſentata.eod.tit.& ibi Abb.nu. 7.Felin.nu.9.idem Abb.in c.fin. nu.6. de arbitr.Spec.de arbitr.§.differt.num.1. Cæſ. de Graſſ.d.deciſ.57.nu.22. Lanfranc. de arbitr. 7.diuiſ.quæſt.33. num.77. ſaluo quod ſupra proxime dictum eſt de atteſtationibus teſtiũ, quia ipſis viuẽtibus litigator habet in electione, an eis ſtare, vel illos repetere velit. Alia ſunt acta ordinatoria, vt citatio, litis conteſtatio, ſatiſdatio, ac ſeruatio terminorum; hęc pereunt expirato compromiſſo, nec tranſeũt ad ſucceſſores. Abb.in d.c.fin.num.6. de arbitr. & in d.c.præſentata nu.9.& ibi Felin.num.6. de teſtib. Lanfranc.de arbitr.part.vlt.nu.76. Maſcard. de probat.concluſ.33.nu.3. vſque ad num.10.

11 Declaratur primò hæc tertia ampliatio q̃a etiã acta ordinatoria facta coràm arbitro probant coràm iudice ordinario quoad actus preteritos, vt eſt interruptio præſcriptionis reſultans ex aliquo actu facto coràm eodem arbitro.Felin.in c.cauſam.il 1.num.28.& in d.c. præſentata.num.7.in fin. & ibi Abb. num.6. verſ.aliud.de teſtib.Lanfranc.d.part. vlt.nu. 76.Maſcard.d.concluſ.33.nu.20.

12 Declaratur ſecundò, vt ſecus ſit de arbitro electo ex neceſſitate ſtatuti, acta enim facta coram eo, ſiue deciſoria ſiue ordinatoria ſint, trãſeunt, probant, & regulantur prout acta facta coràm iudice ordinario. Maſcard. de probat. d.concluſ.33.num.22.Cęſ.de Graſſ.d.deciſ. 57.num.20.

13 Declaratur inſuper & tertio, quia acta huiuſmodi ordinatoria probant coràm iudice ordinario de conſenſu vtriuſque partis dummodo tamen non ſint acta de ſubſtantialibus iudicij, quæ non dependent à voluntate partium, vt eſt litis conteſtatio.Abb.in d. c. præſentata.nu.9.de teſtib. & ſequitur Felin. ibi. nu.9.Maſcard.d.concluſ.33.num.15.

14 Declaratur quartò aliud dicendum eſſe de arbitratore, quia atteſtationes receptæ coràm eo non tranſeunt, nec probant coràm alio iudice. Abb.in d.c.præſentata.nu.5. vbi Felin. num.12.de teſtib. Bald.in l.fin. C. eod. Lanfranc. de arbitr. part.vlt.num.75. & ratio eſt quia coràm arbitratore non eſt iudiciũ, ideoquè tales teſtes non dicuntur recepti in forma iudicij, & perinde eſt, ac ſi eſſent recepti corã honeſtis perſonis carentibus iuriſdictione, quo caſu nullã fidem faciunt.not.in l.3.§. Sabino.ff.de teſtib.& hanc rationem adducit etiam Lanfranc.de arbitr.d. part.vlt. nu. 75.

Idem-

15 Idemquè eſt de confeſſionibus coràm eodẽ
arbitratore factis, quia valent tanquam con-
feſſiones extraiudiciales tantùm, non vti iu-
16 diciales: & idem eſt quoquè de alijs actis fa-
ctis coram eo, ſiue deciſoria, ſiue ordinatoria
ea ſint, nam proceſſus arbitratoris nullam ha-
bet ſimilitudinem iudicij, cùm arbitrator pro
priè ſit quidam bonus vir aſſumptus ad com-
ponendum inter partes. authentico. vt differ.
iud. §. ſi vero contigerit; ideo litis conteſtatio
17 facta coràm eo non interrumpit præſcriptio-
nem. Ioan. And. in addit. Spec. in tit. de lit. cõ
teſt. §. effectus. litera B.
18 Declaratur primò caſus, nam licet morte
compromittentium, vel arbitrorum finiatur
compromiſſum, tamen non habet locum, vbi
in compromiſſo facta eſt mentio hæredum;
tunc enim ad eos tranſiret. l. diem proferre. §.
1. ff. de arbitr. cap. fin. eod. tit. ſed aduerten-
dum eſt, quod ad effectum, vt compromiſſum
tranſeat ad hæredes non ſufficeret factam eſ-
ſe mentionem hæredum ab vna parte tãtùm,
ſed requiritur vt facta ſit ab vtraque parte. l.
ſed & interpellatur. §. fin. ff. eod. gloſ. in c.
vlt. eod. de arbitr.
19 Declaratur ſecundò caſus, vt non procedat
in compromiſſo facto in arbitratore; nã iſtud
compromiſſum morte compromittentium,
vel alterius illorum non expirat, ſed tranſit in
differenter in hæredes Spec. poſt Vbert. de
Bob. in tit. de arbitr. §. finitur. num. 3. ea ratio-
ne, quia arbitramentum non eſt verum com-
promiſſum, ſed quodam pactum, vel tranſa-
ctio, quæ tranſit ad hæredes. l. ſi pactum. ff. de
probat. & hanc ſententiam ſequitur, & tuetur
Alex. in l. ſi quis arbitratu. num. 23. ff. de verb.
obligat. & Bald. in l. fin. quæſt. vlt. C. de con-
trah. empt. Ant. de Butr. Ioan. And. & commu
niter. Canoniſtæ in c. fin. de arbitr. Contrariũ
tamen quod imò indifferenter morte compro
mittentium, vel alterius ex eis expiret com-
promiſſum, nec tranſeat ad hæredes tenent
Card. Flor. & Abb. in c. fin. num. 8. de arbitr.
Aliam ſententiam tenet Bart. in l. ſi quis arbi-
tratu. num. 13. ff. de verb. obligat. vbi diſtin-
guit, vt ſi arbitrator aſſumptus eſt ſuper con-
tractu perficiendo, tunc extinguitur, per d. l.
diem proferre. §. 1. ff. de arbitr. ſi autem ſuper
contractu perfecto, vt ſuper aliquo acceſſorio
ipſius contractus imperfecti, tunc ſicut contra
ctus tranſit ad hæredes, ſic illud arbitramen-
tum. c. ſi ſuper gratia. de off. deleg. in ſexto.
Hunc ſequitur Iaſ. in d. l. ſi quis arbitratu. nu.
28. & Ioan. Baptiſta de Peruſ. in tract. de ar-
bitr. cap. 6. decimi tertij lib. Alteram opinio-
nem tenet Imol. & Roman. in d. l. ſi quis arbi-
tratu. ff. de verbor. obligat. nempe quod ſi ar-
bitrator electus eſt ſuper contractu perfecto,
vel perficiendo, compromiſſum non expirat
per mortem compromittentium, vel alterius
ex eis, ſed tranſit ad hæredes, at ſi electus eſt
ſuper lite, tunc expirat & conſequenter ad hæ
redes non tranſit: idem tenet Opizon. in re-
pet. d. l. ſi quis arbitratu. num. 82. verſ. præte-
rea ibi. Mihi magis placet opinio Bart. vt ſi ar-
bitrator electus eſt ſuper contractu perfecto,
tunc quia eſt ſolius facti, non expiret compro
miſſum per mortem compromittentium, vel
alterius ex illis, ſi autem electus eſt ſuper con-
tractu perficiendo, eo caſu quia habet mixtu-
ram iuris extinguatur, prout arbitrium, & hãc
opinionem in effectu ſequũtur Imo. Roman.
& Opizon. in d. l. ſi quis arbitratu. ff. de verb.
obligat. dũ diſtinguunt, an arbitrator electus
ſit ſuper contractu perfecto ſiue perficiendò,
vel electus ſit ſuper lite, vt primo caſu non ex
tinguitur, ſecundo caſu quando electus eſt ſu
per lite ſic; nam contractus perficiendus, & lis
in hoc propoſito idem ſunt, compromiſſum
enim factum ſuper lite dicitur factum ſuper
contractu tranſactionis ineundo. Bart. in l. ſi
ſocietatem. §. arbitrorum. num. 8. & in l. 1. §.
& poſt operis. num. 2. ff. de nou. oper. nunciat.
Alex. in d. l. ſi quis arbitratu. num. 23. Paul.
de Caſtr. conſ. 341. part. 2. nihilominus opi-
nio Spec. eſt magis communis. vt dicit Alex.
in d. l. ſi quis arbitratu. num. 23. & ibi Iaſ. nu.
28. & ab ea recedere durum eſſet. Opizon. ibi-
dem nu. 82. verſ. præterea ibi, pro qua eſt etiã
gloſ. in l. in compromiſſis. ff. de arbitr.
20 Declaratur tertiò idem caſus, vt non pro-
cedat, neo locum habeat in vniuerſitate, vel
collegio compromittente, tunc enim morte
compromittentium etiam ſi hi omnes mortui
ſunt, & mutati, non extinguitur compromiſ-
ſum per tex. in l. proponebatur. ff. de iudic. l. ſi
grege. ff. de leg. 1. & in ſpecie ſic tenet Bald. in
in d. l. proponebatur. num. 2. Ang. nu. 1. Paul.
de Caſtr. num. 6. & Dyn. in d. l. ſi grege. Bart.
in l. quod in rerum. §. vlt. num. 3. ff. de leg. 1.
Natta conſ. 589. nu. 17. lib. 3. & ratio eſt quia
21 populus, & vniuerſitas nunquàm moritur,
ſed dicitur ſemper durare. d. l. proponebatur.
& ibi Bald. num. 3. ff. de iudic. Natt. d. conſil.
589. num. 17. & ſeqq. Vnde dicit Bald. in d. l.
proponebatur. num. 4. quod ſi populus eſt in-
22 terdictus illud interdictum durat etiam vl-
tra centum annos, ea ratione quia populus nõ
moritur, licet ſint mortui illi, qui cauſam piæ-
ſtiterunt interdicto, & illum ſequitur Caſtrẽſ.
num.

num.7.&alibi idem Bald.conſ.159.numero
23 5.lib. 3.dicit quod contractus factus nomi-
ne reipublicæ ſemper perſeuerat, quia reſpu-
blica non moritur, ſed continuò viuit in ſe-
metipſa.iuxta not.in l.1.§.fin. ff ſi quis iuſd.
non obtemp.Si tamen vniuerſitas, vel colle-
24 gium iure deſtructum eſſet, & poſtmodum
reſtitutum, tunc compromiſſum expiratum
eſſet.Bald.in d.l.proponebatur.nu.2.& Ang.
num. ,.dicitur enim quaſi mori.l.ſi vſusfru-
ctus.la 1.ff.quib.mod.vſusfruct.amitt.& ob
maximam illam capitis diminutionem omnia
iura amittit.l.cognitionum.§.conſumitur.ff.
de var. & extraord. cognit. de quo late per
Gaill.lib.2.obſeruat.61.

25 Declaratur quartò caſus, quia licet morte
compromittentium ſiue alterius ex eis expi-
ret compromiſſum, ita quod nõ tranſit ad hę-
redes, vel ſucceſſores, tamen ſecus eſt in con-
uentione, & pacto de compromittendo, hoc
enim benè tranſit ad hæredes, & morte paci-
ſcẽtium non expirat ex cõmuni regula, quod
pactum tranſit ad hæredes.l.ſi pactum.ff.de
probat.in ſpecie Ioan.de Anan.conſ.19.nu.
1.2.

26 Secũdus caſus eſt quoad ſucceſſores, agna-
tos, fideicommiſſarios, ſubſtitutos, ac alios vo
catos ad aliquam diſpoſitionem, an ſcilicet
compromiſſum aliàs validum, & laudum il-
lius vigore ſecutum trãſeat etiam ad eoſdem
ſucceſſores, ac alios poſteriores vocatos, eis
noceat & præiudicet; & pro affirmatiua addu
citur tex.in l.cum hæreditas.1.ff.ad Trebell.
vbi dicitur quod ſi hæres grauatus de reſti-
tuendo hæreditatem fecerit compromiſſum
de aliqua re hæreditaria, tenetur fideicommiſ
ſarius ante reſtitutam hæreditatem præſtare
ei cautionem de illum indemnem ſeruando,
& ſic habetur quòd hæres poteſt compromit-
tere in præiudicium fideicommiſſarij; idem
etiã probatur ex tex. in c.Rainaldus.in princ.
vſque ad §.porrò.de teſtam.vbi valet com-
promiſſum factum ab hærede cui datus fuit
ſubſtitutus; ſi ſine liberis deceſſiſſet; idemque
probat tex.in l.1.C.de pact. vbi fideicommiſ-
ſum conditionale poteſt per pactum remitti.
Pro negatiua vero, quòd nec compromiſſum,
nec laudum illius vigore ſecutum obliget ſuc
ceſſores, vel alios poſteriores vocatos, nec eis
noceat vel præiudicet; hæc adducuntur fun-
damenta: inquantum enim ad compromiſsũ,
expeditũ eſt quod ijdem ſucceſſores vel po-
ſteriores non tenentur ſtare eidem compro-
miſſo cùm nec hæredes ei ſtare teneantur l.
diem proferre.§.1.l.ſed & interpellatur.§.fin.
ff.de arbitr.Inquantum autem ad effectus ip-
ſius compromiſſi, vel laudum illius vigore ſe-
cutum, conſideratur inualiditas eiuſdem com
promiſſi attento quod qui non poteſt aliena-
re non poteſt compromittere c.cum tempore.
& ibi notant Ioan. And. Abb. Butr. & alij de
arbitr. Tiraq.de legib. connub. gloſ. 5. num.
203.& ſeq.Pinell.in l.1.§.3.num.44. C. de
bon.matern.Molin. de primogen. lib. 4. cap.
9.num.8.Crauet.conſ.976.nu.15.Dec.conſ.
39.num.4.conſ.44.num.3.& conſ.475.nu.
41.Blanc.de compromiſſ.quæſt.4.num.28.
Maſcard.de probat.concluſ.1243.num.106.
Redoan.de reb.eccleſ.non alien.quęſt.2.cap.
36.cum pluribus alijs per eos adductis: ſed
res ad quas vocantur alij agnati poſteriores
non poſſunt alienari in eorum præiudicium
vt de bonis feudalibus cap.1.de alien.feud.
patern.cap.1.§.præterea. quib.mod.feud.
amitt.de emphiteoticarijs l.fin.C.de iure em-
phit.c.potuit.de locat. de bonis eccleſiaſticis
c.ſine exceptione 12.q.2.cap.ambitioſæ, de
reb.eccleſ.non alien.int.extrauag.comm.de
fideicommiſſarijs l.fin.§.ſin autem ſub condi
tione.C.commun.de legat. & generaliter eſt
tex.in l.peto.§.fratre.ff.de leg.2.igitur nec ſu
per eis compromitti poteſt, & ratio concluſio-
nis eſt quia ſicut bona huiuſmodi non poſsũt
directè alienari, ità nec indirectè compromit-
tendo. c.tuæ.de procurat.c.cum quid vna via
27 de reg.iur.in 6.Namque ex compromiſſo po
teſt ſequi alienatio.c.peruenit.& ibi gloſ.in
verb.exiſtere.& Hoſtienſ.verſ.poſſet enim.de
arbitr.Abb.in d.c.cum tempore.num.3.& ibi
idem Hoſtienſ.verſ.ſine licentia & Ioann.
And.nu.4.eod.de arbitr.lap.alleg.102.Blanc.
in loc.cit.num.28.& qui non poteſt alienare,
non poteſt actum facere per quem alienatio
ſequi poſſit. Tiraq. de retract. conſang.§.1.
gloſ.14.num.14.vbi alios citat. Surd.conſil.
276.num.13.vol.2.Pręterea ex actu volunta
rio non poteſt fieri præiudicium ſubſtitutis
d.l.peto §.fratre.ff.de leg.2.Bart.in l.in diem
num.1.ff.de aqua pluu.arc.Ripa in l.qui Ro
mæ.§.duo fratres.num.101.ff.de verb.obli-
gat.Bald.conſ.215.ſub num.1.lib.2.Natta
conſ.470.num.16.Ruin.conſ.138.num.10.
vol.2.Compromiſſum autem & conſequen-
ter laudum, eſt actus voluntarius l.ſi dictum.
§.ſi compromiſero.ff.de euict.ex quibus igi-
tur puto magis veram eſſe hanc partem nega-
tiuam quòd compromiſſum vel laudum inde
ſecutum non præiudicet poſterioribus voca-
tis, prout in terminis bonorum feudalium,
quòd ſuper eis non poſſit fieri compromiſsũ
neque

neque in arbitratorem, neque in arbitrum in
præiudicium agnatorum in inueſtitura com-
præhenſorum, tradit Molin. de primogenit.
lib.4.cap.9.nu.9. Peregrin. de fideicom. art.
52.nu.87. imò quòd ſuper eiſdem bonis feu-
dalibus non poſſit abſolutè vllum fieri com-
promiſſum tenet Socin. iun. conſ.77. nu. 76.
& ſeq. vol. 1. Clar. in §. feudum. quæſt. 39. Ro
land. conſ.22. lib.4. Intrigl. de ſubſtit. cent. 3.
quæſt. 73. num. 95. Redoan. de reb. eccleſ. nõ
alien. quæſt. 79. cap. 8. num. 10. Roſental. de
feud. cap. 9. mẽbr. 1. concluſ. 22. qui alios om-
nes concordantes adducunt: De bonis Em-
phiteoticis, quòd pariter ſuper eis non poſſit
fieri compromiſſum Iaſ. in l. cum dubitaba-
tur. num. 119. C. de iure Emphit. Corbul. de
Emphit. tit. de cauſ. priuat. ob alien. ampliat.
33. idem Peregrin. de fideicom. art. 40. num.
120. De bonis maioratus, ſiue primogenituræ
Molin. de primogen. lib. 4. cap. 9. numer. 7. &
ſeqq. De rebus Eccleſiæ quòd Prælatus non
poſſit ſuper his facere compromiſſum ſine cõ-
ſenſu ſuperioris in damnum, & præiudicium
Eccleſiæ, & ſucceſſorum tex. in c. peruenit. de
arbitr. & ibi Hoſtienſ. & Ioan. And. in fin. Fe-
deric. de Senis cõſ. 94. num. 2. Abb. conſ. 56.
num. 2. & conſ. 62. num. 1. lib. 1. & in d. c. cum
tempore. num. 3. de arbitr. Spec. de arbitro. §.
finitur num. 4. verſ. verius. Redoan. de reb.
ecc. non alien. quæſt. 2. cap. 36. De iure vſuſ-
fructus, quòd pariter ſuper eo non poſſit fieri
compromiſſum in præiudicium aliorum vo-
catorum ad vſumfructum Ioan. Bapt. de Pe-
ruſ. de arbitr. cap. 16. lib. 2. nu. 4.

28 De rebus autem fideicommiſſarijs, vtrum
grauatus de reſtituendo poſſit ſuper his face-
re compromiſſum in præiudicium aliorum fi-
deicommiſſariorum ſequẽtium in gradu, ma-
ior difficultas eſt, partem enim affirmatiuam
quòd poſſit, tenent Ang. in d. l. cum hæredi-
tas: per illum tex. & ibi Paul. de Caſtr. num. 2.
& Alex. num. 4. ff. ad trebell. Ioan. Bapt. de Pe
ruſ. in tract. de arbitr. lib. 2. cap. 16. numer. 6.
Boer. deciſ. 147. num. 6. Bertrand. conſ. 158.
num. 19. lib. 3. part. 2. Craſſ. in §. fideicommiſ
ſum. quæſt. 61. Gomez. var. reſolut. tom. 1.
cap. 5. num. 2. Peregrin. de fideicom. art. 40.
num. 119. & videtur ſequi Petr. de fideicom.
quæſt. 8. num. 67. Et vltra ſuperius adducta
mouentur ex ea ratione quia grauatus reſti-
tuere interim eſt dominus & habet plenam
proprietatem ac poſſeſſionem rerum, & hære-
ditatis, vt probat Ruin. conſ. 137. num. 8. &
conſ. 138. num. 7. vol. 2. & tradit Bald. in l. vo
luntas. nu. 20. C. de fideicom. Intrigl. de ſub-
ſtit. cent. 3. quæſt. 73. num. 106. & addi poteſt
quod etiam ſententia eiſdem ſubſtitutis, & fi-
deicõmiſſarijs pariter præiudicat. Ang. Imol.
Roman. Alex. Crot. Iaſ. Ripa, & Ferd. Loaz.
in l. filiusfamilias §. diui ff. de leg. 1. & videbi-
mus inferius in caſ. 74. ad textum autem in l. ſi
dictum. §. ſi compromiſero. ff. de euict. reſpon
dent quod ille tex. habet locum in contractu
emptionis & venditionis, vbi venit leuis cul-
pa l. ſi vt certo. §. nunc videndum. ff. commo-
dat. non autem procedit in hærede & fideicõ-
miſſario, cùm hæres non teneatur, niſi de cul-
pa lata. l. mulier. §. ſed enim. ff. ad trebell. infe-
rentes ideo quod compromittere non ſit lata
culpa. Quibus tamen non obſtantibus arbi-
tror magis veram eſſe opinionem cõtrariam,
quòd imò grauatus de reſtituendo non poſſit
facere compromiſſum in præiudicium aliorũ
fideicommiſſariorum ſequentium in gradu;
& vltra ſuperius adducta pro iſta parte, vrget
hæc ratio quòd compromiſſum eſt quædam
29 tranſactio, & tranſigere ac compromittere
æquiparantur Alex. conſ. 119. num. 3. lib. 2.
Dec. conſ. 130. num. 1. Lanfranc. de arbitr.
part. 3. num. 3. Molin. de primogen. lib. 4. cap.
9. num. 1. Pinell. in l. 1. part. 3. num. 44. in fin.
C. de bon. matern. Caccialup. de tranſact.
quæſt. 7. num. 5. ſed conſtat quod tranſactio
non poteſt fieri in præiudicium ſubſtitutorũ,
& fideicommiſſariorum. Paul. de Caſtr. in l. fa
cta. §. ſi hæres. num. 3. ff. ad trebell. Molin. loc.
cit. num. 10. & ſeq. Pinell. in d. l. 1. part. 3. nu.
50. verſ. octaua limitatio. Intrigl. de ſubſtit.
cent. 3. quæſt. 73. nu. 118. Peregrin. de fidei-
com. art. 40. num. 123. & art. 52. nu. 81. ergo
idem dicendum eſt de compromiſſo: Præte-
rea nõ poteſt quis auferre poſteris ſuis quod
ipſe eis non dedit, ſed habuit à ſuis maioribus
l. emãcipatum. in fin. ff. de ſenatorib. Paul. de
Caſtr. conſ. 70. num. 6. verſ. item non obſtant
literæ lib. 1. Natta conſ. 589. num. 15. lib. 3. ex
compromiſſo enim ſequi poteſt alienatio in
præiudicium ſubſtitutorũ vt dictum eſt, quæ
tamen alienatio ſicut non eſt permiſſa per viã
contractus l. fin. §. ſin autem ſub conditione
C. comm. de legat. pariter nõ eſt permiſſa per
viam compromiſſi, cùm in iudicio quaſi con-
trahatur l. 3. §. idem ſcribit ff. de pecul. & hãc
partem tenet, & tuetur etiam Molin. de pri-
mogen. lib. 4. cap. 9. num. 12. & ſeqq. & vide-
tur tenere Intrigl. de ſubſtit. cẽt. 3. quæſt. 73.
num. 93. & infra.

Nec obſtat tex. in l. cum hæreditas la 1. ff.
ad trebell. quia ille tex. intelligitur de cõpro-
miſſo fiendo in caſibus à iure permiſſis, non

de

de quocunque compromiſſo abſolutè; cùm regula ſit negatiua, quòd qui non poteſt alienare, non poſſit compromittere ex ſuperius dictis, imò idẽ textus potius retorquetur, quia ſi obligatio hæredis reſultans ex laudo tranſiret in fideicommiſſarium, non eſſet neceſſaria cautio indemnitatis, ſic enim eum retorquet Ang. conſ. 31. num. 9. verſ. ad confirmationẽ: quò vero ad tex. in d. c. Rainaldus. de teſtam. & in l. 1. C. de pact. reſpondetur quod ijdem tex. intelliguntur quoad præiudicium cõpromittentium, non in præiudicium aliorum vocatorum; & licet hæres ante reſtitutam hæreditatem ſit dominus ipſius hæreditatis pleno iure, non tamen habet ius alienandi irreuocabiliter d. l. fin. §. ſi autem ſub conditione C.
30 comm. de legat. nec adaptatur exemplum allatum de ſententia, quia eſt diuerſa ratio inter ſententiam & compromiſſum vel laudũ; nàm ſententia eſt actus neceſſarius l. inter ſtipulantem. §. ſi ſtichum. ff. de verb. oblig. Compromiſſum autem eſt actus voluntarius l. ſi dictum. §. ſi compromiſero. ff. de euict.

Minus obſtat reſpõſio data ad tex. in d. l. ſi dictum. §. ſi compromiſero. ff. de euict. quia imò compromittere in arbitrium eſt lata culpa, idquè probatur per tex. in l. ſi minor 25. annis filiofam. §. 1. ff. de minorib. cum ibi not. per Bart. & cæteros Doctores; vbi habetur quòd eo ipſo quòd minor compromittit, videtur læſus; & gloſ. vlt. in d. §. 1. duas adducit rationes, vna quia à ſententia arbitri non poteſt appellari l. 1. C. de arbitr. l. diem proferre. §. ſtari. ff. eod. tit. altera quia non poteſt agi de euictione, per eundem textum in d. §. ſi cõpromiſero.

31 Declaratur primò iſte ſecundus caſus, vt non procedat in compromiſſo neceſſario vigore legis, vel ſtatuti iubentis compromitti, tunc enim ſtante huiuſmodi lege vel ſtatuto poteſt compromitti etiam in præiudicium ſucceſſorum Pinell. in l. 1. part. 3. nu. 43. verſ. antequam. C. de bon. matern. Intrigl. de ſubſtit. cent. 3. quæſt 73. num. 112. Peregrin. de fideicom. art. 40. num. 122. Blanc. de compromiſſ. quæſt. 4. num. 28. & ſeqq. qui dicit hoc procedere in re prohibita alienari, in re Emphiteotica, feudali, & fideicommiſſaria, & facit tex. à contrario ſenſu in d. l. ſi dictum. §. ſi compromiſero. ff. de euict. ibi: nulla enim neceſſitate cogente id feci.

32 Declaratur ſecundò, vt non procedat quando quis coactus eſſet compromittere ex ſententia iudicis, quia hoc caſu ſimiliter valeret compromiſſum in præiudicium ſucceſſorum, & aliorum vocatorum. Molin. de primogen. lib. 4. cap. 9. num. 29. Intrigl. de ſubſtit. cent. 3. quæſt. 73. num. 114. poteſt enim iudex aliquando putà in lite valdè intricata pręſertim vbi timentur rixæ, & ſcandala cogere partes ad compromittẽdum c. placuit. 90. diſt. Abb. in c. fin. num. 2. de maior. & obed. Felin. in rubr. de treug. & pac. num. 5. Iaſ. in l. quidam eſtimauerunt. num. 4. verſ. ſecundò principaliter. ff. ſi cert. pet. hoc tamen obſeruandũ eſt, quod compromiſſum factum vigore ſententiæ iudicis non aliter afficit ſucceſſores, quàm afficiat ſententia ipſa, de quo videbimus in caſu. 74.

33 Declaratur tertiò idem ſecundus caſus locum non habere quando conſentiunt omnes illi qui vocati ſunt, & qui habent, vel in futurum habere poſſunt intereſſe l. quoties. 1. C. de fideicõ. Molin. de primogen. d. lib. 4. cap. 9. num. 31. Intrigl. de ſubſtit. d. cent. 3. quęſt. 73. num. 117.

34 Declaratur quartò non habere locum quãdo prohibitus compromittere, compromittit ſuper aliquo dando vel faciendo tantùm adhoc vt liberetur à vexatione, & res litigioſa penes ſe remaneat, non autem compromittit ſuper ipſa re litigioſa, hoc enim caſu valet cõpromiſſum etiam quoad ſucceſſores, & poſteros agnatos per tex. in l. ſi pro fundo. C. de tranſact. & tradit. Molin. d. lib. 4. cap. 9. num. 22. & Abb. in c. cum tempore num. 3. in fine. de arbitr. idquè procedit etiam in compromiſſo facto ſuper rebus Eccleſiaſticis ſub nomine dignitatis: idem Abb. in loc. cit. & conſ. 62. nu. 2. verſ. moueor. lib. 1. nimirum quia tunc compromiſſum dicitur eſſe vtile gloſ. in l. nulli. ff. de tranſact. & ibi Bart. & Iaſ. num. 2. Abb. in c. contingit num. 3. verſ. concluderem. de tranſact. quo caſu ſucceſſor eidem compromiſſo ſtare tenetur ſpec. in tit. de arbitro. §. finitur. num. 4. verſ. verius. Bertachin. de Epiſc. 4. part. quarti lib. nu. 190.

35 Declaratur quintò, & eſt notabilis declaratio, quia licet compromiſſum reſpectu ſucceſſorum, & aliorum vocatorum poſſet ab initio eſſe nullum, ſtante quòd ex eo poteſt ſequi alienatio in illorum damnum, & præiudicium, nihilominus ſi laudum inde prolatum nihil aufert, vel præiudicat eiſdem poſteris vocatis, puta quia pronunciatum ſit poſſeſſionem remanere debere penes vaſallum, emphiteotam, vel alium reſtituere grauatum, ſiue Prælatum compromittentem, etiam aliquo facto, vel dato ad hunc effectum, hoc caſu cõpromiſſum, & laudum volentibus ipſis poſteris

ris ſuſtinetur etiam quoad eos, & in illos trāſit Abb. in d.c.cum tempore.num.3. in fin. & num.4.de arbitr.Lanfranc.de arbitr. part. 3. num. 3.ab euentu namquè deſumitur validū argumentum l.ſi exhæredatus.ff. ad Sillan. l. 3.§.quando autem.ff.de iur.fiſc.l.& ſi quis ſtipuletur. §. 1.ff. de vſufruct. & quemadm. clem. 1.vt lit.pend.

36 Declaratur ſextò caſus iſte, vt locum non habeat, quando agnatus, fideicommiſſarius, ſubſtitutus, vel alius vocatus, eſt etiam hæres compromittentis, tunc enim non poſſet contrauenire compromiſſo defuncti ex reg. tex. in l.cum à matre C.de rei vend. l. ſi ab eo. C. de liber.cauſ.l.ex qua perſona. ff. de reg. iur. Sed tamen quoad huiuſmodi declarationem ſeruanda eſt theorica Bald. in l. qui ſe patris num. 12.C.vnde liber.de qua plenius dicam in caſ.73.eam videatis.

37 Declaratur ſeptimò, quia ſuper his, quæ poſſunt in perpetuum alienari, poteſt etiam fieri compromiſſum in præiudicium ſucceſſorum, agnatorum, ac aliorum vocatorum ſequentium in gradu. arg. l. non ſolum. C. de pręd.min.ex quo infertur quod ſuper his quę Prælatus ſolus habebat poteſtatem in perpetuum alienandi, vt in rebus minimi momenti, vel quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, vel ſimilibus caſibus recitatis p Rebuff. de alien. rer.eccleſ.num. 24.& ſeqq.& per Redoan. de reb.eccleſ.non alien.quæſt. 51.per totam; habet etiam poteſtatem compromittendi in prę iudicium ſucceſſorum, cùm Eccleſia hoc caſu dicatur compromittere miniſterio Prælati c. cum veniſſet in fin.de reſtit.ſpol.c.mulieres. in fin. de ſent. excom. quamuis tamen aliter dicendum ſit de compromiſſo facto ſuper his quæ non poterat alienare in perpetuum, tunc enim intrat diſtinctio, quòd aut compromiſſum factum eſt cum autoritate Papæ; vel etiā ſolius Epiſcopi adhibitis ſolemnitatibus cap. ſine exceptione 12.q. 2. in illis ſcilicet locis vbi non ſeruatur cōſtitutio Paul. 2.incip.ambitioſæ; & tunc tranſit ad ſucceſſores, & eos obligat c.veniens. de tranſact. Abb. in c. fin. num. 10.de arbitr.& ità intelligitur idē Abb. in c.præſentata numer. 1. & ibi Felin.num. 1. Bald.nu. 1.Imol. & alij. de teſtib. aut factum eſt ſine autoritate Papæ; vel Epiſcopi, vbi nō eſt recepta dicta conſtitutio Paul. 2. & hoc caſu compromiſſum & laudum latum illius vigore eſt perſonale & non tranſit ad ſucceſſores ipſius compromittentis d.c.veniens. Abb. in d.c.fin.num. 10.de arbitr.& in c.præſentata.num. 1. de teſtib. Verall. deciſ. 165. part. 1. Roman. conſ. 175. numer. 3. & conſ. 369. numer. 18.Spec.in tit.de arbitro.§.reſtat.numer.7.Federic. conſ.94. num. 2. Redoan. de reb. eccleſ. non alien. quæſt. 55. num. 64. & 65.

38 Declaratur generaliter iſte ſecundus caſus, quia omnes, & ſingulæ ampliationes, & declarationes competentes tranſactioni de quibus vidimus in caſu 34. ſunt etiam communes compromiſſo, adeout ad euitandum ſuperfluam repetitionem, firmanda eſt concluſio quòd caſus iſte compromiſſi ampliandus & declarandus eſt eo modo quo ampliatus, & declaratus eſt dictus caſus tranſactionis, & recipit eandem caſuum diſtinctionem, & non eſt mirum quia tranſigere & compromittere æquiparantur vt ſæpedictum eſt, &
39 diſpoſitum in vno ex æquiparatis cenſetur diſpoſitum in alio. gloſ. in auth. quas actiones. in verb. excluduntur. prope fin. C. de ſacroſ. eccleſ. gloſ. pen. in c. ſi poſtquam de elect. in 6.Abb. conſ.75. numero 6. verſ. quoties. lib. 1. Roman.conſ.32.num.9.verſ. ſextò.

40 Nunc autem poteſt vtiliter dubitari, An compromiſſum factum à Prælato beneficiato ſuper rebus & bonis beneficij ſine autoritate Papæ, vel alterius ſuperioris validum ſit in pręiudicium ipſius compromittentis; Pro negatiua adducitur quod alienatio, & compromiſſum æquiparantur, nàm qui non poteſt liberè alienare, non poteſt cōpromittere. Ioan. And.Ant.Butr.& Abb.in c.cum tempore.nu. 3.de arbitr.Cardin.cōſ.75.col.pen.Dec. cōſ. 39.num.4. & conſ. 475. num.41. Molin. de primogen.lib.4.cap.9.nu. 8. Tiraq. de legib. connub.gloſ.5.num. 203. qui plures allegat; ſed alienatio rei Eccleſię nō tenet nequè quòad alienantem, cùm is cogatur eam reuocare & recuperare c.ſi quis præsbiterorum.& ibi gloſ.in verb.alienator.de reb.eccleſ.nō alien. l.iubemus.la 2.§.ſanè. 1. C. de ſacroſ. eccleſ. Dec.conſ. 142.ſub num.4.verſ.& ideo.Surd. cōſ.284.num. 15.vol.2.quod pręſertim euenit propter iuramētū de non alienando. c. intellecto. de iureiur. & hanc partem tenet & tuetur Ioan. Baptiſt. de Peruſ. de arbitr. cap. 4.num.8.lib. 2.Pro affirmatiua quæ verior eſt adducitur tex.in c.ex multiplici. de decim. c. veniens.c.de cętero.de trāſact.& tradit Spec. in tit.de arbitr.§.reſtat.num.7.verſ. item nec habens.Roman.conſ.175. nu.3.& facit gloſ. 1.in l.rem alienam ff. de contrah. empt. & li-

cet alienatio rei eccleſiæ non valeat neque quoad alienantem, eſt verum quantum ad effectum vt res non remaneat penes emptorẽ, tamen valet vt venditor teneatur emptori ad intereſſe l. emptorem. in fin. & ibi gloſ. vlt. ff. de action. empt. Alciat. in tract. de eo quod intereſt num. 82. Roland. d. conſ. 57. num. 20. lib. 3. Bocat. de ſociet. offic. num. 208.

### *SVMMARIVM.*

1 *Facultas arbitrandi non tranſit ad hæredes, ſucceſſores, vel alios: idem de remiſſione mulctæ, vel pœnæ. 3. ampliatur. 5. & ſeq.*

2 *Arbitrium eſt inſertum perſonæ, & videtur electa eius fides, & probitas.*

4 *Remiſſione facta in aliquem, qui arbitretur de conſilio certæ ſpecificatæ perſonæ, ea perſona conſilium non præſtante, non poteſt alius aſſumi.*

6 *Compromiſſum non tranſit in ſucceſſorem etiam ſi factum ſit in habentem dignitatem. declaratur. 7*

8 *Si contrahentes fuerunt in cauſa, ne arbitrator electus ſuum protulerit iudicium, ius arbitrandi tranſit ad iudicem.*

9 *Vbi remiſſa ſunt accidentalia, vel acceſſoria contractus: arbitratore non arbitrante itur ad iudicem, exploſa opinione contraria.*

10 *Accidens immutare non poteſt ſubſtantiam rei.*

11 *Venditione facta pro centum, & pro eo pluri quod Titius arbitrabitur: Titio non arbitrãte, poteſt recurri ad iudicem: Idem ſi dictum ſit, quod ſi apparebit rem venditam eſſe emphiteoticam diminuatur pretium arbitrio talis 12. & idem generaliter eſt, vbi eſt remiſſum aliquod accidens, vel aliqua qualitas 13.*

14 *Verba; arbitrio talis; in contractibus faciunt conditionem, in vltimis voluntatibus ſecus: niſi poſitum ſit conditionaliter per verbum, ſi. 15.*

16 *Relatiuum, quem, iunctum verbo futuri temporis facit conditionem.*

17 *A ſponſalibus licitum eſt recedi, quando ſponſa non dat dotem promiſſam.*

18 *Electo arbitratore ſuper liquidatione dotis, eo non liquidante, ius liquidandi ex ſpeciali fauore dotis tranſit ad iudicem: Idem eſt in cauſa alimentorum, vel alia pia cauſa. 19. & de æquitate Canonica idem eſt in omnibus contractibus: ſed contra. 20.*

21 *Remiſſo negocio in aliquem ex contrahentibus, eo non arbitrante, ius arbitrandi ad iudicem tranſit.*

22 *Vbi res eſt integra, & quis locupletaretur cum alterius detrimento niſi ſequatur arbitrium; ius arbitrandi ad iudicem ordinarium tranſit: & dantur exempla.*

23 *Si negocium remiſſum in arbitrium alterius poteſt declarari ex actu præcedenti, recurritur ad iudicem, ſiue remiſſa ſint accidentalia, ſiue ſubſtantialia contractus. 24.*

25 *Quæ ex abundanti fiunt, non vitiant contractum.*

26 *Facta promiſſione de vendendo, vel locando pro prætio liquidãdo ab aliquo, eo non liquidante, ius liquidandi tranſit ad iudicem; quod ſecus eſt in venditione facta hoc modo, vigore præcedentis promiſſionis. 28.*

27 *Aliud eſt vendere, vel locare; & aliud eſt promiſſio de vendendo, vel locando.*

29 *Arbitrium, ſeu facultas arbitrandi non tranſit ad alios, neque per viam ceſſionis & num. ſeqq.*

30 *Facilius poteſt aliquid tranſmitti, quàm cedi.*

31 *Ius declarandi cedi non poteſt.*

32 *Conſcientia vnius ad alios tranſmitti non poteſt.*

33 *Motiuum animi tranſmitti non poteſt.*

34 *Confidentia ad alios non tranſmittitur.*

## CASVS XXXVI.

*Ius, & facultas arbitrandi an tranſeat ad hæredes, ſuceeſſores, vel alios.*

1 POſtquàm vidimus de ſolutione compromiſſi ex cauſa compromittentium & an tranſeat ad eorũdem compromittẽtiũ hæredes, vel ſucceſſores vel eos obliget: Nũc videndum eſt de ſolutione compromiſſi ex cauſa arbitri, vel arbitratoris, & an ius ac facultas arbitrandi data in eodem compromiſſo tranſeat ad hæredes, vel ſucceſſores eiuſdem arbitri, vel arbitratoris ſiue ad alios: quocirca concluſio ſe habet negatiua. quòd ſcilicet remiſſo negocio in aliquem, qui ſuo arbitrio habeat liquidare, declarare, vel taxare; ſi contingat ipſum arbitratorem non arbitrari, putà quia ſit mortuus, vel aliàs nolit vel non poſſit arbitrari, tamen arbitrium ſeu facultas iſta arbitrandi ad hæredes, ſucceſſores, vel alios non tranſit, neque ad alios pro ipſo arbitrio, liquidatione, declaratione, vel taxatione

xatione fienda recurri poteſt, per tex. in l. ſi quis arbitratu. ff. de verb. obligat. vbi dicitur, quod arbitratore electo à partibus ad terminandum differentiam inter eas vertentem nõ arbitrante, nihilominus non receditur ab eius perſona; ad idem eſt tex. in l. fin. C. de contrah. empt. vbi ſi declaratio, vel liquidatio pretij, ſiue penſionis committatur ad arbitrium alicuius, eo non declarante, non tenet venditio, nec locatio. & l. ſi merces. in fin. princ. ff. locat. l. cũ ſtipulatus ſim mihi ò procule. ff. de verb. oblig. ibi; quoniam mortuus arbitrari nõ potuiſſet; quibus iuribus probatur ius arbitrandi ad alios nõ trãſire; & ſic expreſſè quod non tranſeat ad hæredes eiuſdem arbitratoris, tenet Bart. in l. ſi ſtipulatus fuerim. num. 5. ff. de verb. obligat. Iaſ. in d. l. ſi quis arbitratu. num. 7. & ibi opizon. num. 10. Socin. num. 9. Menoch. de arbitrar. lib. 1. quæſt. 68. num. 29. & quod non tranſeat ad ſucceſſorem, tenet idem Iaſ. in d. l. ſi quis arbitratu. nu. 7. Bologn. conſ. 6. col. 5. verſ. quoad ſecundum caput. Menoch. d. quæſt. 68. num. 26. & ſeqq. & generaliter quod non recurratur ad alios, dicit gloſ. in l. 1. in verb. conditio. ff. de leg. 2. &

2 ratio eſt, quia arbitrium eſt inſertum perſonæ. l. in cõpromiſſis. ff. de arbitr. attento quod videtur electa fides, & probitas ipſius. l. non diſtinguemus. §. quæſitum. verſ. item pædius. ff. de arbitr. & docet Bald. in l. vnic. §. ne autem. nu. 7. verſ. in arbitrarijs. C. de caduc. tollend. in electione namquè arbitrorum, ſiue arbitratorum quilibet veriſimiliter eligit ſibi amicum & confidentem ad l. apertiſſimi C. de iudic. c. quod ſuſpecti 3. q. 5. & amicitia vel cõfidentia eſt perſonalis, ac ad hȩredes nõ trãſibilis. gloſ. in c. vlt. in verb. mortuo. de teſtam. in 6. poteſt enim eſſe, quod arbiter fuerit homo bonæ famæ & legalis, hæres autem & ſucceſſor nequam l. generaliter. in princ. & ibi gloſ. in verb. à principali. C. de reb. credit. alia ratio eſt, quia huiuſmodi contractus eſt conditionalis, quatenus ſcilicet ille talis arbitrabitur. d. l. ſi quis arbitratu. ff. de verb. oblig. l. fin. C. de contrahend. empt. ſicquè ipſo non arbitrante, deficit conditio, & conſequenter cõtractus. d. l. ſi merces. in fin. princ. ff. locat. §. prætium. inſtit. de empt. & vendit. ideo non eſt mirum ſi non receditur à perſona, quia nõ ſubeſt aliquis contractus, vel læſio, pro qua corrigenda recurrendum ſit ad iudicem, nàm iudex adiri non poteſt niſi ſuper contractu, qui ſubſiſtit. l. domum. ff. de contrah. empt. Bart. in l. hæc venditio. ff. eod. Opizon. in d. l. ſi quis arbitratu. num. 41. ff. de verb. obligat.

3 Ampliatur primò caſus, vt procedat etiam in mulcta, vel pæna remiſſa in arbitrium alterius, nàm ipſo arbitratore nõ arbitrante, quia ſit mortuus, vel arbitrari nolit, vel non poſſit, quoad mulctæ, & pænæ commiſſionem à perſona non receditur; & hoc habet locum nõ ſolum in contractibus, ſed etiam in vltimis voluntatibus. l. multa. in princ. ff. de condit. & demonſtrat.

4 Ampliatur ſecundò quia ſi factum eſſet cõpromiſſum in aliquem putà Titium, vt ipſe arbitretur de conſilio Sempronij, tunc ſi idẽ Sempronius nolit, vel non poſſit dare conſilium non receditur ab eius perſona, nec poteſt ad arbitrium boni viri, ſiue ad alium recurri, per regulam. d. l. ſi quis arbitratu. ff. de verb. oblig. ad qđ non obſtat. tex. in c. 1. §. vlt. ne ſede vacant. in ſexto. vbi habens conferre cum conſilio Epiſcopi, poteſt tamen conferre, ſi ipſe Epiſcopus eſt mortuus, vel in remotis; is enim tex. loquitur de conſultore aſſumpto ex diſpoſitione legis, vel ſtatuti; nos autem quando conſultor aſſumptus eſt ex conſenſu, & conuentione partium: obſeruandum tamen eſt, quod ſi dictum eſſet generaliter, vt arbitrator arbitretur cum conſilio ſapientis non expreſſa perſona certa conſultoris; tunc ſi conſultor aſſumptus nolit, vel non poſſit, dare conſilium, poteſt alius aſſumi, & ſic receditur à perſona, nàm iſtud conſilium in genere perire non poteſt. l. incendium. C. ſi cert. pet. l. in ratione. §. tametſi. §. diligenter. ff. ad leg. Falcid. & ſic concludit Bart. in l. 1. §. ſi plures. num. 14. ff. de exercit. act. Abb. in c. ex parte. num. 3. de conſtit. Iaſ. in l. ſi quis arbitratu. num. 30. ff. de verb. obligat. vbi dicit, quod ità ſe habet communis concluſio.

5 Ampliatur tertiò vt procedat etiam ſi compromiſſum factum ſit in plures arbitros vel arbitratores, & vnus tantùm ex eis mortuus ſit, vel aliàs nolit, ſeu non poſſit arbitrari, quia nihilominus expirat compromiſſum & remiſſio in eos facta, nec ad hæredes tranſit facultas pronunciandi c. vno, & ibi gloſ. in verſ. idem enim. de offic. deleg. l. item ſi vnus. §. itẽ ſi plures. vbi gloſ. in verb. ſed aut. l. ſi in tres. ff. de arbitr. Ioan. Bapt. Peruſ. in tract. de arbitr. cap. 6. lib. 13. quia compromiſſum eſt in eos, vt omnes iudicent, & quia illius præſentia poteſt alios trahere in diuerſam ſententiam d. l. ſi in tres. ff. de arbitr.

6 Ampliatur quartò caſus vt locum habeat etiam in compromiſſo facto in habentem dignitatem, puta in Regem, Epiſcopum, Abbatem, vel alium ſub nomine dignitatis, adhuc

enim compromiſſum iſtud non tranſit in ſucceſſorem in dignitate. Bart. per illum tex. in l. qui liberis. §. hæc verba num. 4. ff. de vulg. & pup. & ibi Imol. & Paul. de Caſtr. num. 4. Iaſ. num. 10. vbi alios allegat, & dicit hoc in practica tenendum eſſe, vt Euangelium, & num. 11. teſtatur de communi. Bald. in auth. ſi tamen. C. de tempor. appell. & in tit. de inueſtit. in marit. fact. num. 9. & in c. vno. num. 3. de offic. deleg. Bertachin. de Epiſcop. 5. part. 4. lib. num. 60. Felin. in c. præſentata. num. 1. de teſtib. Lanfranc. de arbitr. part. 5. nu. 49. Ioan. Bapt. Peruſ. de arbitr. cap. 6. lib. 13. in fin. Iacobin. de ſanct. Georg. in ſua inueſtit. in verb. Carolus Dux. verſ. addo. & adducunt rationem, quia cenſetur electa ac contemplata induſtria, & fides, ſiue confidentia perſonæ, ſed perſonæ induſtria ad alios non tranſit l. inter artifices. ff. de ſolut. prout nec tranſit confidentia gloſ. in c. vlt. in verb. mortuo. de teſtam. in 6. Nec obſtat tex. in c. quoniam Abbas. de offic. deleg. quia loquitur de cauſis cōmiſſis ab alio qui nullam habet affectionem ad ipſas cauſas, ob id quādo commiſſa eſt ſub nomine dignitatis cenſetur potius commiſiſſe dignitati, quàm perſonæ; ſecus eſt in cauſis compromiſſis, quia compromittentes ſolent facere compromiſſum in amicos communes, & videntur potius moti ratione affectionis & confidentiæ quam habent ad perſonā, quàm ratione dignitatis, quæ dignitas in compromiſſis cenſetur expreſſa honoris cauſa, non vt recedatur ab induſtria perſonali, integritate, conſcientia, & fide arbitri electi Paul. de Caſtr. in d. §. hæc verba. num. 4. & Bald. in tit. de inueſtit. in marit. fact. num. 9. & in d. auth. ſi tamen. C. de tempor. appell. ſic etiam annuente tex. in l. in compromiſſis. ff. de arbitr. vbi quòd in compromiſſis à perſona expreſſa non eſt recedendum.

7 Declaratur tamen ampliatio iſta, vt locum habeat quando compromittentes aliquo modo habebant notam perſonam ipſius arbitri electi, tunc enim verum eſt, quod compromiſſum cenſetur factum contemplatione perſonæ, & conſequenter quòd non tranſit in ſucceſſorem in dignitate; ſed quando is qui impugnat tranſitum in ſucceſſorem nullo modo habebat notam perſonam eiuſdem arbitri neque per practicam, neque per relationem, tali caſu ceſſat ratio affectionis, confidentiæ, & conſcientiæ illius, & propterea cenſetur factū compromiſſum contemplatione dignitatis, & ſic trāſit ad ſucceſſorem in ipſa dignitate arg. tex. in l. qui habebat. ff. de reb. dub. & per illū tex. ſic tenet in ſpecie Paul. de Caſtr. in d. l. q liberis §. hæc verba. num. 4. ff. de vulg. & pup. & illam approbat Alex. ibi num. 7. in fin. & Dec. in d. c. quoniam Abbas. num. 28. in fin. de offic. deleg.

8 Declaratur primò caſus, vt tunc demum locum habeat, quando ſtetit per ipſum arbitratorem, quia noluit, vel non potuit arbitrari; ſecus autem ſi alter ex contrahentibus fuit in cauſa, ne is arbitrator electus ſuum protulerit iudicium, tunc enim ſi eſt promiſſa pęna, illa committitur. l. diem. §. ſi quis. ff. de arbitr. ſed ſi non fuit adiecta pæna, receditur à perſona arbitratoris, & ius arbitrandi tranſit ad arbitrium boni viri, ideſt ad iudicem. Bart. in d. l. ſi quis arbitratu num. 6. & ibi Iaſ. nu. 20. ff. de verb. oblig. Menoch. de arbitrar. lib. 1. quæſt. 68. num. 37. & ratio eſt quia cùm ſtat per aliquem, quò minus quid fiat, id habetur pro facto in eius præiudicium, & conditio habetur pro impleta. l. in executione. § fin. ff. de verb. oblig. l. hæc venditio. ff. de contrahend. empt. cum pluribus allegatis per Tiraquel. de retract. lignag. §. 15. gloſ. 2. num. 7. namque culpa vnius alteri nocere non debet. c. alteri. de reg. iur. in ſexto. l. non debet. ff. eod. tit. verùm quia conditio arbitrandi habita pro impleta reddit ipſum arbitrium incertum, & inexequibile. l. 3. l. 4. C. de ſent. quæ ſine cert. quant. profert. ideo neceſſe eſt ius declarandi dictum arbitrium ad ſucceſſorem, vel iudicē tranſire. l. continuus. §. cum ità. ff. de verbor. obligat. Iaſ. in d. l. ſi quis arbitratu. num. 20. in fine. ff. eodem.

9 Declaratur ſecūdò caſus, vt procedat quādo in arbitrium tertij remittuntur ſubſtantialia contractus, puta res, vel prætium in contractu emptionis. l. fin. C. de contrah. empt. hoc enim caſu verum eſt non recedi a perſona arbitratoris, ſecus ſi remittatur aliquod accidentale, vel acceſſorium, vt de fideiuſſoribus dandis arbitrio talis, quia tunc quando remiſſum eſt aliquod accidens vel acceſſoriū, receditur à perſona arbitratoris non arbitrantis, & declaratio ad arbitrium boni viri, ideſt ad iudicem tranſit. gloſ. in l. in vendentis. in gloſ. magn. C. de contrah. empt. & gloſ. in l. in perſonam. in verb. generaliter. ff. de reg. iur. Bart. in d. l. ſi quis arbitratu. num. 5. verſ. aut loquimur in cōtractibus; ibi enim dicit quod ſi arbitrator aſſumptus fuit ſuper contractu perficiendo, non receditur à perſona; ſed ſi ſuper contractu perfecto, & aliquo acceſſorio ſic; contractus autem perficiendus accipitur pro ſubſtantia contractus. Paul. de Caſtr. ibi

nu. 6.

nu.6.& mouetur Bart.per tex.in l.domum.l. ſuæ rei.cum.l.ſeq.l.ſi in emptione.in princ.ff. de contrah.empt. & idem quod Bart. voluit etiam Bald. in l.cũ ſtipulatus ſim mihi ò procule. verſ. tertiò nota.ff. de verbor. obligat. quem ſequitur Iaſ.in d.l.ſi quis arbitratu.nu. 9.ff.de verb.oblig.dum dicunt, quod hic caſus procedit, quando arbitrium eſt neceſſariũ pro obligatione formanda; ſed quod vbi neceſſarium eſt pro exequenda obligatione iàm formata, tunc deſinens arbitrium non reſoluit actum nec impedit recedi à perſona, & hanc partem quod vbi remiſſa ſunt accidentalia, vel acceſſoria cõtractus recedatur à perſona arbitratoris,& eatur ad iudicem, vti boni viri arbitrium, ſequitur etiam Iaſ. in d.l.ſi quis arbitratu. num.8.& num. 16. in fine. & Paul.de Caſtr. num.6. Roman. conſ. 502. in fin. Dec.conſ. 404. num.14. Pariſ. conſ. 30. nu.34.lib.1.Corn. conſ.160. circa princ. lib. 1.Natta conſ.390.nu.3.& 4. idem Caſtrenſ. in l.ſi merces.num.3.ff.locat. Contrariam tamen opinionem quòd nulla facta differentia inter ſubſtantialia, & accidentalia cõtractus, nullo caſu recedendum ſit à perſona arbitratoris, nec ſit recurrendum ad iudicem, tenent Bald.Imo l.& Roman. & poſt eos Alex. in d. l.ſi quis arbitratu. num.4. & Socin. num.16. ff.de verb.obligat.Petr.& Cyn.in l. in vendẽtis. C. de contrah. empt. & Menoch.de arbitrar.lib.1.quæſt.68.num.32.& ſeqq. mouentur hi principaliter ex generalitate tex.in d.l. ſi quis arbitratu.ff.de verb.obligat.ſed prima opinio verior eſt,& magis æqua, eiquè libenter adhæreo, nàm quando remiſſa ſunt ſubſtãtialia, tunc contractus eſt imperfectus, & habet in ſe tacitam conditionem, ſi is arbitrator fuerit arbitratus, ſicquè arbitratore non arbitrante, ſtipulatio eſt nulla, & inualida.& contractus reſolutus, & habetur pro infecto, ſtipulatoriq; ſuccurſum remanet propter nullitatem ipſius contractus.l.ſi quis arbitratu.iuncta l.ſeq.ff.de verb.oblig.l.ſi merces.ff.locat. l.fin.C.de contrah. empt. At quando remiſſa ſunt accidentalia, tunc contractus principalis remanet firmus, purus, & perpetuus, vt docuit.Socin.in d.l.ſi quis arbitratu. nu.14.15. quia non vitiatur propter defectum acceſſorij.l.ſi in emptione.in princ.ff.de contrah. em
10 pt.namquè non poteſt accidens immutare ſubſtantiam rei.l.generaliter.§.proinde.ff.de fideicom.libert.& ſentit gloſ. in l. pacta conuenta.in verb. nouam conuentionem. ff. de contrah. empt. & multa ſcripſit Gomeſ. in §. in perſonam.num.14.inſtit. de action. ideoquè ſi arbitratore non arbitrante non poſſet recurri ad iudicem vti boni viri arbitrium, nõ eſſet ſuccurſum in hoc caſu ſtipulatori, & ſic reſultaret iniquitas, quod alius indebitè locupletaretur.l.iure naturæ.ff.de reg.iur.cap.locupletari.de reg.iur.in ſextò. Et licet eidem ſtipulatori videatur ſuccurſum actione ex cõtractu.Alex.in d.l.ſi quis arbitratu.num.4.ff. de verb. obligat. tamen actio ex contractu nõ ſufficeret, cùm pro prætio taxando neceſſariũ ſit arbitrium boni viri. Iaſ. in d.l.ſi quis arbitratu.num.12.

11 Et ex hac declaratione infertur reſolutio illius quæſtionis: ſi vendidi fundum pro centũ,& pro eo pluri, quod titius arbitratus fuerit, an titio non arbitrãte poſſit recedi ab eius perſona,& recurri ad arbitriũ boni viri, ideſt ad iudicem pro declaratione; Aut enim partes non ſunt concordes in prætio expreſſo, & tunc quia intelligitur remiſſa ſubſtantia contractus, ipſequè contractus pendet ex declaratione arbitratoris, conſequenter eo non arbitrante, contractus remanet reſolutus, & nullus, ideo à perſona arbitratoris nõ receditur, nec ad iudicem recurritur; Aut partes ſunt concordes in prætio, ſed tamen conueniunt, quod ſi maius prætium à titio declarabitur, illud debeatur; hoc caſu quia contractus principalis eſt iàm firmatus, & perfectus in prętio concordato, quod eſt de eius ſubſtantia, ideo intelligitur remiſſum quid accidentale ſiue acceſſorium; ob id arbitrium tranſibile eſt ad alios, & ità arbitratore non arbitrante poteſt recedi ab eius perſona & recurri ad iudicem, vti arbitrium boni viri: ſic conciliando Doctores, diſtinguit, & benè Alex.in d.l. ſi quis arbitratu.num.4.verſ.paſſus eſt dubius.ff. de verb. oblig.& ibi Socin.nu.16.vbi dicit hanc eſſe ipſam veritatem.

12 Et pariter ſuccedit ſolutio alterius quęſtionis, quod ſi inter partes conuentũ ſit, vt quandocunquè appareret rem venditam eſſe emphiteoticam, vel ſeruitutem debere, diminuatur prætium arbitrio talis, tunc quia non eſt remiſſa ſubſtãtia, ſed alia qualitas, iccirco eodem arbitratore nõ arbitrante, recurri poteſt ad arbitrium boni viri, qui declaret. Bart. in d.l.ſi quis arbitratu. num.4. ff. de verb. obligat.& ibi Ang. Cum. & Socin. num. 14. Iaſ. nu.19.vbi refert de communi opinione.Paul. de Caſtr.num.6.Opizon.num.28.Florian.in l.ſi Societatem.§.arbitrorum.col.3.ff.pro ſocio.Roman.d.conſ.502.Natta conſ.390.numer.4.

13 Et generaliter reſolutum remanet, quod

firmato

firmato contractu in ſui ſubſtantia,ſi arbitra-
tor circa aliquod aliud accidens, vel aliquam
qualitatem non arbitretur,à perſona arbitra-
toris recedi poteſt ; & ad arbitrium boni viri
recurſus haberi, & ſic hanc generalem con-
cluſionem firmat, illamquè communiter ab
omnibus Doctoribus teneri teſtatur Opizon.
in d.l.ſi quis arbitratu.num.29.ff.de verb.ob-
ligat.

Subdeclaratur locum non habere,quando
declaratio haberi poteſt ex actu præcedenti,
vel aliunde quàm ex arbitramento arbitrato-
ris,quia tunc etiam ſi remiſſa ſint ſubſtantia-
lia contractus, tamen à perſona arbitratoris
non arbitrantis receditur vt infra dicam nu.
24.

14 Declaratur tertiò caſus,quia licet hæc ver-
ba;arbitrio talis ; per ablatiuum prolata, fa-
ciant conditionem in contractibus.l. fin. C.
de conrrah.empt.l.ſi merces.in princ.ff.locat.
ideoquè arbitratore non arbitrante,& ſic defi
ciente conditione,contractus ſit nullus,& cō
ſequenter non recedatur a perſona, tamen in
vltimis voluntatibus, hæc verba non faciunt
conditionem.l.1.verſ.ſed cum.ff. de leg.2. &
ſic in vltimis voluntatibus arbitratore non ar
bitrante receditur à perſona,& eſt ſpeciale fa-
uore vltimæ voluntatis, quam publicè inter-
eſt executioni demandari.Bart. in d. l. ſi quis
arbitratu.nu.3.Paul.de Caſtr. in l. ſi merces.
num.2.ff.locat.quam communem eſſe ſenten
tiam dicunt Iaſ.in d.l. ſi quis arbitratu. num.
17.& Opizon.num.41.Nec obſtat,quòd ab-
latiuum abſolutum faciat conditionem etiam
in vltimis voluntatibus.l.à teſtatore.ff.de con
dit.& demonſtrat.quia aliud eſt verbum par-
ticipij, de quo habetur in d.l.à teſtatore:&
aliud eſt verbum;arbitrio ; quod accipitur in
vim nominis.Ruſtic.in tract.an & quand. li-
beri in cond.poſit.lib.6 cap.1.nu.25.cui'ſub-
intelligitur dictio, pro, vt dicit Iaſ.in d. l. ſi
quis arbitratu.num.17.in fine,& probat.tex.
in d.l.1. ff. de leg.2. ibi;pro viri boni arbitrio
accipi; & l. in perſonam.§. generaliter.ff. de
reg.iur.

15 Subdeclaratur declaratio hæc,nam ſi arbi-
trium poneretur conditionaliter per dictio-
nem;ſi;vt ſi titius arbitratus fuerit; vel ſi talis
arbitrio titij nupſerit,tunc diſpoſitio eſſet cō-
ditionalis etiam in vltimis voluntatibus, vt
de primo exemplo eſt gloſ.in l.1.in verb.con-
ditio.in fin.ff.de leg.2.& de ſecundo tex. in l.
cum tale.§.reſcriptum.ff.de condit.& demon
ſtrat.ideoquè titio non arbitrante, vel condi-
tione aliàs deficiente, diſpoſitio & legatum
non valet,& non receditur à perſona, nec re-
curritur ad iudicem.gloſ.in d.l.2.in verb.con
ditio.in fine.ff.de leg.2.Bart.in l. ſi quis arbi-
tratu.num.3.Ang.num.3.Opizon. num. 42.
ff.de verb. oblig. quia conditio expreſſa de-
bet impleri in forma ſpecifica.l. qui hæredi.l.
mæuius.in princ.ff.de condit.& demonſtrat.
Eſt tamen aduertendum, quod ad effectum,
vt locum habeat hæc ſubdeclaratio, nempe
quod poſito arbitrio conditionaliter per di-
ctionem,ſi,in vltimis voluntatibus;diſpoſitio
non valeat,nec ideo recedatur à perſona,nec
ad iudicem recurratur dùm arbitrator arbitra
tus non fuerit; hæc duo copulatiuè requirun-
tur,primò vt arbitrium collatum ſit in tertiū,
nàm ſi collatum eſſet in hæredem,tunc à per-
ſona recederetur,& recurreretur ad iudicem.
l.ſi ſic.in princ.ff.de leg.1.l.fideicommiſſa. §.
quamquam.ff.de leg.3.vbi quamuis legatum
relictum ſit conditionaliter per,ſi,vt ſi tu hæ-
res fueris arbitratus,ſi putaueris, ſi exiſtima-
ueris,nihilominus legatum valet, & à perſo-
na receditur,ad iudicemquè recurritur,ea ra-
tione quia collatum eſt arbitrium in hæredē,
& ratio rationis eſt, quia dum ſtat per eū qui
implere debet conditionem quominus im-
pleatur, quoad eum & eius præiudicium ha-
betur pro impleta. l. iure ciuili. ff. de condit.
& demonſtrat.cap.imputari.de reg. iur. in 6.
Sic reſpōdet Bart.in d.l. ſi quis arbitratu. nu.
3.Opizon.num.43.Ang.num.3. Alex. nu.8.
ff.de verb.obligat.& facit.l.Thais. §. ſorore.
ff.de fideicom.libert. vbi ſi hæres non vult ar
bitrari,non deficit legatum, ſed receditur ab
eius perſona: ſecundò requiritur quod ſit cō-
ditio expreſſa,vt per dictionem,ſi,nam ſi eſſet
conditio tacita,tunc arbitratore non arbitrā-
te recederetur in vltimis voluntatibus ab eius
perſona.l.fin. §. ſed & ſi quis.C.comm.de le-
gat. vbi legatus erat ſeruus, quem tertius ele-
16 gerit, nam relatiuum, quem,iunctum verbo
futuri temporis pro certo facit conditionem.
l.ſticum qui meus erit.ff.de leg.1.& nihilomi
nus,quia eſt cōditio tacita ſolummodo, ideo
eo non arbitrante receditur à perſona; Cui ra
tioni non obſtat, quod ſit in poteſtate hære-
dis facere legatum deficere,ſicut quando fa-
ctum eſt legatum ſub conditione,ſi hæres ca-
pitolium aſcenderit.l.nonnunquàm.ff.de cō-
dit. & demonſtrat.l.3.ff.de leg.2.quia hęc iu-
ra loquuntur, quando legatum eſt commiſſū
in tacitam voluntatem hæredis per verba im-
portantia voluntatem, non quando eſt com-
miſſum per verba importantia arbitrium bo-
ni viri, primo enim caſu pendet à voluntate

eiuſdem

eiuſdem hæredis, ſecundo caſu non. l. cũ quidam. l. 2. in princ. ff. de leg. 2. Alex. in d. l. ſi quis arbitratu. num. 8. verſ. ſed ipſemet. ff. de verb. obligat.

17 Declaratur quartò caſus non procedere in materia dotis, nàm fauore dotis etiam ſi non eſſet contractum matrimonium irreuocabile per verba de præſenti, ſed contracta eſſent ſolummodo ſponſalia, à quibus poteſt recedi quando ſponſa non dat dotem promiſſam. Abb. & cæteri in c. quemadmodum. de iureiur. Couar. ſuper. 4. decret. 1. part. cap. 5. nu. 4. Menoch. de arbitrar. caſ. 455. num. 6. nihi-
18 lominus electo arbitratore ſuper liquidatione, & declaratione dotis per ſtipulationem promiſſæ, eoque non arbitrante, nec declarante; ius arbitrandi, & declarandi ipſam dotem tranſit ad arbitrium boni viri, ideſt ad iudicem alias competentem, & ità ſpeciali fauore dotis potiuſquàm ex alia ratione, vel cauſa receditur à perſona arbitratoris, & poteſt recurri ad iudicem ex tex. in l. cum poſt. §. gener. ff. de iure dot. l. 3. C. de dot. promiſſ. quæ iura licet non videantur probare ſpecialitatem cùm loquantur de arbitrio collato in perſonam debentis ſoluere dotem, & ſic de caſu regulari quòd collato arbitrio in debitorem vel intereſſatum, eo non arbitrante, ſemper receditur ab eius perſona, & ad alterum recurritur. l. hęc venditio. ff. de contrah. empt. ſtante quod in eius præiudicium fingitur arbitrium, & habetur pro impleto. l. iure ciuili. ff. de condit. & demonſtrat. tamen declarationem hanc tenẽt gloſ. 3. in l. fin. & ibi Bald. C. de contrah. empt. idem Bald. in l. fin. num. 13. C. de ſent. quę ſine cert. quant. profert. Iaſ. in d. l. ſi quis arbitratu. num. 10. & Socin. nu. 27. verſ. & vltra. Paul. de Caſtr. num. 5. ff. de verb. obligat. Socin. iun. conſ. 141. num. 9. lib. 1. Menoch. de arbitrar. lib. 1. quæſt. 68. nu. 39. & ſeqq.

19 Ampliatur, vt quod dictum eſt de cauſa dotis, idem ſit quoque de cauſa alimentorũ, vel alia pia cauſa, quia pariter arbitratore nõ arbitrante, poteſt recurri ad iudicem qui arbitretur. Bart. in l. 1. num. 14. ff. ſolut. matrim. Socin. in d. l. ſi quis arbitratu. num. 27. verſ. & vltra. & ibi Iaſ. num. 10. ff. de verbor. obligat. Curt. iun. conſ. 36. num. 7. verſ. non etiam obſtant; vbi dicit cum Bart. cæteros communi-
20 ter tranſire. Et vlterius quod dicitur de dote, alimentis, & alia pia cauſa, extenditur quoque, vt de æquitate Canonica locum habeat in omnibus alijs contractibus. Socin. in d. l. ſi quis arbitratu. num. 28. verſ. poſtremò. ff. de verb. obligat. Alex. in l. ità ſtipulatus. num. 9. ff. eod. tit. Ruyn. conſ. 142. num. 3. lib. 4. Menoch. de arbitr. lib. 1. quæſt. 68. numer. 55. & ſentit Afflict. deciſ. 337. nu. 10. adducunt eam rationem, quia incertitudo de æquitate Canonica non vitiat contractum. Archid. in c. ſunt nonnulli. 1. q. 1. Butr. in c. ex parte. de decim. ſed quod illa certificari debet arbitrio boni viri, ideſt iudicis; quæ tamen extenſio, vt de æquitate Canonica recedatur ab arbitratore non arbitrante, & eatur ad iudicem vera non eſt, quia de hoc non habemus legem Canonicam expreſſam quòd recedatur, ideo ſtatur iuri Ciuili, nam vbi deficiunt Canones ſtatur iuri Ciuili etiam in foro Canonico. c. 1. & ibi gloſ. in verb. adiuuantur. de noui oper. nunciat. Vltra quod ratio iſtius extenſionis non eſt ſufficiens, quia ſi etiam incertitudo non vitiaret contractum, tamen illum vitiaret defectus conditionis, namquè contractus qui commiſſus eſt arbitrio alterius, eſt conditionalis, quatenus ipſe arbitretur. l. ſi quis arbitratu. ff. de verb. obligat. l. fin. C. de contrahend. empt. iccirco eo non arbitrante deficit conditio, & contractus, & conſequenter à perſona arbitratoris electi non receditur, nec ad arbitrium boni viri recurritur, vt ſupradixi. num. 2.

21 Declaratur quintò caſus vt locum habeat, quando arbitrium commiſſum eſt in tertiam perſonam, ſecus quando in aliquem ex contrahentibus, quia hoc caſu arbitratore non arbitrante, receditur ab eius perſona, & recurritur ad arbitrium boni viri, ideſt ad iudicem. l. hæc venditio. ff. de contrah. empt. quando enim remiſſio facta eſt in tertiam perſonam, ea dicitur conditionalis, quatenus ſcilicet arbitrator electus arbitretur, ob id ipſo non arbitrante, contractus non ſubſiſtit: at quando facta eſt in aliquem ex contrahentibus tunc in eius præiudicium fingitur eſſe ſecutum arbitramentum, & ità habetur pro impleto, & ſic contractus ſubſiſtit & eſt firmatus, ſed bonus vir vel iudex qui debet arbitrari, non poteſt adiri niſi ſuper contractu qui ſubſiſtat. l. domum. ff. de contrah. empt. iccirco non eſt mirum ſi commiſſo arbitrio in tertium, non receditur ab eius perſona, ſed commiſſo in aliquem ex conttahentibus ſic. Et ità ratiocinatur Bart. in d. l. hæc venditio. ff. de contrah. empt. & licet non videatur ſupereſſe materia recurrendi ad iudicem quando arbitrium habetur pro impleto, tamen neceſſarius eſt recurſus ad effectum declarandi ipſum arbitrium, quod eſt incertum. l. continuus. §. cum ità. ff. de verb. oblig. Iaſ. in l. ſi quis arbitratu. num. 20. in fin.

20.in fin.ff.eodem.arg.l.3.4.C. de ſent. quæ
ſine cert. quant. profert. §. curare. inſtit. de
actionib.

22 Declaratur ſextò locum non habere his
duobus concurrentibus, videlicet vbi res non
eſt integra, exindequè nisi ſequeretur arbi-
trium, quis locupletaretur cum alterius iactu
ra, & detrimento; putà locaui tibi domũ pro
prætio declarando per titium, tu inhabitaſti
domum, & titius non vult, aut non poteſt ar-
bitrari: vel vendidi tibi merces pro prætio li-
quidando per titium, tu merces ipſas conſum
pſiſti, & titius non vult, aut non poteſt arbi-
trari; his & ſimilibus caſibus, quia res non eſt
integra, & iàm proceſſum eſt ad executionẽ,
& niſi ſequeretur arbitrium, conductor, vel
emptor locupletaretur cum detrimento meo;
iccirco receditur à perſona eiuſdem arbitra-
toris electi, & ius arbitrandi tranſit ad iudicẽ
ordinarium, vti bonum virum, ad eumquè re
curri poteſt. Paul. de Caſtr. in l. ſi in lege. nu.
3. & in l. ſi merces. num. 3. ff. locat. Socin. in d.
l. ſi quis arbitratu. num. 27. verſ. datur etiam.
& ibi Iaſ. num. 12. & Cuman. ff. de verb. obli-
gat. idem Socin. conſ. 44. col. 4. verſ. & ex hoc
decidit. lib. 1. Pariſ. conſ. 30. num. 36. lib. 1. &
conſ. 132. num. 3. lib. 4. Curt. iun. conſ. 36.
num. 1. verſ. ſecundò pro eadem. & num. 7.
verſ. non etiam obſtant. Menoch. de arbitrar.
lib. 1. queſt. 68. num. 47. & ſeqq. Contrarium
tenet Alex. in d. l. ſi quis arbitratu. num. 4. &
mouetur per eundem tex. iuncto primo exem
plo gloſę primæ ibidem, & ad rationem iſtius
declarationis, quod eſſet iniquitas, vt quis lo
cupletatur cũ alterius iactura, reſpondet ceſ-
ſare iniquitatem, attẽto quod competit actio
ex contractu; ſed tamen ſequenda eſt prima
opinio quia ſi a perſona arbitratoris iniquè
arbitrantis receditur, & ad iudicem vti boni
viri arbitrium pro iniquitate corrigenda re-
curritur. l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. ff. pro
ſocio. pari modo & ex eadem ratione ab eius
perſona recedi, & ad iudicem recurri licitum
eſſe debet pro corrigenda iniquitate reſultan
te ex nõ prolato arbitrio; nec verum eſt, quod
competat actio ex contractu, namquè ſi res
fuit locata vel vendita prò prætio declaran-
do, pendente arbitrio non competit quia loca
tio, & venditio eſt conditionalis, & ſic nõ fuit
orta nequè obligatio, nequè actio. l. quoties
in diem. ff. de verb. oblig. arbitro autem no-
lente poſtea arbitrari ſimiliter non competit
actio hæc ex contractu, quia deficit conditio
contractus, & ſic contractus habetur, ac ſi nũ-
quàm factus fuiſſet, & ita reſpondet Socin. in
d. l. ſi quis arbitratu. nu. 27. verſ. ſed ego non
video. ff. de verb. obligat. vltra quod actio ex
contractu non ſufficeret, cùm pro prætio ta-
xando neceſſarium videatur arbitrium boni
viri. Iaſ. ibidem num. 12.

23 Declaratur ſeptimò, vt caſus non proce-
dat, quando illud quod commiſſum eſt alte-
rius arbitrio declarari poteſt ex actu præcedẽ
ti, vt ſi dicas, ꝑmitto tibi id quod mihi debet
ſempronius, & quod mihi debeat ſempronius
ſit poſitum arbitrio caij; nàm hoc caſu, ſi ex
prima obligatione poteſt cognoſci, & decla-
rari quantum debeat ſempronius fruſtra ex-
pectatur arbitrium caij arbitratoris electi, ic-
circo ipſo Caio non declarante, nec arbitran-
te receditur ab eius perſona, & recurritur ad
arbitrium boni viri, ideſt iudicem, ſtaturquè
declarationi inſurgenti ex eodem actu præ-
cedenti, ſeu ex eadem prima obligatione. ſic
poſt Roman. conſ. 402. dixit Iaſ. in l. ſi quis ar
bitratu. nu. 13. ff. de verb. obligat. refert Curt.
iun. conſ. 36. num. 7. verſ. nec præmiſſæ: & ſe-
quitur Menoch. de arbitrar. lib. 1. quæſt. 68.
num. 51.

24 Ampliatur hæc declaratio, vt procedat, &
vera ſit non ſolùm ſi arbitrio alterius remiſſa
ſint accidentalia, ſeu acceſſoria contractus,
ſed etiam ſi remiſſa ſint ſubſtantialia; quam-
uis enim vbi remiſſa ſunt ſubſtantialia contra
ctus non recedatur à perſona arbitratoris nõ
arbitrantis, vel declarantis, vt dictum eſt. nu.
9. tamen receditur quando declaratio vel ex
actu præcedenti, vel aliunde, quàm ex arbi-
tramento arbitratoris reſultare poteſt. Meno
ch. de arbitrat. d. lib. 1. quæſt. 68. num. 51. &
ſeqq. mouetur quia vbi declaratio ſequi po-
teſt ex præcedentibus, & ſequentibus, non di-
citur res incerta, imò certa, & clara. l. vbi autẽ
non apparet. §. illud. ff. de verb. oblig. Alia &
melior ratio eſt, quia cùm de ipſa declaratio-
ne appareat aliunde, ob id remiſſio declaratio
nis facta arbitrio alterius non habet vitiare
actum, ſi idem arbitrator non arbitretur, nam
25 quæ ex abundanti fiunt non vitiant contra-
ctum. l. ſi pupilli. §. item ſi procuratori. ff. de
negoc. geſt. l. teſtamentum. C. de teſtam.

26 Declaratur octauò caſus, quia licet facul-
tas arbitrandi prætium venditionis, vel loca-
tionis non tranſeat ad alios, ſicquè in vendi-
tione vel locatione non recedatur à perſona
arbitratoris prætium non arbitrantis, attento
quod eſt remiſſum quid ſubſtantiale contra-
ctus, cum non valeat venditio, nec locatio ſi-
ne expreſſione prætij. §. prætium. inſtit. de em
pt. & vendit. tamen ſecus eſt in promiſſione
de

de vendendo, vel locando pro prætio quod
arbitrabitur talis, tunc enim illo non arbitran
te receditur ab eius perſona, & itur ad arbi-
trium boni viri, attento quod expreſſio præ-
tij in promiſſione de vendendo, vel locando
non eſt de ſubſtantia, ſed huiuſmodi promiſ-
ſio valet etiam ſine prætij expreſſione, cùm in
telligatur iuſto prætio. l. ſi fideiuſſor. §. me-
miniſſe. ff. de leg. 1. facit tex. in l. etſi æquo. ff.
eod. tit. & hanc declarationem tradit Socin.
in l. ſi quis arbitratu. num. 27. circa fin. ff. de
27 verb. obligat. & non eſt mirum, quia aliud
eſt vendere, vel locare, & aliud eſt promiſſio
de vendendo, vel locando. Paul. de Caſtr. in
l. in bonæfidei. num. 2. & 3. Iaſ. num. 3. per il-
lum tex. ff. de eo quod cert. loc. idem Iaſ. cōſ.
117. num. 2. lib. 1. & conſ. 148. num. 27. lib. 2.
Dec. in l. cum fundus. §. ſeruum tuum. nu. 4.
ff. ſi cert. petat. Ang. in l. 1. num. 1. C. de pact.
pignor. Ruin. conſ. 79. nu. 2. lib. 1. Alex. conſ.
121. num. 5. lib. 4. Aret. conſ. 28. num. 1. & 2.
Roland. conſ. 69. num. 25. lib. 3. Tiraquel. de
retract. cōuēt. ad fin. tit. nu. 42. & ſeqq. & nu.
65. gloſ. vlt. in fin. in l. titius. ff. de pignor. act.
28 Declaratur conſequenter, & nonò caſus
iſte, vt ſi facta eſſet promiſſio de vēdendo pro
iuſto prætio, & deinde vigore ipſius promiſ-
ſionis facta eſſet venditio pro prætio declarā-
do arbitrio titij, tali caſu titio nō arbitrāte, fa-
cultas arbitrandi trāſit ad iudicē, & ſic recedi-
tur à perſona eiuſdē titij, & habetur recurſus
ꝑ declaratione ad arbitriū boni viri, ideſt ad
iudicem, ita tenet, & ſe conſuluiſſe dicit So-
cin. in d. l. ſi quis arbitratu. nu. 28. ff. de verb.
obligat. mouetur ea ratione, quia venditio eſt
executio promiſſionis de vendēdo, igitur at-
tendi debet natura promiſſionis per tex. in l. ſi
fundus. §. fin. ff. de pignoribus. cuius promiſ-
ſionis natura eſt, vt à perſona arbitratoris re-
cedatur, & eatur ad iudicem, vt in præcedenti
declaratione dictum eſt; pro qua opinione fa-
cit ratio, quia in qualibet diſpoſitione atten-
ditur initium, & origo. l. ſi procuratorem. in
princ. ff. mādat. l. clàm poſſidere. ff. de acquir.
poſſeſſ. Contrarium tamen verius eſſe puto,
quod ſcilicet attenditur pactum prætij factū
in venditione, non primum pactum factum
in promiſſione de vendendo, & conſequenter
quod titio non arbitrante prætium iuxta pa-
ctum venditionis, ab eius perſona recedi non
poſſit, nec facultas arbitrandi ad alios tran-
ſeat. tex. in l. pacta conuenta. §. paulus. ff. de
contrah. empt. l. 2. ff. de reſcind. vendit. l. ſi
quis ante. ff. de acquir. poſſ.
29 Pro vltimo ſciendum eſt arbitrium, vel fa-
cultatem arbitrandi non tranſire ad alios ne-
què per viam ceſſionis, nam ſi quis promiſerit
titio purgare riuum, vel cluſam eius Molendi
ni ad arbitrium ipſius titij, & deinde idē titius
ipſum riuum, vel molendinum mihi vendidiſ
ſet, non tenebitur promiſſor talem riuum, vel
cluſam etiam arbitrio mei emptoris purgare:
Et licet in contrarium videatur tex. in l. ſi
ſic legatum. §. ſi quis ità. ff. de leg. 1. vbi di-
citur, quod ſi quis promiſit mihi ſeruum, aut
decem ad meam electionem, poſſum electio-
nem huiuſmodi ad alios tranſmittere, & alte-
ri legare; & ſic teneant in ſpecie Iac. de Aren.
& Bald. in d. §. ſi quis ità. idem Bald. conſ. 93.
lib. 1. & Salicet. in l. fin. C. de contrah. empt.
tamen is tex. loquitur de facultate eligendi,
quæ iàm ſemel facta eſt tranſmiſſibilis. Bart.
in d. §. ſi quis ità. num. 1. & Paul. de Caſtr. nu.
4. Iaſ. in l. ſi ſtipulatus fuerim illud. numer. 1.
verſ. tertiò limita. ff. de verb. obligat. ſicquè
non habet locum in facultate arbitrandi quia
ſicut arbitrium non eſt tranſmiſſibile ad hære
des, vt dixi. nu. 2. ità non eſt ceſſibile. l. ex plu-
ribus. ff. de adminiſtrat. tut. imò multò minus
30 eſt ceſſibile; nàm facilius poteſt aliquid tranſ-
mitti; quàm cedi, vt probat Iaſ. in repet. l. quò
minus. num. 176. verſ. confirmo. & num. 177.
ff. de fluminibus, & in l. ſi ſtipulatus fuerim.
num. 3. ff. de verb. obligat. Et quia ſicut ius de
31 clarandi cedi non poteſt. Tiraq. de retract.
conſang. §. 26. gloſ. 1. num. 77. idem videtur
de facultate arbitrandi. l. ſi quis arbitratu. ff.
de verb. obligat. Prӕterea quod iſtud arbitriū,
vel facultas arbitrandi alteri cedi non poſſit,
32 ſtringit ratio, quia conſcientia ipſius titij ar-
bitratoris electi non poteſt trāſmitti ad alios.
Gulielm. de Bened. in repet. cap. Raynutius.
in verb. mortuo itàquè teſtatore. il 2. nu. 106.
addit. ad Bald. in cap. 1. §. Sacramentum. nu.
8. in fin. de conſuetud. rect. feud. ſic nec mo-
33 tiuum animi tranſmitti poteſt. arg. l. cuius bo
nis. ff. de curator. furioſ. l. 4. ff. locat. c. ſi gratio
sè de reſcript. in 6. Vltra quod forſan idē pro-
miſſor habuit particularē confidentiam in ip-
34 ſum titium, quæ confidentia ad alios pariter
non tranſmittitur. gloſ. in c. fin. in verb. mor-
tuo. de teſtam. in ſexto, & facit tex. in l. non di
ſtinguemus. §. quæſitum. ff. de arbitr. & pro
hac parte quod arbitrium, ſiue facultas arbi-
trandi non poſſit per ceſſionem transferri in
alium, reprobatis alijs contrarium tenentibus
concludit Alex. poſt Imol. in d. l. ſi ſic legatū.
num. 23. ff. de leg. 1. & Iaſ. in repet. d. l. quòmi
nus. nu. 174. & ſeqq. ff. de fluminib.

*SVMMARIVM.*

1 *Electio & declaratio differunt inter ſe & facultas eligendi in alternatiuis duplex eſt: vna iure ſuo, alia iure alieno.*

2 *Eligendi facultas quam quis habet iure ſuo, eſt pura & ad hæredes tranſmittitur: intellige de electione quæ poteſt fieri ſecundum meram voluntatem eligentis, nō de illa quæ ſecundum iudicium rationis. 5.*

3 *Ius cogēdi electorem vt eligat, pariter ad hæredes tranſmittitur.*

4 *Pupilli habentes ius eligendi quem ex ſuis tutoribus conueniant, illud ius tranſmittunt ad hæredes.*

6 *Facultas eligendi in alternatiuis, viuente ſtipulatore eſt perſonalis & non poteſt cedi vel tranſmitti.*

*Fallit num. 12. 14. 15. 16. 17.*

7 *Mortuo ſtipulatore facultas eligendi eſt realis, & tranſmittitur non ſolùm ad hæredes ſed tranſmiſſa poteſt etiam cedi ab eis.*

8 *Res ſemel facta tranſmiſſibilis, ſemper durat tranſmiſſibilis.*

9 *Regula, quòd ea quæ ſunt tranſmiſſibilia ſūt etiam ceſſibilia, vera eſt & procedit negatiuè, non affirmatiuè.*

10 *Actiones perſonales directæ non poſſunt cedi.*

11 *Ius fideicommiſſi vniuerſalis non poteſt cedi, & tamen tranſit ad hæredes: Poteſt etiam conſtitui procurator ſpecialis ad petendum reſtitutionem fideicommiſſi. 16.*

13 *Prohibitio alienationis non habet locū in alienatione neceſſaria.*

18 *Eligendi facultas, quam quis habet iure alieno non tranſmittitur ad hæredes, ſed defertur ad eum in cuius commodum fienda erat electio: is autem facultatem ipſam eligendi tranſmittit ad hæredes ſuos ſtatim quod præterijt tempus datum ad eligendum, & non elegit; & dantur exempla. 19.*

## CASVS XXXVII.

*Ius eligendi an tranſmittatur ad hæredes.*

1 VTrum facultatem eligendi quam quis habet in alternatiuis ad hæredes tranſmittat nunc agendum eſt, Sed pro euidentia præmitto quòd electio & declaratio inter ſe differūt qa electio cadit in incerto, vt quando teſtator legauit rem incertam de certa, & non expreſſit nomen proprium; Declaratio autem cadit in obſcuro vel dubio, vt ſi teſtator expreſſit nomē propriū, ſed erāt plures habentes idem nomen. Bald. in l. ſi quis à filio. §. ſi quis plures. ff. de leg. 1. Paul. de Caſtr. in l. qui duos. num. 1. ff. eod. tit. Simon de Præt. de interpræt. vlt. vol. fol. 14. num. 19. & ſentit Bart. in l. quicquid aſtringendæ. num. 4. ff. de verbor. obligat. Præmitto etiā quòd hìc tractaturus ſum de tranſmiſſione electionis, non autem de electione ipſa, an ſcilicet & quando electio competat hęredi vel legatario, quod quidem non concernit tractatum noſtrum tranſmiſſionis, ideo vos remitto ad Gomez. var. reſol. tom. 2. cap. 11. num. 42. & 43. & Simon. de Præt. de interpræt. vlt. vol. fol. 13. & ſeqq. Materiam igitur tranſmiſſionis electionis in duos caſus principales diſtinguo, namquè aut is habet facultatem eligendi iure ſuo, aut iure alieno. Bart. in l. illud, num. 2. ff. de opt. legat. & in l. ſi ſtipulatus fuerim. num. 5. & ibi Iaſ. numer. 3. verſ. tertio limita. ff. de verb. oblig. & facultatem eligendi iure ſuo habere dicitur, qui eligit ad ſui commodum & vtilitatem, iure alieno qui ad commodum & vtilitatem alterius. Bart. in d. l. illud. num. 2. & in d. l. ſi ſtipulatus fuerim. num. 5.

2 Primus igitur caſus eſt de facultate eligendi, quam quis habet iure ſuo, ideſt quando eligit pro ſe & ad ſui commodum; & iſta dicitur pura, non conditionalis, ideo eo non eligente, illam ad hæredes tranſmittit quandocunquè decedere contingat. l. illud. ff. de opt. legat. l. fin. in princ. C. comm. de legat. §. optionis. inſtit. de legat. quibus iuribus habetur, quod legatario, cui electio perſonarum vel rerum legata eſt, non eligente, legatum electionis tanquàm iure ſuo, & ad ſui commodum competentis ad hæredes tranſmittitur, ſicquè hæredes ipſi habent electionem, ſicut habebat legatarius defunctus, & ità dicit Bart. in d. l. illud. num. 1. & in d. l. ſi ſtipulatus fuerim. num. 5. & Iaſ. num. 3. verſ. tertiò limita; Et ratio ea eſt, quia ſicut ad hæredes tranſmittitur illud ius, ità etiam tranſmittitur facultas eligendi tanquàm ſequela, & executio ipſius iuris. gloſ. in l. ſi ſtipulatus fuerim. in verb. obligatio; & ibi Bart. num. 3. verſ. oppono ſi illa. Paul. de Caſtr. num. 1. verſ. ſed oppono. Iaſ. nu. 3. verſ. ſecundò limita. ff. de verb. obligat. qui propterea dixerunt ibi, tunc tranſmitti facultatem eligendi, quando habet ius pręambulum tranſmiſſibile, & eſt executiua alicuius iuris, vel actionis præambulæ tranſmiſſibilis, ſecus autem iure, & actione præambu-

la

la ceſſante, idemquè dixit Ang. in d.l.ſi ſtipu-
latus fuerim.num. 1.

3 Ampliatur primò caſus, quia ſicut legata-
rius tranſmittit electionem ad eius hæredes,
ità è conuerſo hæredes teſtatoris, qui habent
ius cogendi ipſum legatarium, vt eligat, &
optet intra terminum ei à iudice prefigendũ.
l.mancipiorum.ff de opt.legat.illud idem ius
in eorum hæredes, & ſucceſſores tranſmittũt.
l.ſi optio.§.Pomponius.ff.eo.tit.

4 Ampliatur ſecundò, nàm etiam pupilli ha-
bentes ius eligendi quem ex ſuis tutoribus cõ
ueniant, tranſmittunt iſtud ius eligendi ad
eorum hæredes.l.à tutorib.§.hæredibus.ff.de
adminiſtr. tut.

5 Declaratur primò caſus procedere quoad
illam facultatem eligendi, quæ poteſt fieri ſe-
cundum meram & liberam voluntatem, non
autem quoad illam facultatem eligendi, quæ
fienda eſt ſecundum iuris diſpoſitionem, vel
iudicium rationis, vt eſt facultas arbitrandi.l.
illa verba.la 1.ff.de verb. ſignificat. namquè
facultas arbitrandi nullo caſu tranſit ad hære-
des arbitrari debentis, quia ab eius perſona
non receditur, vel ſi receditur, itur ad iudicẽ.
l.ſi quis arbitratu.ff.de verb. obligat. & latè
dixi in caſ.præcedenti.& in ſpecie Bart.in l.ſi
ſtipulatus fuerim.nu.5.& ſentit Alex.ibi.nu.
3.ff.de verb.oblig.

6 Declaratur ſecundò caſus, quia facultas
eligendi in alternatiuis viuente ſtipulatore
eſt perſonalis, ita quod ſtipulator illam alteri
cedere non poteſt.l.ſi ſtipulatus fuerim. & ibi
gloſ.in verb.cohæret.& Bart.num.3.verſ.ſed
contra & Iaſ.num.1.ff.de verb.obligat. idem
Bart.in l.ſi ſic.§.ſi quis ità.num.1.ff.de leg.1.
& ratio eſt quia ſi alij cedi poſſet vel in alium
transferri, fieret conditio debitoris deterior,
nam fortè ceſſionarius aliter eligeret, quàm
ſtipulator, vt l.is qui.& l.generaliter.§. fin.ff.
de fideicom. libert. quam rationem adducit
idem Bart.in d.l.ſi ſtipulatus fuerim. num. 3.
verſ.videamus.& ſequitur Iaſ.num.6.ff.de
7 verb.obligat. ſtipulatore autem mortuo, tũc
facultas eligendi benè realis eſt & propterea
non ſolùm tranſmittitur ad hęredes eiuſdem
ſtipulatoris. d. l. ſi ſtipulatus fuerim, & ibi
gloſ.in verb.cohæret.& Bart.num.3.verſ.ſed
contra.ff.de verb.obligat.idem Bart.in d. l. ſi
ſic.§.ſi quis ità.num.1.ff.de leg. 1. ea ratione
quia ſicut obligatio ipſa principalis eſt tranſ-
miſſibilis, ità & electio.Bart. in d. l. ſi ſtipula-
tus fuerim.nu.3. verſ. videamus. & ibi Paul.
de Caſtr.num.1.& Iaſ.num.6.verſ.prima.iũ-
cto verſ.ſecundò; ſed poſtquàm tranſiuit in
ipſos hæredes incipit etiam eſſe ceſſibilis &
ſic deinde tranſit quoquè in ceſſionarium.l.ſi
8 ſic.§.ſi quis ità.ff.de leg. 1. quia ſemel facta
tranſmiſſibilis, ſemper durat tranſmiſſibilis. l.
videamus.ff.de eo quod met.cauſ. Bart. in l.
qui duos.num.11.& Socin.nu.31. ff. de reb.
dub.Præt.de interpręt.vlt.vol.lib.3.fol.216.
num.43.Peregr.conſ.45.num.10. vol.5.& in
hac ſpecie iuris eligendi idem Bart. in d. §. ſi
quis ità.num.1.& ibi Paul.de Caſtr. num. 4.
& in d.l.ſi ſtipulatus fuerim.num.2.verſ.ſi ve
ro, vbi Iaſ.nu.1.verſ.tertio limita.ff.de verb.
obligat. nec dubium facit regula, quæ ſunt
9 tranſmiſſibilia ſunt etiam ceſſibilia, quia re-
gula ipſa non procedit, nec vera eſt affirma-
tiuè, ſed tantùm negatiuè, ſcilicet quæ non
ſunt tranſmiſſibilia, non ſunt ceſſibilia, ſic
probatur ex l. ex pluribus. ff. de admini-
ſtrat. tutor. & d.l.ſi ſtipulatus fuerim. ff. de
verb. obligat. vbi quæ non ſunt ceſſibilia in
vita, ſunt tamen tranſmiſſibilia ad hæredes;
10 Hinc actiones perſonales directæ nõ poſſunt
cedi. l. quis ergo. vbi gloſ. fin. ff. de pecul.
l.3. in princ.ff. pro ſocio. & tamen tranſmit-
tuntur ad hæredes.l.ſed etſi quis.§. ſi operas.
ff.de vſufruct.& quemadm.quis vtat.Simili-
11 ter ius fideicommiſſi vniuerſalis non poteſt
cedi.l.ſi mulier.§.ex aſſe.ff.de iure dot. & ta-
men tranſit ad hæredes.l.cogi.§.idem mætia-
nus.ff.ad Trebell. & ita quod hæc regula non
ſit bona affirmatiuè, ſed tantùm negatiuè latè
probat Iaſ.in d.l.ſi ſtipulatus fuerim.num. 3.
& ibi Alex.num.2.idem Iaſ.in l. 1.§.fin.num.
6.ff.de noui oper.nunciat. Dec.in l.ſi maritus
num.8.C.de collat.Ruin.conſ.72. num.4. &
Tiraq.de retract.lignag.§.26. gloſ. 1. nu. 47.
48. vbi allegat omnes alios Doctores & dicit
multos in hoc decipi; idem repetit. de retract.
conuent.§.1.gloſ.6.nu.12.

12 Subdeclaratur primò hæc ſecunda decla-
ratio, quia licet facultas eligendi in alios tranſ
mitti non poſſit viuente ſtipulatore, tamen fal
lit ſi fiat ex neceſſitate, vt ſi creditor ipſius ſti-
pulatoris caperet in ſolutum nomẽ illius de-
bitoris; hoc enim caſu facultas eligendi in ip-
ſum creditorem tranſiret ex tex.in l.pro hære
de.§.ſi quid tamen.verſ.cùm petitio.ff.de ac-
quir.hæred.& ſic notat Bart.in d.l. ſi ſtipula-
tus fuerim.num.4.& ibi Paul.de Caſtr. num.
2.& Iaſ.nu.1.verſ.ſecundò limita.ff. de verb.
13 obligat. namquè prohibitio alienationis nõ
habet locum in alienatione neceſſaria. l.alie-
nationes.ff.famil.herciſc.l.1.ff.de fund.dota-
li.Crauett.conſ.215.nu.3.& 4. Roland. cõſ.
21.numer.14.& ſeqq.lib.1.Redoan. de reb.

eccleſ. non alien. quæſt. 19.

14 Subdeclaratur ſecundò, vt locum habeat in facultate eligendi, quæ competit per viam meri facti, ideſt ab homine, ſecus in facultate eligendi competente per viam iuris, ideſt à lege, vt eſt ius eligendi Epiſcopum, vel Abbatem, quod competit Canonicis vel monachis quia iſtud ius benè poteſt cedi, & in alium transferri ipſis viuentibus c. cauſamquè. c. quia propter. de elect. c. ſi quis iuſto. de elect. in 6. l. item eorum. §. ſi decuriones. ff. quod cuiuſque vniuerſ. & ſic limitat Bart. in d. l. ſi ſic ſtipulatus fuerim. num. 2. Paul. de Caſtr. nu. 2. Alex. num. 7. & Iaſ. num. 1. qui dicit omnes ſequi hanc limitationem. ff. de verb. obligat. quamuis tamen idem non ſit dicendum in caſu ſingulari legis. ſi mulier. §. ex aſſe. ff. de iure dot. vbi illud quod eſt iuris, ſcilicet ius fideicommiſſi vniuerſalis non poteſt cedi: vt dixi in caſu ſecundo num. 41. & ſeqq. & ità in hac ſpecie limitat Alex. in d. l. ſi ſtipulatus fuerim. num. 2. in fin. & Iaſ. num. 1. verſ. tenendo tamen.

15 Subdeclaratur tertiò hæc ſecunda declaratio, vt licet ſtipulator non poſſit regulariter eo viuo facultatem eligendi cedere, vel in aliũ transferre, poteſt tamen facere procuratorem ad eligendum. l. ſi is qui. ff. de procurat. l. cum debitore. ff. rem rat. haber. ſimile eſt in iure pe
16 tendi reſtitutionem fideicommiſſi, quod licet cedi non poſſit d. l. ſi mulier. §. ex aſſe. ff. de iure dot. tamen bene poteſt procurator ſimplex, ſpecialiter tamen ad petendum reſtitutionem fideicommiſſi conſtitui. l. qui ita. §. 1. l. reſtituta. §. 1. ff. ad Trebellian. & ità quod poſſit fieri procurator ſimpliciter, ſed tamen ſpecialiter ad eligendum tenet Bart. in l. ſi ſtipulatus fuerim. num. 6. Iaſ. num. 7. & ſeqq. & Ang. nu. 2. ff. de verb. obligat.

17 Subdeclaratur quartò, vt locum habeat in facultate eligendi vnum de pluribus in genere, vel de pluribus alternatiuè debitis, ſecus in facultate ſoluendi aliud pro alio, quæ quidem facultas tunc competit, quando vnum eſt in obligatione. aliud in ſolutione; puta ſi legatus eſt fundus, & niſi hæres dederit fundũ, ſoluat centum; hoc caſu, quia fundus eſt in obligatione, centum in ſolutione; iccirco hæres habet electionem vel dandi fundum, vel ſoluendi centum, & ſic habet facultatem ſoluendi aliud pro alio: hanc ergo facultatem eligendi an velit dare fundum, vel ſoluere centum tranſmittit in emptorem eiuſdem fundi & ſic in ſingularem ſucceſſorem etiam eo viuo. tex. eſt in l. ſi quando. §. hætes. vbi Doctores. ff. de leg. 1. Aret. in l. fin. num. 2. verſ. hæc autem dicta. ff. de verb. obligat.

18 Secundus caſus eſt de facultate eligendi, quam quis habet iure alieno, ideſt dum eligit ad commodum alterius; & iſta ad hæredes nõ tranſmittitur. l. cum quidam. l. vnum ex familia. §. rogo. ff. de leg. 2. vbi habetur quod legata electione hæredi de perſona legatarij, ſeu fideicommiſſarij, cui ſoluendum eſt legatum, ipſoquè hærede non eligente, electio vti non concernens commodum, & vtilitatem ipſius hæredis, ſed legatarij, vel fideicommiſſarij nõ tranſmittitur ad hęredes eiuſdem hęredis, ſed ipſum legatum defertur ad omnes eoſdem legatarios, ſeu fideicommiſſarios inter quos cadebat electio; idem probat tex. in l. fin. §. ſed & ſi quis. C. comm. de legat. vbi deciditur quod legata electione non legatario, vel fideicommiſſario, ſed alteri de re quæ eidem legatario, vel fideicommiſſario præſtanda eſt, eoquè qui electionem habebat non eligente, puta quia noluit, vel non potuit, vel morte pręuentus fuit; electio tanquam competens ad commodum alterius non tranſmittitur ad hęredes ipſius qui electionem habebat, ſed defertur ad eundem legatarium, ſeu fideicommiſſarium, & ità quod facultas eligendi competens ad commodum alterius non tranſmittatur ad hæredes eius, qui electionem habebat, tenet Bart. in l. illud. num. 1. ff. de opt. legat. & in l. ſi ſtipulatus fuerim. numero 5. poſt Cyn. & ſequitur Iaſ. num. 3. verſ. tertiò limita. ff. de verb. obligat. & ratio eſt quia electio non tranſmittitur, niſi habeat aliquod ius, vel actionem præambulam. Bart. in d. l. ſi ſtipulatus fuerim. num. 3. verſ. oppono ſi illa. & ibi Paul. de Caſtr. nu. 1. verſ. ſed oppono. & Iaſ. nu. 3. verſ. ſecundò limita. ff. de verb. obligat.

19 Ampliatur caſus, quia ipſi legatarij vel fideicommiſſarij ad quos ſic vt ſupra defertur legatum, vel electio ob non factam electionẽ ab eo qui eligere debebat, tranſmittunt tale legatum, & electionem ad eorum hæredes ſtatim quod præterijt tempus ei conceſſum ad eligendum, & non elegit. l. cum quidam. ff. de leg. 2. quod tempus in electione conſiſtente circa res eſt vnius anni. l. fin. §. ſed & ſi quis. C. comm. de legat. in electione circa perſonas de certis à teſtatore nominatis eſt tempus modicum arbitrio iudicis. gloſ. in d. l. cum quidã. in verb. interuallo. & ibi Bart. num. 12. ff. de leg. 2. & in electione circa perſonas incertas de incertis, vt pauperes Chriſti, tempus eligendi eſt annus. vt not. in l. nulli. C. de epiſc. & cleric. quamuis tamen ſi non præterijt tem-

pus ei-

pus eidem datum ad eligendum, tali caſu legatum vti conditionale ad hæredes ipſorum legatariorum, ſeu fideicommiſſariorum non tranſmittitur. d. l. cum quidam. §. cum igitur & ibi gloſ. vlt. & Bart. num. 7. & num. 12. ex regula. l. vnic. §. ſin autem aliquid ſub conditione. C. de caduc. tollend. cum ſimilibus.

*SVMMARIVM.*

1 *Melioramenta facta per Vaſſallum in feudo, ſi ſunt ſubſiſtentia per ſe, tranſmittuntur ad hæredes ſiue feudum ſit apertum ex delicto, ſiue ſine delicto.*

2 *Melioramenta induſtrialia, quæ per ſe ſubſiſtentia non ſunt, ſi feudum apertum eſt ſine delicto, tranſmittuntur ad hæredes: Ampliatur num. 3. & ſeqq.*

10 *Ea quæ cauſa dubitationis tollendæ inſeruntur, ius commune non lædunt.*

11 *Expreſsio eorum, quæ tacitè inſunt, nihil operatur.*

12 *Vaſſallus tranſmittit melioramēta induſtrialia per ſe non ſubſiſtentia ad hæredes, etiam ſi in inueſtitura ſpecificatum ſit, quod has, vel illas impenſas faciat.*

13 *Omnis alia præſumptio ſumenda eſt potiuſquàm donationis. a*

15 *Melioramenta naturalia, ſiue caſualia, & incrementa, in caſibus in quibus ſpectant ad vaſſallum, ad eius hæredes etiam tranſmiſsibilia ſunt.*

16 *Melioramenta facta à vaſſallo in feudo aperto ex delicto, amittuntur, & non tranſmittūtur ad hæredes: etiā ſi apertum ſit agnatis, non domino. 17. etiam ſi meliorationes ſint maximi momenti, & culpa conſiſtat in omittendo. 18. Fallit quia vaſſallus repetit, & tranſmittit impenſas neceſſarias factas poſt deuolutionem feudi. 19.*

20 *Melioramenta facta in Emphiteoſi finita propter culpam Emphiteotæ amittuntur, & non tranſmittuntur ad hæredes. 21. intellige de melioramentis modicis. 26.*

22 *Conductor ad longum tempus, ſi ob culpam ſuam reijciatur à conductione, amittit melioramenta; nec ea tranſmittit ad alios: ſed contra. 25.*

23 *Locatio ad longum tempus tranſit in Emphiteoſim & num ſeq.*

24 *Conductor ad longum tempus ceſſans in ſolutione per biennium, vel triennium, cadit à conductione ſicut emphiteota.*

27 *Melioramenta facta in Emphiteoſi finita ſine culpa Emphiteotæ non amittuntur, ſed trāſmittuntur ad hæredes.*

28 *Emphiteota non debet eſſe deterioris conditionis, quàm colonus.*

29 *Melioramenta facta in Emphiteoſi finita ſine culpa, tranſmittuntur ad quoſcunque hæredes etiā extraneos, & tàm fœminas, quàm maſculos: Et procedit etiam ſi non deuoluantur ad dominum directum, ſed ad agnatos. Et ſiue facta ſint à primo inueſtito, ſiue à ſequentibus, vel ab vltimo. 30. ac etiam ſi Emphiteoſis conceſſa ſit expreſsim ad meliorandum. 31.*

32 *Melioramenta facta à Prælatis beneficiorum non tranſmittuntur ad hæredes neque ex teſtamento, neque ab inteſtato: intellige ſi facta ſunt de bonis Eccleſiæ, ſecus ſi de bonis proprijs. 33. quod quomodo cognoſcatur remiſsiuè. 34.*

35 *Melioramenta neceſſaria, & vtilia facta in bonis fideicommiſſarijs ad hæredes trāſmittuntur.*

36 *Melioramenta neceſſaria facta per maritum in fundo dotali inæſtimato repetuntur à marito, & ius ea repetendi tranſmittitur ad hæredes: Vtilia vero ſi facta ſunt de voluntate vxoris tranſmittuntur, ſi abſque eius voluntate diſtinguitur. 37. Voluptaria non tranſmittuntur niſi recipiant commodam ſeparationem. 38. Modica tamen expenſa nunquā detrahitur, nec tranſmittitur etiam ſi melioramenta ſint neceſſaria vel facta de voluntate mulieris. 39.*

40 *Melioramenta facta per vſufructuarium, ſi neceſſaria ſunt, & perpetuam vtilitatem reſpiciunt, & expenſa eſt maxima, repetuntur, & ius repetendi ad hæredes tranſmittitur: ſecus ſi temporalem vtilitatem reſpicerent, & expenſa eſſet modica; vel non ſunt neceſſaria.*

41 *Vſufructuarius non poteſt noua ædificia fabricare, ideo expenſas non repetit, nec tranſmittit.*

42 *Melioramenta facta à poſſeſſore primogenituræ, vel maioratus tranſmittuntur ad hæredes, ad inſtar melioramentorum factorum in bonis fideicommiſſarijs.*

43 *Melioramenta facta à colono, ſeu inquilino ſi ſunt neceſſaria vel vtilia repetuntur, & tranſmittuntur ad hæredes, etiam ſi eiectus ſit ob non ſolutam penſionem.*

## CASVS XXXVIII.

*Melioramenta an tranſmittantur ad hæredes vel alios.*

DE tranſmiſſione melioramentorum diſtinctè, & per caſus tractare intendo.

1 Primus caſus eſt de melioramentis factis per Vaſſallum in feudo; & hoc caſu ſi melioramenta, ſeu augmenta ſunt externa & ſeparata, ac per ſe ſubſiſtentia non accreſcunt feudo, ſed ſpectant indiſtinctè ad ipſum Vaſſallum, & tranſmittuntur ad eius hæredes nulla facta differentia, an feudum ſit apertũ ex delicto, vel ſine delicto. §. è contrario. & ibi omnes Doctores. de inueſt. de re alien. fact. Roſentall. de feud. cap. 10. concluſ. 43. nu. 6. 7. & ibi glóſ. c. Exemplum eſt, ſi Princeps habens caſtrum ſine iuriſdictione, illud concedit alicui in feudum, Vaſſallus autem acquirit poſtmodum iuriſdictionem ab altero, iſta iuriſdictio vti ſeparata ab ipſo caſtro, & per ſe ſubſiſtens pertinet ad Vaſſallum, & eius hęredes; ſic exemplificat, & tenet Bald. in d. §. è cõtrario. num. 4. & ibi Aluar. num. 4. Afflict. num. 1. Clar. in §. feudum. quæſt. 88. num. 5. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 26. nu. 5. verſ. ex quo. Fachinæus de controuerſ. iur. part. 3. lib. 7. cap. 89. & eſt communis opinio, vt dicit Ruyn. conſ. 14. poſt princ. lib. 1.

2 In alijs autem melioramentis diſtinguitur modo infraſcripto; Aut feudum apertum eſt ſine delicto, puta ob tempus finitum, ſiue generationem extinctam, vel ex conuentione; Aut apertum eſt propter delictum, culpam, & feloniam Vaſſalli: Primo caſu quando ſcilicet feudum apertum eſt ſine delicto, tunc melioramenta induſtrialia, vt ſunt ædificia, & alia quæ ſigillatim exemplificat Roſentall. de feud. cap. 10. concluſ. 43. num. 50. & ſeqq. ad hæredes tranſmittuntur. c. 1. §. ſi Vaſſallus. & ibi gloſ. in verb. ſoluat prætium. Ruin. conſ. 24. nu. 10. lib. 1. Menoch. de recuper. poſſeſs. remed. 15. num. 508. Roſentall. d. cap. 10. quęſt. 43. num. 36. & ibi gloſ. in litera. T. vbi allegant concordantes.

3 Ampliatur primò hic primus caſus ſubalternus procedere etiam ſi feudum non deuoluatur ad Dominum, ſed ad agnatos, quia adhuc melioramenta tranſeunt ad hæredes, ita quod agnati tenentur ad illorum ſolutionem. Roland. conſ. 28. num. 30. vol. 1. Curt. iun. conſ. 41. nu. 10. Brun. conſ. 105. nu. 7. Ruyn. conſ. 14. num. 10. lib. 1.

4 Ampliatur ſecundò locum habere ſiue melioramenta facta ſint à primo inueſtito, ſiue à ſequentibus vel ab vltimis, quia deferuntur ſicut cætera bona hæreditaria Fulgoſ. conſ. 9. col. 2. Gabriel. conſ. 80. num. 38. 39. lib. 2.

5 Ampliatur tertiò vt procedat etiam ſi ea facta ſint ex proprijs laboribus, & artificijs vaſſalli. Bald. in l. ſi quis ſciens. C. de rei vendic. Boer. deciſ. 44. num. 23. verſ. Et ideo. Paul. de Caſtr. in l. diuortio. §. impendia. num. 4. ff. ſolut. matrim. Abb. in c. 1. num. 3. de in integr. reſtit. & in c. ad noſtram. num. 8. de reb. Eccl. non alien. Pincl. in repet. l. 2. part. 2. cap. 3. num. 4. C. de reſcind. vendit.

6 Ampliatur quartò, vt procedat etiam ſi nõ ſint facta à vaſſallo, ſed ab amico contemplatione tamen illius. Menoch. de recuper. poſſ. remed. 15. num. 509. Afflict. in c. 1. §. ſi vaſſallus. num. 8. in tit. hic finit. lex. per tex. in l. ſed ſi plures. §. in arrogato. ff. de vulg. & pup. vbi Bart. Iaſ. Alex. & alij, ex quibus ſumitur regula, à me factum dicitùr quod ab amico contẽplatione mei factum eſt, ſi autem facta eſſent ab alio non contemplatione, nec intuitu eiuſdem vaſſalli, tunc neque vaſſallo, neque eius hæredibus ſoluenda eſſent, quia impenſa cederet ſolo, & feudo. l. ſi is contra quem. C. de ædif. priuat. §. ex diuerſo. inſtit. de rer. diuiſ. in ſpecie Roſentall. d. cap. 10. concluſ. 43. num. 42. 43.

7 Ampliatur quintò quia ſoluenda ſunt melioramenta, & ad hæredes vaſſalli tranſmittuntur, quàmuis ligna, lapides, & alia materia eidem vaſſallo donata ſint, ſiue ex cauſa remunerationis arg. l. idemque. §. fin. ff. mandat. de quo nullum èſt dubium, ſed etiam ſi ſimpliciter donata ſint. arg. l. ſi vero non remunerandi. §. Marcellus. ff. mandat. Schrader. de fęud. part. 2. part. 9. princ. ſect. 2. num. 41. in fin. & ſeq. Roſentall. de fæud. cap. 10. concluſ. 43. num. 41.

8 Ampliatur ſextò quia melioramenta facta in feudo non ſolùm tranſeunt in maſculos, ſed etiam in fæminas, nam licet fæminę regulariter in feudo non ſuccedant. c. 1. §. hoc autem notandum. qui feud. dar. poſſ. tamen in melioramẽtis factis per vaſſallum in bonis feudalibus ſuccedere poſſunt. Ruin. conſ. 24. nu. 9. verſ. quęritur. lib. 1. Pariſ. conſ. 28. conſ. 55. conſ. 58. vol. 3. Roland. conſ. 28. num. 29. lib. 1. Menoch. de recuper. poſſ. remed. 15. nu. 506.

9 Ampliatur ſeptimò vt locum habeat, & procedat etiam ſi feudum datum eſſet expreſsè ad meliorandum, adhuc enim melioramen-

ta hæc

ta hæc ſecundum veram, & æquiorem ſententiam ſoluenda eſſent argumento ſumpto ab emphiteoſi, nam ſi emphiteoſis data eſt ad meliorandum, & poſtea ſine culpa emphiteotæ ad dominum deuoluatur, melioramenta facta ſolui debent. Pinel. in l. 2. part. 2. cap. 3. num. 10. C. de reſcind. vend. Paul. de Caſtr. conſ. 270. nu. 3. verſ. ſed circa prędicta. lib. 2. Ruin. conſ. 157. num. 19. 20. lib. 1. & poteſt adduci
10 ratio, quia ea quæ cauſa dubitationis tollendæ inſeruntur, ius commune non lædunt. l.
11 qui mutuam. ff. mandat. & expreſſio eorum, quæ tacitè inſunt nihil operantur. l. non rectè. C. de fideiuſſ. l. hæc verba. ff. de leg. 1. & in feudis ſic tenet in ſpecie Schrader. part. 2. part. 9. ſect. 3. nu. 71. in fin. verſ. ſecus autem eſſe; quem allegat Roſentall. de feud. cap. 10. concluſ. 43. num. 84. licet contrarium dicat Forſter. de ſucceſſ. lib. 3. cap. 20. num. 12.
12 Subampliatur ampliatio iſta, vt idem ſit etiam ſi in inueſtitura ſit ſpecificatum, quod vaſſallus has, vel illas impenſas faciat in re feudali; nam vaſſallus non excluditur proptérea à repetitione, imò illas repetere poterit. Roſentall. d. cap. 10. concluſ. 43. num. 84. per ea quæ traduntur in l. dominus horreorum. §. 1. l. colonus. ff. locat. l. ſuo victu. ff. de oper. libert. & ratio eſt quia nemo præſumitur velle ſuum perdere. l. cum de indebito. verſ. qui enim ſoluit. ff. de probat. ideo omnis alia præ-
13 ſumptio ſumenda eſt potius quàm donationis. Bart. in l. ſi cũ aurũ. ff. de ſolut. Bald. in l. generaliter. in 4. oppoſit. C. de non num. pecun. & in l. fin. C. de dot. promiſſ. Afflict. deciſ. 44. num. 24. Menoch. de arbitr. caſ. 88. in princ. Galleſ. ad form. cam. ſumm. quæſt. poſt proceſſ. inciden. nu. 4. Tiraq. in l. ſi vnquam. in verb. donatione largitus. num. 206. C. de reuoc. donat.
14 Declaratur, vt locum habeat in hæredibus, & alijs ſucceſſoribus vniuerſalibus; ſecus in ſucceſſoribus ſingularibus quia huiuſmodi melioramenta, vel actio ad ea conſequendum in ſingularem ſucceſſorem vaſſalli ſine ceſſione non tranſit, ex regula quod actio perſonalis non tranſit ad ſingularem ſucceſſorem: ſic tenet Roſentall. d. cap. 10. concluſ. 43. nu. 48. verſ. ac pertinet, poſt Schrader. per eum allegatum; ſed verior eſt ſententia, quod in ſucceſſorem ſingularem tranſeat, nam licet ſit actio perſonalis, tamen eſt in rem ſcripta. l. 1. ff. in quib. cauſ. pign. vel hyp. tacit. contrah. l. interdum. ff. qui pot. in pignor. habeant. §. his conſequens. in authẽtico. de æqual. dot. actio autem perſonalis in rem ſcripta ad ſingularem ſucceſſorem trãſit. vt dixi in caſ. 24. nu. 3.

In reliquis ſeruatur regula communis, prout in alijs melioramentis induſtrialibus, quã explicat Menoch. de recuper. poſſ. remed. 15. num. 500. cum ſeqq. & Roſentall. d. cap. 10. concluſ. 43. nu. 61. & ſeqq. & Redoan. de reb. eccleſ. non alien. quæſt. 72. cap. 2.
15 Quoad melioramenta vero naturalia, ſiue caſualia, & incrementa, vt eſt inſula nata in flumine publico iuxta feudum, & ea quæ accedunt alluuione, præſcriptione, condemnatione, & alijs ſimilibus modis, hæc pariter de ſui natura ad hæredes vaſſalli tranſitoria ſunt in illis caſibus, quibus ea ſpectant ad ipſum vaſſallum, quod pertractat Roſentall. d. cap. 10. concluſ. 44.
16 Secundo caſu, quando ſcilicet feudum eſt apertum ex delicto, vt ob culpam, fælonıã, vel non petitam inueſtituram, tunc vaſſallus amittit omnes meliorationes, & augmenta, ob id eas non tranſmittit ad hæredes. Bald. in c. 1. §. ſi vaſſallus. numer. 1. in tit. hic finit. lex. Ruin. conſ. 24. numer. 10. lib. 1. cum omnibus alijs adductis per Roſentall. de feud. cap. 10. concluſ. 43. gloſ. 1. per tex. in l. 2. C. de iur. emphit. & per rationem, quia amittens principale, acceſſorium etiam amittere neceſſe eſt.
17 Ampliatur primò iſte ſecundus caſus ſubalternus, vt idem ſit non ſolùm ſi feudum ob culpam vaſſalli perueniat ad dominum, ſed etiam ſi perueniat ad agnatũ; nam adhuc vaſſallus, ſiue eius hæres melioramenta repetere non poteſt. Roſentall. d. cap. 10. concluſ. 43. gloſ. C. poſt Bald. Aluar. Præpoſit. Rauen. Ardizzon. Blanc. Capic. Valent. Forſter. Vult. Schoner. Brun. & Burſat. per eum allegatos.
18 Ampliatur item etiam ſi impenſæ, & meliorationes ſint maximi pretij, quia reiecta opinione aliquorum diſtinguentium inter magnas & paruas impenſas, & aliorum diſtinguentium an culpa conſiſteret in faciendo vel omittendo, verũ eſt quod feudo aperto ex delicto amittuntur indiſtinctè omnes meliorationes etiam ſi ſint maximi valoris, ac etiam ſi culpa conſiſteret in omittendo; ſic idẽ Roſentall. ex profeſſo. d. cap. 10. concluſ. 43. num. 6. & ſeqq.
19 Declaratur vt non procedat in impenſis neceſſarijs factis poſt deuolutionem feudi; eas enim vaſſallus, & eius hęredes repetere poſſent, quamuis ex delicto feudum amiſerit, nã etiam malę fidei poſſeſſor ipſas deducit. l. dominum. C. de rei vendicat. Bart. in l. in fundo. num. 11. ff. eod. tit. Boer. deciſ. 44. nu. 6. in fi. Menoch. de recuper. poſſ. remed. 15. nu. 514.

& ſic

& ſic in ſpecie tenet idem Roſentall. d. cap. 10. concluſ. 43. num. 12. 13.

20 Secundus caſus eſt de melioramentis factis in bonis emphiteoticis, & in iſtis eadem adhibetur diſtinctio, prout in melioramentis factis in bonis feudalibus, nempe quod aut finita eſt emphiteoſis propter culpam emphiteotæ, puta ſi non ſoluit canonem, vel rem emphiteoticam irrequiſito domino alienauit; Aut finita eſt ſine illius culpa, puta ob generationem finitam.

Primo caſu emphiteota amittit melioramenta, ob id ea ad hæredes non tranſmittit. l. 2. C. de iure emphit. §. ſi vero quis aut locator. in authentico. de alienat. & emphit. authentica. qui rem. C. de ſacroſ. eccleſ.

21 Ampliatur primò hic primus caſus ſubalternus, vt locum habeat indiſtinctè non ſolùm in emphiteota Eccleſiæ, ſed etiam in emphiteota priuati; nam emphiteota ſiue Eccleſiæ, ſiue alterius, quando eijcitur propter eius culpam, vel penſionem non ſolutam, ſuas meliorationes non repetit. Bart. in l. pen. num. 5. & ibi Paul. de Caſtr. num. 4. ff. locat. Iaſ. in authentica. qui rem. num. 9. C. de ſacroſ. eccleſ. & in l. 2. num. 27. C. de iur. emphit. Pinel. in d. l. 2. part. 2. num. 7. vbi teſtatur de communi Garſ. de expenſ. & meliorat. cap. 6. num. 20. verſ. namquè. per tex. in l. 2. C. de iur. emphit. & §. ſi vero quis. in authentico. de alienat. & emphit. Et licet gloſ. 2. in d. l. pen. per illum tex. ff. locat. dixerit ſpeciale eſſe in emphiteota Eccleſiæ, vt ipſe eiectus ab emphiteoſi ob penſionem non ſolutam non repetat melioramenta, tamen Bart. Paul. Iaſ. Pinel. & Garſ. in locis citat. reſpondent tex. in d. l. pen. ff. locat. intelligi de colono de quo loquitur, nec locum habere in emphiteota, ſicquè concorditer d. gloſ. reprehendunt.

22 Ampliatur ſecundò procedere etiam in cõductore ad longum tempus, ipſo enim ceſſante in ſolutione per biennium, vel triennium amittit melioramenta. Bero. in c. potuit. num. 166. de locat. & hanc opinionem communẽ appellat Pinel. in l. 2. part. 2. cap. 3. num. 8. C. de reſcind. vendit. Contrarium tamen quod imò non perdat melioramẽta tenet Iaſ. in authentica. qui rem. num. 9. C. de ſacroſ. eccleſ. & in l. 2. num. 28. C. de iure emphit. Garſ. de expenſ. & meliorat. cap. 6. num. 23. Aretin. conſ. 55. Natta conſ. 49. num. 32. verſ. item emphiteuta: ſed has opiniones conatur conciliare Pinel. d. cap. 3. num. 8. vt ſi locatio facta ſit ad vitam pro-
cedat prima opinio, ſi autem ad longum tem-
pus vera ſit opinio ſecunda: Verè prior opi-
nio quod amittantur melioramenta, & ſic nõ
tranſeant ad hæredes, videtur magis ſuſten-
tabilis, quia in locatione ad longum tempus
transfertur dominium vtile l. 1. in fin. ff. ſi
ager vectig. vel emphit. pet. & talis locatio
23 tranſit in emphiteoſim. Papienſ. in form. li-
bell. ad fict. præſt. gloſ. 1. num. 1. intan-
24 tum quod ſi conductor ad longum tempus
ceſſat in ſolutione per biennium, vel trien-
nium cadit à conductione, quemadmodum
emphiteuta. Socin. conſ. 167. num. 7. vol.
2. Boer. deciſ. 234. num. 3. Tiraq. de re-
tract. lignag. §. 1. gloſ. 14. num. 84. verſ.
ideoquè. Corbul. de iur. emphiteot. de cauſ.
priuat. ob non ſolut. can. ampliat. 23. ideo
eadem ratione debet etiam cadere à melio-
ramentis, locatio enim ad longum tempus
non differt ab emphiteoſi, ſed viribus, &
effectu eſt quędam conceſſio in emphiteoſim,
& idem de vtroque iudicandum eſt. Sic pro-
bat Tiraq. d. §. 1. gloſ. 14. nu. 84. nihilominus
25 quia repetitio melioramentorũ eſt fauorabi-
lis ad. l. domũ. C. de rei vendicat. ex quo ne-
mo cũ alterius iactura locupletari debet. l. iu-
re naturæ. ff. de reg. iur. c. locupletari. de reg.
iur. in 6. & è cõuerſo pænæ ſunt odioſæ, & nõ
debent habere locum, niſi in caſibus à iure ex-
preſſis. l. at ſi quis. §. diuus. ff. de relig. & ſum-
pt. funer. Bald. in l. nemo. numer. 1. C. de ſa-
croſ. Eccleſ. & in l. fin. num. 2. ff. de in ius vo-
cand. ita quod non ſunt extendendæ etiam
ex identitate rationis. l. fin. C. de interd. ma-
trim. Bart. Fulgoſ. & Roman. in d. l. fin. ff. de
in ius vocand. Iaſ. in l. cum quidam. num. 10.
ff. de liber. & poſthum. Crauet. conſil. 173.
num. 4. Gemin. in c. 1. num. 9. de tempor. or-
dinat. in 6. ideo libenter ſequor opinionem
negatiuam, quòd conductor ad longum tem-
pus, ſi ob culpam ſuam reijciatur à conductio-
ne, melioramenta non perdat, ſed ea repetat,
& ad hæredes tranſmittat.

26 Declaratur iſte primus caſus ſubalternus, vt locum habeat in melioramentis, & impenſis modicis, puta quas ex natura contractus Emphiteuta tenetur conficere, vt deductio riuorum, maceries, lucus plantatus, vinea inſita, & ſimilia, ſecus in melioramentis magni ſumptus, quæ ex natura contractus non veniunt, vt ædificia, & Molendina, aliaquè huiuſmodi prætioſiora, hæc enim Emphiteuta ſua efficit, & ad hæredes tranſmittit, quàmuis ab Emphiteoſi decadutus ſit ob culpam ſuam; ſic tenent Balduin. in §. adeo. inſtit. de

locat.

locat. Pinel. in l. 2. part. 2. c. 3. num. 9. C. de reſcind. vendit. Garſ. de expenſ. & meliorat. cap. 6. num. 20. & num. 22. vbi refert idem quoque tenere Aluar. Vaſqu. iuris Emphit. quæſt. 25. num. 3. & ita dicit fuiſſe iudicatũ, ſequitur addit. ad Dec. in conſ. 518. mouentur ea ratione quia dum legiſlator ſtatuit Emphiteotam eiectum ob culpam ſuam amittere melioramenta, vtitur verbo; emponemata: pro verbo, melioramenta, vt in l. 2. C. de iur. Emphit. & in §. ſi vero quis. in authentico. de alienat. & Emphit. quod quidem verbum; emponemata; dicunt expenſas maiores vt ædificia, & molendina non compræhendere: & ſatis æqua eſt huiuſmodi ſententia, ne Dominus ſub prætextu non ſoluti Canonis pauci momenti, fortè melioramẽta magni valoris lucretur, ſicque cum immodica iactura Emphiteutæ locupletetur, nam pæna commenſuranda eſt delicto. l. 1. §. ſed & qui. ff. de abigæis. authentica. omnes Peregrini. in fin. C. comm. de ſucceſſ. & licet contrarium dictũ ſit de Vaſſallo ſupra num. 18. hoc euenit quia maior eſt culpa in Vaſſallo propter fidelitatem quam iurauit, vt in tit. de nou. form. fidelit. & in eo legiſlator non eſt vſus verbo; emponemata; vt in Emphiteota.

27 Secundo caſu quando Emphiteoſis finita eſt ſine culpa Emphiteotæ, tunc ipſe non perdit melioramenta, ſed ea tranſmittit ad hęredes. Bald. in l. ſenatus. §. Marcellus. & ibi Ang. ff. de leg. 1. idem Bald. in c. 1. §. ſi Vaſſallus. num. 1. in tit. hic finit. lex. & in l. 2. num. 2. in fin. vbi dicit ità ſeruare conſuetudinem. idem conſuluit Cuman. conſ. 57. & Dec. cõſ. 518. vbi teſtatur de communi opinione, & ab ea neque in conſulendo, neque in iudicando recedendum eſſe dicit, idem etiam dicit, & tenet Clar. in §. Emphiteoſis. quæſt. 45. Pinel. in l. 2. §. 2. cap. 3. num. 7. C. de reſcind. vendit.

28 hoc enim permittitur colono. l. ſed & ædes. §. ſi inquilinus. ff. locat. ergo multò magis hoc dicendum eſt in Emphiteota, qui habet ius in re, & non debet eſſe deterioris conditionis, quàm colonus. arg. l. etſi vnius. §. ſi ſeruus. ff. de iniur.

29 Ampliatur primò iſte ſecundus caſus ſubalternus, quia huiuſmodi melioramẽta tranſmittuntur non ſolùm ad hęredes filios deſcendentes tàm maſculos, quam fæminas, ſed etiam ad hæredes extraneos. Clar. in d. §. Emphiteoſis. quæſt. 45. num. 2. vbi refert de communi. Rot. diuerſ. deciſ. 312. num. 2. part. 2. & deciſ. 398. num. 2. part. 1. Gabriel. conſ. 80. num. 37. & ſeqq. lib. 2.

30 Subampliatur ampliatio iſta, quia melioramenta tranſeunt ad hæredes Emphiteotæ etiamſi Emphiteoſis ipſa non deuoluatur ad dominum directum, ſed ad agnatos in inueſtitura compræhenſos. Socin. in l. diuortio. num. 10. ff. ſolut. matrim. Dec. conſ. 326. nu. 3. Gabriel. conſ. 80. num. 35. lib. 2. nam in meliorationibus idem dicitur, ſiue Emphiteoſis reuertatur ad Dominum, ſiue ad agnatos. c. pen. & ibi gloſ. in tit. de inueſtit. de re alien. fact. & hæc ſubampliatio vera eſt, ſiue melioramenta ipſa facta ſint à primo inueſtito, ſiue à ſequentibus, vel ab vltimo. Gabriel. d. conſ. 80. num. 38. 39. lib. 2. poſt Fulgoſ. conſ. 9. col. 2. ea ratione, quia melioramenta deferuntur, prout alia bona hæreditaria.

31 Ampliatur ſecundò iſte ſecundus caſus, vt procedat etiam, ſi res expreſſim conceſſa ſit ad meliorandum, nam adhuc finita, vel deuoluta Emphiteoſi abſque culpa Emphiteotæ, is poteſt melioramenta facta repetere, & ad hęredes tranſmittere. Pinel. in l. 2. part. 2. cap. 3. num. 10. & ibi Soarez. in addit. litera. C. Paul. de Caſt. conſ. 270. num. 3. verſ. ſed circa prędicta. lib. 2. Ruin. conſil. 157. numer. 19. 20. lib. 1. ratio eſt, quia hęc eſt conditio, quę ineſt abſquè alia expreſſione, ideo illius expreſſio nihil operatur, nec ſenſum mutat. l. hæc verba. ff. de leg. 1. l. non rectè. C. de fideiuſſ.

32 Tertius caſus principalis eſt de melioramentis factis in bonis Eccleſiaſticis à Prælatis beneficiorum; quocirca videretur firmiter dicendum huiuſmodi melioramenta ad hęredes tranſmitti ſtante conſuetudine, vt Prælatis, & Clericis tàm ab inteſtato, quàm ex teſtamento ſuccedatur in acquiſitis per eos de bonis, & pecunia Eccleſiæ, vt dicam in caſ. 69. num. 7. ſed tamen veritas eſt in contrarium, quòd imò melioramenta iſta facta à Prælatis beneficiorum in bonis Eccleſiaſticis non repetuntur, nec conſequenter tranſmittũtur ad hæredes neque ex teſtamento, neque ab inteſtato, quia ſunt ſua in vita tantùm, & de illis non poſſunt teſtari c. fin. de pecul. cleric. cùm præſumantur facta ex redditibus Eccleſię cuius erant adminiſtratores l. neſennius. & ibi DD. ff. de neg. geſt. Crauet. conſ. 129. nu. 3. Rota deciſ. 761. part. 1. diuerſ. & tanquàm acquiſita ex bonis. vel pecunia Eccleſię efficiuntur Eccleſiæ, nec tranſmittuntur ad hæredes. c. 1. c. 3. de pecul. cleric. c. 1. c. cũ in officijs. de teſtam. Nàquè vtilitas annexa rebus Eccleſiaſticis cedit Eccleſiæ Anchar. in d. c. fin. nu. 2. & Imol. nu. 3. ample per Surd. conſ. 333. nu.



upna

40.& infra vol.5. allegata autem conſuetudo tanquam repugnans iuri communi eſt ſtricti iuris, & non extenditur. l. quod non ratione. ff. de legib. Bart. in authentica. qui rem. num. 8. C. de ſacroſ. Eccleſ. Paul. de Caſtr. conſil. 340. num. 3. verſ. ſupereſt videre. part. 2. Crauet. conſ. 30. num. 5. & conſ. 170. num. 3. & 4. Roland. conſ. 69. num. 30. & ſeqq. lib. 3. Oſaſch. deciſ. 29. num. 15. 16. maximè quia cum iſta melioramenta facta ſint de bonis Eccleſię & in bonis Eccleſiæ, interprætãdum eſt quod ſint facta eiuſdem Eccleſiæ. arg. l. ſi vnus. §. pactus. & ibi Iaſ. nu. 5. & ſeqq. ff. de pact. & hanc partem tenet in proprijs terminis Garſ. de expenſ. & meliorat. cap. 11. num. 71. Redoan. de reb. Eccleſ. non alien. quæſt. 72. cap. 1. num. 7. Surd. d. conſ. 333. num. 35. & infra vol. 3. & ante eos voluit Abb. in d. c. fin. num. 2. de pecul. cleric.

33 Declaratur caſus iſte, vt locum habeat quãdo meliorationes factæ à Prælatis beneficiorum, factæ ſunt de bonis Eccleſiæ, ſecus ſi de bonis patrimonialibus, vel alijs bonis proprijs, quia quicquid in contrarium de hoc voluerit Surd. d. conſ. 333. nu. 57. 58. vol. 3. magis vera, & recepta eſt concluſio quòd meliorationes factæ per Prælatos beneficiorum in bonis Eccleſiaſticis de bonis ſuis repetantur ac tranſmittantur ad hæredes. cap. 2. 12. q. 4. Abb. in c. de multa. num. 14. de præbend. & in c. fin. num. 2. de pecul. cleric. Iaſ. in l. ſi non ſortem. §. ſi centum. num. 10. verſ. amplia. ff. de condict. indebit. Boer. deciſ. 44. num. 14. verſ. Et idem in eo. Afflict. in c. 1. §. ſi Vaſſallus. nu. 15. in tit. hìc finit. lex. Garſ. de expenſ. & meliorat. cap. 11. nu. 72. Peregr. de fideicõ. art. 50. num. 43. quod quomodo cognoſcatur an
34 ſint factæ de bonis Eccleſię, vel de bonis ſuis, tradit Redoan. de Spol. quæſt. 9. §. quid dicendum. num. 24. cum ſeqq. Rocch. de Curt. de iure patronat. verb. iuſ. num. 19. & amplè Menoch. de arbitrar. iud. caſ. 195.

35 Quartus caſus eſt de melioramentis factis per hæredem in bonis fideicommiſſarijs; Et iſta melioramenta ſi ſunt neceſſaria vel vtilia ad hęredes hæredis tranſmittuntur. l. domos hæreditarias. ff. de leg. 1. l. mulier. §. ſed enim. l. vbi purè. §. qui in diſtrahendis. ff. ad Trebell. Ruin. conſ. 38. nu. 25. lib. 1. & conſ. 117. num. 1. & conſ. 135. nu. 13. lib. 3. Corn. conſ. 180. num. 8. vol. 4. Roland. conſ. 28. nu. 1. & per totũ. lib. 1. Vincent. de Franch. deciſ. 109. Menoch. de recuper. poſſ. remed. 15. nu. 507. 508. Peregrin. de Fideicom. d. art. 50. nu. 39. Anchar. Regien. quæſt. 46. part. 1.

36 Quintus caſus eſt de melioramentis facti per maritum in bonis dotalibus inæſtimatis nàm licet maritus dicatur Dominus eorundẽ bonorum. gloſ. in l. in rebus. in verb. iure naturali. C. de iure dot. per tex. in l. ſi prædium. C. eod. l. doce ancillam. C. de rei vendicat. l. 1. C. de ſeru. pign. dat. in l. ſeruus dotalis. ff. ſolut. matrim. l. Pomponius. §. in dotem. ff. de acquir. poſſeſ. l. ſi maritus. ff. de fund. dotal. l. dotis fructus. §. ſi res. ff. de iur. dot. tamen eo mortuo bona ipſa reſtituenda ſunt vxori. l. vnic. §. exactio. C. de rei vxor. action. d. l. in rebus. C. de iur. dot. ideo dicitur Dominus impropriè, & conſtante matrimonio tantùm. Campeg. de dote. ſub rubric. de pact. & fund. dotalib. quæſt. 7. Caſſan. in conſuet. Burg. rubric. 1. §. 4. verſ. mariagè d'vne fille. nu. 24. & ſeqq. Garſ. de expenſ. & meliorat. cap. 13. nu. 6. & 7. Expenſæ itaquè, & melioramenta facta per maritum in fundo dotali inæſtimato, ſi neceſſaria ſunt, repetuntur per eundem maritum. l. quod dicitur. l. 1. ff. de impenſ. in reb. dotalib. fact. l. dote. ff. de rit. nupt. iuſquè illa repetendi ad hæredes tranſmittit. Garſ. d. cap. 13. num.
37 57. Vtilia autem ſi facta ſunt de voluntate vxoris repetuntur per actionem mandati. l. vnic. §. ſed nec ob impenſas. C. de rei vxor. action. l. vtilium. ff. de impenſ. in reb. dotalib. fact. ideo actio ad hæredes tranſmittitur. l. ſi præcedente. ff. mandat. Si vero ſine vxoris voluntate facta ſunt, tunc aut poteſt eadem mulier aliunde ſoluere, quàm rem dotalem diſtrahendo, & pariter repetuntur per actionem negociorum geſtorum. d. §. ſed nec ob impenſas, & conſequenter actio ad hæredes, & contra hæredes tranſmittitur. l. ſi autem. ff. de negoc. geſt. quod procedit etiam ſi ea non eſſet ſoluendo de tempore impenſarum factarum, ſed tantum de tempore, quo ea repetuntur, vt poſt Dyn. Rayn. & Cyn. conſuluit Alex. conſ. 162. numero 4. lib. 7. ac item ampliatur procedere etiam ſi non fuiſſet ſoluendo ipſa mulier, ſed eius hæres à quo repetuntur, nam ſi idem hæres habet aliunde vnde ſatisfaciat de dictis melioramentis tempore repetitionis, ipſe tenetur ad illorum ſolutionem, quamuis ipſa mulier in eius vita ſoluendo non fuiſſet. ſic idem Alex. d. conſil. 162. num. 4. lib. 7. Aut ipſa mulier, vel eius hæres non poteſt aliunde ſoluere nec de tempore quo facta ſunt melioramenta, nec de tempore quo ea repetuntur, & tali caſu non tenetur. l. vtilium. ff. de impenſ. in rebus dotalibus fact. & ibi Bart. poſt Dyn.

Dyn. qui etiam adducit rationem, quia tunc
non videntur vtilia, cum non expediret mu-
38 lieri: Voluptaria vero melioramenta non sũt
ſoluenda etiam ſi voluntate mulieris facta
ſint. l. voluptariæ. ff. eod. tit. Si tamen recipiũt
commodam ſeparationem, & hæredibus mari
ti profutura ſunt, vxor autem vult ea habe-
re, nec permittit illa aſportari, tunc mulier te-
netur ea hæredibus perſoluere. l. pro volupta
rijs. ff. de impenſ. in reb. dot. fact.

39 Declaratur caſus iſte, vt non procedat quã
do expenſa eſt modica, nam modica expenſa
nunquam detrahitur, nec tranſmittitur etiãſi
melioramenta eſſent neceſſaria, vel facta de
voluntate mulieris. l. omnino. l. pen. ff. de im-
penſ. in rebus dot. fact.

40. Sextus caſus eſt de melioramentis factis
per uſufructuarium in bonis, quorum habet
vſumfructum; Et hoc caſu ſi melioramenta
ſunt neceſſaria, perpetuamque vtilitatem re-
ſpicientia, & expenſa eſt maxima, ac egregia;
illa repetere poteſt à proprietario, iuſquè il-
la repetendi vti alia bona hæreditaria ad hę-
redes tranſmittit; ſecus autem ſi ſolùm tem-
poralem vtilitatem reſpicerent vt ſunt ea,
quæ fiunt gratia colligendorum fructuum,
& expenſa eſſet modica, quia hæc nec repete-
re, nec conſequenter trãſmittere poteſt. l. ha-
ctenus. ff. de vſufruct. & quemad. quis vtat. l.
eum ad quem. C. de vſufruct. Bart. in l. dam-
ni. §. ei cuius. num. 3. ff. de damn. infect. & in
l. cotem ferro. §. qui maximos. numero 14. ff.
de public. Borgnin. de vſufruct. numero 160.
161. Garſ. de expenſ. & meliorat. cap. 11. nu.
12. Menoch. de arbitrar. caſ. 215. num. 5. &
6. Et quæ modica vel magna ſit impenſa, iudi
cis arbitrio relinquitur pro rei, & perſonarũ
qualitate regulando. Menoch. d. caſ. 215.
num. 8. vbi omnes adducit. Noua ædificia ve-
41 ro non poteſt vſufructuarius fabricare, nec
ideo impenſas in eis factas repetere, vel ad
alios tranſmittere. l. vſufructuarius. 51. ff. de
vſufruct. & quemadm. quis vtat. nec incæ-
pta perficere. l. vſufructuarius. 68. ff. eo-
dem. tit.

42. Septimus caſus eſt de melioramentis fa-
ctis à poſſeſſore primogenituræ, vel maiora-
tus; hæc tranſmittuntur ad hæredes eodem
modo, prout melioramenta facta in bonis fi-
deicommiſſarijs. Palat. Rub. in repet. rubric.
de donat. int. vir. & vxor. §. 62. num. 14. 15.
16. quem refert, & ſequitur Garſ. de expenſ.
& meliorat. cap. 16. num. 1. & allegant eadem
iura: & tanquàm de re certa pertranſit Molin.
de primog. lib. 1. cap. 27.

43 Octauus eſt caſus de melioramentis factis
à colono, ſiue inquilino in bonis per eum cõ-
ductis; hi enim melioramenta neceſſariò, vel
vtiliter facta repetunt, & ad hæredes tranſmit-
tunt. l. dominus. §. in conducto. l. colonus. ff.
locat. Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed. 15.
num. 550. & ſeqq. Redoan. de reb. eccleſ. non
alien. quæſt. 72. cap. 4. vbi de materia; quod
procedit etiam ſi ob penſionem non ſolutam
eiecti eſſent ante finitam conductionem. d. l.
colonus. ff. locat.

*SVMMARIVM.*

1 *Poſſeſsionis commoda quæ ſint.*

2 *Poſſeſsio ad hæredes non tranſit ſine noua ap-
præhenſione: neque in hæredes ſuos. 4. neque
pro ſua legitima. 5.*

3 *Poſſeſsio amittitur ſolo animo.*

6 *Iuris præſentandi quaſi poſſeſsio non tranſit
in hæredem ſine actu facti, & idem eſt in
alijs incorporalibus*

7 *Ceſsio in incorporalibus tranſmittit quaſi poſ
ſeſsionem in ceſsionarium abſque corporali
appræhenſione, vel traditione.*

8 *Penſionem exigendi quaſi poſſeſsio non tran-
ſit in translatarium eiuſdem penſionis, niſi
transferens fuiſſet in poſſeſsione per annos
triginta.*

9 *Poſſeſsio non tranſit in hæredes etiam ſi hæres
eſt Eccleſia.*

10 *Poſſeſsio non tranſit in legatarium ſine noua
appræhenſione.*

11 *Fideicommiſſorum poſſeſsio non tranſit in fi-
deicommiſſarium abſque appræhenſione.*

12 *Dominium ſine traditione non tranſit: Fallit
in caſibus recitatis num. 14.*

13 *Poſſeſsio non tranſit ſine actuali appræhenſio
ne etiam in caſibus in quibus dominium trã
ſit ſine traditione.*

15. *Fideicommiſſarius vniuerſalis dicitur hæres.*

16 *Feudalium bonorum poſſeſsio ad hæredes ſiue
ſui ſiue extranei ſint ſine noua appræhenſio
ne non tranſit.*

17 *Poſſeſsionis appræhenſio requiritur in omni-
bus bonis, nec ſufficit ſi appræhendatur in
vna tantùm re, vel in parte hæreditatis:
Fallit cùm fundus diuiſus eſt in plures par-
tes ex cauſa vberioris, vel commodioris cul-
turæ. 18. Fallit in vniuerſitate rei. 19. Fal-
lit in incorporalibus. 20. Fallit in bonis Ec-
cleſiæ, ſeu alterius dignitatis. 25.*

21 *Poſſeſsione acquiſita quoad vnum actum
cenſetur acquiſita quoad omnia: Subde-*

 *clara-*

*claratur num. 23. & ſeqq.*

26 *Poſſeſsionis triennalis exceptio non tranſit in ſucceſſorem,*

27 *Vſucapio, & præſcriptio incæpta cum defuncto completur ab hærede ſine noua appræhenſione poſſeſsionis, & pariter completur ab hę reditate iacente. 28.*

29 *Colonus, ſi defuncto domino retineat poßeſsionem nomine hæredis, operatur tranſmiſsionem poſſeßionis in eum ſine alia appræhenſione, requiritur tamen eius mandatum, ſeu ratificatio ſaltem tacita. 30. & idem quod de colono, dicitur de commodatario, & depoſitario. 31.*

32 *Ex actu neceſſario non inducitur tacitus conſenſus.*

33 *Poſſeſsio bonorum monaſteria ingredientium tranſit in ipſa monaſteria ſine appræhenſione: idem de bonis arrogati. 34. idem de bonis ſocietatis. 35.*

36 *Hæredes poſſunt appræhendere poſſeſsionem propria authoritate, ſi non eſt occupata ab alijs.*

37 *Poſſeſsio exigendi penſiones, decimas, & alias præſtationes ab anteceßore ſuffragatur etiã quoad ſucceſſores.*

38 *Ius metimur à poſſeßore non à perſona rei.*

39 *Poſſeſsio bonorum defuncti tranſit ad hæredes ſine noua appræhenſione, extante ſtatuto ſiue conſuetudine de continuanda poſſeſsione in hæredes.*

## CASVS XXXVIIII.

*Poßeſsio an tranſeat ad hæredes ſine noua appræhenſione.*

1 Poſſeſſionis commoda in iure plura eſſe noſcuntur, poſſeſſor enim dicitur reus, qui abſoluitur actore non probante. l. 2. C. de probat. l. eſt & decretũ. ff. de iure fiſc. quod procedit etiam ſi idem reus, & poſſeſſor nihil præſtiterit, nec probauerit l. qui accuſare. C. de edend. c. vnic. §. cum enim, vt eccleſiaſt. benefic. ſine diminut. conf. c. fin. §. ſanè. de iureiur. nam ipſe vincit ex non iure actoris. l. fin. C. de rei vẽdicat. l. vti frui. ff. ſi vſufruct. pet. §. commodum. inſtit. de interdict. & etiam procedit in beneficialibus, ſi enim conſtat de nõ iure actoris, reus non eſt à poſſeſſione beneficij amouẽdus etiam ſi & ipſe bono iure careat, cùm melius ſit conſeruare poſſeſſorẽ iniuſtum, quàm iniuſtum admittere de nouo Felin. in c. olim. num. 10. verſ. limita tertio. de reſcript. Rota decis. 4. de re iudic. in nou. & deciſ. 4. de reiudic. in antiq. Menoch. de retin. poſſ. remed. 3. num. 602. verſ. in beneficialibus, & nu. 694. Gigas conſ. 5. num. 14. & 17. Franc. Marc. deciſ. 1148. num. 8. part. 1. & cùm obſcura ſunt iura partium, ad fauorem poſſeſſoris iudicandum eſt c. ex literis. de probat. c. inter dilectos. in fin. de fid. inſtrum. d. §. commodum. inſtit. de interdict. c. cum ſunt. de reg. iur. in 6. ideo cùm agitur de probando dominio, ille obtinet in pari præſũptione qui poſſidet. Bal. in l. cum res. C. de probat. & marito ac vxore ſimul morientibus in eadem naui, licet ignoretur quis primò mortuus fuerit, tamen iudicabitur in fauorem poſſidentis res hæreditarias. Salicet. in l. ſi inter virum. ff. de reb. dub. & ſi duo reperiuntur teſtamenta eiuſdem teſtatoris eadẽ die confecta, & ignoratur quodnam ex eis poſterius fuerit, præfertur ille qui eſt in poſſeſſione. Bart. in l. 1. §. 1. num. 1. ff. de bon. poſſ. ſec. tab. & ſi vnum ac idem beneficium eadem die duobus conferatur, is præfertur, qui poſſidet. c. ſi à ſede. de præbend. in 6. & idem eſt de alia ſimili conceſſione. Bald. in c. capitulum. num. 2. de reſcript. & quando dubium eſt, an bona Clericorum ſint acquiſita ex bonis Ecclefiæ, vel alijs bonis proprijs, ſimiliter iudicandum eſt ad fauorem poſſeſſoris. gloſ. in c. nulli. 12. q. 5. Menoch. de arbitr. caſ. 195. num. 10. & ex poſſeſſione præſumitur dominium, quando de eo quæritur incidẽter gloſ. in l. pen. in verb. amoueri. in fin. & ibi Bart. nu. 4. ff. de condit. inſtit. Bart. in l. apud Trebatium. §. neque. num. 3. ff. de aqua pluu. arcen. & poſſeſſorium tenet præcedentiam, quia prius de poſſeſſione, quàm de proprietate agendum eſt l. ordinarij. C. de rei vendic. l. incerti. C. de interdict. Gozadin. conſ. 10. num. 15. cum allegatis. Et ex duobus cauſam ab eodem autore habentibus, ille præfertur, qui prius poſſeſſionem habuit etiam altero exiſtente priore in titulo. l. quoties. C. de rei vendicat. l. ſiue autem. §. ſi duobus. ff. de public. in rem action. & de iſto commodo plenè tradunt Doctores in d. l. quoties. Et poſſeſſio rerum immobilium tollit ſuſpicionẽ fugæ, & releuat ab onere ſatiſdandi de iudicio ſiſti. l. ſciendum. ff. qui ſatiſd. cogant. & triennalis poſſeſſor beneficij amplius moleſtari nequit. reg. canc. 36. & qui pignus poſſidet præfertur in iure offerẽdi. l. Paulus. §. qui pignoris. ff. quib. mod. pign. vel hypot. ſoluit. Et poſſeſſio cauſat acquiſitionem dominij mediante vſucapione, vel præſcriptione.

c.ſine

c.ſine poſſeſſione.de reg.iur. in 6.gloſ.ſin authentica.niſi tricennale.C.de bon.mater.& poſſeſſor bonæ fidei facit fructus ſuos ſecundùm diſtinctionem Bart.in l.ex diuerſo.num. 6.& 7.ff.de rei vendicat. de quo latè per Fachineum controuerſ. iur. lib. 1. concluſ. 56. 57.58.& 59.& ex ſeparata poſſeſſione præſumitur diuiſio inter fratres, ſi poſſeſſio eſt decennalis,& vterque aliquid poſſederit. gloſ. 1.in l.pen.C. comm.diuid. Balb. de præſcript.part.3.princ.quæſt. 10.num.39.& 40. Menoch. conſ.87. num.77. Aliquos etiam effectus poſſeſſionis recitat Bald. in c. 1. num. 5. de content.int.domin. & fidel. & multa eius commoda congerit Tiraq. de iure primogen. quæſt.17.opin.11. Maſcard. de probat. concluſ.1260.& Menoch.de præſumpt.lib.6.præſumpt. 69. Et generale eſt, quod melior eſt conditio poſſidentis.c. ſi à ſede. de præbend. in 6.c.in pari.de reg. iur. eod. lib. Port. conſ. 29.nu.15.& conſ.125.nu.44. Roland. conſ. 2.num.5. lib. 3. & quod qui poſſidet plus iuris habet, quàm ipſe, qui non poſſidet.l. 2. ff. vti poſſidet.

2 Iccirco, quando poſſeſſio ad hæredes tranſeat videndum eſt, & conſtituo caſum negatiuum, nempe poſſeſſionem ſiue mobilium, ſiue ſtabilium ad hæredes ſine noua appræhenſione non tranſire.l. cū hæredes. in princ. l.qui vniuerſas.§.quod per colonum.ff.de acquir.poſſ.l.1.§.ſcæuola.ff.ſi quis teſtam.liber eſſe l.fin.C.de edict.diu.adrian.tollen.Gaill. practic.obſeruat.lib.2.obſeruat.129. num.7. vbi ità in Camera imperiali ſæpius iudicatū eſſe teſtatur. Tiraq. in tract. le mort ſaiſit.3. declarat.præfat. num.3. qui allegat alios, ratio eſt quia poſſeſſio amittitur ſolo animo l. 3.§.in amittenda.vbi Iaſ.num.1.ff.de acquir. poſſeſſ.idem Tiraq.de retract.conſang. §.26. gloſ.2.num.13.Surd.conſ. 160. nu.31. vol. 2.ſed per mortem animus expirat l.4.ff.locat. c.ſi gratioſè.de reſcript.in 6.ideò cùm poſſeſſio remaneat extincta per mortem poſſidentis ob id non poteſt ad hæredes tranſire, & ſic opus eſt noua eius appræhenſione per ipſos hæredes, quæ acquiri non poteſt abſque corpore,& animo ſimul d.l.3.in princ.l. quemadmodum.ff.de acquir.poſſeſſ.

4 Ampliatur primò caſus, vt poſſeſſio defuncti non tranſeat, neque in hæredes ſuos, ſic enim tenet gloſ.in l.cum miles. in verb. quaſi coniunctim,& ibi Bart.Bald.& Alberic. ff.ex quib.cauſ.maior.idem Bart.in d.l.cum hæredes,& ibi Alex.num. 10.& alij.ff. de acquir. poſſeſſ. & in l. in ſuis.ff. de liber. & poſthum. Bald.in l.fin.num.2.C. de edict. diui adrian. tollen.per l.ſi homo.ff. de vſucapion. Afflict. deciſ.167.num.3.Natta conſ.237.num.1.& conſ.439.nu.5.Tiraq.in tract. le mort. ſaiſit. declarat.3.pfat.nu.6.& ſeqq.vbi plures alios Doctores adducit, & communem concluſionem eſſe dicunt Alex.conſ.37.num.5.verſ.& ſic videmur.vol.1.& in l.in ſuis.num.8.ff. de liber.& poſthum.& Gaill.pract.obſeruat.lib. 2.obſeruat.129.num.2.Roland.conſ.46.nu. 28. lib. 2. Menoch. de adipiſcend. remed. 4. num.82.Craſſ.in §.tranſmiſſio. quæſt. 3.nu. 1.licet ipſe contrarium teneat, & Gutierrez in repet.§.ſui.inſtit.de hæred.qualit.& differ. num.66.& Rota penes Cocin.deciſ.464. nu. 3.nam ratio caſus, quod per mortem extinguitur poſſeſſio, ità militat in hærede ſuo, ſicut in extraneo.Roland.d. conſ. 46. num. 3.
5 lib.2. Et ampliatur procedere, quia in eum nec tranſit poſſeſſio ſuæ legitimæ, nec pro ea competit aliquod remedium poſſeſſorium. Bart.in l.2.num.4.C. quand. & quib. quart. pars lib. 10.Alex.conſ.134.num.1.2.3.lib.4. Tiraq.in tract. le mort ſaiſit. declarat.3. præfat.num.10.& refert Gulielm.de benedict.in repet.cap.Raynutius.in verb. mortuo itaquè teſtatore.2.nu.74.verſ.ex quibus etiam. Picus in l.in quartam.num.159.ff.ad leg.aquil. & ratio eſt propter incertitudinem, non ſolùm ratione quotæ fundi, attento quod legitima debetur deducto prius ære alieno.l. Papinianus.§.quarta autem.ff.de inoff. teſtam. ſicquè ære ipſo alieno non liquidato non poteſt eſſe certum quota pars fundi debeatur, ſed etiam ratione incertitudinis loci, quia legitima eſt portio pro indiuiſo, quæ appellatur incerta ratione loci.l.Mæuius.§.duobus.ff.de leg.2.poſſeſſionem autem incertæ partis ratione loci,& quotæ quis adipiſci non poteſt.l.3. §.incertā vbi gloſ.Bart.Paul. de Caſtr. Alex. Iaſ.& alij & l.locus.ff.de acquir.poſſeſ.Surd. qui alios allegat.conſ.168. num. 48. & conſ. 225.num.12.vol.2.

6 Ampliatur ſecundò caſus, vt procedat & locum habeat etiam in incorporalibus, quia in his quoquè non tranſit quaſi poſſeſſio in hæredem ſine actu facti, ita ut licet defunctus eſſet in quaſi poſſeſſione præſentandi, tamen illa poſſeſſio non tranſit in hæredem ſine noua apprehenſione, hoc eſt ſine noua præſentatione Rocch. de Curt. de iurepatr. in verb. ius, num.10.verſ.limita tamen hanc concluſionē, poſt Calder. conſ. 12. de iurepatronat. & reprobata opinione Lambert. de iurepatronat. lib.2.part.1.art.22.3.quæſt.princ. contrariū dicen-

dicentis, cùm quo etiam tenet Mantua conſ. 38. num. 21. lib. 1. Peregr. conſ. 35. num. 3. & 8. lib. 1. Marta conſ. 58. & ante eos voluit Bald. in l. fin. nu. 48. C. de edict. diu. adr. toll. ità deciſum eſt in Rot. Rom. vt per Verall. deciſ. 135. & deciſ. 420. part. 2. & Achill. deciſ. 5. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. vbi etiam ad omnia fundamenta Lambert. reſpondetur; idem quoquè deciſum eſt apud Mantic. deciſ. 88. num. 5. Ludouiſ. deciſ. 222. num. 6. & deciſ. 417. nu. 7. Coccin. d. deciſ. 464. & alibi ſæpe prout teſtãtur addentes ad d. deciſ. 222. nu. 12. quod procedit etiam ſtante ſtatuto loci de continuãda poſſeſſione in hęredes quia illud non habet locum in quaſi poſſeſſione præſentandi. Rota deciſ. 260. nu. 4. part. 2. in recent. Coccin. d. deciſ. 464. nu. 4. Ludouiſ. d. deciſ. 417. num. 8. & quod dicitur de hærede, idem eſt de ſucceſſore, nam quaſi poſſeſſio præſentandi, ſiue conferendi ſimiliter non tranſit in ſucceſſorem ſine actu facti, vt poſt Fab. Accoramb. deciſ. 63. lib. 2. tenuit Gabriel. conſil. 185. num. 17. vol. 2.

Declaratur tamen ampliatio, vt non procedat quando ſucceſſor appræhendit poſſeſſionem Eccleſiæ, dignitatis, Caſtri, vel villæ cuius ratione competit ius præſentandi, tunc enim ſecuta appræhenſione poſſeſſionis eiuſdem Eccleſiæ, dignitatis, caſtri, vel villæ, tranſit in eum etiam quaſi poſſeſſio iuris præſentandi, adeout in eadem poſſeſſione tanquam ſucceſſor manutenendus eſt. ità decidit Rota deciſ. 1. de iure patronat. in nouis. quam approbat quoquè idem Achill. d. deciſ. 5. num. 8. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. dum reſpondendo eidem Rotæ deciſioni admittit eſſe verũ in illo caſu quia ibi aderat caſtrum & ſic perſona ficta ꝑ quam poſſeſſio conſeruabatur, & idem pariter tradit Ludouiſ. d. deciſ. 222. nu. 9. & ratio eſt quia poſſeſſio bonorum eccleſię, dignitatis, caſtri, villæ vel ſimilium non vacat morte poſſeſſoris, cùm iſti nunquàm moriantur c. ſi gratioſè. de reſcript. in 6. c. liberti. 2. 12. q. 2. ob id videntur hoc ius præſentandi ſemper tenuiſſe & poſſediſſe ita quòd appræhenſa poſſeſſione eiuſdem Eccleſiæ, dignitatis, caſtri, vel villæ, cenſetur etiam appræhenſa quoad ius præſentandi & ſic exerceri poſſunt remedia poſſeſſoria, Innoc. in c. cum ſuper. num. 4. & Abb. num. 21. de cauſ. poſſeſ. & propriet. Felin. in c. conſtitutus num. 19. de reſcript. Rota deciſ. 1. de reſtit. ſpoliat. in nouiſ. & deciſ. 435. nu. 3. part. 2. in recent. Coccin. deciſ. 86. quod ſecus eſt in hærede, nàm hæreditas non poſſidet, nec in ea conſeruatur poſſeſſio l. 1. §. ſcæuola. ff. ſi quis teſtam. lib. eſſe ius. ſed requiritur quòd idem hæres poſſeſſionem bonorum hæreditatis appræhendat. d. l. 1. §. ſcæuola. l. cum hæredes. ff. de acquir. poſſeſſ. eamquè appræhendat in omnibus bonis, quia non ſufficit ſi appræhenderet poſſeſſionem in aliqua re ſingulari vel in parte hæreditatis gloſ. in l. 3. in verb. quamlibet. ff. de acquir. poſſeſſ. vbi Bart. num. 4. Alex. nu. 21. & Iaſ. num. 30. & ſeq.

7 Declaratur inſuper ampliatio locum non habere in ceſſione inter viuos, quia ceſſio in incorporalibus tranſmittit quaſi poſſeſſionem in ceſſionarium abſque alia corporali appræhenſione vel traditione, & ratio ea eſt, quia ceſſio ipſa in incorporalibus eſt loco traditionis, & id quod operatur traditio in corporalibus operatur ceſſio in incorporalibus. gloſ. in l. ad eum. in verb. portionibus. & ibi Bart. ff. de donat. gloſ. vlt. in l. vlt. & ibi Ang. num. 3. C. quando fiſc. vel priuat. idem Bart. in l. is cui. §. vlt. in fin. ff. vt in poſſeſſ. legat. & in l. 1. num. 8. C. de act. & oblig. Bald. in c. 1. num. 4. de conſuet. recti feud. & in l. ex legato. nu. 2. C. de legat. Natta conſil. 398. num. 24. Dec. conſ. 446. num. 5. Iaſ. in l. ſi ſic. §. vlt. num. 8. ff. de leg. 1. Menoch. de retinend. remed. 3. nu. 260. & ſeqq.

8 Ampliatur tertiò caſus, vt procedat quoquè in tranſlatario penſionis, quamuis enim ſit tranſlata penſio, tamen non cenſetur trãſlata quaſi poſſeſſio exigendi, quam habebat is qui poſſeſſionem tranſtulit. Caſſad. deciſ. 10. de reſcript. Gig. de penſion. quæſt. 85. nu. 9. Veſtr. in ſua prax. lib. 3. cap. vlt. num. 2. Et ità pluries ab eadem Rot. Rom. deciſum eſt. Garz. de benefic. part. 1. cap. 5. num. 469. & ſeqq. quod adeò verum eſt, vt ſi etiam idem tranſlatarius gratioſè ſubrogatus eſſet in poſſeſſionem transferentis, adhuc per hanc gratioſam ſubrogationem nõ cenſeretur in eum tranſlata quaſi poſſeſſio exigendi, nec ideò competeret ei manutentio vel remedium retinendæ, ſed ſolùm cenſeretur tranſlata in eũ facultas ingrediendi poſſeſſionem, & ſibi cõpeteret interdictum adipiſcendæ. Mohedan. deciſ. 21. de reſtit. ſpoliat. Sarnen. ſuper reg. de trienn. quæſt. 14. verſ. nec obſtat quod ſit ſubrogatus etiam quoad poſſeſſionem. Lancellot. de attent. part. 2. cap. 4. in præfat. num. 407. Gonzalez. ſuper reg. 8. cãnc. §. 3. proœm. num. 93. & ſeqq. Garz. de benefic. part. 6. cap. 4. num. 2. & 3. Declaratur hæc ampliatio, vt locum non habeat quando tranferens fuit in poſſeſſione per triginta annos, quia tali caſu

penſio

penſio præſumitur iuſtificata, & ſic poſſeſſio transferentis tranſit in translatarium, ſic deciſum fuit in vna cauſa Brixien. & dictum in alia Neritonen. & refert idem Garz. d. part. 1. cap. 5. num. 471. 472.

9 Ampliatur quartò caſus, vt procedat etiam ſi hæres eſt Eccleſia, nam adhuc poſſeſſio in eam non tranſit, ſed appræhenſione opus eſt. gloſ. in l. vlt. in verb. in rem. & ibi Bald. nu. 8. C. de ſacroſ. Eccleſ. Alex. in l. cum hæredes. num. 2. ff. de acquir. poſſeſſ. Bertach. de Epiſc. lib. 3. part. 1. quæſt. 56. verſ. item verum. Bero. conſ. 11. nu. 7. vol. 1.

10 Ampliatur quintò locum habere etiam in legatario, quia pariter poſſeſſio in eum non tranſit abſque appræhenſione. l. 1. C. quor. legat. l. 1. §. rediguntur. ff. eod. tit. l. non eſt dubium. C. de legat. gloſ. in l. ſi fratres. §. idem reſpondit. il 2. in verb. dominium. ff. pro Soc. Bal. in l. pen. §. fin. nu. 10. C. ad Trebell. Alex. in d. l. cum hæredes. nu. 2. ff. de acquir. poſſeſſ.

11 Ampliatur ſextò, vt idem ſit in fideicommiſſario, is enim poſſeſſionem pariter capere tenetur de manu hæredis. gloſ. in l. 1. §. de illo. in verb. actiones. & ibi Doctores. ff. ad Trebell. & not. in l. 1. ff. quor. legat. & in d. l. pen. §. fin. & ibi Bald. C. ad Trebell. Natt. conſ. 653. num. 8. Peregrin. de fideicommiſſ. art. 47. num. 7. cum enim legata, & fideicommiſſa exæquata ſint. l. 1. ff. de leg. 1. l. 2. C. commun. de legat. §. ſed non vſquè. inſtit. de legat. ideo ſicut poſſeſsio non tranſit in legatarium, ità neque in fideicommiſſarium; ſic etiã tàm legatarius, quàm fideicommiſſarius tenentur capere legata, & fideicommiſſa de manu hæredis. l. facta. in princ. ff. ad trebell. §. reſtituta. inſtit. de fideicomm. hæredit. quod procedit non ſolùm in fideicommiſſario particulari, ſed etiam in fideicommiſſario vniuerſali Ripa in l. 1. nu. 5. ff. quor. legat. Dec. conſ. 243. num. 3. Menoch. de adipiſcend. remed. 2. num. 21. & ſeqq. Peregr. de fideicomm. d. art. 47. num. 7.

12 Ampliatur ſeptimò caſus principalis, vt procedat nedum in caſibus, in quibus dominium non tranſit abſquè traditione, quod eſt regulariter verum in omni contractu, nam regulariter dominium ſine traditione non tranſit. l. traditionibus. C. de pact. l. qui tibi. C. de hæred. vel action. vend. l. ſi ager. ff. de rei vendic. l. pen. C. eod. l. quintus. ff. de action. empt. l. qui prædium. C. de diſtract. pignor. l. ſi ex ſtipulatione. ff. de acquir. poſſ.

13 Sed etiam procedit, & locum habet caſus principalis in his caſibus ſpecialibus, in quibus dominium tranſit ipſo iure abſque traditione, quia adhuc licet tranſeat dominium, tamen nunquàm tranſit poſſeſsio ſine actuali appræhenſione. gloſ. in l. ſi fratres. §. idem reſpondit. il 2. in verb. dominium. ff. pro ſocio. gloſ. in l. fin. in verb. in rem. & ibi Iaſ. nu. 25. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Bart. in l. commiſſa. num. 1. per illum tex. & ibi Ang. ff. de publican. & vectig. Bald. in l. in ſuis. ff. de liber. & poſthum. Iaſ. conſ. 148. num. 8. lib. 4. & in §. ſed iſtæ quidem. num. 75. inſtit. de action. Tiraq. qui alios congerit in repet. l. ſi vnquàm. in verb. reuertatur. num. 389. C. de reuoc. donat. & in tract. le mort ſaiſit. 4. declarat. 1. part. nu. 3. Bertach. de Epiſc. lib. 3. part. 1. nu. 104. & eſt communis opinio. Ant. Gomez. 3. tom. cap. 2. num. 3.

14 Caſus autem ſpeciales, in quibus dominiũ tranſit ſine traditione, vel poſseſsione ſunt iſti, in Eccleſias namque, monaſteria, hoſpitalia, & ciuitates ſpeciali eorum fauore tranſit dominium abſquè appræhenſione. l. fin. §. in his. & ibi gloſ. in verb. in rem. C. de ſacroſ. Eccleſ. gloſ. in l. pen. in verb. non poteſt. C. de rei vendic. gloſ. vlt. in l. ſi ager. ff. eod. & gloſ. vlt. in fin. in c. 2. de conſuet. in pauperes. Bald. in l. ſiue autem. §. ſi duobus, & ibi Ang. nu. 1. in fin. Iaſ. in l. fin. num. 32. C. de ſacroſ. Eccleſ. ratio eſt quia pauperes gaudent eodem priuilegio, quo gaudet Eccleſia ex deductis per Tiraq. de priuileg. piæ cauſ. in præfat. verſ. item relicta pauperibus. In filios ſuos propter potentiam ſuitatis pariter tranſit dominium ſine traditione. l. in ſuis. ff. de liber. & poſth. §. ſui. inſtit. de hæred. qual. & differ. in hæredem: d. l. ſi ager. in fin. ff. de rei vendic. quia in hæredes adita hæreditate tranſeunt omnia iura poſseſsione excepta. l. cum hæredes. ff. de acquir. poſseſs. in bonorum poſseſſorem ad ſimilitudinem hæredis. l. 1. ff. de bonor. poſseſs. in fideicommiſsarium vniuerſalem facta reſtitutione verbali. l. facta in princ. vbi gloſ. in verb. poſseſſionem. ff. ad trebell. §. reſtituta. inſtit. eod. quia reſtitutio hæreditatis verbalis, aut legalis eoſdem operatur effectus in perſona fideicommiſsarij vniuerſalis, quos operatur aditio hæreditatis in perſona hæredis. l. ſeruo. in princ. l. ſi hæres. ff. ad trebell. gloſ. 2. in l. 1. ff. de fideicom. hæred. petit. Paul. de Caſtr. conſ. 152. num. 2. lib. 2. fidei-
15 commiſsarius enim vniuerſalis hęres eſse dicitur. l. ſi filiusfamilias. §. ſi filio. ff. quod cum eo. gloſ. in l. quamuis. ff. de iudic. in legatariũ. l. à Titio. ff. de furt. l. ſi partem. l. ſi per fundũ. ff. quemad. ſeruit. amitt. quia legata acquirũ-

tur

tur etiam ignoranti.l.cum pater. §. Surdo. ff. de leg. 2.l.filiusfamilias.§.Marcellus.ff.de teſtament. quod procedit etiam in re tacitè legata, vt per Bart.Bald. Ang.Flor. Paul.de Caſtr. Alex. Iaſ. Dec. & Bertach. quos allegat Crauet. de antiquit. temp. verb. ampliatur. num.35. fol.26. excepta re penes eundem legatarium exiſtente.idem Crauet. loc. cit. nũ. 36.in pacto legis commiſsoriæ dominium pariter ſine traditione transfertur, quia in caſu dicti pacti, res videtur inempta. l. commiſsoriæ. C. de pact.int. empt. & vendit. Et idem eadem ratione dicitur in pacto addictionis in diem.l.ſi quis hac lege.& ibi gloſ.in verb.vti. ff.de rei vendic.l.ſi ex duobus. §. ſed & Marcellus.ff.de in diem adiect. in donatorem qui donationem fecit, vt ſibi præſtentur alimenta, quia niſi ea præſtentur retranſit dominiũ abſque traditione.l.1.vbi gloſ. vlt. C. de donat.quæ ſub mod.

16 Ampliatur octauò caſus principalis, vt locum habeat etiam in feudo, quia neque in feudalibus poſſeſſio defuncti tranſmittitur in heredem abſque appræhenſione, vt pro conſtanti tenet Roſentall.de feud.cap.7.concluſ. 17. num.3.vbi colligit omnes alios Doctores concordantes, & ampliationem iſtam communẽ, ac iudicijs approbatam eſſe dicit; quod ampliatur procedere etiam in filio ſuo, quia pariter poſſeſſio in feudis non tranſit in eum, ſed opus eſt appræhenſione poſſeſſionis. Tiraq.in tract.le mort ſaiſit.declar.4.præfat.nu.4.

17 Ampliatur nonò caſus, quia non ſufficit appræhenſio poſſeſſionis vnius tantùm rei, vel partis ipſius hæreditatis, ſed requiritur appræhenſio omnium bonorum, ità quod res quarũ poſſeſſio capta non eſt, non cenſentur poſſideri gloſ.in l.3.in verb.quamlibet.ff. de acquir. poſſeſſ.quam ſequitur ibi Bart.nu.4.& Alex. num.21.qui dicit quod ea communiter approbatur, & Iaſ.num. 30. 31. Crauet.conſ. 258. num.16.Pariſ.conſ.37.num.17.lib. 3. Gaill. pract.obſeruat.lib.2.obſeruat.129.nu.6. Miſing.obſeruat.39.num.2.3.cent.3.per tex. in l.1.§.veteres.& l.prædia.ff.de acquir. poſſeſſ. vbi appræhenſa poſſeſſione vnius ſerui, non intelligitur appræhenſa poſſeſſio aliorum quamuis vno titulo debitorum; nec obſtat.l. reſtituta.in princ.ff.ad Trebell.vbi reſtituta videtur hæreditas, ſi hæres paſſus eſt fideicommiſſarium poſſidere aliquas res de hæreditate, quia illa lex procedit in acquiſitione iuris hæreditatis, non in acquiſitione poſſeſſionis. Bart. in d.l.3.num.5.Iaſ num.31.in fin.Alex.nu. 21. 22.ff.de acquir.poſſeſſ. Dyn.in c. 1. quæſt. 4. de reg.iur.in 6.Andr.de Iſern.in c.1.num.9. in tit. quid ſit inueſt. ob id non datur hæredi interdictum retinendæ pro re cuius poſſeſſionem non eſt adeptus. Natta conſ.429. lib. 2. Menoch.de retinend.poſſeſſ. remed. 3. num. 281.Gaill.obſeruat.129.nu.8.lib.2.

18 Declaratur primò hæc nona ampliatio, quia ſi fundus diuiſus eſt in plures partes ex cauſa vberioris, ſeu commodioris culturæ, tũc ſufficit appræhenſio vnius partis dicti fundi eo animo, vt acquiratur poſſeſſio omnium partium ipſius fundi: ſic Ang. in l.licet.num.5.C. de acquir.poſſeſſ. & illum ſequitur Alex. in l. 3.num.21.in fin.ff.eod.ad hoc allegat gloſ.in l.iubemus nulli. in princ. in verſ. videtur. C. de ſacroſ.Eccleſ.l.Caius.§.1. ff. de leg. 2. vbi dicitur per huiuſmodi diuiſionem non cenſeri plures eſſe fundos.

19 Declaratur ſecundò non procedere hanc ampliationem in vniuerſitate rei, puta in vna re ſub ſe plures continente, vt in caſtro, quia capta poſſeſſione partis ipſius caſtri, cenſetur capta poſſeſſio omnium ædificiorum; ſic determinauit Iac.Butr.per d.l.Caius.§.1.ff.de leg. 2.l.prędijs.l.patronus.ff.de leg.3.l.Titia cum teſtamento.§.1.ff. de leg. 2. & illum refert ac ſequitur Bart.in d.l.3.num.5.Alex. num.22. verſ.iuxta prædicta.Iaſ.num.32.33.ff. de acquir.poſſeſs.Gaill.d.obſeruat.129.nu. 7. lib. 2.Crauet.conſ.54.num.14.& facit tex.in d.l. 3.in princ.ibi: omnes glebas eius circumambulet,

20 Declaratur tertiò ampliatio, vt locum quidem ſibi vendicet in corporalibus: ſecus autem in incorporalibus, puta in iuriſdictione, nam per vnum actum iuriſdictionis volente venditore factum acquiritur quaſi poſſeſſio totius iuriſdictionis. Bart. in d. l. 3. ſub numer. 5. in fine & ibi Alex.num.22.& Iaſ.numer. 34. ff. de acquir. poſſeſſ. per tex. in l. ſi ſtillicidij. §. fin. ff. quemad. ſeruit. amitt. ſequitur Menoch. conſ.36. numer.32. Nam-
21 què magis attendenda eſt cauſa vniuerſalis per quàm peruenitur ad actum quàm ipſius actus exercitium. Bald. in l. 1. num. 25. verſ.tu dic.C.de emancipat.liber.Felin. in c. auditis.nu. 19. propè finẽ.verſ.& dicit Bald. de præſcript. Socin. conſ.111. num.4. lib. 1. Crauet.conſ.55.num.1. in princ. Rot. deciſ. 139.nu.12.part.2.diuerſ. Oldrad. conſ.172. num. 24. & plura exempla quibus acquiſita poſseſsione vnius actus cẽſetur propter vniuerſalitatem cauſæ acquiſita quoad omnia cumulant addent. in annot. ad deciſ. Ludouiſ. 557.num.6.& ſeqq.

22 Sub-

22 Subdeclaratur primò hæc tertia declaratio, nã licet per adeptionẽ poſſeſſionis vnius actus cenſeatur propter vniuerſalitatem cauſæ acquiſita quaſi poſſeſſio quoad omnia, tamen concluſio non procedit alio exiſtente in poſſeſſione per tex. in l. quod meo. §. fin. ff. de acquir. poſſeſſ. vbi dicitur quod ingreſſus in vnam partem fundi non acquirit poſſeſſionẽ alterius partis eiuſdem fundi alio exiſtẽte in poſſeſſione, & in ſpecie quod exercitiũ vnius actus non extendatur ad alium actũ in incorporalibus alio exiſtente in poſſeſſione, tradit Abb. in c. 1. nu. 3. de relig. domib. Alex. conſ. 68. nu. 19. lib. 2. Dec. conſ. 71. nu. 2. Crauet. conſ. 258. num. 16.

23 Subdeclaratur ſecundò, vt non procedat declaratio, quãdo reſiſtit ius commune. Put. deciſ. 310. num. 1. lib. 2. addent. in annot. ad deciſ. Ludouiſ. 557. num. 12.

24 Subdeclaratur tertiò declaratio iſta, vt tũc procedat, & vera ſit quando ſumus in dubio, ſecus ſi appareret quod venditor vel ſoluens, vel alter qui poterat poſſeſſionem tradere & transferre, voluit conſentire ſeu debitũ agnoſcere reſpectu certi actus, vel certæ partis tantùm, tunc enim cenſeretur acquiſita quaſi poſſeſsio limitatè pro illo actu, vel pro illa parte tantùm, non autem quoad alia. ita declarauit Rota deciſ. 547. num. 8. part. 1. in recent.

25 Declaratur quartò, vt non procedat hæc ampliatio in bonis Eccleſiæ, ſeu alterius dignitatis, capta namquè poſſeſsione Eccleſiæ, ſeu dignitatis, cẽſetur capta poſſeſsio omniũ bonorum & iurium ad dictam Eccleſiam, ſeu dignitatem pertinentium abſque alia illorũ particulari appræhenſione. Bart. in l. cum hæredes. & ibi Aret. num. 5. ff. de acquir. poſſeſs. idem Aret. in l. poſsideri. num. 8. ff. eod. Spec. in tit. de petit. & poſſeſs. §. 1. num. 37. Butr. in c. fin. nu. 19. de reſtit. ſpoliat. Couar. var. reſolut. cap. 16. num. 13. lib. 3. Bertach. de Epiſc. lib. 3. part. 1. quæſt. 56. Anchar. in reg. beneficium. ante num. 12. & in reg. ſine poſſeſsione. num. 10. in fin. de reg. iur. in 6. Ioan. Fab. in §. retinendæ. num. 9. inſtit. de interdict. Tiraq. in tract. le mort ſaiſit. 5. declarat. præfat. & ratio eſt quia Eccleſia quamuis ſit vacans, dicitur nihilominus poſsidere. l. raptores. §. ſin autẽ diaconiſſa. C. de Epiſc. & Cleric. ibi; & plenam poſſeſsionem earundem rerum; &. l. iubemus. in fin. la 2. C. de ſacroſ. eccleſ. Innoc. in c. cum ſuper. num. 3. & 4. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Oldrad. conſ. 172. nu. 16. Couar. var. reſolut. d. cap. 16. nu. 13. lib. 3. Pariſ. conſ. 24. num. 8. vol. 1. Surd. conſ. 183. num. 37. & 38. lib. 2. addent. ad Rot. deciſ. 1. nu. 4. de reſtit. ſpoliat. in nou. Eccleſia enim, & dignitas nũquàm moritur, de Eccleſia. c. liberti. il 2. 12. q. 2. de dignitate. c. ſi gratioſè. de reſcript. in ſexto.

26 Ampliatur decimò caſus, vt procedat quoquè in triennali poſſeſsione beneficiorum; nã licet poſſeſſor triennalis non poſsit ſuper beneficijs pacificè per ſpacium trium annorum abſquè Simonia vel intruſione poſſeſsis amplius moleſtari, vt in reg. canc. 36. nihilominus ſi idem triennalis poſſeſſor decedat, vel beneficia reſignet, non poteſt ſucceſſor iuuari poſſeſsione ipſius præceſſoris, nec vti exceptione dictę regulę Sarnen. ſuper d. reg. canc. 36. quæſt. 13. verſ. quid tenendum. Sed tamen coatrarium tenet Ripa reſponſ. 3. part. 2. Verùm opinio Sarnenſ. recepta eſt in practica, & ſecundum eam practicari vidiſse teſtatur Staphil. de vi & effic. clauſ. §. ſucceſſiue num. 7. fol. 72.

Ampliatur vndecimò vt idem ſit de rebus inuicem vnitis, quia poſſeſsio Eccleſiæ vel alterius rei vnitæ non tranſit in alteram Eccleſiam vel rem cui facta eſt vnio abſquè appræhẽſione poſſeſsionis c. paſtoralis. de priuileg. Petr. de Peruſ. in tract. vnion. c. 2. nu. 4.

27 Declaratur primò caſus principalis non habere locum quoad effectum complendi vſucapionem, & præſcriptionẽ quia ſi defunctus incępit vſu capere vel præſcribere, hæres dicitur vſucapionem, ac præſcriptionẽ ſine alia appræhenſione poſſeſsionis continuare. l. miles. ff. ex qb. cauſ. maior. Bart. Paul. de Caſtr. & Alex. in l. cum hæredes. ff. de acquir. poſ-
28 ſeſ. ſic etiam hæreditas iacens, quæ non dicitur poſsidere. l. 1. §. Scæuola. ff. ſi quis teſt. liber eſſe iuſs. fuer. tamen complet præſcriptionem inchoatam per defunctum ſine noua poſſeſsione. l. nunquã. §. vacuam. l. cęptam. ff. de vſucapion. Balb. de præſcript. 3. part. 6. part. nu. 12. Sapia. in l. fin. nu. 27. C. de edict. diu. adrian. toll. Roland. conſ. 46. nu. 27. lib. 2. & ratio eſt quia per aditionem tranſeunt in hæredem omnia, quæ reperiuntur in hęreditate. l. omnia. ff. de reg. iur. ſed in hęreditate datur qualis qualis poſseſsio. l. gerit. ff. de acquir. hęred. ideo quantũ ad præſcribendum etiam in hæredem continuatur poſseſsionis effectus; hãc rationem adducit Sapia in d. l. fin. nu. 29. C. de edict. diu. adrian. tollen. & illã ſequitur Rolãd. d. cõſ. 46. nu. 27. lib. 2. Tiraq. in tract. le mort ſaiſit. 3. declarat. præfat. nu. 4.

29 Declaratur ſecundò caſus principalis, vt locum non habeat, quãdo defunctus poſſide-

bat animo ſuo, & corpore alieno, puta per co-
lonum iuxta l. 3. §. ſaltus. ff. de acquir. poſſeſs.
qua ſi colonus defuncto domino retineat poſ-
ſeſsionem nomine hæredis, huiuſmodi conti-
nuatio, & retẽtio coloni nomine hæredis ope
ratur trãſmiſsionem eiuſdem poſseſsionis in
ipſum hęredem abſque alia appræhenſione.
Ang. in l. qui vniuerſas. §. quod per colonum.
nu. 1. & ibi Alex. ff. de acquir. poſseſs. Afflict.
deciſ. 167. num. 5. & ſeqq. vbi refert ità fuiſse
votatũ, & ſententiatũ; idemquè dicit fuiſſe cõ
cluſũ in deciſ. 325. nu. 3. ſequitur Socin. cõſ.
54. nu. 11. vol. 3. Tiraq. de iure cõſtit. poſſeſs.
par. 2. ampliat. 12. nu. 5. Marant. in ſua prax.
part. 4. diſt. 7. nu. 3. Carocc. de locat. in tit. de
ſucceſs. quęſt. 7. num. 6. Gutierrez in repet. §.
ſui. num. 77. inſtit. de hæred. qualit. & differ.
30 Surd. conſ. 1 7. nu. 8. vol. 1. Animaduerten-
dum tamen eſt quod ad hoc, vt colonus dica-
tur retinere, & continuare poſſeſsionẽ nomi-
ne hęredis requiritur mandatum, ſeu ratifica-
tio ipſius hęredis. l. ſi communis ſeruus. §. fin.
ff. de acquir. poſſeſs. l. ſi ego. ff. de negoc. geſt.
Ruin. conſ. 163. nu. 2. & 3. vol. 5. Alex. conſ.
110. nũ. 2. lib. 1. Gozadin. conſ. 42. nu. 5. quod
quidem mandatũ, ſeu ratificatio ſufficit quod
tacitè reſultet pręſertim autem ex ſolutione,
& receptione affictus, & mercedis. Paul. de
Caſtr. in d. §. quod per colonũ. Bald. cõſ. 330.
nu. 6. vol. 1. Roland. conſ. 46. nu. 37. lib. 2. &
conſ. 6. num. 41. eod. lib. 2. & quod dicitur de
31 tranſmiſsione poſſeſsionis per colonum, idẽ
quoque dicendum eſt de commodatario, &
depoſitario Alex. in d. §. per colonum, & pari
ter de ſeruo ex cauſa peculiari Ang. & Alex. ĩ
d. §. per colonum. Tiraq. de iure conſtit. part.
2. ampliat. 12. nu. 5. Non obſtat id quod dicit
Imol. in d. §. quod per colonum, quem ſequi-
tur Natta cõſ. 538. nu. 7. 8. & 9. quod ſcilicet
non requiritur, vt voluntas hęredis pręcedat,
vel ſequatur, attento quod videtur in dubio
cõſentire in eo, quod voluit defunctus, cuius
perſonam repręſentat, & obligatus eſt ad ſer-
uandam locationem factã per defunctũ. l. viã
32 veritatis. C. locat. quia huiuſmodi rationi re-
ſpondetur, quod cum hęres hanc locationem
defuncti impugnare non poſsit, ſed ei neceſſa
riò ſtare teneatur, propterea non dicitur eidẽ
locationi tacitè conſentire. l. in omnibus. l. in
delictis. ff. de noxalib. l. 3. §. ſcio etiam. & ibi
gloſ. in verb. reſtituendum & Bart. ff. de mino
rib. l. velle non videtur ff. de reg. iur.
33 Declaratur tertiò caſus non habere locũ in
quibuſdam caſibus ſpecialibus in quibus poſ
ſeſsio tranſit ipſo iure abſque appręhenſione,
vt in ingredientibus monaſterium, poſſeſsio
enim bonorum monaſteria ingredientiũ tran
ſit ipſo iure in ipſa monaſteria gloſ. 1. in c. ſi
qua mulier. verſ. ſed nunquid. 19. q. 3. & alios
allegat Tiraq. in d. tract. le mort ſaiſit. 6. decla
rat. pręfat. nu. 9. ſimiliter poſſeſsio omniũ bo-
34 norum illius qui arrogatur tranſit in arroga-
torem ipſo iure abſque appręhẽſione per tex.
35 in l. ſi adoptauero. ff. de pręcar. idem eſt in ſo-
cietate omnium bonorum, quia ſtatim com-
municantur abſque traditione. l. 1. 2. ff. pro ſo-
cio. & idem de ceſsione facta à Principe, de
qua dicam in caſ. 41. nu. 12.
36 Declaratur quartò, quia licet non conti-
nuet poſſeſsio in hęredes ipſo iure abſque ap-
pręhenſione, tamen poſsunt eam appręhende
re propria autoritate dummodo ab alijs non
ſit occupata. Bart. in l. fin. num. 16. C. de edict.
diu. adrian. tollen. & ibi Dec. nu. 4. Gozadin.
conſ. 21. nu. 10. Neuizzan. conſ. 82. nu. 29. idẽ
Tiraq. d. tract. le mort ſaiſit. declarat. 8. p̃fat.
37 Declaratur quintò quia licet poſseſsio nõ
tranſeat ad ſucceſsores, tamen benè tranſit
contra eos, poſito enim quod quis ſit in quaſi
poſſeſſione exigendi penſionem, decimã, vel
aliam præſtationem ab aliquo anteceſſore;
cenſetur pariter eſſe in quaſi poſſeſſione exi-
gendi eandem penſionem, decimam, vel præ-
ſtationem ab eius ſucceſſore, quàmuis ab eo-
dem ſucceſſore illas nũquàm exegerit. Guid.
Pap. deciſ. 629. Put. deciſ. 151. lib. 3. Rota de-
ciſ. 562. nu. 1. part. 1. in recent. & deciſ. 508.
num. 1. & deciſ. 387. num. 2. part. 2. eod. in re
cent. Coccin. deciſ. 31. num. 5. Ludouiſ. de-
ciſ. 275. num. 1. & ibi addent. nu. 17. vbi aliæ
deciſiones cumulantur. Gigas de penſion.
38 quæſt. 47. num. 10. & eam rationem adducũt
quià ius metimur à poſſeſſore quod non mu-
tatur nec variatur ex variatione perſonarum,
non autem metimur illud ex perſona rei l. 2.
§. ex his. ff. de verb. obligat. l. 1. §. is qui. ff. ſi
pars hæred. petat. Ægid. deciſ. 616. Rota Lu
cen. deciſ. 47. num. 5.
39 Declaratur ſextò caſus vt non procedat
extante ſtatuto, vel conſuetudine de conti-
nuanda poſſeſsione defuncti in hæredes ipſo
iure abſque corporali, & naturali appræhen-
ſione, vel traditione, quod quidem per ſtatu-
tum, vel conſuetudinem introduci poteſt. Ti-
raq. in tract. le mort ſaiſit. declarat. 6. pręfat.
Gabriel. cõcluſ. 9. de acq. poſſeſſ. Gaill. pract.
obſeruat. lib. 2. obſeruat. 129. nu. 13. Myſing.
cent. 3. obſeruat. 39. num. 4. Craſſ. in §. tranſ-
miſſio. quæſt. 3. verſ. ſed quæro. cum alijs plu-
ribus quos ipſi recenſent: Data autem exiſten

tia

tia iſtius ſtatuti, vel conſuetudinis, quando & quomodo procedat; hoc non eſt de materia noſtra tranſmiſſionis, ideo vos remitto ad vberrimum Tiraq. in d.tract. le mort ſaiſit. 2. part. vſque ad finem, & ad Gabriel. in d. concluſ.9. de acquir. poſſeſſ.

### *SVMMARIVM.*

1 *Remediũ leg. fin. C. de edict. diu. adrian. toll. vt hæredes immittantur in poſſeſsionem hæreditatis, & bonorum defuncti, ad hæredes eorum tranſmittitur. & num. ſeqq. etiamſi hi ſint hæredes ab inteſtato hæredum ſcriptorum.4.*

2 *Hæres hæredis dicitur hæres teſtatoris verè, & propriè.*

3 *Conditioni ſatisfit, ſi iuſſus dare hæredi, dat hæredi hæredis.*

5 *Remedium dictæ legis fin. non competit hæredibus hæredum niſi ex iure tranſmiſſo.*

6 *Remedium d. l. fin. tranſmittitur ab hæredibus ſcriptis, non ab hæredibus ab inteſtato.*

7 *Remedium d. l. fin. non tranſmittitur ad hæredem hæredis, quando primus hæres in vita ſua adeptus fuiſſet poſſeſsionem, & deinde ab ea cecidiſſet.*

8 *Remedium d. l fin. C. de edict. diu. adr. toll. nõ tranſit in ſingularem ſucceſſorem ſine ceſsione iurium.*

9 *Remedium d. l. fin. tranſmitti poteſt in alios etiam per viam ceſsionis.*

10 *Interdictum, quorum bonorum, eſt remedium adipiſcendæ, & ad hæredes hæredis trãſmittitur, etiam ſi ſint hæredes ab inteſtato.11.*

12 *Interdictum, quorum bonorum, tranſit quoque contra ſingulares ſucceſſores: intellige ſi poſsident pro hærede, vel pro poſſeſſore, nõ ſi alio titulo.13. vel ſi dolo deſierunt poſsidere.15.*

14 *Poſsidens pro hærede, vel pro poſſeſſore non dicitur habere titulum.*

16 *Paria sũt poſsidere, vel dolo deſiiße poſsidere.*

17 *Interdictum, quorum bonorum, non competit hæredi, qui poßeſsionem ſemel apprahendit, & poſtea cecidit, conſequenter ad hæredes illud non tranſmittit.*

18 *Interdictum, quorum bonorum, non competit hæredibus hæredis, niſi ex iure tranſmiſſo.*

19 *Interdictum, quorum bonorum, non tranſit ad ſingularem ſucceſſorem.*

20 *Interdictum, quorum legatorum, eſt adipiſcendæ, & ad hæredes hæredis, at cæteros ſucceſſores tranſmittitur.*

21 *Interdictum Saluianum, remedium adipiſcendæ eſt, & ad hæredes hæredis tranſmittitur.*

22 *Interdictum Saluianum vtile tranſit ad ſingularem ſucceßorem, & creditorem; & tranſit quoque contra ſingulares ſucceſſores.*

23 *Interdictum Saluianum non competit hæredibus hæredum, niſi ex iure tranſmiſſo.*

24 *Saluianum interdictum non competit hæredi, qui à poſſeſsione iam cępta cecidit.*

25 *Pactum ingrediendi poſſeſsionem autoritate propria eſt remedium adipiſcendæ, & ad hæredes tranſmittitur: intellige de pacto ingrediendi ciuili modo & debitore non reſiſtente, vel reſiſtente ſolo verbo ſine iuſta cauſa, non aliàs.26. ſi tamen vltra pactum, addita eſt clauſula conſtituti vel precarij creditor poteſt ingredi etiam per vim.27.*

28 *Facultas ingrediendi poſſeſsionem competẽs vigore priuilegij non tranſmittitur niſi eo modo quo tranſmittitur priuilegium.*

29 *Facultas ingrediendi poſſeſsionem autoritate propria tranſmittitur etiam ad ſingularem ſucceſſorem per viam ceſsionis: dumtamen ceſsio fiat limitate de ingrediendo ciuili modo, non aliàs.30. & cedatur etiam actio perſonalis, vel ſaltem ſola hypotecaria.32 ſi tamen facultas hæc competit ex priuilegio, nõ poteſt cedi, niſi eo modo, quo cedi poteſt priuilegium.31.*

33 *Facultas ingrediendi poßeſsionem autoritate propria tranſmittitur quoque contra hæredes debitoris, ſiue ſint eiuſdem conditionis, ſiue diuerſæ: intellige quoad bona teſtatoris, non quoad bona hæredis.39.*

*Item quod prius conſtare debet eum eſſe hæredem debitoris 40.*

34 *Priuilegium hæredis ſuccedentis non attenditur.*

35 *Clericus ſuccedens laico poſt litem conteſtatam coràm iudice ſæculari, tenetur cauſam proſequi coram eo.*

36 *Clericus venditor tenetur emptorem deffendere in foro ipſius emptoris.*

37 *Minor ſuccedens alteri non vtitur iure ſuo: idem eſt de Eccleſia 38.*

41 *Facultas ingrediendi poſſeſsionem propria autoritate, an tranſeat contra ſingularem ſucceßorem, valdè controuerſum eſt.*

42 *Pactum ingrediendi propria autoritate appoſitum ad executionem obligationis perſonalis in contractibus, non tranſmittitur contra ſingularem ſucceſſorem: niſi prius reſciſſa ac reuocata alienatione in eum facta. 44.*

43 *Inſtrumenta guarantigiata, vel cum obli-*

*gatione camerali, non poſſunt exequi contra*
*ſingularem ſucceſſorem obligati.*

45 *Pactum, ſiue licentia ingrediendi autoritate*
*propria appoſitum ad executionem obliga-*
*tionis perſonalis in vltimis voluntatibus,*
*contra ſingularem ſucceſſorem non tranſmit-*
*titur nec exerceri poteſt niſi prius reſciſſo,*
*vel reuocato pacto ſiue licentia. 46. ſi tamen*
*alienatio facta eſt doloſè, non indiget reſciſ-*
*ſione. 47.*

48 *Pactum, ſeu licentia ingrediendi poſſeſsionem*
*autoritate propria appoſitum ad executio-*
*nem iuris realis, non tranſit nec exerceri po-*
*teſt contra ſingularem ſucceſſorem non ha-*
*bentem cauſam à debitore; ſed ſi cauſam ha-*
*bet diſtinguitur.*

49 *Pactum de ingrediendo poſſeſsionem autori-*
*tate propria vnà cum clauſula conſtituti,*
*vel precarij tranſit indiſtincte contra ſin-*
*gularem ſucceſſorem, & contra eum exerce-*
*ri poteſt.*

## CASVS XL.

### *Remedia poſſeſſorij adipiſcendæ, an tranſmittantur.*

POſtquàm dictum eſt de tranſ-
miſſione poſſeſſionis, ſequi-
tur de tranſmiſſione in reme-
dijs poſſeſſorijs, & primò de
poſſeſſorio adipiſcendæ.

1 Primus itaquè caſus principalis in hoc poſ
ſeſſorio adipiſcendæ eſt de remedio legis fin.
C. de edict. diui adrian. tollend. quod quidē
remedium videretur dicendum ad hæredem
hæredis non tranſmitti: dò exemplum, ſi quis
decedens inſtituat aliquem hæredem, iſquè
hæres inſtitutus antequàm immittatur in poſ
ſeſſionem hæreditatis ex dicta lege fin. C. de
edict. diui adrian. tollen. decedat alio hære-
de inſtituto videtur quod iſte hæres ipſius hę
redis non habeat remedium dictæ leg. fin. &
ſic remedium ipſius legis ad hæredem hære-
dis non tranſmittatur, ſtante quod d. l. fin. tri-
buit iſtud beneficium hæredibus ſcriptis, ſed
hæres hæredis non dicitur hæres ſcriptus. l.
cum filio. l. qui liberis. §. hęc verba. ff. de vulg.
& pup. ſed tamen veritas eſt in contrarium
quod imò hæredes remedium iſtud, vt immit
tantur in poſſeſſionem hæreditatis, & bono-
rū teſtatoris ex d. l. fin. C. de edict. diui adrian.
tollend. ad eorum hæredes tranſmittūt, quia
2 iſtud beneficium dictæ l. fin. conceditur hæ-
redi teſtatoris, & hæres hæredis dicitur hæres
teſtatoris. l. fin. C. de hæred. inſtit. l. hæredis
appellatio. ff. de verb. ſignificat. l. qui per ſuc-
ceſſionem. ff. de reg. iur. & dicitur hæres teſta-
toris verè, ac propriè. gloſ. in l. hæredis appel-
latione. ff. de verb. ſignif. Bald. in d. l. fin. num.
41. C. de hæred. inſtit. Iaſ. in l. ſi quis filium-
familias. §. vlt. num. 6. & ſeqq. ff. de acquir. hæ
red. & in l. filiusfamilias. §. diui. in 1. lect. nu.
110. 111. ff. de leg. 1. Paul. de Caſtr. conſ. 45.
in fin. lib. 2. Socin. conſ. 257. incip. viſis inue-
ſtituris. verſ. ex quibus. lib. 2. Alciat. in d. l. hæ
redis appellatio. ff. de verb. ſignificat. Dec. in
3 d. l. qui per ſucceſſionem. nu. 4. Hinc eſt quod
licet conditiones ſint adimplendæ propriè, &
verè ac in forma ſpecifica. l. qui hæredi. ff. de
condit. & demonſtrat. tamen iuſſus dare hæ-
redi, ſi dat hæredi hæredis, dicitur ſatisfacere
conditioni. l. cum ita datur. §. vlt. ff. de condit.
& demonſtrat. & in ſpecie quod iſtud reme-
dium tranſmittatur ad hæredes hęredis tenet
Bart. in d. l. fin. §. ſin autem aliquis. num. 11.
Bald. num. 38. verſ. idem in hærede hæredis.
Sapia num. 55. Zuchard. nu. 236. C. de edict.
diui adrian. tollēd. idem Bald. in l. 3. verſ. ſed
an mihi. ff. de petit. hæredit. & conſ. 186. nu.
7. lib. 1. Spec. in tit. de teſtam. §. ſequitur. nu.
39. Tiraq. in tract. le mort ſaiſit. part. 2. decla-
rat. 5. num. 17. 18. Ad contrarium reſpondet
textus in l. ſciendum. ff. de verb. ſignif. nempe
quod appellatione hæredis regulariter conti-
netur hæres hæredis, ſed quod ab ipſa regula
excipitur caſus pupillaris ſubſtitutionis, de
quo in d. l. cum filio. & in d. §. hæc verba, &
ratio exceptionis eſt propter affectionem, &
confidentiam ſubſtituti, quia dum pater ſub-
ſtituit filio pupillariter, eo iudicio facit, vt fi-
lio prouideat de idoneo ſucceſſore, ne aliquod
periculum, vel inſidiæ ei immineant. §. ſin au-
tem. inſtit. de pupill. ſubſtit. ideoque in tali
caſu non admittitur hæres hæredis, nam cùm
ſit incognitus & incertus, non poteſt teſtator
de eo iudicium facere: & hanc ſolutionem ſe-
quitur Zuchard. in d. l. fin. num. 244. C. de
edict. diui adrian. tollend. & Menoch. de adi-
piſcend. remed. 4. nu. 239. & nu. 240.

4 Ampliatur caſus iſte, vt procedat etiam ſi
hæredis ſcripti quis eſſet hæres ab inteſtato,
quia id facit non ex perſona ſua propria, ſed
ex perſona hæredis ſcripti. Sic ampliat Zu-
chard. in d. l. fin. num. 245. & ſequitur Me-
noch. de adipiſcend. remed. 4. nu. 242. 243.

5 Declaratur primò caſus procedere, ſi idem
hæres agat vti hæres ipſius hæredis, qui habe
bat ius ex ſucceſſione teſtatoris, quaſi ſit hæ-
res eiuſdem teſtatoris per mediam perſonā,

ſecus

ſecus ſi agat ex perſona ſua propria Spec. in d. tit. de teſtam. §. ſequitur. num. 39. Tiraq. in tract. le mort ſaiſit. part. 2. declarat. 5. num. 17. 18.

6 Declaratur ſecundò non procedere, quando primus hæres ſucceſſit in hæreditate defuncti ab inteſtato, quia ſicut non datur iſtud beneficium eidem hæredi ab inteſtato ſuccedenti, vt firmant omnes relati à Menoch. de adipiſcend. remed. 4. nu. 64. ea ratione, quia datur hæredi ſcripto qui teſtamentum oſtendit, ita etiam non datur hæredi ipſius hæredis, cum ipſe hęres tranſmittere non poſſit ad alios remedium de immittendo, quod ipſe nõ habet. l. traditio. ff. de acquir. rer. domin. l. ſi liberam. C. quod cum eo: Et ampliatur declaratio iſta, vt procedat etiam ſi idem ſecundus hęres eſſet hęres ex teſtamento eius qui fuit hęres ab inteſtato primi defuncti; nam adhuc non eſſet tranſmiſſum ad ipſum ſecundum hęredem remedium dictę leg. fin. vt immittatur in poſſeſſionem bonorum primi defuncti, qui inteſtatus deceſſit ſtante quod teſtamentum hęredis non poteſt dici teſtamentum illius primi defuncti inteſtati; & ſic tenet Zuchard. in d. l. fin. num. 246. & Menoch. d. remed. 4. num. 244. & ſeqq.

7 Declaratur tertiò caſus, vt ad hęredem hęredis non tranſmittatur remedium dictę leg. fin. quando primus hęres in vita ſua adeptus fuiſſet poſſeſſionem, & deinde ab ea cecidiſſet, nam hoc remedium tali caſu amplius non competeret eidem primo hęredi ſi viueret. §. ſequens. verſ. itaque. inſtit. de interdict. nec conſequenter illud trãſmittere poſſet ad alios hęredes. Bald. in l. 3. verſ. ſi ſemel miſſus. ff. de petit. hęredit. Alex. conſ. 183. nu. 3. lib. 5. Zuchard. in d. l. fin. num. 246. verſ. limita. & nu. 214. Menoch. de adipiſcend. remed. 4. num. 248. ratio iſtius declarationis eſt, quia cum hęres ſemel adeptus eſt poſſeſſionem, illa bona nõ dicuntur ampliùs hęreditaria propriè, ſed patrimonialia ipſius hęredis. gloſ. in l. hęres per ſeruum. ff. de acquir. hęred. & in l. 1. §. veteres. in verb. per vnum, & ibi latè Iaſ. nu. 14. ff. de acquir. poſſeſſ. idem Iaſ. in l. ſicut maior. num. 3. C. de repud. hęredit. & facit tex. in l. cum hęredes. in princ. ff. eodem. vbi dicitur, quod adita hęreditate, omnia iura ad hęredes tranſeunt; vnde ceſſat remedium ipſius legis fin.

8 Declaratu; quartò quia non tranſit ad ſingularem ſucceſſorem ſine iurium ceſſione puta legatarium, donatarium vel alio ſingulari titulo ſucceſſorem. Menoch. de adipiſcend. remed. 4. num. 132. & ſeqq. Nam tex. in d. l. fin. C. de edict. diui Adrian. tollend. habet locum ſolummodo in hęreditate, vel quota hęreditatis; & vbi non conueniunt verba, nõ conuenit neque diſpoſitio. l. 4. §. toties. ff. de dam. infect.

9 Quęritur autem, an remedium dictę legis fin. alteri cedi poſſit, & cedi poſſe conſuluit Bald. in conſ. 186. num. 7. lib. 1. ſequitur Tiraq. de retract. lignag. §. 26. gloſ. 3. num. 19. & Menoch. de adipiſcend. remed. 4. nu. 249. & ſeqq. cum enim cedi poſſit facultas exequẽdi inſtrumenta etiam quoad capturam perſonę. Ioan. And. in addit. ſpec. tit. de ceſſ. action. §. 1. in verb. de ceſſione. poſt princ. Bald. in l. per diuerſas. num. 14. C. mandat. Paul. de Caſtr. in l. poſtulante. num. 6. ff. ad Trebell. Tiraq. de retract. lignag. d. §. 26. gloſ. 3. num. 24. Ergo idem dicendum eſt de facultate exequẽdi teſtamenta.

10 Secundus caſus principalis eſt de interdicto quorum bonorum, quod pariter eſt remedium adipiſcendę poſſeſſionis. l. 1. ff. quor. bonor. §. adipiſcendę. inſtit. de interdict. & ad hęredes hęredis tranſmittitur per tex. in l. 1. §. hoc interdictum. ff. quor. legat. & per rationem, quia hęres hęredis dicitur verè, & propriè hęres teſtatoris, vt dixi num. 2.

11 Ampliatur primò, quia tranſit etiam ad hęredes ab inteſtato. l. 2. C. quorũ bonor. Dec. conſ. 424. num. 10. Berous conſ. 67. num. 76. lib. 1. Roland. conſ. 1. num. 8. lib. 1.

12 Ampliatur ſecundò, quia tranſit etiam contra ſucceſſores ſingulares. §. adipiſcendę, & ibi gloſ. in verb. quod ex ijs. inſtit. de interdict. gloſ. vlt. in l. 1. ff. quor. bonor. & gloſ. in l. 2. in verb. poſſident. C. eodem. iuncta. l. regulariter. & l. licet minimam. ff. de petit. hęred.

13 Declaratur ampliatio hęc ſecunda vt tunc demum procedat, quando ſingulares poſſeſſores poſſident pro hęrede, vel pro poſſeſſore: aliàs enim ſi alio titulo poſſiderent, non competeret contra eos hoc interdictum quorum bonorum, neque directũ. l. 1. ff. quor. bonor. l. 2. C. eodem. §. adipiſcẽdę. inſtit. de interdict. neque vtile. Bart. & Ripa in d. l. 1. num. 2. ff. quor. bonor. Angel. Aret. in §. quadrupli. nu. 35. inſtit. de actionib. Marant. in ſuà prax. 7. diſtinct. princ. num. 4. Menoch. de adipiſcen. remed. 1. num. 60. Roland. conſ. 1. nu. 9. lib. 1. Et ratio quare iſtud interdictum non datur contra titulo poſſidentem, puta pro empto, pro donato, vel alio ſimili titulo, ea eſt quia cum hęres fundet ſe ſolum in titulo ſuo, & poſſeſ-

poſſeſſione defuncti,ille vero qui titulo poſſi-
det habeat titulum,& poſſeſſionem ſuam, ob
id ratione ſuæ poſſeſſionis debet præferri.,
quia in pari cauſa melior eſt conditio poſſiden
tis.c.in pari.de reg.iur.in 6. & hanc rationem
adducunt Bart.in l.hæreditatis.num. 2. verſ.
quæ ergo.& ibi Bald.num.4. & Angel. C. de
petit.hęred.Paul.de Caſtr.in l.ſi poſt motam.
num.3.C.de petit.hæred.Roland.conſ.1.nu.
15.lib.1.Zuchard.in l.fin.nu. 464.C. dę edict.
Diu.Adr.toll.Iaſ.in l.1.nu. 10. C. de inoffic.
teſtam.& in §.actionum.num.218.inſtit.de
actionib.ratio autem,quare ſic non datur con
tra poſſidentem pro hærede, vel pro poſſeſſo-
14 re,illa eſt quia poſſidens pro hærede,vel pro
poſſeſſore non dicitur habere titulum.l.hære-
ditatem.C.in quib.cauſ.ceſſ.long.temp.præ-
ſcript.§.adipiſcendæ.verſ.pro hęrede.& verſ.
pro poſſeſſore.inſtit.de interdict.

15 Declaratur item hæc ſecunda ampliatio,
quia ſicut interdictum iſtud datur contra ſin-
gulares ſucceſſores poſſidentes pro hærede,
vel pro poſſeſſore,ità etiam datur contra eum
qui dolo deſijt poſſidere.d.l.1.ff.quor.bonor.
vbi Bart.& Ripa.num.4.Ang.Aret.in §.qua-
drupli.num.35.inſtit.de actionib.& eſt ratio,
16 quia paria ſunt poſſidere,vel dolo deſijſſe poſ
ſidere.l.qui dolo.ff.de reg.iur.c.pro poſſeſſo-
re.de reg.iur.in ſextò.ad hoc autem concedi-
tur iſtud remedium còntra eum,qui dolo de-
ſijt poſſidere,vt ſi res ad eum aliquando perue
nerit eam reſtituat.d.l. 1. in verb. poſſideres.
ff.quor.bonor.vel vt ſoluat æſtimationem rei
venditæ vnà cum intereſſe,quantum in litem
ab actore iuratum fuerit.Ripa in d.l. 1. num.
4.in fin.ff.quor.bonor. per tex. in l. qui reſti-
tuere.ff.de rei vēdicat. Plott.de in lit. iurand.
§.14.num.4.

17 Declaratur primò caſus iſte, quia ſi hæres
poſſeſſionem ſemel appræhendiſſet, & ab ea
poſtmodum cecidiſſet, amplius hoc interdi-
ctum quorum bonorum ei non competeret,
& conſequenter ad hæredes illud non tranſ-
mitteret,non enim datur tale interdictum niſi
pro poſſeſsione rerum hæreditariarum adipi-
ſcenda,quæ nunquam fuit apud hæredem. §.
ſequens.verſ.itaquè.inſtit.de interdict.gloſſ.
1.in fin.in c.1.de confeſſ.in 6.Alex.conſ. 70.
num.11.lib.6.Roland.d.conſ.1.num.16..ib.
1.Marant.in ſua praxi diſtinct.7.princ. num.
6.ſed tunc haberet alia remedia,nēpe rei ven-
dicationem vti dominus,vel publicianam vti
quaſi dominus,vel etiam interdictum recupe
randæ, & ratio eſt quia iſtud interdictum da-
tur ratione hæreditatis.l.1.ff.& C. quor. bo-
nor. ſed hæreditas poſtquàm eſt ſemel acqui-
ſita non eſt amplius hæreditas; ſed patrimo-
nium.l.ſed ſi plures §. filio. ff. de vulg. & pu-
pill.

18 Declaratur ſecundò caſus, vt tunc demum
competat hæredibus hæredis, quando agunt
ex iure tranſmiſſo ex perſona hæredis, cui ſuc
ceſſerunt, ſecus ſi ex perſona propria, prout
etiam de remedio leg. fin. C. de edict. Diui
Adr.tollend.ſupra declaratum eſt nu. 5.

19 Declaratur tertiò,quia iſtud interdictum nō
tranſit ad ſingularem ſucceſſorem,conceditur
enim ſuccedenti in vniuerſitate bonorum.l.
1.ff.quor.bonor.& ibi Ripa.num.15.in fin.&
numer.16. Menoch. de adipiſcend.remed.1.
num.37.

20 Tertius caſus eſt de interdicto quorum le-
gatorum,quod eſt ſimiliter adipiſcendæ. l. 1.
in princ.ff.quor.legat. & ad hæredes hæredis
pariter tranſmittitur.d.l. 1. §. hoc interdictū.
ff.quor.legat.gloſ.1.in l.1.C. eodem tit. pro-
ut etiā trāſmittitur ad cęteros ſucceſſores.d.l.
1.§.hoc interdictum.gloſ.2.in l.1.C.quor.le-
gat. & non ſolùm ad ſucceſſores vniuerſales,
ſed etiam ad ſingulares, ob illud verbum; cæ-
teros; quod omnes comprændit.l. cætero-
rum.ff.de verb.ſignif.gloſ.in c.vt conſtituere
tur.in verb.etiam de cęteris.50.diſtinct.& ſic
ſentit Iaſ.in l.quædam.§.nihil intereſt. num.
3.ff.de edend. & explicitè Menoch. de adipi-
ſcend. remed.2. num.16.ac inſuper ad ſucce-
dētes ab inteſtato.gloſ.2.in l.vnic.& ibi Bart.
num.1.& Salicet. C. quor. legat. per tex. in l.
fin.C.quand.dies legat.ced.l.1.§.ad eos.ff.ad
leg. Falcid. & contra ſingulares ſucceſſores.l.
1.§.illud.ff.quor.legat.idem Menoch.de adi-
piſcend.remed.2.num.27.

21 Quartus eſt caſus de Interdicto ſaluiano,
& iſtud pariter remedium adipiſcendæ eſt.§.
interdictum. inſtit. de interdict. & ex eadem
ratione ad hæredes hæredis tranſmittitur.

22 Ampliatur quia iſtud Saluianum interdi-
ctum vtile (quamuis contrarium ſit de dire-
cto) tranſit etiam ad ſingularem ſucceſſorē,
& quemcunque creditorem. Ang. Aret. in §.
item ſeruiana.num.9.inſtit.de action.per tex.
in l. 1. C. de ſaluian. interd. Cotta in miſcel-
lan.deciſ.217.incip.veneris.17.Ianuarij. Pa-
leott.deciſ. 303. incip. Foroliuienſis bonorū.
Ac item tranſit quoque contra ſingulares ſuc
ceſſores gloſ. 1.in l.1.ff. de ſaluian. interd. &
in l.1.in verb.competit.C. eodem tit. Et Me-
noch.de adipiſcend.remed.3.nu.55.& ſeqq.
qui alios recenſet.

23 Declaratur, vt tunc competat hæredibus

hære-

hæredis, ſi agunt ex iure tranſmiſſo ex perſona ipſius hæredis cui ſucceſſerunt, non ſi ex eorum propria perſona.

24 Declaratur etiam, quia ſi defunctus à poſſeſſione iam capta cecidiſſet, iſtud ſaluianum interdictum amplius ei non competeret. §. ſequens. verſ. itaquè. inſtit. de interdict. nec ideo ad hæredes illud tranſmitteret.

25 Quintus caſus eſt de iure, & facultate, ſiue pacto intrandi, vel ingrediendi poſſeſſionẽ autoritate propria, quod pariter eſt remediũ poſſeſſorium adipiſcendæ. Menoch. de adipiſcend. remed. 5. & de iure validum eſt. l. creditores. C. de pignoribus. & ad hæredes tranſmittitur. Ang. in l. ſi ità ſtipuler. & ibi Alex. nu. 2. ff. de verb. obligat. Bald. in c. 1. §. ſi quis vero. nu. 7. verſ. quæro. de pac. iuram. firmãd. Neguſant. de pignorib. 4. part. num. 20. verſ. nona concluſio. Menoch. de adipiſcend. d. remed. 5. num. 97. Natta conſ. 398. num. 1. lib. 2. & ratio eſt, quia quilibet præſumitur ſuis hæredibus, vt ſibi prouidere. l. ſi pactum. ff. de probat. & probaui in caſu 28. nu. 3. & ſeqq.

26 Declaratur primò caſus iſte vt locum habeat in pacto, & facultate ingrediendi ciuili modo, & debitore non reſiſtente vel reſiſtente ſolo verbo abſquè iuſta cauſa, & hoc modo procedit opinio Io. gloſſatoris. in gloſ. 1. in d. l. creditores. C. de pignorib. & iura per eum allegata; ſecus autẽ in pacto ingrediendi per vim, & debitore reſiſtente de facto, vel etiam reſiſtente ſolo verbo cum iuſta cauſa, puta quia debitum offertur. l. 2. C. debitor. vendit. pignor. imped. non poſſ. vel alia iuſta cauſa. l. colonus. in fin. ff. de vi, & vi armat. l. non abre. C. vnde vi; quia tale pactum de ingrediendo poſſeſſionem per vim, vel debitore reſiſtente de facto, vel etiam ſolo verbo cum iuſta cauſa, non eſt validum, nec ideo tranſmittitur ad hæredes propter occaſionem tumultus faciendi, vt in l. non eſt ſingulis. ff. de reg. iur. & facit in arg. l. conueniri. ff. de pact. dotalib. & l. ſi vnus. §. pacta quæ turpem. ff. de pact. & hoc modo procedit opinio Azon. & Iac. Butr. in d. l. creditores. C. de pignorib. & ibi tenet Bart. num. 17. verſ. non tamen credo. & num. 19. & ſequitur Iaſ. in l. 2. num. 104. C. de iure emphit.

27 Subdeclaratur, quia ſi vltra pactum de ingrediendo propria autoritate additum eſſet, quod debitor conſtituit ſe creditoris nomine poſſidere, vel precario poſſidere, tunc creditor poſſet ingredi per vim. Bart. in repet. d. l. creditores. nu. 19. C. de pignor. & Iaſ. in l. 2. nu. 104. 105. C. de iure emphit. Neguſant. de pignorib. 4. part. nu. 20. verſ. octaua concluſio.

28 Declaratur ſecundò caſus vt non habeat locum in facultate ingrediendi poſſeſſionem competente vigore alicuius priuilegij, tunc enim huiuſmodi facultas etiam ſi ſit de ingrediendo ciuili modo non tranſmittitur, niſi eo modo, quo tranſmittitur priuilegium ipſum; de quo dictum eſt ſupra in caſu. 23.

29 Ampliatur primò iſte caſus, quia huiuſmodi facultas propria autoritate ingrediendi, & adipiſcendi poſſeſſionem tranſmittitur quoque ad ſingularem ſucceſſorem quia poteſt alteri vendi, cedi, & alienari. Bart. in l. 1. §. fin. num. 2. per illum tex. ff. de noui oper. nunciat. & cum ſequũtur Ang. Imol. Roman. & Alex. ibi num. 5. idem Ang. in l. quod ſi in diem. §. Iulianus. nu. 2. ff. de petit. hæredit. Neguſant. de pignorib. 4. part. num. 21. Paul. de Caſtr. conſ. 59. nu. 3. part. 2. Dec. conſ. 191. ſub nu. 9. verſ. ſeptimò. Natta conſ. 398. num. 1. lib. 2. cum alijs pluribus quos allegat Tiraq. de retract. lignag. §. 26. gloſ. 1. nu. 63.

30 Declaratur primò ampliatio locum habere, dumtamen ceſſio fiat limitatè vt ceſſionarius ingrediatur ciuili modo ſine attrocitate facti, ideſt contra non reſiſtentem de facto, neque reſiſtentem ſolo verbo cum iuſta cauſa; ſecus ſi diceretur quod poſſet ingredi per vim, vel debitore reſiſtente de facto, vel reſiſtente ſolo verbo cum iuſta cauſa; tunc enim non valet pactum, vt mox dictum eſt num. 26. conſequenter alijs cedi non poteſt, & in ſpecie ceſſionis ſic decidit Bald. in c. 1. §. ſi quis vero. num. 3. de pace iuram. firmand. per tex. in l. nõ eſt ſingulis. ff. de reg. iur. Ruin. conſ. 192. nu. 2. lib. 1. Alex. in l. 1. §. fin. num. 5. ff. de noui oper. nunciat. Tiraq. de retract. lignag. §. 26. gloſ. 1. nu. 66. Menoch. de adipiſcend. remed. 5. num. 102.

31 Declaratur ſecundò ampliatio iſta nõ procedere, quando facultas ingrediendi poſſeſſionem propria autoritate competit alicui ex priuilegio, quia hoc caſu ſicut non tranſmittitur vt mox dixi, ità alijs cedi non poteſt, niſi eo modo quo cedi poteſt priuilegium, vt in caſu 23. & ſic etiam ſentit Bald. in d. c. 1. §. ſi quis vero. num. 3. de pace iuram. firmand. & in l. accuſationis. num. 2. in fin. C. quod met. cauſ. Alex. in l. 1. §. fin. num. 5. ff. de noui oper. nunciat.

32 Declaratur tertiò hæc prima ampliatio vt procedat, cùm ceditur etiam actio perſonalis, vel ſaltem ſola hypotecaria; nàm cùm facultas ingrediendi poſſeſſionem autoritate propria non detur ſine actione perſonali, vel hypotecaria,

caria, fruſtra cedi diceretur: de actione perſo-
nali dicit Dec.conſ.449.num.36.Tiraq.de re
tract.lignag.§.26.gloſ.1.num.67.Menoch.
de adipiſcend.remed.5.num.103. De hypo-
tecaria ſola ſine perſonali tenet Alex.in l.1.§.
fin.num.7.verſ.item adde.ff.de noui oper.nũ
ciat.& Ruin.conſ.192.num.2.lib.1. vbi poſt
Paul. de Caſtr. per eos adductum dicũt quod
per ceſſionem hypotecariæ ſine perſonali tran
ſit in ceſſionarium facultas ingrediendi poſſeſ
ſionẽ autoritate propria per notata per Bart.
in l.poſt dotem.in fine.ff.ſolut.matrim.
33 Ampliatur ſecundò caſus, quia hæc facul-
tas ingrediendi poſſeſſionem autoritate pro-
pria tranſmittitur quoque contra hæredes de
bitoris, ſiue ipſi hæredes ſint eiuſdem condi-
tionis, cuius erat defunctus, puta quia sũt ma-
iores prout erat defunctus. Bart. in repet. d. l.
creditores.num.21.& ibi Salicet.col.9.verſ.
quæro quintò.C. de pignorib. Neguſant. de
pignor.4.part.num.1.Roland.conſ.20.num.
1.2.lib.1.Alex.conſ.51.nu.15.lib.5.Gabriel.
de acquir.poſſeſſ.concluſ.8.num.32. ſiue ſint
diuerſæ conditionis, vt eſt pupillus, vel Eccle
34 ſia; nam priuilegium hęredis ſuccedentis de-
bitori non impedit executionem iſtius pacti,
& facultatis ingrediendi poſſeſſionem autori-
tate propria: de pupillo dicit Ruin.conſ.152.
num.6.lib.4.& repetit in conſ.119.nu.8.lib.
5.Neguſant.d.tract. de pignorib. 4. part. nu.
17.Soc.iun.conſ.125.nu.5.lib.2.& facit tex.
in l.1.C.quand.decret.opus non eſt: De Ec-
cleſia idem pariter eſt dicendum, quia Eccle-
ſia ſuccedens priuato debet vti iure priuati.l.
fiſcus.ff. de iure fiſci, vbi dicitur quod fiſcus
ſuccedẽs in ius priuati, vtitur iure priuati pro
tempore præterito, & l.ſi fundum.ff.de fundo
dotal.vbi fundus datus in dotem non gaudet
priuilegio fundi dotalis pro tempore præteri
to: & c. is qui in ius.de reg. iur. in 6. vbi qui
ſuccedit in ius alterius eo iure quo ille, vti de-
bet, res enim tranſit cum ſuo onere.c. cum nõ
ſit.de decim.l.alienatio.ff. de contrah. empt.
& actio ſurrogata obtinet vicem primæ.l.1.
§.hæc actio.ff.ſi quis teſtã.liber eſſe iuſſ. fuer.
reſquè ſuccedens in locum alterius eodem iu-
re cenſetur cum illa.l.imperator.§. fin. cum l.
ſeq.ff.de leg.2.c. Eccleſia.il 1. & ibi gloſ. in
verb.ſucceſſerunt.vt lite pendent. Et hæres,
ac defunctus cenſetur vna, & eadem perſona.
§.1.in authentico.de iureiur. à morient. præ-
35 ſtit. Hinc Clericus ſuccedens laico poſt litem
cõteſtatam coràm iudice ſæculari tenetur cau
ſam proſequi coram eodem iudice ſæculari,
per tex. in l. hæres abſens.& ibi Paul. de Ca-
ſtr.num.4.Ang.nu.3.ff.de iudic. & l. ſi is qui
Romæ.vbi Caſtrenſ.ff.eodem tit.Imol.in l.ſi
eum hominẽ.ff.de fideiuſſor.Gaill. lib. 1. ob-
ſeruat.37.num.8.9.Couar.pract.quæſt. cap.
8.num.2.& ſeqq.Surd.deciſ. 110. Galleſ. ad
form.cam.2.part.quæſt.2.num.4.5. Hinc cle
36 ricus venditor tenetur deffendere emptorẽ
in foro ipſius emptoris, nec poteſt vti priuile-
gio ſuo proprio.l.vẽditor.ff.de iudic. Couar.
d.cap.8.num.3.vbi alios allegat. Hinc minor
37 non vtitur iure ſuo, ſi ſuccedat maiori cui nõ
competebat reſtitutio in integrum.l.2.C.ſi ad
uerſ.vendit.pignor.Afflict.deciſ.212.Rolãd.
38 conſ.99.num.43.lib.1.Et ſic quod Eccleſia
ſuccedens priuato vti debeat iure priuati te-
net Accurſ.in authẽtica.quas actiones. in fin.
gloſ.verb.excluduntur.C.de ſacroſ.eccleſ.&
ratio præmiſſorum eſt quia non debent iura
alterius deteriora fieri ex perſona ſucceſſorũ
l. 2. §. ex his ff. de verb. obligat. quod multo
magis locum habere debet in caſu iſto, vbi agi
tur de pacto, & conuentione facta cum defun-
cto, nam per ſuperuenientiam priuilegij vel
perſonæ priuilegiatæ non præiudicatur pa-
cto, & conuentioni præcedenti.c.3.de decim.
Et in ſpecie de facultate ingrediendi poſſeſ-
ſionem autoritate propria vigore pacti, quod
illa tranſmittatur contra Eccleſiam hæredem
debitoris, tenet Bart.in repet.d.l. creditores.
num.7.C.de pignoribus, & in l. fin. ff. vt in
poſſeſſ.legat.poſt Hoſtienſ.& Ioan.And.in c.
verum.de foro compet.& conſuluit Aret.cõſ.
21.num.3. & adduco tex. in c.cum dilecti. de
donat. vbi ſi teſtator legat fundum Eccleſię
cum certo onere, & cum conditione quod ip-
ſo onere non ſatisfacto, poſſit per hęredẽ pro-
pria autoritate redigi idem fundus in foreſtã,
deciditur validam eſſe conditionem hanc.
39 Declaratur hęc ſecunda ampliatio, quia fa
cultas hęc ingrediendi poſſeſſionem propria
autoritate competit quoad bona teſtatoris,
non quòad bona ipſius hęredis, & procedit
etiam ſi is non confeciſſet inuentarium. Sali-
cet.in d.l.creditores.col.8.quęſt. 5.verſ. or at
tende.Gabriel.concluſ.8.num.34. de acquir.
poſſeſſ.
40 Declaratur ſecundò hęc ſecunda amplia-
tio, quia debet imprimis conſtare hunc eſſe de
bitoris hęredem.Roland.conſ.20. num. 8. 9.
lib.1.Aret.conſ.21.num.5.Ruin. conſ. 152.
num.6.lib.4.Gabriel.concluſ.8.num.33. de
acquir.poſſeſſ.Menoch.de adipiſcend.remed.
5.num.108.
41 Ampliatur tertiò caſus hic, quia facultas
iſta apprehendendi poſſeſſionem autoritate
pró-

propria ſecundùm vnam opinionem tranſit
quoquè contra ſingularem ſucceſſorem ita-
quod ſi debitor alienauit, vel alio modo poſ-
ſeſſio peruenit in aliquem poteſt contra ip-
ſum poſſeſſorem talis conuentio, & facultas
exerceri: Verùm quia huiuſmodi ampliatio à
Doctoribus valde controuerſa eſt, cum alij di
cant hanc facultatem, & pactũ continere ius
reale, ideoquè in ſingularem ſucceſſorem tran
ſire, alij continere ius perſonale & conſequen
ter non tranſire, alij autem vt Bart. in d. l. cre-
ditores. num. 22. & ſeqq. C. de pignoribus. &
poſt eum Gabriel concluſ. 8. de acquir. poſſeſ.
& Menoch. de adipiſcend. remed. 5. nu. 111.
& ſeqq. diſtinguant per caſus; iccirco per ca-
ſus ſimiliter procedendum eſſe duxi.

42 Primus igitur caſus iſtius tertiæ ampliatio
nis eſt; quando iſtud pactum vel facultas in-
grediendi poſſeſſionem autoritate propria ap
poſitum eſt ad executionem iuris, ſiue actio-
nis, vel obligationis perſonalis in contracti-
bus, & tunc non tranſit in ſingularem ſucceſ-
ſorem. Bart. in d. l. creditores. ſub nu. 23. verſ.
circa hoc: iuncto verſic. hoc pręmiſſo. Et ibi
Bald. num. 7. & Ang. num. 5. C. de pignorib.
Neuizzan. de pignor. 4. part. num. 20. verſic.
tertio reſtringitur. Ruin. conſ. 166. nu. 1. lib.
4. Gabriel. concluſ. 8. nu. 2. de acquir. poſſeſſ.
Menoch. de adipiſcend. remed. 5. num. 126.
quia iura perſonalia non tranſeunt in ſingu-
larem ſucceſſorem, nec ſucceſſorem ſingula-
rem afficiunt. l. cum præcibus. C. de rerum per
43 mut. vbi eſt caſus; ideo inſtrumenta guaran-
tigiata, vel vallata obligatione camerali con-
tra ſingularem ſucceſſorem obligati, vel poſ-
ſeſſorem exequi non poſſunt. Fel. in c. cum ſu
per. num. 15. verſ. amplius. de re iudicat. Iaſ.
in l. quædam. §. 1. num. 7. ff. de edend. Ang. in
d. l. creditores. num. 5. verſ. & ideo. C. de pi-
gnor.

44 Declaratur hic primus caſus, vt locum ha-
beat non reſciſſa, nec reuocata alienatione, nã
ea reſciſſa, & reuocata, pactum ingrediendi
poſſeſſionem autoritate propria exerceri po-
teſt etiam contra illum ſingularem ſucceſſo-
rem. §. item ſi quis in fraudem. inſtit. de
action. Bart. in d. l. creditores. num. 24. verſ.
hoc præmiſſo. & ibi Bald. num. 7. Ang. num.
5. verſ. quod autem dixi. C. de pignorib. Ant.
Butr. in c. quia g. col. fin. verſ. ſi ſucceſſor eſt
ſingularis. de iudic. Gabriel. concluſ. 8. num.
3. de acquir. poſſeſſ. Subdeclaratur, quia ſi ex-
taret pactum alienationem ipſam reſcindens,
vt in caſu. l. Titius. ff. de ſeruis exportand. l. ſi
quis ſub hoc pacto. ff. de contrahend. empt. l.
commiſſoriæ. C. de pact. int. empt. & vendit.
l. 1. C. de donat. quæ ſub modo; tunc tale pa-
ctum poſſet exerceri contra quemlibet ſucceſ
ſorem alienatione ipſa per iudicem non reſciſ
ſa, nec reuocata. Bart. in d. l. creditores. num.
24. verſ. hoc præmiſſo. Gabriel. d. concluſ. 8.
num. 4. Menoch. de adipiſcend. remed. 5. nu.
128. & ratio eſt quia cum lex alienationem re
ſcindat, non eſt neceſſe, vt reſcindatur à iudi-
ce. l. quæ ſub conditione. §. de hoc. ff. de con-
dit. inſtit.

45 Secundus caſus iſtius tertiæ ampliationis
eſt de licentia ingrediendi poſſeſſionem auto
ritate propria ad executionem obligationis
perſonalis appoſita in vltimis voluntatibus;
& hoc caſu idem dicitur quod de pacto appo-
ſito in contractibus, vt ſcilicet contra ſingula-
rem ſucceſſorem exerceri non poſſit. l. is cui.
§. qui in poſſeſſionem. l. fin. ff. vt in poſſeſſ. le-
gat. Bart. in d. l. creditores. num. 23. verſ. circa
hoc. Gabriel. d. concluſ. 8. num. 5. Menoch. de
adipiſcend. remed. 5. nu. 130.

46 Declaratur iſte ſecundus caſus, vt non pro
cedat facta reuocatione alienationis, nam ea
reuocata poteſt huiuſmodi licentia exerceri
etiam contra ſingularem ſucceſſorem, prout
dictum eſt num. 44. & in ſpecie dicit Bart. in l.
is cui. §. qui in poſſeſſionem. num. 1. ff. vt in
47 poſſeſſ. legat. Subdeclaratur, quia cùm aliena
tio facta eſt dolosè, tunc fauore vltimarum vo
luntatum exequi poteſt hæc licentia contra
ſingularem ſucceſſorem etiam non facta reuo
catione ipſius alienationis. d. l. is cui. §. qui in
poſſeſſionem. l. ſi legatorum. ff. vt in poſseſs.
legat. l. certa. C. eodem. Bart. in d. l. credito-
res. num. 23. verſ. circa hoc, & in d. l. is cui. §.
qui in poſſeſſionem. nu. 1. Gabriel. d. concluſ.
8. num. 6. & Menoch. d. remed. 5. num. 131.
cum allegatis per eum.

48 Tertius caſus iſtius tertię ampliationis eſt,
cùm agitur de licentia ſeu pacto ingrediendi
poſſeſſionem autoritate propria appoſito ad
executionem iuris realis, vt ad executionem
pignoris, & tunc ſi ſucceſſor ſingularis non
habet cauſam à debitorę cum quo factum eſt
pactum ingrediendi poſſeſſionem autoritate
propria, adhuc tale pactum, taliſque facultas
ad ipſum ſingularem ſucceſſorem non tran-
ſit. arg. l. ſæpe. in fin. ff. de re iudic. l. 1. 2. C.
quib. res iudic. non nocet. ſic Bart. in d. l. cre-
ditores. num. 23. in fin. verſ. ſi vero tale pa-
ctum. C. de pignoribus. Socin. ſen. conſ. 27. in
fin. lib. 4. Neguſant. de pignorib. 4. part. num.
20. verſ. & ſic iſta. Natta conſ. 398. nu. 1. lib.
2. Gabriel. concluſ. 8. nu. 7. de acquir. poſseſs.

Menoch.de adipiſcend.remed. 5.num. 132. Si autem idem ſucceſsor cauſam habet ab ipſo debitore,cum quo factum eſt pactum, tunc denuò diſtinguitur, nàm aut ius exequendi eſt in eſse productum, hoc eſt quod debitum ſit liquidum ex ipſo inſtrumento, vel ſententia emanata ante alienationem; Et hoc caſu iſta executio tranſit contra tertium poſseſsorem ex tex.in l. ſi ſuperatus.in princ. ff. de pignorib.l. ſi mater.§. item ſi rem.l. iudicatæ.§. vlt.ff.de except.rei iudic.Bart.in d.l. creditores.num. 24. verſ. ſi vero habet cauſam.Butr. in c.quia.num.13. verſ. primus.de iudic. Ripa in l.1.§.ſi hæres,num.21.verſic.aut executio.ff.ad Trebell. Neguſant. de pignorib. 4. part.num. 20. verſ. ſecundò.Gabriel. d. concluſ.8.num.8. Et Menoch. d. remed. 5.num. 133. quod procedit etiam ſi ſit ſucceſsor mediatus. Grat. conſ. 37. col. 2. vol. 2. Aut ius iſtius executionis erat in actu producendi, vt quia lis pendebat: Et tunc aut ex illa lite res affecta erat vitio litigioſi & ſic facta inalienabilis, puta quia erat quæſtio de Dominio, hoc caſu pactum iſtud capiendi poſseſsionem autoritate propria ſimiliter tranſit contra ſucceſsorem per tex.in l.2.C.de litigioſ.ibi; tanquàm ſi nihil factum ſit; & tenet Bart. in d.l. creditores.num. 23. verſ. ſecundo caſu.Butr. in d.c. quia.numer.13. verſ. ſecundus caſus. Bald.in l.vnic.num.9.C. de alienat. iud. mutand.cauſ.fact.Gabriel.concluſ.8.num.10.de acquir.poſseſs. Afflict.ſuper conſtit.in tit.pacis cultum.num. 23. Menoch. de adipiſcend. remed. 5.num. 137. Ex quo infertur, quod ſi res partium conuentione facta eſt inalienabilis, puta quia debitor promiſit rem creditori obligatam non alienare, quo caſu alienatio facta non valeret. l. ſi creditor.§. fin. ff. de diſtract.pignor. quod tunc facultas ingrediendi poſseſsionem autoritate propria contra ſingularem ſucceſsorem exequi poterit. Bart.in d.l. creditores.num. 25. Afflict. in d. tit.pacis cultum.num.26. Gabriel.d.concluſ. 8.numer.12.Menoch.d.remed. 5.num.137. cùm enim alienatione reſciſsa per iudicem poſsit fieri executio contra ſingularem ſucceſſorem.§. item ſi quis in fraudem. inſtit. de action.idem dicendum eſt quando eſt reſciſſa per legem.arg.l.quæ ſub conditione.§. fin. ff.de condit.inſtit.& licet diſsentiant Bald.in d.l.creditores.num.6.verſ.ſed eſt falſa.& ibi Ang.num. 5. verſ. ſed eſt falſa; tamen ratio per eos adducta non concludit, nàm quàmuis ſit translata poſseſsio, ea translata eſt cum ſua cauſa.l. ſi conuenerit. la.2. §. ſi fundus.ff. de pignor.action.l. ſi creditor. C.de diſtract. pignor.ob id non impeditur quin contra eum exequi poſſit iſtud pactum non reſciſſa alienatione iam reſciſſa, & reſoluta ipſo iure; Et ſic quoquè reſpondet Menoch.d.remed.5.num. 137.in fine: Aut ex illa lite res non eſt effecta inalienabilis,puta quia erat quæſtio in hypotecaria, & hoc caſu pactum ingrediendi poſſeſſionem autoritate propria non tranſit contra ſingularem ſucceſſorem. Menoch. de adipiſcend.d.remed.5.num.138.

Declaratur quia in prædictis caſibus quibus creditor poteſt ingredi poſſeſſionem autoritate propria contra ſingularem ſucceſſorē, vti habentem cauſam à debitore; vel debet prius coram iudice ſaltem ſummariè probari, vel debet eſſe manifeſtum quòd cauſam habeat à dicto debitore.Bart.in l.creditores.nu. 24.verſ.aduerte tamen. Aret. conſ. 21. num. 4.Iaſ.conſ. 38.num.12.lib. 1. Afflict. deciſ. 326.num.2.Roland.conſ.20.num.12. lib.1. Gabriel.d.concluſ.8.num.13.14.Menoch.de adipiſcend.remed.5.num.135.136.

Aut tandem iſtud ius exequendi non erat in eſſe productum,nec erat in actu producendi;nempe quia debitum non erat liquidatum, nec in actu liquidationis, vt quia nec lis cæpta erat,nec de eo conſtabat ex inſtrumento, Et tali caſu iſtud pactum ingrediendi poſſeſſionem autoritate propria non tranſit contra ſingularem ſucceſſorem.l.ſi mater.§.fin.l. iudicatæ.§.fin.ff.de except.rei iudic. Bart. in d. l.creditores.num.23.verſ.tertio caſu:Salicet. Butr.& poſt eos Gabriel.d.concluſ.8. nu.16. & Menoch.de adipiſcend.remed.5. nu. 139.

49 Quartus caſus iſtius tertiæ ampliationis eſt,quando in inſtrumento appoſita eſt clauſula conſtituti, vel precarij, & tunc iſtud pactum poteſt exequi indiſtinctè contra ſingularem ſucceſſorem etiam non liquidato debito,non citato poſſeſſore,nec alia liquidatione facta,ac etiam ipſo poſſeſſore reſiſtente de facto.Bart.in d.l. creditores. num. 25. verſ. ſed pone.C de pignor.Aret.conſ.21. nu.4. verſ. his tamen non obſtantibus. Neguſant. de pignor.4.part.num.20. verſ. octaua concluſio. Tiraq.de iure conſtit.part. 1.nu.43. Gabriel. concluſ.8.num.17.18.de acquir.poſſeſſ.Menoch. qui plures cumulat de adipiſcend. remed.5.num.140.

## SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſorium retinenda tranſmiſsibile eſt ad heredes,& ſucceſſores vniuerſales,& etiam*

*cedi*

*cedi poteſt in ſucceſſorem ſingularem.*

2 *Hæres, vel ſucceſſor agens remedio retinendæ ex iure tranſmiſſo debet probare illud competijſſe defuncto vel cedenti; & agere ex perſona tranſmittentis, vel cedentis, non ex ſuo iure vel perſona.*

3 *Manutentio non competit ceſſionario vel translatario etiam ſi is gratioſè ſubrogatus ſit in poſſeſſionem cedentis vel transferētis.*

4 *Remedium retinendæ nō datur, niſi poſſidēti.*

5 *Remedium retinendæ datur hæredibus etiam ex eorum perſona contra turbatorem poſſeſſionis defuncti vbi extat ſtatutum, quod poſſeſſio defuncti continuet in hæredem: idem ſi turbatus non potuit experiri contra turbatorem ex illius impedimento. 6. idem ſi turbatio contingit hæreditate iacente. 7. idem ſi lis à turbato incæpta erat. 8.*

9 *Poſſeſſio exigendi penſiones, decimas; vel alias præſtationes ab anteceſſore ſuffragatur etiam quòad ſucceſſores ac etiam in remedio redintegrandæ.*

10 *Poſſeſſio bonorum dignitatis vel Prælaturæ non vacat morte poſſeſſoris.*

11 *Poſſeſſio in incorporalibus tranſit in ceſſionarium abſque traditione: idem ſi extat ſtatutum, quod ceſſionarius in omnibus, & per omnia ſuccedat loco cedentis. 14*

12 *Princeps ex ſolo ſuo titulo transfert poſſeſſionem ſine traditione, ſi illum concedit per viā priuilegij, ſecus ſi per viam contractus.*

13 *Princeps in contractibus cenſetur vti iure communi.*

## CASVS XLI.

*Poſſeſſorium retinendæ, an tranſmittatur.*

1 POſſeſſorium retinendæ eſt pariter tranſmiſſibile, cum infraſcriptis tamen declarationibus, non ſolùm ad hæredes, & ſucceſſores vniuerſales, ſed etiam cedi poteſt in ſucceſſorem ſingularem. Bald. in c. licet cauſam. num. 34. verſ. item interdicta. de probat. Ioan. Fab. in §. retinendæ num. 9. in fin. inſtit. de interdict. Guid. Pap. deciſ. 552. num. 3. Tiraq. de retract. lignag. §. 26. gloſ. 3. num. 17. idem Bald. conſ. 436. nu. 4. lib. 3. Paul. de Caſtr. & alij in l. 1. §. fin. nu. 5. ff. de noui oper. nunciat. Natta conſil. 399. num. 5. lib. 2. Roland. conſ. 28. num. 22. lib. 2. & eſt gloſ. in l. 2. §. idem Nerua. in verb. experiaris. ff. ne quid in loco public.

2 Declaratur caſus, quia ad hoc vt hæres, vel ſucceſſor poſſit agere iſto remedio retinendæ ex iure trāſmiſſo a defuncto vel cedente, hęc duo copulatiuè requiruntur. Primum quod illud competierit defuncto ante eius mortem, vel cedenti; quod ſcilicet ipſe defunctus, vel cedens fuerit turbatus in ſua poſſeſſione ex deductis in caſu ſequenti. num. 9. Secundum quod hæres, ſiue ceſſionarius agat iure tranſmiſſo ex perſona ipſius defuncti tranſmittentis, ſiue cedentis turbati: Menoch. de retinend. remed. 3. num. 265. 266. Natta conſ. 399. num. 5. lib. 2. Ioan. Fab. in d. §. retinendæ. nu. 9. in fin. inſtit. de interdict. Guid. Pap. deciſ. 552. num. 3. aliàs enim ex propria perſona, & proprio ſuo iure hæres vel ceſſionarius experiri non poteſt hoc interdicto, ſiue poſſeſſorio aduerſus illum qui turbauit defunctum, vel cedentem Alex. in l. cum hæredes nu. 9. verſ. excepto. ff. de acquir. poſſeſſ. Ioan. Faber. in §. retinendę. num. 9. inſtit. de interd. Guid. Papæ d. deciſ. 552. nu. 3. Menoch. de retinend. remed. 3. num. 56. Roland. conſ. 46. numer. 10. vſque ad finem. lib. 2. & ratio eſt quia poſſeſſio non tranſit abſquè traditione, nequè in hæredem. l. cùm hæredes. ff. de acquir. poſſeſſ. nequè in ceſſionarium per tex. in l. quemadmodū. l. 3. §. Neratius. ff. de acquir. poſſeſſ. l. 3. §. in amittenda. l. qui vniuerſas. §. quod per colonum. l. licet. C. eodem tit. l. creditor. ff. de diſtract. pignor. Natta conſ. 398. num. 13. & ſeqq. & conſ. 399. nu. 5. lib. 2. Menoch. de retinend. remed. 3. nu. 267. & infra: quod ampliatur procedere etiā ſi cedens ceſſiſſet omne ius ſuum, & facultatem appręhendēdi poſſeſſionem, adhuc enim ex ſola ceſſione non dicitur trāslata poſſeſſio, vt probat idē Natta. d. conſ. 399. num. 4. 5. lib. 2. & illa verba; dedit, & tradidit; non transferunt poſſeſſionem; ſed ſolummodo tribuunt licentiam ingrediendi poſſeſſionem. Doctor. in l. prædia. ff. de acquir. poſſeſſ. Natta d. conſ. 398. num. 35. Menoch. de retinend. remed. 3. num. 273. & pariter ampliatur habere locum etiam ſi ceſſionarius, vel translatarius gratioſè ſubrogatus eſset in poſſeſſionem cedentis vel transferentis, quia nihilominus non cenſeretur in eū translata poſſeſſio, nec ideo ei competeret manutentio, vel remedium retinendæ, ſed cenſeretur translata ſola facultas ingrediendi poſſeſſionem, & ſibi competeret interdictum adipiſcendæ tantùm. Mohed. deciſ. 21. de reſtitut. ſpoliat. Lancellot. de attent. part. 2. cap. 4. in præfat. num. 407. Gonzalez ſuper reg. 8. cāc. §. 3. proęm. nu. 93. & ſeqq. Garz. de benefic. part. 6. cap. 4. nu. 2. & 3. & cōſequēter cū

4 poſſeſſio non tranſeat nequè in hæredẽ nequè in ceſſionarium, non competit eis iſtud remedium retinendæ ex proprijs perſonis, quia nõ datur, niſi poſſidenti. l. 3. §. creditores. ff. vti poſſid. §. hodie. inſtit. de interdict. Bart. in l. 1. §. vlt. numer. 14. ff. vti poſſidet. Couar. pract. quæſt. cap. 17. num. 3. Menoch. de retinend. remed. 3. num. 556. Rot. Rom. deciſ. 170. nu. 3. part. 4. diuerſ. & ſic eſt concluſio ſucceſſorem agere poſſe huiuſmodi interdicto ex perſona tranſmittentis, vel cedentis iure tranſmiſſo, vel ceſſo; ſecus ex propria perſona & iure ſuo proprio.

5 Subdeclaratur primò declaratio iſta inquantum dicitur hoc interdictum, ſiue poſſeſſoriũ retinendæ non tranſire ad hæredem, vel ceſſionarium eo reſpectu, vt poſſit agere ex propria perſona, & proprio ſuo nomine; nam quando extat ſtatutum in ciuitate, quod poſſeſſio defuncti continuet in hæredem ſine appræhẽſione, tunc iſtud interdictum datur hæredibus etiam ex eorum propria perſona contra turbatorem poſſeſſionis defuncti. Guid. Pap. deciſ. 552. num. 3. Ioan. Fab. in §. retinendæ. num. 9. inſtit. de interdict. Menoch. de retinend. remed. 3. num. 59. 60.

6 Subdeclaratur ſecundò, quia ſi turbatus non potuit experiri contra turbatorem ex facto, & impedimento ipſius turbatoris, tunc hæres, & ceſſionarius huiuſmodi interdicto ſimiliter agere poteſt ex ſua propria perſona, perinde ac ſi ipſe turbatus fuiſſet. Bald. in c. licet cauſam num. 34. de probat. ſequitur Menoch. de retinend. remed. 3. num. 61. per tex. in l. ſi abducta. C. de furt.

7 Subdeclaratur tertiò, vt ſi turbatio contingit hæreditate iacente, tunc hæredi competit hoc interdictum retinendæ pariter ex perſona propria. Sic concludit idem Menoch. d. remed. 3. num. 63. mouetur quia ſimiliter competit ei interdictum quod vi, aut clam. l. denique. §. quæſitum. ff. quod vi aut clam.

8 Subdeclaratur quartò, vt ſi à turbato incæpta eſſet lis ſuper turbatione eidem illata, ac ſuper iſto poſſeſſorio retinendæ, tali caſu hæres litem ipſam proſequi poteſt. Menoch. d. remed. 3. num. 62.

9 Subdeclaratur quintò, nàm & ſi poſſeſſorium retinendæ regulariter non tranſit ad ſucceſſorem eo reſpectu, vt is poſſit agere hoc interdicto ex ſua propria perſona, tamen benè tranſit contra eundẽ ſucceſſorem, vſquè adeo, quòd ſi quis eſſet in quaſi poſſeſſione exigendi ab aliquo antecceſſore penſionem, decimã, vel aliam præſtationem, poſſet ex ſua propria perſona, nomine, & iure agere hoc interdicto retinendæ pro eadem penſione, decima, vel præſtatione etiam contra illius ſucceſſorem à quo nunquàm exegit Guid. Pap. deciſ. 629. Rota deciſ. 562. num. 1. part. 1. in recent. & deciſ. 508. nu. 1. part. 2. eod. in recent. Ludouiſ. deciſ. 275. num. 1. & ibi addent. num. 17. Put. deciſ. 151. lib. 3. Gigas de penſion. queſt. 47. num. 10. quibus iuribus probatur hoc etiã procedere in remedio redintegrandæ; & ſicuti hoc interdictum retinendæ non poſſet retardari, aut impediri à præceſſore etiam cõditionibus non purificatis, ità neque ab eodẽ ſucceſſore. Rota deciſ. 547. num. 4. part. 1. in recent. ex mutatione enim & variatione perſonarum contra quas poſſidetur, non variatur poſſeſſio, nec ius actoris iuxta d. deciſ. Guid. Pap. 629. quam Rota paſſim ſequitur, prout dicitur in eadem deciſ. 562. num. 1. part. 1. in recent.

10 Subdeclaratur ſextò declaratio hæc; vt locum non habeat in ſucceſſore dignitatis, vel prælaturæ, ad cum namquè tranſit poſſeſſoriũ retinendæ, & ei cõpetit manutẽtio in iuribus eiuſdẽ dignitatis, vel prælaturæ, quamuis ipſe nunquã perceperit, exegerit, vel dictis iuribus vſus fuerit; & agere poteſt hoc remedio vel etiam remedio redintegrandæ abſquè eo quòd agat iure tranſmiſſo, dũmodo tamen nõ agat iure ſuo proprio, ſed agat vti ſucceſſor in eadem dignitate vel prælatura, & illius nomine Innoc. in c. cum ſuper. nu. 4. & ibi Abb. num. 21. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Felin. in c. conſtitutus. nu. 19. de reſcript. Rota deciſ. 1. & ibi addent. num. 4. de reſtit. ſpol. in nou. & deciſ. 435. num. 3. part. 2. in recent. Coccin. deciſ. 86. & ratio eſt quia poſſeſſio bonorum dignitatis, vel prælaturæ non vacat morte poſſeſſoris, ex quo dignitas vel prælatura non moritur c. liberti. il 2. 12. q. 2. c. ſi gratioſè. de reſcript. in 6. & dixi in caſ. 39. num. 25.

11 Subdeclaratur itidem dupliciter eadem declaratio in alia parte in qua dictum eſt poſſeſſionem non tranſire in ceſſionarium abſquè traditione, primò enim ſubdeclaratur eadem declaratio quia ea intelligitur in corporalibus, nam in incorporalibus ſecus eſt, ceſſio enim in incorporalibus transfert quaſi poſſeſſionem in ceſſionarium abſque corporali appræhenſione, & ea eſt ratio quia ceſſio ipſa in ĩcorporalibus eſt loco traditionis, & id quod operatur traditio in corporalibus operatur ceſſio in incorporalibus. gloſ. in l. ad eum. in verb. portionibus, & ibi Bartol. ff. de donat. gloſ. vlt. in l. vlt. vbi Ang. num. 3. C. quand. fiſc.

fiſc. vel priuat. Bart. in l. is cui. §. fin. in fin. ff. vt in poſseſs. legat. Natta conſ. 398. nu. 24. Dec. conſ. 446. num. 5. Iaſ. in l. ſi ſic. §. vlt. nu. 8. ff. de leg. 1.

32 Subdeclaratur ſecundò nam ſicut poſſeſſio in quibuſdam caſibus ſpecialibus tranſit ipſo iure abſque traditione vt dixi in caſu 39. num. 33. ità etiam ceſſio in quibuſdam caſibus ſpecialibus transfert poſſeſſionem abſque traditione, puta in ceſſione facta à Principe, is enim ex ſolo ſuo titulo transfert poſseſſionem ſine traditione. Bald. in c. ad audientiam. num. 2. de præſcript. Iaſ. in l. quoties. num. 5. & ſeqq. C. de rei vendicat. & in l. traditionibus. num. 5. C. de pact. Boſs. in tit. de Princip. num. 67. qui tamen hoc intelligunt procedere in ceſſione facta per viam priuilegij ex tex. in c. ſi tibi abſenti. de præbend. in 6. quia verbum Principis pro lege habetur l. benè à Zenone. C. de quadrienn. præſcript. l. pen. C. de
33 donat. int. vir. & vxor. Secus per viam contractus, nam Princeps in contractibus cenſetur vti iure communi. Canoniſtæ in c. 1. de probat. Bart. Bald. & alij in l. digna vox. C. de legib. Bald. & Iaſ. in l. 1. ff. de pact. Roland. conſ. 1. num. 26. & conſ. 66. lib. 2. & alibi ſæpe. Peregrin. de iure fiſci lib. 1. tit. 3. num. 44.

34 Idem eſt cùm extat ſtatutum, quòd ceſſionarius in omnibus & per omnia ſuccedat loco cedentis, tunc enim pariter tranſit poſseſſio abſquè alia traditione. Natta conſ. 398. num. 40. verſ. militabat. Menoch. de retinend. remed. 3. num. 279.

## *SVMMARIVM.*

1 *Poſſeſſorium reintegrandæ regulariter ad hæredes tranſmittitur.*

2 *Interdictum vnde vi tranſmittitur ad hæredes, & ad cæteros ſucceſſores etiam ſingulares, ac etiam ſine iurium ceſsione 3.*

4 *Interdicta omnia ſunt in rem ſcripta, & ad ſingularem ſucceſſorem tranſeunt.*

5 *Interdictum vnde vi cedi poteſt ad effectum procedendi iudicialiter, non autem recuperandi poſſeſsionem autoritate propria.*

6 *Interdictum vnde vi tranſit etiam contra hæredes, & ſucceſſores vniuerſales ſpoliatoris pro eo, quod ad illos peruenit: ſecus contra illius ſucceſſorem ſingularem. 7. quod tamen limitatur. 8.*

9 *Hæres vel ſucceſſor agens remedio recuperandæ ex iure tranſmiſſo, debet probare illud cõpetijſſe defuncto, vel cedẽti, & agere ex perſona defuncti tranſmittentis, vel cedentis, non ex perſona ſua.*

10 *Hæres repræſentat perſonam defuncti in iure creato tempore mortis tantùm.*

11 *Interdictum vnde vi, an competat hæredi vigore ciuiliſsimæ poſſeſsionis aduerſus ſpoliũ commiſſum poſt mortem defuncti, remiſsiuè.*

12 *Remedium canonis redintegrandæ 3. q. 1. eſt poſſeſsorium recuperandæ, & eſt pinguius remedio interdicti, vnde vi. et ad hæredes trãſmittitur. 13. & pariter tranſmittitur in ſingularem ſucceßorem. 14 ac etiam ad ceſsionarium. 15.*

16 *Remedium canonis redintegranda, non competit hæredi vel ſucceſſori, niſi concurrentibus duobus requiſitis in interdicto vnde vi.*

17 *Remedium iſtius Canonis contra ſingularem ſucceſſorem poſsidentem cum titulo, & bona fide, & habentem cauſam ab autore bonæ fidei non datur: Contra ſingularem autem ſucceſſorem cum titulo & bona fide habentem tamen cauſam ab autore malæ fidei, & vtentẽ adminiculo ex parte autoris ſic. 18. Sed contra eum non vtentem adminiculo prædicto, diſtinguitur aut dominus rei ignorat ius ſuum, & alienationem, Et tunc datur aut ſcit & non datur. 19.*
*Contra ſingularem ſucceſſorem cum bona fide ſed ſine titulo remedium datur. 20.*
*Contra ſingularem ſucceſſorem cum bona fide, & titulo, ſed titulo acquiſito poſt ipſam poſſeſsionem ſimiliter datur. 21.*
*Contra ſingularem ſucceſſorem cum bona fide & titulo, qui tamen ſucceſsit in re affecta vitio reali, remedium tranſit. 22.*

23 *Remedium canonis, ſæpe, de reſtit. ſpoliat. quale ſit; & poßeſſorium eſt reintegrandæ, & tranſmittitur ad hæredes ſpoliati & ad ſingulares ſucceſſores ac etiam ad ceſsionariũ.*

24 *Remedium canonis, ſæpe, de reſtit. ſpoliat. trãſit contra quemcunque ſingularem ſucceßorem vitioſum etiam mediatum, & milleſimum: ſed contra eum qui acquiſiuit de medijs poſſeſſoribus poſſeſsionem bona fide non datur. 25. nec contra alios ſequentes illius ſucceſſores, niſi probata ſciẽtia vitij, & ignorantia bonæ fidei illius medij poſſeßoris. 26.*

27 *Remedium cap. ſæpe. de reſtit. ſpol. licet detur contra ſingularem ſucceſſorem, tamen non datur contra illum ſucceſſorem qui ignorat poſſeſsionem eſſe vitioſam; etiam ſi inceperit habere ſcientiam violentiæ ex poſt facto. 28. & pariter non datur contra eum qui ſcit rẽ eſſe alienam, niſi etiam ſciat illam eſſe rem ſpoliatam. 30.*

29 *Qua-*

29 *Qualitas adiecta verbo intelligitur ſecundũ
tempus verbi.*
31 *Remedium cap. ſæpe, de reſtit. ſpoliat. datur
contra ſingularem ſucceſſorem recipientem
rem vacantem, ſcientem tamen illam eſſe vi-
tioſam.*

## CASVS XLII.

*Remedia poſſeſſorij reintegrand., an tranſ-
mittantur, & quomodo.*

1 POſseſſorium reintegrãdæ pari mo-
do ad hæredes regulariter tranſ-
mittitur: Sed quia plura ſunt re-
media huiuſmodi, poſseſſorij re-
integrandæ, ideo per aliquot caſus principa-
liores procedendum eſt.
2 Primus igitur caſus eſt de interdicto vnde
vi, & iſtud ad hæredes trãſmitti ſtatutum eſt
in l. 1. §. hoc interdictum. l'vltimo. ff. de vi &
vi armat. gloſ. in c. cum ad ſedem. in verb. in-
terdictum. de reſtit. ſpoliat. & in c. ſignificaue
runt. §. vnde. in verb. ea ratione. de teſtibus.
Crauet. conſ. 124. num. 5. verſ. tertiò. Ruin.
conſ. 47. num. 1. vol. 4. & conſil. 45. num. 10.
vol. 1. Roland. conſ. 50. num. 6. 15. 25. lib. 2.
& conſ. 6. num. 14. lib. 3. Cagnol. in l. hære-
dem. num. 22. ff. de reg. iur. Natta conſ. 439.
num. 4. Corn. conſ. 329. col. 7. vol. 1. Socin.
iun. conſ. 34. nu. 13. verſ. vera eſt. vol. 3. Gra-
tian. deciſ. 211. num. 1. Surd. conſ. 189. num.
13. vol. 2.
3 Ampliatur primò caſus, quia trãſmittitur
non ſolùm ad hæredes, ſed etiam ad cæteros
ſucceſsores; & nedum ad ſucceſsores vniuer-
ſales, ſed etiam ad ſucceſsores ſingulares etiã
ſine iurium ceſſione, puta ſi auctor propter
iniuſtam cauſam à poſseſſione cecidiſset, &
poſtea rem ſpoliatam alteri legaſset, vel do-
naſset, idem legatarius vel donatarius poſset
vti hoc remedio reintegrandę. d. l. 1. §. hoc in-
terdictum. l'vltimo. ff. de vi & vi armat. ibi;
hoc interdictum hæredi, & cæteris ſucceſso-
ribus competit; verbum enim cæteros, com-
præhendit omnes, & ſingulos. l. cęterorum. ff.
de verb. ſignific. Iaſ. in l. quædam. §. nihil in-
tereſt. num. 3. ff. de edend. Menoch. de adipi-
ſcend. remed. 2. nu. 16. & quia interdicta om-
4 nia ſunt in rem ſcripta. l. 1. §. interdicta. ff. de
interdict. ſeu extraord. action. ideo tranſeunt
ad ſingularem ſucceſsorem, vt probaui in ca-
ſu 24. num. 3.
5 Ampliatur ſecundò caſus, quia interdictũ
iſtud poteſt etiam cedi. l. quod ſi in diem. §. Iu-
lianus. ff. de petit. hęredit. & per illum tex. Ri-
pa in c. ſæpe. num. 25. de reſtit. ſpoliat. & Ti-
raq. de retract. lignag. §. 26. gloſ. 3. num. 18.
poſt gloſ. Ang. Roman. Barbat. & Guid. Pap.
per eum allegatos. Bald. cõſ. 309. nu. 2. lib. 3.
Declaratur ampliatio, vt cedi poſſit quoad
effectum procedendi iudicialiter, ſecus ad ef-
fectum recuperandi poſseſſionem autoritate
propria, nam ius competens ſpoliato recupe-
randi poſseſſionem propria autoritate tan-
quàm perſonæ infixum à lege, in alium trans-
ferri non poteſt. gloſ. in l. cum fundũ. in verb.
poſtea. ff. de vi, & vi armat. Crauet. conſ. 191.
num. 2. verſ. ius tamen Roland. conſ. 34. nu.
34. lib. 2.
6 Ampliatur tertiò caſus, quia iſtud reme-
dium tranſit non ſolùm ad hęredes, & ſucceſ-
ſores ſpoliati; ſed etiam contra hæredes, &
ſucceſsores vniuerſales ſpoliatoris pro eo,
quod ad illos peruenit. l. 1. §. fin. & ibi gloſ. l.
3. in princ. & §. fin. ff. de vi. & vi armat. Meno-
ch. de recuperand. remed. 1. num. 157. ſicuti
enim pæna ex delicto defuncti hæres teneri
non debet, ità nec lucrum facere, ſi quid ad eũ
ex ea re peruenit. l. ſicuti. ff. de reg. iur.
7 Declaratur ampliatio, quia licet interdi-
ctum vnde vi tranſeat contra ſucceſſores vni
uerſales ſpoliatoris, tamen contra illius ſuc-
ceſſorem ſingularem regulariter non conce-
ditur. l. cum à te. ff. de vi & vi armat. Menoch.
de recuperand. remed. 1. num. 150. amplè per
Surd. conſ. 189. num. 16. vol. 2. limitatur pri-
8 mò hæc declaratio, vt locum non habeat in
eo, qui poſt expulſionem poſſeſſoris, & ante
appræhenſionem poſſeſſionis, poſſeſſionem ip
ſam ſic vacantem intrauit, nam contra eum
tãquàm vitioſè ingredientem poſſeſsionem,
datur iſtud interdictum vnde vi. l. ſequitur. §.
ſi tu vi me. ff. de vſucap. & ſic reprobata gloſ.
ibi. in verb. locum, tenet Menoch. de recuper.
remed. 1. num. 153. limitatur ſecundò non
procedere ſpoliatore exiſtente non ſoluẽdo,
tunc enim in ſubſidium datur hoc remedium
contra ſingularem ſucceſſorem etiam de iure
Ciuili. gloſ. vlt. Bart. & alij. in d. l. cum à te, ff.
de vi & vi armat. Ripa in c. ſæpe. nu. 8. de re-
ſtit. ſpoliat. limitatur tertiò non procedere,
cum poſſeſsio ex ſingulari poſseſſore perue-
nit in primum ſpoliatorem, nam quamuis idẽ
primus ſpoliator poſsideat vti ſingularis poſ-
ſeſsor, tamen poteſt conueniri ad reſtitutionẽ
poſseſsionis. Iſern. in c. 1. nu. 12. 13. & ibi Af-
flict. nu. 84. de milit. vaſsall. qui contum. eſt.
Menoch. de recuper. remed. 1. nu. 156.
9 Declarantur caſus & ampliationes, quia
adhoc

ad hoc vt hęres vel ſucceſsor poſsit agere iſto
remedio recuperandæ ex iure tranſmiſso à de
functo vel cedente, hęc duo requiſita copula-
tiuè concurrere debent: Primum, quòd illud
competierit defuncto ante eius mortem vel
cedenti, quod ſcilicet ipſe defunctus vel ce-
dens ceciderit à poſseſsione per iniuſtas cau-
ſas, & ſine culpa, ac facto ſuo, aliàs enim niſi
competijſset eidē defuncto dum viuebat vel
cedenti, non potuiſsent illud trāſmittere. Ro-
land. conſ. 6. num. 14. lib. 3. & conſ. 50. num.
15. & 25. lib. 2. Ruin. conſ. 47. num. 5. vol. 4.
& conſ. 45. num. 10. vol. 1. Cagnol. in l. hęre-
dem num. 22. ff. de reg. iur. Corn. conſil. 329.
col. 7. vol. 1. Natta conſ. 439. nu. 5. lib. 2. Gra-
tian. deciſ. 193. num. 2. & deciſ. 211. num. 2.
10 mouentur ea ratione, quia hæres vel ceſsio-
narius repræſentat perſonam defuncti vel ce-
dentis in iure creato, & formato actiuè, &
paſſiuè tempore mortis vel ceſſionis in perſo-
nam ipſius defuncti vel cedentis, ſecus in non
creato tempore mortis, vel ceſſionis, quia id
nunquam fuit penes eum. Aretin. conſ. 123.
num. 6. ſed ſi defunctus vel cedens non fuiſſet
ſpoliatus, ius recuperandæ vel reintegrandæ
poſſeſſionis non fuiſſet in eius perſonam for-
matum, conſequenter ad hæredes, vel ceſſio-
narios tranſmiſſibile nō eſſet, cùm defunctus
vel cedens non poſſit tranſmittere, vel cedere
id quod non habuit. l. traditio. ff. de acquir.
rer. domin. & in his terminis Ruin. conſ. 45.
num. 10. vol. 1. Roland. conſ. 6. num. 14. lib.
3. Secundū requiſitum eſt quòd idē hęres vel
ceſsionarius agat ex perſona ipſius defuncti
vel cedentis, & vti illius hæres vel ceſsiona-
rius. Natta conſ. 439. num. 5. lib. 2. Menoch.
de recuperand. remed. 1. num. 364. Cagnol.
in d. l. hæredem. nu. 22. ff. de reg. iur. Roland.
d. conſ. 50. nu. 25. lib. 2. ex perſona enim ſua
propria non poteſt hæres & multò minus ceſ-
ſionarius habere hoc remedium aduerſus ſpo
lium defuncti, ſtante quod poſſeſsio defuncti
non tranſit ad hæredes, ſed opus eſt noua ap-
præhenſione. l. cum hæredes. ff. de acquir. poſ
ſeſſ. cum alijs adductis in caſu 39. num. 2. Me
noch. de recuper. remed. 1. num. 363.
11 An competat autem iſtud remedium hæ-
redi vigore ciuiliſsimæ poſſeſsionis in eum
continuatæ ex ſtatuto vel conſuetudine ante
appræhenſam per illum poſſeſsionem aduer-
ſus ſpolium commiſſum poſt mortem defun-
cti aliud eſt, & non ſpectat ad materiam tranſ
miſsionis. vide Tiraq. in tract. le mort ſaiſit.
part. 6. declarat. 4. Gabriel de acquir. poſſeſs.
concluſ. 7. Menoch. de recuper. remed. 1. nu.
346. & infra. Couarr. var. reſolut. lib. 3. cap.
5. nu. 6. verſ. ſic & interdicto, vbi omnes alios
adducunt.
12 Secundus caſus eſt de remedio canonis re-
dintegranda. 3. q. 1. quod pariter eſſe poſſeſ-
ſorium recuperandæ probarunt Doctores in
c. cum ad ſedem. de reſtit. ſpoliat. & tuetur So
cin. in l. rem quæ nobis num. 1. & 2. ff. de ac-
quir. poſſeſſ. & Menoch. de recuperād. remed.
15. num. 2. 3. 4. & eſt pinguius remedio inter-
dicti vnde vi, quia illud non competit regu-
lariter contra tertium poſſeſſorem, & hoc re-
ſpectu dicitur pinguius prouidere. Ripa in c.
ſæpe. num. 20. de reſtit. ſpoliat. Paul. de Ca-
ſtr. conſ. 105. nu. 1. verſ. ex quibus. lib. 1. Con
tard. in l. vnic. inter ampliationes. num. 30. &
13 ad hęredes tranſmittitur per tex. in l. 1. §. hoc
autem interdictum. l. vltimo. ff. de vi & vi ar-
mat. cum alijs ſuperius adductis. nu. 2. Surd.
conſ. 189. num. 13. vol. 2.
14 Ampliatur primò, vt trāſmittatur quoque
in ſingularem ſucceſſorem in quem res ſine iu
rium ceſsione alienata eſt. ſic firmant Socin.
in d. l. rem quæ nobis. num. 10. ff. de acquir.
poſſeſs. Socin. iun. conſ. 34. numer. 10. lib. 3.
Grat. conſ. 42. num. 7. 8. lib. 2. & refert Tiraq.
de retract. lignag. §. 26. gloſ. 3. num. 18. in fi-
ne; quam opinionem ſequor contra Menoch.
de recuper. remed. 15. num. 66. quia iſtud re-
medium eſt in rem ſcriptum. c. epiſcopi. 3. q.
1. c. cum eccleſia. 3. q. 2. l. 1. §. interdicta. ff. de
interdict. ſeu extraord. action. & quam etiā
videtur probare Ruin. conſ. 45. col. 5. verſ. &
eſt breuiter dicendum. lib. 4. & illam tenet ac
tuetur Rota Rom. vt per Put. deciſ. 176. lib. 2.
15 Ampliatur ſecundo quia tranſit etiam ad
ceſsionarium. Ripa in c. ſæpe. num. 25. de re-
ſtit. ſpoliat. Socin. in l. rem quæ nobis. nu. 10.
ff. de acquir. poſſeſs. Tiraq. de retract. lignag.
§. 26. gloſ. 3. num. 18. in fin. Gomeſ. ſuper reg.
canc. de triens. poſſeſs. quæſt. 11. verſ. ſecun-
dus caſus eſt. Roland. conſ. 28. num. 22. lib.
2. Menoch. de recuperand. remed. 15. nu. 59.
60. Gabriel. concluſ. 5. num. 17. de reſtit. ſpo-
liat. & ratio eſt quia cedi poteſt interdictum
vnde vi. l. quod ſi in diem. §. Iulianus. ff. de pe
tit. hæredit. ergo multo magis remedium
iſtud, quod eſt minus odioſum; ius tamen re-
cuperandi poſſeſsionem autoritate propria
cedi non poteſt, vt dixi ſupra de interdicto
vnde vi num. 5.
16 Declarantur caſus, & ampliationes non
aliàs procedere, niſi concurrentibus duobus
requiſitis, de quibus dixi num. 9. de interdi-
cto vnde vi.

17 Quæ-

17 Quæro autem, an remedium iſtius Cano-
nis redintegranda, tranſeat cõtra ſingularem
rei ſucceſſorem, & pro materiæ dilucidatione
infraſcriptos caſus conſtituo.

Primus caſus eſt, an remedium iſtud detur
contra ſucceſſorem ſingularem poſsidentem
cum titulo, & bona fide & cauſam habentem
ab autore bonæ fidei: in hoc caſu Doctores di
uiſi ſunt partim affirmatiuam, partim negati-
uam tenentes, ita quod licitum eſt vnicuique
in quam malit ſententiã inclinare; hi qui ſtant
pro affirmatiua mouentur, primò quia proba-
ta antiquiori poſſeſſione, poſſeſſio recens præ-
ſumitur clandeſtina. c. licet cauſam. de pro-
bat. ſecundò ex generalitate cap. redinte-
granda, & c. epiſcopi. 3. q. 1. & c. cum eccleſia.
3. q. 2. tertiò quia remedium iſtius cap. redin-
tegranda, inductum eſt ad inſtar interdicti vn
de vi, vbi non habetur ratio tituli, cùm ſpolia-
tus ante omnia reſtituendus ſit ad poſſeſsio-
nem; quartò quia illud eſt magis priuilegia-
tum, quàm interdictum vti poſſidetis, in quo
exceptio tituli non obſtat agenti, & probanti
antiquiorem poſſeſsionem; quintò quia in-
ductum fuit fauore animæ, vt euitentur pec-
cata; Tenentes autem negatiuam mouentur
ex l. ſiue autem. §. ſi duobus. ff. de public. in rẽ
action. vbi ſi duo titulum à diuerſis nõ domi-
nis conſecuti ſunt, & vterque ſit in bona fide,
ille in Publiciana præfertur, qui de præſenti
poſsidere reperitur; ſecundò mouentur ex di-
ſpoſitione cap. ſæpe. de reſtit. ſpoliat. ex quo
potiſsimum fundamento in hanc partem ad-
ducor, ibi enim conſtitutum eſt agi poſſe cõ-
tra ſucceſſorem ſingularem in vitioſa poſſeſ-
ſione ſcienter ſuccedentem, nam ſi per cap. re-
dintegrãda, prouiſum eſſe cenſeretur, vt illius
remedium tranſiret contra ſucceſſorem cum
titulo, & bona fide, conſequẽter & multo ma-
gis intelligeretur eſſe prouiſum, vt illud tran-
ſiret quoque contra ſucceſſorem ſuccedẽtem
in vitio; & ſic prouiſio inducta per d. cap. ſæ-
pe. redderetur ſuperflua, & inutilis, quod non
eſt dicendũ. §. 1. prima conſtit. Cod. l. ſi quan-
do. ff. de leg. 1. c. ſi Papa. de priuileg. in 6. qua
ratione vtitur Abb. Socin. Franc. Corn. &
poſt eos Menoch. de recuperand. remed. 15.
num. 93. & vltimo loco Guttierez Canon.
quæſt. lib. 1. cap. 34. num. 61. verſ. tertio: ſic-
què hanc partem negatiuam tenent omnes
Doctores quos refert Gabriel concluſ. 5. nu.
38. de reſtit. ſpoliat. Menoch. d. remed. 15.
nu. 89. verſ. contrariam. Guttierez d. cap. 34.
numer. 63. & illam inter recentiores ſequitur
Gaill. obſeruat. 75. nu. 11. lib. 2. quã dicit æqui
tati, & iuſtitiæ magis conſentaneam eſſe.

18 Secundus caſus eſt, an remedium iſtius Ca-
nonis redintegranda, detur cõtra ſingularem
ſucceſſorem poſsidẽtem cum titulo, & bona-
fide, ſed cauſam habentem ab autore malæ fi-
dei, & vitioſo, ſicquè quando res affecta eſt
vitio perſonali; & hoc caſu illud dari conclu-
dunt. Socin. in l. rem quæ nobis. num. 12. verſ.
aliquando & ſecundò. & ibi Alciat. num. 8. ff.
de acquir. poſſeſs. quos ſequitur Menoch. de
recuperand. remed. 15. num. 73. & ſeqq. Gut
tierez. Canon. quæſt. lib. 1. cap. 34. num. 84.
Hunc alterum caſum, videlicet quando ſin-
gularis ſucceſsor eſt cum titulo & bona fide,
ſed cauſam habet ab autore vitioſo congluti-
nant Socin. in d. l. rem quæ nobis, numer. 12.
verſ. aliquãdo & quarto. ff. de acquir. poſſeſs.
Menoch. de recuperand. remed. 15. num. 78.
& Guttierez Canon. quæſt. lib. 1. cap. 34. nu.
84. verſic. ſed an idem; quo in caſu videntur
etiam contrarium tenere; itaquod in tanta
linguarum confuſione dicere poſsumus ius
certum non habere, quare cum in effectu is
vnus, & idem caſus ſit, & dum agitur de tri-
buendo vnicuique ius ſuum, & de illud aufe-
rendo, iudex debet eſse certus. arg. notat. per
Bart. in l. hæc autem. §. non deffendi. num. 2.
ff. quibus ex cauſ. in poſseſs. eat. & in l. multũ.
ff. de condit. & demonſtrat. Dec. in c. pruden-
tiam. nu. 10. de offic. delegat. Socin. conſ. 37.
col. fin. verſ. & quia habiles. lib. 1. Aretin. cõſ.
62. num. 2. Crauet. conſ. 134. num. 4. vbi di-
cunt, quod quando iudex ignorat fundamen
tum ſuæ iuriſdictionis & ſuæ poteſtatis, non
valet quod agit, iccirco cum quærimus quan-
dò perſonale vitium, & clandeſtinitas poſ-
ſeſsionis autoris tranſeat contra ſingularem
ſucceſsorem non recedo ab hac diſtinctione;
quod ſi ſucceſsor ſingularis vtitur adminicu-
lo ex parte autoris, tunc vitium, clandeſtini-
tas, & mala fides eiuſdem autoris tranſit con-
tra ſingularem ſucceſsorem, & ei nocet. l. Põ-
ponius. §. cũ quis. ff. de acquir. poſseſs. l. apud.
§. de auctoris. ff. de doli except. itaquod con-
tra dictum ſucceſsorem ſingularem datur re-
medium Canonis redintegranda, donec præ-
19 ſcriptum eſt; Aut adminiculo dicti autoris
non vtitur, & tunc ſi dominus rei ignorat ius
ſuum, & alienationem factam, ſimiliter nocet
ſingulari ſucceſſori, ob id pariter datut remẹ-
dium illius Canonis contra eum, donec eſt
præſcriptum; at ſi ſcit, non nocet mala fides
autoris, nec datur remedium dicti Canonis
contra ſucceſsorem ex tex. in authentica. ma-
20 læ fidei. C. de præſcript. long. temp. Tertius

caſus eſt, quando nouus hic ſingularis ſuc-
ceſſor eſt cum bona fide, ſed ſine titulo, & tũc
contra eum concedi remedium iſtud commu
nis concluſio eſt, vt teſtatur Socin. in d. l. rem
quæ nobis. num. 12. in princ. ff. de acquir. poſ
ſeſſ. Alex. conſ. 51. num. 1. verſ. & pręſertim
quando. lib. 1. & conſ. 117. numer. 3. verſic.
ſed in propoſito. lib. 2. Socin. iun. conſ. 128.
num. 21. lib. 2. Menoch. de recuperand. re-
med. 15. num. 68. Guttierez. Canon. quæſt.
lib. 1. cap. 34. num. 82. & ea eſt ratio, quia pro
bata antiquiori poſſeſſione, illa quæ eſt iu-
nior, & ſine titulo præſumitur clandeſtina. c.
licet cauſam. de probat. Bart. in l. ſi duo. ſub
num. 4. ff. vti poſſidet. Afflict. deciſ. 363. nu.
3. & 4. Et licet caſus iſte ſeruetur in praxi, vt
dicit Menoch. de recuper. remed. 15. nu. 72.
tamen ipſe contrarium ſentit. d. remed. 15.
num. 70. in fine, iuncto num. 72. in fine; mo-
uetur ex his rationibus, quia iſtud remedium
inductum eſt ad ſimilitudinem interdicti vn-
de vi, quod contra ſingularem ſucceſſorem
etiam vitioſum non conceditur. l. cum à te. ff.
de vi & vi armat. Nec pariter concedi proba-
tur de iure pontificio, quòd remedium iſtius
Canonis concedatur contra ſingularem ſuc-
ceſſorem, cùm verba; à quibuſcunque deten-
toribus; appoſita in c. cum Eccleſia. 3. quæſt.
2. poſſint intelligi de ipſis detentoribus imme
diatis maxime ſtante diſpoſitione cap. ſæpe.
de reſtit. ſpoliat. quæ aliàs fruſtratoria redde-
21 retur. Quartus caſus eſt, quando nouus ſuc-
ceſſor & poſſeſſor eſt cum bona fide, & titu-
lo, ſed titulus acquiſitus eſt poſt ipſam poſſeſ-
ſionem, & hoc caſu, quia idem titulus eſt ſu-
ſpectus de fraude, cum facilè ſupponi poſſit a-
micus à quo ematur. Curt. iun. conſ. 108. nu.
25. Crauet. conſil. 258. num. 21. verſ. ſecun-
do igitur: propterea remedium iſtius Ca-
nonis datur contra hunc ſucceſſorem prout
in caſu præcedenti: ſic videtur tenere Meno-
ch. d. remed. 15. num. 71. Guttierez. Canon.
quæſt. lib. 1. cap. 34. numer. 83. Quintus
22 caſus eſt, quando quis ſuccedit in re affecta
vitio reali, vt in re furtiua, vel quæ per
vim expulſiuam poſſidetur, & tunc etiam
ſi idem ſucceſſor haberet titulum, & bonam
fidem tamen contra eum tranſit remedium
iſtius Canonis. Socin. in l. rem quæ nobis. nu.
12. verſ. aliquando, & tertiò & ibi Aret. col.
vlt. in princ. verſ. vnde miror. ff. de acquir.
poſſ. Corn. conſ. 18. num. 11. & conſ. 62. num.
10. verſ. tamen præfertur. lib. 1. Et eos ſequi-
tur Guttierez. Canon. quæſt. lib. 1. cap. 34.
num. 85. & refert. Menoch. de recuperand. re
med. 15. nu. 77. quamuis ipſe contrarium ſen
tiat; Et de materia iſtius caſus ſatis dixi in ca-
ſu 28. nu. 19. & ſeqq.

23 Tertius caſus principalis eſt de remedio ca
nonis, ſæpe. de reſtit. ſpoliat. ſuccurrentis ſpo-
liato per beneficium reſtitutionis contra ſin-
gularem ſucceſſorem, qui ſcienter rem inua-
ſam à ſpoliatore receperit, & iſtud ſimiliter
poſſeſſorium reintegrandæ eſt, & tranſmitti-
tur ad hæredes ſpoliati, nec non ad ſingulares
ſucceſſores, ac etiam ad ceſſionarium, ſicuti
quoque de interdicto vnde vi, & de remedio
Canonis redintegranda. 3. quæſt. 1. ſupra di-
ctum eſt.

24 Ampliatur caſus, quia remedium iſtius Ca
nonis trãſit contra quemcunque ſingularem
ſucceſſorem vitioſum, & non ſolùm contra
eum qui immediatè cauſam habuit à ſpolia-
tore, ſed etiam ſi ipſe ſit ſucceſſor mediatus,
& milleſimus, & res ſpoliata per multas ma-
nus ambulauerit. Innoc. in d. c. ſæpe num. 2.
verſ. imò idem. Abb. num. 15. Ripa num. 46.
vbi de communi. Rubeus in l. naturaliter. §. ni
hil. commune. num. 60. in fine Menoch. de re-
cuperand. remed. 16. nu. 56. Ang. conſ. 157.
num. 1. verſ. ſed ſi omnes; quia ratio peccati
quod eſt fundamentum ipſius Canonis eſt ge
neralis, & militat in quocunque ſcienter ſuc-
cedente in vitio, ideo ampliat & extendit ip-
ſum canonem ad omnes caſus quibus adapta
tur ipſa ratio. Crauet. conſ. 227. num. 3. & in-
fra. Roland. conſ. 14. num. 22. & ſeqq. lib. 3. &
conſ. 6. num. 16. & ſeqq. lib. 4.

25 Declaratur ampliatio, vt ſi aliquis de me-
dijs poſſeſſoribus quæſiuit poſſeſſionem bona
fide, tunc contra eum non datur remedium
iſtius Canonis, quod patet ex ratione ſui, q a
non dicitur iniuſtè detinere, qui vitium igno-
rat, & bonam fidem habet. c. in primis 2. q.
1. & ſic tenet Innoc. in d. c. ſæpe. num. 2. verſ.
ſi autem vnus. & Abb. num. 15. de reſtit. ſpo-
26 liat. Prout nec datur contra alios ſequentes
illius ſucceſſores, niſi probatum fuerit eos ha-
bere ſcientiam vitij, & ignorãtiam bonę fidei
illius medij poſſeſſoris, quia per acquiſitioné
factam bona fide ab illo medio poſſeſſore, cen
ſetur purgatum vitium ſpolij, ideo etiam ſe-
quentes ſucceſſores præſumuntur pariter eſ-
ſe in bona fide, vt poſt Ang. concludit Me-
noch. de recuperand. d. remed. 16. numer. 56.
verſ. declaratur: probata autem ſcientia dicto
rum ſequentium ſucceſſorum de vitio, & ſpo
lio, ac illorum ignorantia de bona fide il-
lius medij poſſeſſoris, tunc procedit amplia-
tio, vt pariter contra eos tranſeat reme-

dium iſtud, Vti quaſi ſuccedentes in vitium.
Ripa in d.c.ſæpe.num.46.verſ.ſed hic ſubori-
tur.de reſtit. ſpoliat. vbi etiam quæſtionem
mouet,an condictio ex iſto canone tunc com-
petat primo ſpoliato,vel eidem bona fide quę
renti ſecundo ſpoliato, & cōcludit cum Butr.
contra Innoc. competere vtrique, ſi vltimus
poſſeſſor cognouit vtrique illatam eſſe violen
tiam,ſed dato concurſu inter eos,dicit primū
ſpoliatum præferri contra opinionem Innoc.
& Butr. Rectius autem ſenſerunt Innoc. &
Butr. quos ſequitur Menoch. de recuper. re-
med.16.num.57. vltimo tantùm ſpoliato re-
medium iſtud concedi, nàm cum illud primū
ſpolium iàm purgatum ſit per acquiſitionem
factam bona fide à ſecundo ſpoliato reſtat vl-
timum ſpolium tantum, & offenſio vltimò
ſpoliati tantùm conſideratur.
27 Declaratur primò caſus & ampliatio quia
remedium iſtius Canonis non tranſit contra
ſingularem ſucceſſorem,qui ignorat poſſeſſio
nem eſſe vitioſam.gloſ. in d.c. ſæpe. in verb.
ſcienter.de reſtit.ſpoliat.Bald.conſ.321. nu.
1.lib.3.Aretin.conſ.103.num.4.verſ.primus
eſſet.Ripa in d.c.ſæpe.nu. 40. vbi teſtatur de
communi.Menoch.de recuperand.remed.16.
num. 10. fundamentum enim dicti Canonis
conſtitutum eſt in ſcientia tanquam cauſa pec
cati, ideoque ceſſat ceſſante illius ratione.l.
adigere.§.quamuis.ff.de iurepatronat.l.quod
dictum.vbi Bart.ff.de pact.Tiraq.in tract.ceſ
ſant.cauſ.in 1.part.num.130. quod procedit
28 etiam ſi idem ſingularis ſucceſſor inceperit
habere ſcientiam violentiæ ex poſt facto,nam
ſcientia requiritur pręcisè de tempore rece-
ptionis,ibi;ſciens receperit;qualitas enim ad-
29 iecta verbo, intelligitur ſecundum tempus
verbi.l.in delictis.§. ſi damnum extraneus.ff.
de noxalib. Et licet videatur reſiſtere ratio
peccati,tamen non omnis ratio peccati fuit in
ductiua iſtius canonis,ſed ea tantùm,quæ fu-
berat tempore ſucceſſionis,nam habens ſcien-
tiam ſpolij, quaſi ſuccedit in vitium, data au-
tem ignorantia de tempore ſucceſſionis, non
poteſt dici in vitium ſucceſſio, & per has ra-
tiones ſic tenet Abb.in d.c.ſæpe.num.13.&
Ripa num.41. de reſtit. ſpoliat. poſt Cæpol.
conſ.ciuil.60.col.3.& illum tuetur Io.Coraſ.
in l.naturaliter.§.nihil commune.2.part.nu.
129.ff. de acquir. poſſeſſ. & probat Menoch.
de recuperand.remed.16.num.11.& ſeqq.
30 Declaratur ſecundò caſus, & ampliatio,
quia remedium iſtius Canonis ſimiliter non
tranſit contra ſingularem ſucceſſorem, niſi is
habeat ſcientiam rei alienæ,& etiam ſcientiā
ſpolij, ità quod non ſufficit ei,quod ſciat rem
eſſe alienam,niſi etiam ſciat illam eſſe rem ſpo
liatam; ſic enim habetur ex tex. in d.c. ſæpe.
ibi;ſcienter rem talem;quod verbum; talem;
refertur ad rem ſpoliatam demonſtratam in
parte præcedenti.l.2.ff.de vſur.l. fin.C. vnde
vi.ibi;talem poſſeſſorem;Dec.conſ.500.num.
14.verſ. & reaſſumendo: Et hanc declaratio-
nem tenent Ripa in d.c.ſæpe.num.42.Angel.
conſ.157.num.2.verſ.& attendendum.Imol.
Lanfranc.Corn.Franc. & poſt illos Menoch.
de recuper.remed.16.nu.26.
31 Declaratur tertiò caſus,vt etiam tranſmit-
tatur remedium iſtud contra ſingularem ſuc-
ceſſorem recipientem rem vacantem, dummo
do tamen ſciuerit illam eſſe vitioſam, ideſt
alienam, & ſpoliatam; nàm licet in contrariū
vrgere videantur verba tex.ibi; re per ſpolia-
torem in alium tranſlata;tamen ratio eiuſdem
tex. quòd ſciens vitium videtur ſuccedere in
vitio,præferenda eſt verbis.l.ſcire leges.ff.de
legibus.l. non dubium.C. eodem. Tiraq. in
tract.ceſſant.cauſ.in 1.part.num.139. & iſtā
declarationem ſequitur Ripa.in d.c.ſæpe.nu.
45. poſt Innoc. & Abbat. de reſtit. ſpoliat.
Alia de materia iſtius Canonis videatis per
Ripam in d.c.ſæpe.& per Menoch.de recupe-
rand. remed. 16. quia non ſpectant ad no-
ſtrum tractatum tranſmiſſionis.

*SVMMARIVM.*

1 *Nunciatio noui operis ex parte eius cui nun-
ciatur non extinguitur morte, nec alienatio-
ne, ſed tranſit contra ſucceſſorem etiam ſin-
gularem: intellige quoad patientiā deſtruen
di operis, ſecus quoad pœnas, vel expenſas. 2.
ſecus eſt ex parte nunciantis 3.
Fallit num. 5. & ſeqq.*
4 *Voluntas morte finitur, & ad hæredes non
tranſit.*

## CASVS XLIII.

*Nuntiatio noui operis, an tranſeat ad alios.*

1 NVnciatio noui operis ex parte
illius cui nunciatur non extin-
guitur morte, nec alienatione,
ſed tranſit contra ſucceſſorem
etiam ſingularem. l. non ſo-
lum §.morte.l.fin.ff.de oper. nou. nunciat. &
ratio eſt quia ex parte illius cui nunciatur eſt
in rem ſcripta.l. operis.l. de pupillo.§. ſi plu-
rium. d.l. fin. ff. eod. ideo ſequitur illius
poſ-

poſſeſſorem.d.l.fin. & l.actionum genera.in princ.ff.de action.& obligat.

2 Declaratur tamen habere locum quoad patientiam deſtruendi operis, ſecus quoad pænas, vel expenſas.l.prætor ait.§.hoc interdictum.il 1.verſic.planè.& l. pen. ff. de oper. nou.nunciat.concordat l.competit.§. in ſumma.ff.quod vi, aut clam.& facit.§.non autem. inſtit.de perpet.& temp.action.

3 Ex parte autem nunciantis non tranſmittitur nunciatio, ſed morte ipſius nunciantis, ac etiam rei alienatione extinguitur, itaquod hæredes eius non poſſunt agere interdicto de molitorio.d.l.non ſolùm.§.morte.ff.cod.de oper.nou. nunciat. Et ratio eſt, quia ex parte nunciantis eſt in perſonam.gloſ. vlt. in d. §. morte. & ita ſummant ibi Bart. Paul. de Caſtr.& Iaſ.& dicit Hormannoct.num. 2.nunciatio enim vti actus, qui non geritur cum aliquo dependet à mera voluntate nunciantis, quæ voluntas morte finitur, & non tranſit ad hæredes.l.4.ff.locat.ſic Bart.in d.§.morte.num. 3.& Rubeus.nu.4.48.& 142.

5 Declaratur primò, vt tunc demum verum ſit, quod nunciatio ex parte nunciantis extinguitur morte vel alienatione, ſi res erat integra, nec aliquid de opere factum erat, quia ſi res integra non fuiſſet, ſed aliquid factum eſſet de opere, tunc tranſmittitur ad hæredes.d. l.prætor ait.§.hoc interdictum.il 1. Ac inſu-
6 per tranſmittitur quoque ad ſucceſſores in rem gloſ.in d.§.hoc interdictum.in verb.ſucceſſoribus; quem ibi ſequitur Dyn.& Bart. num.4.& Iaſ. num.6. qui etiam teſtantur ſic omnes tenere, & adducunt rationem, quia interdicta ſunt in rem ſcripta.l. 1. §. interdicta. ff.de interdict.

7 Declaratur ſecundò, quia ſi nunciatio facta fuiſſet nomine nunciantis, & hæredum, tunc tranſiret etiam ad hæredes.l. diem.§. ſi hæredis.ff. de arbitr. & per illum tex. Bart. in d.§. morte.nu.5.Paul.de Caſtr.& Iaſ.nu.2. Hormannoct.num.2.33.& 34.

## *SVMMARIVM.*

*1 Beneficium reſtitutionis in integrum tranſitorium eſt ad hæredes & etiam ad hæredes hæredis.4. & tam ſi ſint hæredes ab inteſtato, quàm ex teſtamento.3.etiam ſi læſio proueniat à contrauentione conditionis ordinatæ à teſtatore. 2. etiam ſi læſio contingat hæreditate iacente.5. ac item tranſmittitur contra hæredes aduerſarij.6.*

*7 Inſtantia cauſæ incæpta ſuper reſtitutione in integrum ad hæredes tranſit.*

*8 Beneficium reſtitutionis in integrum tranſmittitur ex quocunque capite competat, & tranſmittitur tàm ad maiores, quàm ad minores.*

*9 Beneficium reſtitutionis in integrum tranſit in ſubſtitutum vulgarem intellige quando agitur de læſione teſtatoris, ſecus ſi de læſione hæredis inſtituti & idem quod de ſubſtituto vulgari dicitur de ſubſtituto fideicommiſſario.13 In ſubſtitutum autem pupillarem tranſit indiſtinctè 11.*

*10 Subſtitutus vulgaris ſuccedit teſtatori, non hæredi: ſubſtitutus pupillaris ſuccedit pupillo.12. 18.ſubſtitutus fideicommiſſarius ſuccedit teſtatori, non hæredi grauato. 14.16.*

*15 Reſtitutio in integrum non competit aduerſus ea, quæ approbata ſunt. 25.*

*16 Reſtitutio in integrum aduerſus aditionem hæreditatis damnoſæ factam per grauatum non competit ſubſtituto vulgari, vel fideicommiſſario, ſubſtituto autem pupillari aduerſus aditionem paternæ hæreditatis factam per pupillum ſic.17.*

*19 Ex actu neceſſario non inducitur approbatio, vel conſenſus.*

*20 Beneficium reſtitutionis in integrum tranſit etiam in fiſcum & num.ſeq. ac etiam in ſucceſſorem ſingularem.24.*

*21 In fiſcum non tranſeunt iura futura: niſi habeant originem à præterito 23.*

*22 Fiſcus eſt ſucceſſor vniuerſalis in omnibus actionibus actiuis & paſsiuis.*

*25 Beneficium reſtitutionis in integrum non tranſmittitur, cùm competit ex cauſa non tranſmiſsibili.*

*26 Aduerſus actum expreſsè, vel tacitè approbatum non competit, nec tranſmittitur reſtitutio in integrum.*

*Approbatio autem tacita quibus modis inducatur, adducuntur exempla.27.*

*28 Beneficium reſtitutionis in integrum tranſmittitur ad hæredes eo modo, & forma, qua competebat defuncto, & non aliàs: Fallit quando læſio perficitur in puncto mortis, vt in minore, qui decedit hæreditate non adita.29.*

*30 Beneficium reſtitutionis in integrum tranſmitti poteſt etiam per viam ceſsionis.*

## CASVS XLIV.

*Reſtitutionis in integrum beneficium an ad hæredes vel alios tranſmittatur.*

1 BEneficium reſtitutionis in integrũ ad hæredes tranſitorium eſſe paſſim probatur in l. non ſolum. ff. de reſtit. in integr. l. minor autem magiſtratus. §. non ſolum. ff. de minorib. l. cum miles. ff. ex quib. cauſ. maior. l. 1. C. de reſtit. milit. l. ſtichum. §. quod vulgò. ff. de ſolut. l. ex perſona. C. de tempor. in integ. reſtit. l. 1. C. ſi aduerſ. dot. & ratio eſt, quia licet perſona ſit cauſa iſtius beneficij, tamen non eſt cauſa proxima & immediata, nam proxima & immediata cauſa huiuſmodi beneficij eſt læſio, & deceptio patrimonij. Dyn. in reg. priuilegium lib. 6. & ibi Ioan. And. & Franc. num. 3. & Dec. in l. in omnibus cauſis id. num. 3. & 4. ff. eod. & conſ. 51. num. 2. Afflict. ſuper conſtit. Regni lib. 2. rubric. 40. num. 19. Gomeſ. in §. æque. num. 3. verſ. pro iſta. iuncto verſ. non obſtat. inſtit. de action. Menoch. conſ. 33. num. 45. læſo autem ſiue decepto competit officium iudicis pro recuperatione eius quod per læſionem perdidit, ob id non dicitur illud perdidiſſe, imò in bonis, & patrimonio habere. l. nemo. ff. de reſtit. in integr. l. rem in bonis. ff. de acquir. rerum domin. l. bonorum. la 1. §. in bonis. ff. de verb. ſignif. l. qui actionem. ff. de reg. iur.

2 Ampliatur primò caſus vt procedat etiam ſi læſio proueniat à contrauentione, vel non paritione conditionis à teſtatore ordinatæ; nam ſi teſtator mandaſſet filiam minorem nubere certis adiectis conditionibus, & ipſa conditionibus non adimpletis, imò neglectis deceſſerit, beneficium reſtitutionis in integrum ſibi competens ad eius hæredes tranſmittit: ſic poſt Curt. conſ. 67. tenet Maurit. de reſtit. in integr. cap. 287.

3 Ampliatur ſecundò caſus, vt procedat nõ ſolùm in hærede ex teſtamento, ſed etiam ab inteſtato, quia leges de hoc loquentes non diſtinguũt. l. de pretio. ff. de public. in rẽ action. c. ſolitæ. §. 1. de maior. & obed. & ſic de communi refert Villalob. in verb. reſtitutio. num. 44. Odd. de reſtit. in integr. quæſt. 50. art. 1. num. 14.

4 Ampliatur tertiò, quia tranſmittitur quoquè ad hæredes hæredis Rub. conſ. 57. num. 2. qui teſtatur de communi, & illum refert Villalob. in verb. reſtitutio. num. 43. Bero. in c. cum ſit Romana. num. 46. verſus finem. de appellat. Odd. de reſtit. in integr. quæſt. 50. art. 1. num. 15.

5 Ampliatur quartò, quia beneficium reſtitutionis in integrum tranſmittitur ad hæredes etiam quando læſio contingit hæreditate iacente Alex. conſ. 45. numer. 8. lib. 5. allegat Dyn. Bart. & Doct. in l. ad diem. ff. de verb. obligat. Odd. d. quæſt. 50. art. 1. nu. 16.

6 Ampliatur quintò, quia iſtud beneficiũ reſtitutionis in integrum non ſolùm tranſmittitur ad hæredes tranſmittentis, ſed etiam contra hæredes aduerſarij. l. ſi intra. l. de tutela. C. de reſtit. in integr.

7 Ampliatur ſextò, vt procedat etiam in inſtantia cauſæ reſtitutionis in integrum inceptæ: nam ſicut inſtantia ſuper actione tranſit ad hæredem. l. ſi eum hominem. ff. de fideiuſſor. cum ſimilib. ita etiam tranſit ad hæredes inſtantia ſuper officio iudicis d. l. ſi intra. vbi Bald. C. de reſtit. in integr. Maurit. in tractat. de reſtit. in integr. cap. 19.

8 Ampliatur ſeptimò, quia non ſolum minor ex capite minoris ætatis tranſmittit iſtud beneficium reſtitutionis in integrum, ſed etiam omnes alij, qui ex alio quocunque capite in integrum reſtitui poſſunt. l. non ſolum. ff. de reſtit. in integr. ibi ſi item omnium qui ipſi potuerunt reſtitui in integrum; & non ſolùm beneficium iſtud tranſmittitur ad minores, ſed etiam ad maiores l. minor autem magiſtratus. §. non ſolùm. & l. ſeq. vbi gloſ. in verb. ex anno. in princ. ff. de minorib.

9 Ampliatur octauò, vt beneficium reſtitu-
tionis in integrum tranſmittatur quoquè in
ſubſtitutum. l. non ſolùm. ff. de reſtit. in integ.
Declaratur tamẽ ampliatio, quia ſi loquimur
de ſubſtituto vulgari, tunc demum beneficiũ
iſtud reſtitutionis in integrum tranſit in ip-
ſum ſubſtitutum vulgarem, quando agitur de
læſione teſtatoris, quando autem agitur de
læſione ipſius hæredis inſtituti ex propria læ-
ſione ipſius, tunc non tranſit, & ratio eſt, quia
10 ſubſtitutus vulgaris eſt hæres teſtatoris, &
non eſt hæres hæredis. §. 1. poſt princ. inſtit.
11 de pupill. ſubſtit. Si vero loquimur de ſubſti-
tuto pupillari, ad eum tranſit beneficium re-
ſtitutionis in integrum indiſtincte, ſiue illud
competeret teſtatori, ſiue ipſi pupillo hæredi;
nam ſi competebat pupillo forſan pro aliqui-
bus perperam geſtis ab eo, tranſit ea ratione,
12 quia ſubſtitutus pupillaris eſt hæres pupilli.
l. ſed ſi plures. §. ad ſubſtitutos. ff. de vulg. &
pupill. §. 1. poſt princ. inſtit. de pupill. ſubſtit.
& ſi competebat teſtatori tranſit ex eo, quia
licet ſubſtitutus pupillaris ſit hæres pupilli,
non te-

non teſtatoris; tamen reſtitutio in integrum
tranſit quoque ad hæredem ipſius hæredis, vt
dictum eſt num. 3. Et ſi loquimur de ſubſtitu-
13 to fideicommiſſario tunc idem dicendum eſt
vt in ſubſtituto vulgari, quòd ſi agitur de læ-
ſione teſtatoris, tunc tranſmiſſum cenſeatur
beneficium reſtitutionis in integrũ in ipſum
ſubſtitutum, ſi autem de læſione grauati ſe-
14 cus; & eadem eſt ratio, quia per fideicommiſ-
ſariam ſubſtitutionem ſucceditur teſtatori,
non hæredi grauato. l. cohæredi. §. cum filiæ.
ff. de vulg. & pupill. gloſ. in l. 1. in gloſ. ma-
gna, & ibi Doctores. C. de pactis. Iaſ. in l. qui
Romæ. §. duo fratres. nu. 13. ff. de verb. obli-
gat. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 8.
tit. 12. num. 39. nec eſt vera diſtinctio, quam
facit Odd. de reſtit. in integr. quæſt. 50. art.
2. num. 36. 37. vbi dicit quod ſi fideicommiſ-
ſarius damnum ſentit in bonis fideicommiſ-
ſarijs ex eo, quia magis intereſt ſua reſtitui in
integrum aduerſus poſſeſſorem, vel credito-
rem, quàm regreſſum habere contra hæredes
grauati, vel agere reuocatoria aduerſus poſ-
ſeſſores, tunc datur ei reſtitutio tranſmiſſa ex
perſona minoris grauati, ſaltem quia dum hæ-
reditas fuit in manibus ipſius grauati, poteſt
dici hæreditas iacens; hæc enim fundamenta
iure non probantur, quia nec ad ſubſtitutum
fideicommiſſarium aliquid tranſmittitur ex
perſona grauati, nec iacens dici poteſt hære-
ditas, quæ ab hærede grauato poſſeſſa eſt.
15 Verùm, quia reſtitutio in integrum non
competit aduerſus ea, quæ approbata ſunt. l.
1. 2. C. ſi maior fact. l. 3. §. 1. ff. de minorib. ie-
16 circo ſuboritur dubium, an ſubſtitutus adeũ-
do hæreditatem dicatur approbare aditionẽ
hæreditatis damnoſæ, & læſiuæ factam per
grauatum, ita quod excludatur à reſtitutione
in integrum aduerſus ipſam aditionem gra-
uati, & reſolutio iſtius dubij pendet ex præ-
dictis, quod cum non agatur de aditione, &
læſione teſtatoris, ſed de aditione, & læſione
hæredis grauati, & cùm ſubſtitutus vulgaris,
vel fideicommiſſarius non ſit hæres ipſius gra
uati, ſed teſtatoris, propterea ad ipſum ſubſti
tutum vulgarem vel fideicommiſſarium re-
17 ſtitutio non tranſit: quò vero ad ſubſtitutum
pupillarem, an ſcilicet ſubſtitutus pupillaris
adeundo pupillarem in qua reperit hæredi-
tatem paternam, cenſeatur approbare aditio-
nem ipſius paternæ hæreditatis factam per pu
pillum, ita quod illi deneganda ſit reſtitutio
in integrum quoad eandem paternam hære-
ditatem, maius dubium eſt, nam pro parte af-
firmatiua eſt gloſ. in l. paterfamilias. in verb.
ſeruandum. verſ. vel melius. ff. de priuileg. cre
dit. quam gloſ. ſequitur, & illam ſingularem
eſſe dicit Bart. ibi num. 2. & Ang. Aret. in §. ſi
quis agens. num. 10. inſtit. de action. Roman.
ſingul. 98. Caballin. ſuper conſtit. March. lib.
6. cap. 13. num. 5. in fine. Maurit. de reſtit. in
integr. cap. 15. num. 9. & ratio eſt quia erat in
poteſtate eiuſdem ſubſtituti hæreditatem pu
pilli non adire, ideò ſi volens & ſciens aditam
à pupillo hæreditatem acceptauit, meritò nõ
eſt reſtituendus. Pro parte autem negatiua
quòd non cenſeatur inducta approbatio, nec
excludatur à reſtitutione iure tranſmiſſo ex
perſona ipſius pupilli, voluit idem Bart. in l.
ſed ſi plures. §. ſi ex aſſe. ſub nu. 1. ff. de vulg.
& pupill. & in l. quidam elogio. ſub num. 3.
verſ. vide gloſ. C. de iur. deliber. & in l. fin. ſub
num. 7. verſ. primo caſu. ff. de acquir. hæredit.
ſequitur Imol. in d. l. ſed ſi plures. §. filio; &
ibi Paul. de Caſtr. ff. de vulg. & Corn. in d. l.
quidam. col. 2. verſ. nec habeat aliquem; &
hanc opinionem magis veram, & æquam eſſe
18 credo, quia ſubſtitutus pupillaris eſt hæres
pupilli. l. ſed ſi plures. §. ad ſubſtitutos. ff. de
vulgar. & pupillar. §. 1. inſtit. de pupill. ſub-
ſtit. ob id reſtitutio, quæ competebat eidem
pupillo aduerſus aditionem prædictam, com
petit quoque ſubſtituto iure tranſmiſſo ex
perſona ipſius pupilli ex iuribus allegatis in
caſu principali, vbi firmatum eſt reſtitutionẽ
in integrum ad hæredes tranſmitti, nec hære-
ditas ipſa pupillaris ſeparari poteſt ab hære-
ditate paterna. d. l. quidam elogio. C. de iure
deliber. & l. paterfamilias. ff. de priuil. credit.
& vtrobique Doctores; ideo cum coniunctio
19 iſtarum hæreditatum ſit neceſſaria, nullam
exinde approbationem, vel conſenſum reſul-
tare manifeſtum eſt. l. 3. §. ſcio etiã. & ibi gloſ.
in verb. reſtituendum. & Bart. ff. de minorib.
l. in omnibus. l. in delictis. ff. de noxa lib. §. ſi tu
tor. & ibi gloſ. in verb. ſi tutor. inſtit. de inoff.
teſtam. l. velle non creditur. ff. de reg. iur. &
ſic etiam tenet, & tuetur Odd. de reſtit. in in-
tegr. quæſt. 50. art. 2. num. 32. 33.
20 Ampliatur nonò caſus principalis, vt bene-
ficium reſtitutionis in integrum tranſeat quo
què in fiſcum, nam licet contrarium dicendũ
21 videretur, attento quod in fiſcum non tran-
ſeunt ea quæ non ſunt in bonis delinquentis
tempore commiſſi delicti. l. ſi mandauero ti-
bi, vt pro me. §. is cuius bona. ff. mandat. Pere-
gr. de iure fiſc. lib. 5. tit. 1. nu. 132. & per hanc
rationem ità conſuluit Cephal. conſ. 32[illegible]. nu.
66. & ſeqq. lib. 3. nihilominus vera eſt amplia
22 tio, nam fiſcus eſt ſucceſſor in omnibus actio-
nibus

nibus actiuis, & paſſiuis. l. tutoris. C. ad leg.
iul. de vi public. l. ſi ademptis. C. de ſent. paſſ.
l. ſi vt proponis. C. de bonis damnat. & eſt ſuc
ceſſor vniuerſalis. Iaſ. in l. ſi quis mihi bona. §.
1. num. 11. ff. de acquir. hæredit. Paul. de Ca-
ſtr. conſ. 441. num. 5. lib. 1. Boſs. de bonor. pu
blicat. nu. 13. Peregrin. de iure fiſci. lib. 5. tit.
1. num. 53. & non obſtat, quod iura futura nõ
23 veniant in fiſcum, quia fallit in his, quæ ha-
bent originem à præterito: Boſſ. in tit. de bo-
norum publicat. num. 15. & ſic in ſpecie quòd
in fiſcum tranſeat beneficium reſtitutionis in
integrũ, tenet Odd. de reſtit. in integr. quæſt.
50. art. 4. & Peregr. de iure fiſci lib. 5. tit. 1.
num. 84.

24 Ampliatur decimò, quia beneficium reſti-
tutionis in integrum tranſmittitur, quoquè
in ſingularem ſucceſſorem, ita quod emptori,
donatario, legatario, vel alio ſingulari ſucceſ-
ſori competit ius petendi reſtitutionem in
integrum, quæ competebat venditori, dona-
tori, teſtatori, vel alteri autori, vt poſt Bald. &
Alber. in l. non ſolum. ff. de reſtit. in integr. tra
dit Odd. in eod. tract. de reſtit. in integr.
quæſt. 50. art. 3.

25 Declaratur primò caſus principalis non
procedere, quando beneficium reſtitutionis
in integrũ competebat aduerſus aliquod ius
non tranſmiſſibile, puta immunitatem, tacitã
hypotecam in bonis tutorum, vel alia perſo-
nalia, quæ cum perſona extinguũtur, de qui-
bus dixi in caſu 23. num. 2. tunc enim licet de
functo ex priuilegio perſonæ competeret re-
ſtitutio in integrum quæ eſt tranſmiſſibilis,
quia tamen competebat ex cauſa non tranſ-
miſſibili, ideo tranſmitti non poteſt. arg. l. Põ
ponius. §. cum quis. ff. de acquir. poſſeſs.

26 Declaratur ſecundò non procedere, quan-
do hæres expreſſe, vel tacite approbauit, &
confirmauit geſta defuncti, nam aduerſus ea,
quæ approbauit reſtitui non poteſt. l. 1. 2. C.
ſi maior fact. l. 3. §. ſi quis. ff. de minoribus: ap-
27 probatio autem tacita multis modis induci-
tur, puta ſi quis contractu, inſtrumento, vel
actu vtitur modo aliquo, ſiue alias eum obſer
uat, vel illius vigore aliquid dat, vel recipit,
cenſetur ipſum contractum, inſtrumentum,
& actum approbare: de vſu illius. Bald. conſ.
349. num. 5. lib. 1. Dec. conſ. 463. num. 19. de
eius obſeruatione Ang. conſ. 171. Crauet. cõ-
ſil. 380. num. 10. & de datione, ac receptione.
l. quidam ex parte. ff. de euict. Paul. de Caſtr.
cõſ. 330. verſ. ad probationem. lib. 2. Crauet.
conſ. 351. nu. 10. iccirco qui agit vigore eiuſ-
dem contractus, ſcripturæ, vel inſtrumenti, vi
detur ipſum approbare. Bald. conſ. 34. num.
1. vol. 2. & conſ. 14. vol. 5. Gozadin. conſ. 42.
num. 19. Crauet. conſ. 65. nu. 6. verſ. hoc ita,
& conſ. 524. num. 1. Dec. conſ. 297. num. 2.
quod verum eſt etiam ſi quis agat ex contra-
ctu alterius. l. ſi ſeruus alienus. ff. de fideiuſſo-
rib. idem eſt ſi quid ſoluitur vigore alicuius
contractus, vel inſtrumenti. arg. l. ſi ponas. §.
ſi hæreditatem. ff. de inoffic. teſtam. §. fin. in-
ſtit. de hæred. qualit. & different. & firmauit
Bald. conſ. 184. num. 5. lib. 2. & Alex. conſil.
127. num. 1. in fin. lib. 5. Dec. conſ. 583. num.
6. idem ex retentione rei, quia pariter reſultat
tacita actus approbatio. Paul. de Caſtr. conſ.
300. in fin. lib. 2. Crauet. conſ. 151. num. 30.
Dec. d. conſ. 583. num. 6. Idem quando exi-
gitur ratio adminiſtrationis factæ vigore ali-
cuius contractus, teſtamenti, vel inſtrumenti.
Paul. de Caſtr. conſ. 1. num. 3. lib. 1. allegat in
arg. l. procula. ff. de probat. & illũ refert Cra-
uet. conſ. 204. num. 13. in fin. Idem de ſubſcri
ptione, nam qui ſubſcribit ſe alicui ſcripturæ,
videtur illam approbare. Gabriel. concluſ. 3.
de præſumpt. Idem de eo, qui apponit ſigil-
lum, idem Gabriel. concluſ. 4. de præſumpt.
Idem cum quis ordinat, vel quoquomodo ſta
tuit ſuper aliqua re. Crauet. conſ. 204. num.
13. 14. Idem ſi quis accipit bona ſibi per lau-
dum adiudicata, nam ipſum laudum cenſetur
ex huiuſmodi bonorum acceptatione appro-
bare. Paul. de Caſtr. conſ. 116. ſub num. 3. ver
ſic. reſtat reſpondere lib. 1. Dec. conſ. 618. nu.
2. Idem ſi fiat compoſitio, vel tranſactio litis,
& controuerſiæ de aliquo contractu, vel teſta
mẽto, quia inducitur illius approbatio. l. cum
mota. C. de tranſact. Paul. de Caſtr. conſ. 375.
num. 1. verſ. ſecundò. lib. 1. Crauet. conſ. 754.
num. 8. Idem ſi diſponitur de re legata, quia
videtur legatum agnoſci. l. ſi auia. C. de iure
deliber. Dec. conſ. 45. num. 3. verſ. diſpoſuit.
Crauet. conſ. 261. num. 3. Menoch. conſil. 1.
num. 490. idem ſi petitur dilatio temporis ex
cauſa ſoluẽdi. l. ad ſolutionem. C. de re iudic.
Ang. in l. cum te. num. 1. C. quod met. cauſ.
Dec. conſ. 618. num. 2. idem ex perceptione
fructuum. Alex. conſ. 88. num. 32. lib. 5. per
tex. in l. litibus. C. de agric. & cenſit. lib. 11.
ſequitur Dec. conſ. 58. num. 2. & conſ. 583.
num. 4. & ante eos Rota Rom. deciſ. 9. de re-
ſtit. ſpol. in nouis; idem ſi recipitur penſio pro
contractu locationis Cyn. & Bald. in l. 2. C.
de dot. promiſſ. per tex. in l. 2. C. de iure Em-
phit. Dec. conſ. 583. nu. 8. verſ. vltimo. Alex.
conſ. 127. num. 2. vol. 5.

28 Declaratur tertiò caſus, quia ad hæredes

non tranſit aliud beneficium reſtitutionis in integrum,niſi illud quod competebat defuncto dum viuebat, itaquod ſi defunctus non poterat reſtitui multò minus poteſt reſtitui hæres.l.quod ſi minor.§.ſcæuola.in fin.ff. de minorib. ideoquè ſi ipſe defunctus reſtitui nõ poterat forſan ob lapſum temporis reſtitutionis,nec hæres reſtitui poterit. Bart.in l. nõ ſolùm.num.2.& ibi Ang.num.2.Bald.conſil. 226.lib.1.Et pariter ſi reſtitui non poterat ratione propriæ perſonæ, puta contra patrem, vel patronum propter eorum reuerentiam,vt l.fin.C.qui & aduerſ.quos;ſimiliter nec contra eoſdem patrem,vel patronum reſtitui poſſunt hæredes.gloſ. 1.in l. non ſolùm.ff.de reſtit.in integr.itidem ſi defunctus non poterat reſtitui ex eo,quia nõ erat læſus, ſimiliter nec reſtitui poteſt hæres ex iure tranſmiſſo, quãuis læſio in perſona ipſius hæredis incipiat. Odd. de reſtit. in integr. quæſt.50.art.1. numer.10.

29 Subdeclaratur declaratio iſta, vt non procedat quando læſio perficitur in puncto mortis,tunc enim defunctus tranſmittit auxilium reſtitutionis in integrum ad hæredes,licet ipſe viuens illud non haberet,Exemplum eſt in minore,qui decedit hæreditate non adita, nã eius hæres poteſt reſtitutionem in integrum obtinere ad adeundum,quamuis minor dum viueret reſtitui non poſſet, attento quod non erat læſus ex eo,quia læſio perfecta eſt in puncto eius mortis tantùm.l.Pantonius.ff.de acquir. hæred. l.1. C. de reſtit. minor. Bart. & Ang.in l.nõ ſolùm.ff.de reſtit.in integr.Odd. de reſtit. in integr.quæſt.50.art.6.

30 Præterea iſtud beneficium reſtitutionis in integrum poteſt etiam cedi. l. quod ſi minor. in princ.ff.de minoribus.l.ſi minoris.ff.de adminiſtrat.tut.l.alterius.§.non idcirco. ff. de tut.& rat.diſtrah. Crauet. conſ.191. num.2. & conſ.127.num.15.in fin.Roland.conſ.28. num.28.lib.2.Maurit.in tract.de reſtit.in integr.cap.17. Odd. in eodem tract. quæſt.50. art.3. Tiraq. de retract. lignag. §.26. gloſ.3. num.13.vbi alios omnes recenſet, & ratio eſt nam quæ ſunt tranſmiſſibilia ad hæredes extraneos,ſunt etiam ceſſibilia, ſed reſtitutio in integrum eſt tranſmiſſibilis ad extraneos hæredes, vt viſum eſt de ſubſtitutis, fiſco, & alijs,ergo etiam ceſſibilis: ſic Ioan. Igneus in repet.l.dudum.num.57.in fin.C.de contrah. empt.Roland.conſ.28.num.27.lib.2.

*SVMMARIVM.*

1 *Donatarius ex donatione cauſa mortis præmoriens donanti non tranſmittit bona donata ad hæredes,ſed ea redeunt ad donantem.*

2 *Legatarius præmoriens teſtatori legatum ad hæredes non tranſmittit.*

3 *Donatarius ex donatione inter viuos præmoriens donanti; bona donata, & actionem ad ea conſequẽdum tranſmittit ad hæredes ac etiam contra hæredes donantis.7. Et procedit etiam in donatione inter virum & vxorem quæ tamen iuramento vallata eſt.4. Et pariter procedit in donatione iurata facta inter patrem & filium.6. ac etiam procedit in fideicommiſſo facto in donatione.nu.8.*

5 *Furor,affinitas, vel alius euentus ſuperueniens non infirmat acta,quæ ſortita ſunt effectum.*

9 *Donatio remuneratoria non eſt propriè donatio,& eſt irreuocabilis,& ad hæredes tranſmittitur.*

10 *Donatio cauſa mortis,quam donator promiſit non reuocare,tranſit in donationem inter viuos,& ad hæredes tranſmittitur, & procedit ſiue promiſſio appoſita ſit in diſpoſitione principali,ſiue in fine inſtrumenti in clauſulis executiuis.12.& ſeqq. Promiſſio autem hæc non reuocandi reſultat multis modis recitatis num.11.*

13 *Clauſulæ omnes in quacunque parte inſtrumenti,cenſentur appoſitæ de voluntate partium.*

14 *Inſtrumenta valida non ſunt niſi a notario coràm partibus lecta, & à partibus approbata fuerint: idem de teſtamento nuncupatiuo,excepto teſtamento inter liberos.16.*

15 *Verba inſtrumenti poſt illius publicationem, & approbationem,non verba notarÿ,ſed partium eſſe dicuntur.*

17 *Promiſſio non reuocandi donationem cauſa mortis, illam non tranſmutat in donationẽ inter viuos,ſi vti donatio inter viuos non valeret,vt eſt donatio omnium bonorum præſentium & futurorum, quæ neque iuramento confirmatur.18.& donatio facta vltra ſummam.500. aureorum.21. & donatio facta per patrem filio.19.vel inter virum,& vxorem.20.*

22 *Promiſſio non reuocandi donationem cauſa mortis, illam pariter non tranſmutat in donationem inter viuos,quando facta eſt in teſtamento reuocato, vel in codicillis reuocatis.*

23 Sti-

23 *Stipulatio de ſui natura irreuocabilis, efficitur reuocabilis, ſi interpoſita eſt ex cauſa vltimæ voluntatis.*

24 *Voluntas teſtatoris eſt ambulatoria vſque ad mortem.*

25 *Donatio cauſa mortis facta pro ſe & hæredibus, trāſit in donationem inter viuos, ideo donatarius præmoriens tranſmittit.*

26 *Agnatus cui facta eſt donatio ea conditione, vt bona donata poſt eius mortem vadant ad extraneum; decedens cum liberis tranſmittit bona ad eius liberos excluſo extraneo ſubſtituto, ſi apparet donatorem habuiſſe rationem conſeruandæ agnationis; aliàs non.*

27 *Donatio quando inter viuos, & quando cauſa mortis cenſenda ſit; remiſſiue.*

## CASVS XLV.

*Donatio, quando ad hæredes tranſmittatur.*

DOnationis materia, in quantum concernit tranſmiſſionem, infraſcriptis caſibus diſtinguenda eſt.

1 Primus eſt caſus de donatione cauſa mortis, & natura iſtius donationis eſt, vt euaneſcat per mortem donatarij, qui prædecedit donanti.l.non omnis.in princ. ff. ſi cert.petat.§.1.inſtit.de donat.l.ſi vir vxori. §. vxor viro. ff.de donat. int. vir. & vxor. & prouenit ex præſumpta mente donantis, quē lex præſumit voluiſſe donare illi donatario tantùm non autem eius hæredibus, cùm non eandem fiduciam de illis, ac de ipſo donatario habuerit, vt ſentit Alciat. reſponſ.99.nu. 24.& cōfert quod is ſcribit ibidem. num.17. poſt Bald.conſ.391.lib.3. Fulgoſ.conſ.17. & Bologn.conſ.64.dum inquit, quod quando quis donat Caio, & eius hæredibus, intelligitur donare hæredibus contemplatione ipſius Caij, quod ſi in eius perſona effectum non habet, nec in perſona ipſorum hæredum, & hos refert, ac ſequitur. Menoch. conſ.84. nu. 15. 16.& conſequenter bona donata ad hæredes ipſius donatarij præmortui non tranſmittuntur, ſed redeunt ad donantem. l.ſi inter virū. ff.de reb.dub. Bald.in l.2.C.de iur.dot.Paul. de Caſtr.in l.quod de bonis.§. ex donationibus.num.2.ff.ad leg.Falcid.Iaſ.in d.l.nō omnis.num.5.& ibi Dec.num.7.& 8.Alex.conſil.14.num.3.lib.1.& conſ.78. num.4. lib.4. Crauet.conſ.214.num.18.Iaſ.conſ.6. aliàs. 245.num.4.lib.3.& ratio eſt, quia hæc donatio habet naturam legati.l.illud. ff. de donat.
2 cauſ.mort.d.§.1.inſtit. de donat. legatarius autem præmortuus teſtatori non tranſmittit ad hæredes.l. vnic. §. pro ſecundo. C. de caduc.tollen.l.non putauit.§.à primo. ff. de bonor.poſſ.cont.tabul.

Ampliatur vt idem ſit in donatione conditionali cauſa mortis, ſi contingat donatariū decedere pendente cōditione, quia donationem ipſam ſimiliter ad hæredes non tranſmittit, niſi quando facta eſſet pro ſe, & hæredibus.Bald.conſ.93.num.1.vol.2.& dicam inferius num.25.

3 Secundus caſus eſt de donatione inter viuos; hæc autem donatio non euaneſcit, ſi donatarius præmoriatur donanti, ſed bona donata, & actio ad ea conſequendum tranſmittitur ad hæredes.l.illam.l.ſi quis argentum.§. fin.in fin.C.de donat.Roland.conſ.77.num. 12.lib.1.poſt Bald.cōſ.195.lib.4.& Bertrād. conſ.233.col.fin.vol.2.& ratio eſt, quia eſt irreuocabilis.l. perfecta. C. de donat. quæ ſub modo. l. fin. in princ. & §. ex his enim. C.de reuoc.donat.§.aliæ.inſtit. de donat. & æquiparatur titulo venditionis. d.l. illam. verſ.nā ſicut.C.de donat.

4 Ampliatur primò vt procedat quoquè in donationibus factis inter maritum, & vxorē iuramento tamen vallatis, nam ſi donatarius prędecedat donanti, bona donata ad hęredes tranſmittit, nec redeunt ad donantem, & ratio eſt, quia donatio iurata inter virū, & vxorem eſt valida.Bart.in l.ſeius, & augerius nu. 7.& ibi Alex.num.13.ff.ad leg. Falcid. Crauet.conſ.81.num.1. verſ. ſed præmiſſis. Roland.conſ.77.num.2. lib.1. Couar. in rubric. de teſtament.part.2.num.10.Craſſ. in §. donatio.quęſt.6.numer.3.Clar.in eodem.§.donatio.quęſt.9. num.3. vbi omnes alios adducit, & teſtatur ab hac opinione tanquam indubitabili non eſſe in iudicando aut conſulēdo recedendum, quamuis donatarius prędecedat donatori.Bald.Nouell. in tract. de dote.part.10.num.10.verſ.inſuper.Gabriel.concluſ.3.num.21.de donat. idem Craſſ.in §.donatio.quęſt.6.num.3. verſ. & nota. & conſequenter eſt irreuocabilis. Roland.d.conſ.77. num.9.lib. 1.Ripa reſponſ.124. nu.6. Euen-
5 tus enim ſuperueniens non debet infirmare actum, qui effectum ſortitus eſt.l.nec enim.ff. de itin. actuquè priuat.l.ſancimus.la.1.C.de adminiſtrat.tut. c. factum & ibi gloſ. de reg. iur.in 6. ideo furor ſuperueniens non vitiat acta prius geſta.l.qui furere, & ibi Bart. ff. de ſtat.homin.l.ſi quis alicui.ff.de acquir. hæredit.l.qui in poteſtate.§.fin.ff.de teſtam. §. itē

furioſi.

furioſi.inſtit.quib.nõ eſt permiſſ.fac. teſtam. c.neque furioſus.32.q.7.ſic etiam affinitas ſuperueniens non dirimit matrimonium antea contractũ.c.diſcretionem. de eo qui cognou. conſang.vxor.ſuæ. vbi gloſ. in verb. afficere. ſic maleficium, vel delictum ſuperueniens nõ poteſt irritare quòd legitimè factũ eſt. Bald. conſ.349.nu.2.vol.3. Crauet. conſ. 102.nu. 2.& in terminis donationis iuratę inter virũ, & vxorem, quod ſi donatarius prædecedat donanti bona donata tranſmittat ad hæredes cõſuluit Roland. d.conſ.77. lib. 1. ex profeſſo. Bertrand.conſil.175.num.3.vol.1.part.2.

6 Ampliatur ſecũdò vt idem ſit de donatione iurara facta inter patrem, & filium, nam licet filius donatarius præmoriatur patri donãti, tamen bona donata ad hæredes tranſmittit eodem modo prout ſupra dictum eſt de donatione facta inter virum & vxorem, quæ à pari procedunt. l. donationes. la 1. in princ. C.de donat.int.vir.& vxor.quia donatio inter patrem & filium iuramento firmata, valida eſt Crauet.conſ.19. num. 1. & conſ. 102. num. 1.Grammat.deciſ.103.nu. 73. Clar. in §. donatio. quæſt.8. qui allegat omnes alios Doctores, & dicit rem hanc in practica nullã habere difficultatem:& ità quod filio donatario præmoriente, donatio non reſoluatur, ſed bona donata ad hæredes tranſmittat, reprobata opinione Dec.in conſ.240.& conſ.536. num.8.tenet Bertrand.conſ.233.col.fin. lib. 2.part.2.& illum refert, ac ſequitur Roland. d.conſ.77.num.14.lib.1.Alciat.in c.cum cõtingat.nu.297.de iureiur. & ex profeſſo Crauet. d. conſ. 102. vbi firmis rationibus diluit fundamenta Decij.

7 Ampliatur tertiò, nam actio ad conſequendum res donatas donatione inter viuos tranſit ad hæredes donatarij non ſolùm contra ipſum donatorem ſuperuiuentem; ſed etiã contra eius hæredes, ac ſucceſſores tàm vniuerſales, quàm ſingulares.d. l. ſi quis argentum.§. fin.in fin.C.de donat.& eſt ratio quia præſumitur eſſe realis ex qualibet parte. Bald. in d. §.fin.ante num.1.

8 Ampliatur quartò iſte ſecundus caſus, vt locum habeat etiam in fideicommiſſo facto in donatione; nàm ſubſtitutio facta in donatione poſt mortem donatarij non perimitur ſi idem ſubſtitutus præmoriatur donatario grauato, ſed ſpes ſubſtitutionis ad hæredes eiuſdem ſubſtituti tranſmittitur per tex.in §. ex conditionali.inſtit.de verb. oblig. & tenet Bart.in l.huiuſmodi. ff. quand. dies leg. ced. Bald.in l.quoties in fin.C. de donat. quæ ſub mod. Oldrad.conſ.224.num.28. Surd. conſ. 517.num.3.lib.4.& deciſ.144. nu. 24. & latius dixi in caſ. 5.num.5.

9 Tertius eſt caſus de donatione remuneratoria, & iſta tranſmittitur ad hæredes.l. Attilius regulus.ff.de donationib. quia eſt irreuocabilis.l.ſi pater.§.ſi quis.ff.eodem.de donat. nec eſt propriè donatio d.l. Attilius regulus. Clar.in §.donatio. quæſt. 3. nu. 1. vbi de magis cõmuni. ita quòd nõ reuocatur neque propter ingratitudinẽ gloſ.in d.l.ſi pater. §. ſi qs in verb. irreuocabilis. ff de donat. Abb. in c. fin.nu.11.de donat. Roland.conſ.5.num.13. lib.3.Menoch. conſ.29. nu.6.Viuius.comm. opin.in verb.donatio ex quinque. num. 6. & ſeqq. vbi de communi:neque per ſuperueniẽtiam liberorum.Clar.in d. §. donatio. quæſt. 23.num.3.Tiraq.in l.ſi vnquam.in verb. donatione largitus.nu.12. & ſeqq. C. de reuoc. donat.vbi alios omnes adducit.

10 Quæro autem primò, quãdo donator promiſit donationem cauſa mortis non reuocare, an donatio iſta dicatur donatio inter viuos, vel cauſa mortis; vtilitas quæſtionis eſt, quia ſi eſt inter viuos trãſmittitur ad hęredes donatarij eo præmoriẽte donatori, ſecus ſi eſt donatio cauſa mortis; Et quod iſta donatio virtute promiſſionis de non reuocando tranſeat in donationẽ inter viuos eſt tex. in l. vbi ità donatur. ff. de donat. cauſ. mort. & tenet Angel.conſ.179.num.6.Alex.conſ.14.num. 1.poſt medium lib.1.Iaſ.in l.quæ dotis.num. 30.& 31.ff.ſolut.matrim. & in l. non omnis. nu.2.verſ.ſed iſtis non obſtantibus.ff. ſi cert. pet. Aretin.conſil.74.num.3.verſ. ſed quando in donatione.Guid.Pap.conſ.vlt. num.1. Natta conſ.104.num.6.& 7.Boer.deciſ.353. numer.10.11. & 13.Couar.in rubric.part.2. num.14.verſ.quarta concluſio.Clar.in §. donatio.quæſt.4.numer.5. Gabriel. concluſ. 9. num.2. & 7. verſ. tenendo.de iureiur. Craſſ. in §.donatio. quæſt. 1. num. 4. Mantic. cum pluribus adductis per eum de coniect.vlt.volunt.lib.1.tit.13.nu.5.Pro altera parte quod imò ea non mutet ſpeciem, ſed remaneat in ſua natura donationis cauſa mortis tenet Bald.in l.cum quis.verſ. ſed quid. ff. de condict.ob cauſ.Ang.conſ.254.Corn.conſ.126. col.2.verſ.& propterea.lib.1.Dec.conſ.305. num.2.& ſeqq.Pariſ.conſ.6.nu.17.lib.2.Iaſ. ſibi contrarius.conſ.6.aliàs.245.nu.27.verſ. ſecundò principaliter.cum num. ſeqq. lib. 3. Gabriel.cõſ.96.nu.8.& ſeqq.lib.2.Io.Crott. in l.ſtipulatio hoc modo concepta num.78. & ſeqq. ff. de verbor. obligat. ſequitur Gu-

liel.de Bened.in repet.cap. Raynutius. verb.
teſtamentum.il 4.num.28.in fin. & num.29.
mouentur ea potiſſimum ratione, quia verba
intelliguntur ſecundum naturam contractus.
l.ſi vno. in princ.ff.locat.l. ſi ſtipulatus. ff. de
vſur. l.quæro.§.inter locatorẽ.ff. locat. Ideo-
que promiſſio non reuocandi donationem
cauſa mortis attẽta natura ipſius donationis,
quæ ex ſola pænitentia reuocabilis eſt. §. 1.
inſtit. de donat. l. qui mortis cauſa donauit.
ff. de donat. cauſa mortis; intelligenda eſt,
niſi donator pænituerit, & pro hac parte vi-
detur gloſ.in l.ſi alienã.§.Marcellus. in verb.
qui acceperit.ff.de donat.cauſ.mort. Prior ta
men opinio verior eſt,& ab ea non eſt recedẽ-
dum pro qua eſt tex. expreſſus in d. l. vbi ità
donatur.ff.de donat.cauſ.mort.& ita quoque
ſe habet communis opinio, vt per Clar. in §.
donatio.quæſt.4.num.5.& Mantic.de conie-
ctur.vltim.volunt.lib.1.tit.13.numer.5.&
tanto magis procederet & vera eſſet declara-
tio iſta, vbi promiſſio de non reuocando do-
nationem cauſa mortis confirmata eſſet iura-
mento.Iaſ.in l.quæ dotis.num.33. 34. ff. ſo-
lut.matrim.& in d.l.non omnis. num. 2. verſ.
ſed iſtis non obſtantibus. ff. ſi cert. pet. Aret.
conſ.74.num.3.verſ. prima ratio. Gozadin.
cõſ.87.nu.9.Ferat.caut.30.Boer. deciſ.353.
num.10.11.Paul.de Caſtr.conſ.75.numer.3.
part.2.Gabriel.concluſ.9.numer.11.de iure-
iur. Mantic.d.lib.1.tit. 13. num.5. verſ. quæ
etiam: ſed cum ad tranſmutandum donatio-
nem cauſa mortis in donationem inter viuos,
ſufficiat ſolum pactum ſine iuramento, nõ eſt
opus inſiſtere ſuper hoc iuramento nec con-
ſequenter reſpondere concluſioni Didaci Co
uarr. in rubric.part.2.num.14. verſ. quinta
concluſio, vbi poſt alios per eum adductos di-
cit non ſufficere quod iuramentum præſtitum
ſit ſimpliciter in donatione, niſi illud expreſ-
ſè adiectum ſit promiſſioni de non reuocan-
do ipſam donationem.

11 Ampliatur quia non refert, an donator
promittat donationem non reuocare, vel eam
eſſe irreuocabilem, an promittat eam ratam
habere, & nullo vnquam tempore contraue-
nire, quia omnibus his modis donatio cauſa
mortis tranſit in donationem inter viuos.
Couar. in rubric. part.2.num.13.verſ.ſecun-
da concluſio. Mantic. de coniect.vlt. volunt.
lib.1.tit.13.numer.5.vel promittat omnia at-
tendere, & obſeruare. Sylueſt. Aldobrand.
conſ. 93. numer. 7. quem refert & ſequitur
idem Mantic.in d.lib.1.tit.13.num.5.in fine.
Vel donator dicat, quod donat irreuocabili-
ter,& titulo ſimplicis, ac irreuocabilis dona-
tionis cauſa mortis, vel tandem aliquo modo
colligi poſſit ex verbis contrahentes noluiſſe
donationem reuocari, quia donatio his caſi-
bus pariter trãſit in donationem inter viuos,
ac ſi factum eſſet pactum expreſſum de non re
uocando. Gabriel.conſ.96.nu.14.in fine,&
nu.15.lib.2. Et ſic nulla inter has clauſulas fa-
cta differẽtia tenet Iaſ.in l.quæ dotis. nu. 30.
ff.ſolut.matrim.nã quicquid diſtinxerit Nat-
ta.conſ.104.nu.6. inter promiſſionẽ non reuo
candi & promiſſionẽ nõ contraueniendi, veri
tas eſt nullã inter has promiſſiones extare dif-
ferentiam, cũ vtroque modo perpetuetur do-
natio, & conſequenter tranſmiſſibilis ſit.

12 Declaratur primò ſecundum aliquos con-
cluſio iſtius quæſtionis vt procedat, quando
promiſſio, vel pactum non reuocandi ponitur
in diſpoſitione principali, ſecus ſi in fine in-
ſtrumenti ſeu in clauſulis acceſſorijs reſpiciẽ-
tibus executionem donationis, vbi ſimiles
clauſulæ cenſentur appoſitæ potius ex ſtilo
notariorum, quàm ex voluntate donantis. ſic
Dec.in l.vlt.numer.21.C.de pact.& in l.non
omnis num.10.& 11.ff.ſi cert.petat. & conſ.
305.num.5.& hoc commendat Iacob.de Ni-
gris in l.1.§.ſi quis ità.numero. 44. ff. de ver-
bor.obligat.latè Couar.in rubric.part.2. nu-
mer.13.verſ.tertia concluſio Curt.iun. conſ.
56.numer. 2. in fine & num. 3. Gabriel con-
cluſ.9.num.3.& 4.de iureiur. Ego tamen opi
13 nor clauſulas omnes in quacunque parte in-
ſtrumenti appoſitas, de voluntate donatoris
vel partium appoſitas eſſe cenſeri; ad hoc
14 enim vt valeant inſtrumenta, ea legẽda ſunt
à notario coràm partibus, & ab eiſdem parti-
bus approbari debent. l. fideicommiſſa. §. 1.
vbi Bart.num.1.ff.de leg.3.Alex. in l. ſcien-
dum.num.38.in fine.ff.de verb.obligat. Co-
uar.in c.relatum.il 1.nu.11. verſ. oportet ta-
men.de teſtament.vbi de communi.Ang.cõ-
ſil.73.in princ.& conſ.275.nu.2.verſ. tertiò.
Dec.conſ.97.nu.3.verſ.tertiò.Socin.iun.cõ-
ſil.144.nu.19.& cõſ.147.nu.15.lib.2. Ruin.
conſ.1.numer.2. verſ.quarto.lib.2.Menoch.
conſ.27.num.41.& conſ.87.nu.48.49. iccir
15 co verba inſtrumenti poſt illius publicatio-
nem,& approbationem,nõ verba notarij, ſed
verba partium eſſe dicuntur.Bald.in l.mater.
num.6.C.de rei vendicat. Dec.conſ.450.nu-
mero 1.verſ. ad hoc rectè. Menoch. conſ.37.
num.122.123.& conſ.87.num. 48. 49. & in
tract.de arbitrar.caſ.144.num.9.& 10.Iaſ.in
l.ſciendum. numer.35.ff. de verbor. obligat.
& ità quod clauſulæ ex hac potiſſimum ra-
tione

tione cenſeantur appoſitæ de voluntate par-
tium, nõ de ſtilo notarij tenet & tuetur Dec.
d.conſ.450.& conſ.490.num. 10.Alex.conſ.
1.num.22.lib.5. Ruin.conſ. 159.nu.16.lib.
3.Neuizz.in.conſ.28.num.14.Ripa.in l.cen-
turio.num.83.verſ.in primis.ff. de vulgar. &
pupill. Menoch. de arbitrar.d.caſ.144. num.
11.& d.conſil.37.num.77. vſque ad finem,
qui ibid. numero.130. cum quatuor ſequen-
tibus alios concordantes recenſet. idem Me-
noch. d. conſ. 87. num.45. & ſeqq. ideoquè
puto hanc donationem firmatam promiſſio-
ne, vel pacto nõ reuocandi eſſe indiſtinctè do
nationem inter viuos & tranſmitti, ſiue clau-
ſula promiſſionis vel pacti appoſita ſit in di-
ſpoſitione principali, ſiue in fine inſtrumenti:
non attenta quoque diſtinctione Alciati in l.
1. §. ſi quis ita.num. 12. ff. de verb. obligat.
diſtinguentis inter clauſulas contractuum, &
vltimarum voluntatum, vt primæ cenſeantur
appoſitæ de voluntate partium, ſecundæ nõ;
hæc enim diſtinctio etiam quoad vltimas vo-
luntates repugnat rationi adductæ, nam in
16 ſpecie de ſcriptura teſtamenti nuncupatiui,
quod ea non faciat fidem, niſi lecta ſit teſta-
tori & teſtibus, & ab eodem teſtatore ſit ap-
probata, tenet Bart. per illum tex. in d.l. fidei-
commiſſa.§.1. ff. de leg. 3. & Paul. de Caſtr.
in l. hac cõſultiſſima.§. at cum humana. nu.3.
C. qui teſtam. facer. poſſ. idem Bart. in l. ex ea
ſcriptura.ff. de teſtam. Boer. deciſ.35.num.6.
& communem ſententiam eſſe dicit Couar.
in c. relatum.il.1.numer.11.verſ. prima equi-
dem. de teſtam. quamuis aliter dicendum ſit
de teſtamento inter liberos, vt per Bart. in d.
l. fideicommiſſa.§.1.& Couar.d.nu.11. verſ.
ſecunda concluſio.& hanc diſtinctionem Al-
ciati confutat etiam Menoch. conſil.37.num.
135.136.& in tract. de præſumpt. lib.2. præ-
ſumpt.79.num.4.
17 Declaratur ſecundò concluſio iſta, quia
pactum de non reuocando appoſitum in do-
natione cauſa mortis non tranſmutat ipſam
donationem in donationem inter viuos, quã-
do ea tanquam donatio inter viuos non vale-
ret, puta ſi facta ſit donatio de omnibus bonis
præſentibus, & futuris, hoc caſu vti donatio
cauſa mortis eſt valida. l. fin. & ibi gloſ. in
verb. accommodauerit. C. de pact. Clar. in §.
donatio.quæſt.19. num.7. vbi de communi:
ſed vti donatio inter viuos non, quia tollere-
tur libera teſtandi facultas. l. ſtipulatio hoc
modo concepta. ff. de verb. obligat. idẽ Clar.
in d.§. donatio.quæſt.19. numer.1. vbi alios
recenſet, & teſtatur de communi: iccirco li-
cet tale pactum de non reuocando ſonet in-
ter viuos, tamen quia vti donatio inter viuos
non poteſt valere, ſed ſolùm cauſa mortis,
ideo pactum ipſum reijcitur, & remanet do-
natio in ſuis terminis cauſa mortis. Paul. de
Caſtr. conſ.75.num.3.verſ. poteſt dici. vol.2.
Roland. conſ.8.num.23. lib.1. Afflict. deciſ.
338.num.6. Socin. conſ.130.col.3. verſ. nec
ſecundo loco. lib.1. Crauet. conſ.52.nu.4. ſe-
quitur Alex. in l. ſtipulatio hoc modo conce-
pta.nũ.19. ff. de verb. oblig. Craſſ. in §. dona-
tio.quæſt.1.nu.5. quia non debet fieri inter-
prætatio per quam actus reddatur nullus. l.
quoties. ff. de reb. dub. l. quoties. ff. de verb.
obligat. In contrarium tenet idem Alex. in l.
quæ dotis.nu.11. ff. ſolut. matrim. & eum ſe-
quitur Gulielm. de Benedict. in repet. c. Ray-
nutius. in verb. teſtamentum. il 4. num. 26. ea
ratione, quia donatio omnium bonorum præ
ſentium & futurorum ſuſtinetur quoad bona
præſentia, reiecta mentione futurorum. Sed
prima opinio eſt communiter recepta, vt di-
cit Bald. in l. fin. num.19. verſ. communis. C.
de pact. & poſt Curt. iun. Guid. Pap. Purpu-
rat. & Duenn. dicit ab hac opinione in iudicã
do non eſſe recedendum. Clar. in §. donatio.
quæſt.20.num.2. quod ampliatur procedere
18 etiam ſi pactum non reuocandi appoſitum in
ipſa donatione cauſa mortis omnium bono-
rum præſentium, & futurorum, firmatum eſ-
ſet cum iuramento, nam adhuc non tranſiret
in donationem inter viuos, cùm donatio om-
nium bonorum præſentium, & futurorum iu
ramento confirmari non poſſit. Clar. in §. do-
natio.quæſt.1. vbi alios allegat, & teſtatur de
19 communi. Et quod exemplificatum eſt de
donatione omnium bonorum præſentium &
futurorum, idem quoque dicendum eſt de do
natione cauſa mortis facta per patrem filio,
quia pactum de non reuocando ex eadem ra-
tione non tranſmutaret ipſam donationem in
donationem inter viuos, ſtante quod ea non
valeret, cùm filius in poteſtate non ſit capax
donationis inter viuos. l. donationes quas pa
rentes. C. de donat. int. vir. & vxor. ſic tenet
Socin. conſ.137. col.1. lib.1. & poſt illum Ro
20 land. conſ.8.num.23. lib.1. Et idem eſt de do
natione inter virum, & vxorem, quæ pariter
non valeret. l.1. ff. de donat. int. vir. & vxor.
ſaluo tamen quod ſi donatio inter patrem &
filium, virum & vxorem facta foret cum iu-
ramento, tunc valeret vt ſupra dixi. num.4.&
6. & conſequenter in donationem inter vi-
uos tranſiret, & efficeretur irreuocabilis, ac
tranſmiſſibilis ad heredes dũtamen facta non

eſſet in teſtamento vel codicillis vt infra dicam.num.22.

21 Et idem tandem ex hac ratione dicendum eſt, quando donatio ſummam quingentorum aureorum excederet, nam cũ ea ſit nulla pro illa parte, quatenus excedit ſummam 500. aureorum.l.ſancimus.l.fin.C.de donat.ideo donatio cauſa mortis etiam cum iuramento de non reuocando non tranſiret in donationem inter viuos tranſmiſſibilem, niſi pro parte valida vſque ad quingentos aureos tantùm: ſic ſentit.Ang.cõſ.254. in fin. & tenet Gulielm. de Benedict.in repet.cap.Raynutius.in verb. teſtamentum.il 4.num.29. ſequitur Gabriel. concluſ.9.num.9.de iureiur.

22 Declaratur tertiò iſta concluſio, vt procedat in donatione cauſa mortis, quæ fit per ſe, & principaliter, quo caſu pactum de non reuocando eam tranſmutat in donationẽ inter viuos, vt dictum eſt, ſecus autem ſi donatio fieret in teſtamento, vel codicillis, tunc enim quamuis appoſitum eſſet pactum de non reuocando, tamen quia eſt acceſſoria teſtamenti, & codicillorum, & ſapit illorum naturam, ob id reuocari poteſt, non quidem ſola donatio per ſe principaliter obſtante illius pacto, ſed acceſſoriè ex pęnitentia totius prioris voluntatis & teſtamenti, ſiue codicillorum, quia intelligitur, vt non poſſit reuocari, niſi teſtatorem pęnituerit totius voluntatis. gloſ. in l. ſi alienam.§.marcellus.in verb. qui acceperit. & ibi Bart.nu. 1. poſt Iac. de Aren. ff. de donat.cauſ.mort.Gulielm.de Benedict.in repet. d.cap.Raynutius.in verb. teſtamentum.il 4. num.27.de teſtament.Ruin.conſ.129.nu.7. vol.1.Socin.conſ.114.nu.13. vol.3. Angel. conſ.254.num.4. Gabriel. concluſ.9.nu.10. de iureiur.Mantic.de coniect.vlt.volunt.lib. 1.tit.13.nu.10.Et ſic declaratio iſta vt donatio cauſa mortis facta in teſtamento vel codicillis cum pacto non reuocandi reuocari poſſit, nec ideo tranſeat in donationem inter viuos, intelligitur cum hac reſtrictione; dummodo ea reuocetur vna cum teſtamento, vel codicillis; ſtante quod ipſa ſola reuocari non poteſt obſtante pacto, nec reuocatio ſola teſtamenti in aliqua parte tantùm tollit donationẽ, niſi ſit reuocatio totius voluntatis. Angel.d.conſ.254.nu.5. & ratio quare talis donatio contenta in teſtamento, vel codicillis reuocari poſſit, ea eſt quia aſſumit naturam vl
23 timæ voluntatis, ſicut ſtipulatio, quæ ſui natura eſt irreuocabilis.l.ſicut.C.de act.& obligat.l.ex placito.C.de rer. permut. tamen interpoſita ex cauſa vltimæ voluntatis efficitur reuocabilis ſecundum Aret.in l.ſciendum.ff. de verb.obligat.per l.cum quis decedens.§. 1.ff.de leg.3.& per not.per Bart.in l.fin.ff.de
24 ſolut.Ruin.conſ.129.num.7.lib.1.voluntas autem teſtatoris eſt ambulatoria vſque ad mortem.l.3.ff. de adim. legat. nec valet pactum, quod liberam teſtandi facultatem tollit.l.fin.C.de pactis.

25 Quæro ſecundò, quid ſi in donatione cauſa mortis appoſita eſt clauſula ad fauorem donatarij; pro ſe & hæredibus; an iſta donatio ſaltem ad effectum, vt non euaneſcat præmoriente donatario, ſed ad hæredes tranſmittatur, tranſeat in donationem inter viuos, & affirmatiuè poſt Bald. Salicet. & Socin. tenet Dec.in l.non omnis.numer.8. ff.ſi cert.petat. idẽ Bald.conſ.93.vol.2.Iaſ.cõſ.6.aliàs. 245. num.3.lib.3. Roland.conſ.8.nu.19. & ſeqq. lib.1.cum pluribus per eum allegatis. Ferrat. caut.30.Couar.in rubric.part.3.nu.25. verſ. ex quibus; vbi dicit hanc opinionem in praxi frequentiſſimo autorum conſenſu obtinere, ſequitur Craſſ.in §.donatio.quæſt.1.nu.7.& Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib.1. tit.13. num.13. nàm hęredum mentio eſt contra naturam donationis cauſa mortis, de cuius natura eſt quod pręmoriente donatario euaneſcat, & ad hęredes non tranſmittatur. l. non omnis.ff.ſi cert.petat.idquè ampliatur procedere etiam ſi donatio ipſa cauſa mortis ſit cõditionalis, quia dum facta eſt pro ſe & hęredibus, trãſmittitur ad hæredes donatarij etiã eodem donatario moriente pendente conditione.idem Bald.d.conſ.93.in princ.vol.2.

26 Quęro tertiò, an donatio facta agnato eo pacto, vt res donata poſt mortem ipſius donatarij vadat ad extraneum; ſi donatarius ſuſceperit liberos, an res donata ad eos tranſmittatur, & ſic donatio intelligatur; ſi ſine liberis deceſſerit; Pro ſolutione iſtius quęſtionis ita diſtinguitur: aut apparet donationem hanc eſſe factam ex cauſa conſeruandę agnationis, & tunc ad liberos ipſius donatarij ius agnationis retinentes tranſmittitur, nam ſicut donator pręrulit agnatum extraneo ſubſtituto, ità veriſimiliter debet intelligi pręruliſſe eius liberos, ſi de illis cogitaſſet.l.generaliter.§.cum autem.C.de inſtit. & ſubſt. & hanc ſententiam ſequitur Ripa in l.ſi vnquã. quęſt.37.C.de reuoc.donat.& Mantic.de tacit.& ambig. conuent.lib.13.tit.49.num.3. verſ.& hęc ſententia: Aut non apparet donationem eſſe factam hoc reſpectu conſeruandę agnationis, & tunc ad liberos donatarij nõ trãſmittitur, quia diſpoſitio dictę.l.ſi vnquã.

loquitur

loquitur de liberis ſuſceptis à donatore, & propterea ad filios donatarij extendi non debet.l.ſi vero.§. de viro.ff. ſolut. matrim.l. quod vero contra.ff. de legib. cap. quæ à iure communi.de reg.iur.in 6.& ità ſentit Ripa in d.l.ſi vnquàm.quæſt. 37.nu.96.& tenet Mantic. de tacit. & ambig. conuent.d. lib. 13.tit. 49.num.5.

27. Alios caſus,quibus cenſenda ſit donatio inter viuos vel cauſa mortis perquiratis penes Mantic.de coniectur.vlt.vol.d.lib. 1.tit. 13. Roland.conſ.8.lib.1.& conſ.61.lib.2.Clar.in §.donatio quæſt.4.& ibi addentes. Menoch. de præſumpt.lib.3.præſumpt.35.& 36.& alibi ſparſim;his enim duobus vti magis dubitabilibus contentus ſum, quia non intendo digreſſiones facere.

## *SVMMARIVM.*

1 *Facultas reuocandi donationem ex cauſa ingratitudinis non tranſmittitur ad hæredes donatoris, neque contra hæredes vel ſucceſſores donatarij.2. neque pro eo quod ad eos peruenit.3. Fallit quando ingratitudo prouenit ob pacta non ſeruata.4.*

*Fallit per viam exceptionis.5. Fallit ſi donator iudicialiter egit; vel ſi agere non potuit.7.*

6 *Pœna pro qua competit exceptio, tranſit ad hæredes.*

8 *Querimonia iudicialis eſſe debet ad effectum tranſmittendi ius reuocandi donationem ex cauſa ingratitudinis nec ſufficit extraiudicialis.*

9 *Querella inofficioſæ donationis ad liberos tranſmittitur etiam non præparata, ad extraneos non præparata non tranſmittitur.*

10 *Ius reuocandi donationem ob ſuperuenientiam liberorum tranſmittitur à donatore etiam non facta per eum declaratione: quæ declaratio dato quod neceſſaria ſit, tamen excuſatur ſi non habuit tempus, vel ignorauit filios eſſe natos.11.non tamen tranſmittitur quando conſtat donatorem cogitaſſe de filijs.12.*

13 *Ius reuocandi donationem cauſa mortis, non tranſmittitur. Ius dicendi de nullitate ſie.14.*

## CASVS XLVI.

### *Ius reuocandi donationem, an ad hæredes tranſmittatur.*

1 DVbitatur autem, an donator cui competit ius, & facultas reuocandi donationem tranſmittat huiuſmodi ius,& facultatem ad eius hæredes, & conſtituo quinque caſus.

Primus eſt de iure, ac facultate reuocandi donationẽ ex cauſa ingratitudinis,& iſta non tranſmitti diffinitũ eſt in l.1.§.hoc tamẽ l.fin. §.hoc tñ l. his ſolis.§. actionẽ.C.de reuoc.donat.c.fin.de donat. facit in ſimili tex.in l.omnimodo.§.nam ſi nullam.C.de inoffic.teſtam. l.1.§.fin.ff.ad Sillan.nam merita,& demerita ſunt perſonalia,& non tranſeunt ad hæredes, iſtud enim ius competit donatori ob iniuriam ſibi factã, ideo morte extinguitur ſicut actio iniuriarum.l.iniuriarum.in princ.ff. de iniur. l.ſi eum.§.qui iniuriarum.ff.ſi quis caut.

2 Ampliatur, quia iſta facultas non ſolũm non tranſmittitur ad hæredes donatoris, ſed neque tranſmittitur, neque exerceri poteſt contra hæredes, vel alios ſucceſſores donatarij.d.l.his ſolis.§.actionem.& l.fin.§.fin.in fine & ibi Ripa.quæſt.64.C. de reuocand. donat.gloſ.vlt.in c.fin.de donat. quod procedit

3 etiam pro eo, quod ad eos peruenit, quia adhuc contra ipſos hæredes donatarij non tranſit actio hæc, præterquàm ſi donatori aliquid abſit propter ingratitudinem.idem Ripa in d. l.fin.num.213.C.de reuocand.donat.& ratio eſt quia donatio fit ex mera liberalitate donatoris,& contemplatione donatarij, non hæredis, ideo conſideratur ingratitudo reſpectu donatoris, non reſpectu hæredis.Abb. in c, fin.nu.4.de donat.

4 Declaratur primò caſus iſte non habere locum in iure reuocandi donationem propter ingratitudinem prouenientem ob pacta non ſeruata,nam ius reuocandi donationem ob pacta non ſeruata tranſmittitur ad hæredes, vt poſt Bald.in l.fin.num.2.Salic.Ang. & Alberic.ibi.C.de reuocand. donat. & Barbat. in c. fin.de donation.communiter teneri teſtatur. Viu.comm.opin.in verb.donatio ex quinque cauſis.num.5.Faber.in §.ſciendum.numer.1. verſus fin.inſtit.de donat.& ſic quoque tranſire videtur Iaſ.in l.qui ſe patris.nu.44. verſ. non obſtat aliud ſimile.C.vnde liber.

5 Declaratur ſecundò hic primus caſus, vt

non

non habeat locum, quando opponitur de in-
gratitudine per viam exceptionis, veluti ſi res
donata nunquam exijſſet è manibus donato-
ris, ſed adhuc ea extaret penes ipſum, vel eius
hæredes; & donatarius, vel hæredes ſui rem ip
ſam peterent; quia tunc ipſi hæredes donato-
ris opponentes de ingratitudine audiendi
ſunt. l. filio. §. Seia. ff. de adim. legat. in ſpecie
Anchar. Barbat. & Imol. in c. fin. de donat. Ri-
pa in l. fin. num. 214. C. de reuoc. donat. Curt.
iun. de feud. part. 4. num. 157. Roſentall. de
feud. cap. 10. concluſ. 40. num. 3. & ratio eſt
6 quia pæna pro qua competit exceptio, tranſit
ad hæredes Ang. in l. 3. §. quod autem. & ibi
Caſtrenſ. nu. 3. Iaſ. num. 8. & ibi Dec. ff. quod
quiſque. iur. Gabriel. concluſ. 35. num. 19. de
malefic. ideo cum donator putauerit ius ſuũ
eſſe ſaluum mediante exceptione & retentio-
ne, ob id tacens non videtur remiſiſſe. l. ſicut
re. §. non videtur. ff. quib. mod. pig. vel hypot.
ſoluit. omnis enim alia præſumptio tollit præ-
ſumptionem donationis, & remiſſionis iuriũ
ſuorum. l. ſi cum aurum. ff. de ſolut. Menoch.
de arbitr. caſ. 88. in princ.
7 Declaratur tertiò hic primus caſus, vt pro-
cedat quando donator in vita potuit agere
ad reuocationem donationis, litemquè ſaltem
inchoare, & non fecit, ſic enim intelliguntur
iura allegata in hoc primo caſu: ſi autem vi-
uens iudicialiter egit ſaltem litem inchoan-
do, vel agere non potuit ex eo quia non ha-
buit notitiã de dicta ingratitudine, ſiue aliàs
repentina morte præuentus ſeu alia legitima
cauſa impeditus fuit; his caſibus ius reuocan-
di donationem ex cauſa ingratitudinis ad hæ-
redes tranſmittit: Nam quod tranſmittatur,
quando donator incæpit agere probatur ex d.
l. 1. §. hoc tamen. & l. fin. §. hoc tamen. C. de
reuocand. donat. l. ea quæ à patre. C. de reſtit.
milit. l. 1. §. fin. ff. ad Sillan. d. l. omnimodo. §.
nàm ſi nullam. C. de inoff. teſtam. illos tex. in-
ducendo à contrario ſenſu; & quia ratio ca-
ſus quare ius reuocandi donationem non tran
ſit ad hæredes fundata eſt ſuper præſumpta
voluntate donatoris non agentis ex eo quia
per taciturnitatem cenſetur illud remiſſum.
gloſ. vlt. in c. vlt. de donat. Ripa in l. fin. num.
206. C. de reuocand. donat. ad hoc l. ſi ſeruus
communis. §. idem iuris. ff. de donat. int. vir.
& vxor. c. qui tacet. de reg. iur. in 6. ideo ipſa
ratio ceſſat ceſſante taciturnitate. l. adigere. §.
quamuis. ff. de iure patronat. Tiraq. in tract.
ceſſant. cauſ. in princ. num. 130. Hinc licet ma
ritus non tranſmittat ad hæredes ius oppo-
nendi contra vxorem de adulterio, hoc intelli
gitur ſi idem maritus in vita non eſt de dicto
adulterio conquæſtus. Paul. de Caſtr. in l. cum
mulier. num. 6. ff. ſolut. matrim. Alex. conſil.
189. num. 1. verſ. præterea. lib. 6. vbi dicit ſic
communiter teneri per ſcribentes per tex. in l.
rei iudicatæ. §. hæredi. ff. ſolut. matrim. at ſi in
vita de dicto adulterio vxoris conquæſtus eſ-
ſet, tunc ius opponendi de ipſo adulterio ad
hæredes quidem tranſmitteret. Alex. d. conſ.
189. num. 2. verſ. ſed præmiſſis. & num. 3. lib.
6. Boer. deciſ. 338. num. 8. quod autem ſimili-
ter tranſmittatur etiamſi donator non ince-
pit agere, dumtamen non habuerit notitiam
ingratitudinis, vel morte præuentus fuerit, ſi-
ue alia legitima cauſa fuerit impeditus, addu-
citur ſimiliter tex. in d. l. 1. §. hoc tamen. & l.
fin. §. hoc tamen. C. de reuocand. donat. vbi
ponderatur taciturnitas donatoris, nàm dona
tor non dicitur tacuiſſe, & conſequenter re-
miſiſſe iniuriam, ſi ob ignorantiam vel aliud
legitimum impedimentum agere non potuit
ex tex. in l. mater decedens. §. cæterum. ff. de
inoff. teſtam. l. tres fratres. ff. de pact. & ſic trã
mitti tenẽt Io. And. Anchar. & communiter
Doctores in c. vlt. de donat. & ibi Abb. num.
7. Io. Faber in §. ſciendum. num. 1. verſ. ſi ve-
ro. inſtit. de donat. Ripa in l. fin. nu. 205. verſ.
ſed quid ſi non potuit. C. de reuocand, donat.
Iaſ. in l. cum mota. num. 18. C. de tranſact. &
de communi teſtatur Viu. comm. opin. in ver-
bor. donatio ex quinque cauſis. nu. 4. Tiraq.
in l. ſi vnquàm. in verb. ſuſceperit liberos. nu.
215. cum multis per eum allegatis. C. de reuo
cand. donat. & facit gloſ. not. in l. fideicommiſ
ſum. C. de fideicomm. vbi dicitur quod ſi le-
gatarius intulit iniuriam teſtatori, & idem te-
ſtator in vita hoc ignorauit, ius reuocandi le-
gatum ad hæredes tranſmittit.
8 Hìc autem dubium oritur, an quærimonia
ingratitudinis fienda ſit in iudicio ad effectũ
tranſmittendi ius reuocandi donationem ex
cauſa ingratitudinis ad hæredes vel ſufficiat
quod facta ſit extra iudicium; Et quicquid di
cat in contrarium Ripa in l. fin. quæſt. 62. C.
de reuocand. donat. opinor neceſſariam eſſe
quærimoniam iudicialem per tex. in d. l. fin.
verſ. ex his. & ſic etiam tenet. Corn. conſ. 15.
nu. 12. lib. 1. & latius dicam in ſequenti caſu.
num. 13. & ſeqq.

Secundus caſus eſt de donatione inofficio-
ſa, & in hoc ſciendum eſt quærellam inofficio
ſæ donationis introductam eſſe ad ſimilitudi-
nem inofficioſi teſtamenti. l. fin. C. de inoff. te
ſtam. propterea ſeruandas eſſe regulas inoffi-
cioſi teſtamenti, de quibus dixi in caſu 12. nẽ-
pe quod

pe quod

pe quod quærella inofficioſæ donationis trāſmittitur ad liberos etiam non præparata.l. ſi quis filium.l. Scimus.§.ſin vero.C.de inoff.teſtam.Iaſ. in l. emancipata.in fin.C.qui admitti:& in d.l.ſi quis filium.num.3.verſ.quartò limita.C. de inoff.teſtam. Vaſqu. de ſucceſſ. progreſſ.lib.1.§.7.num.25.ad extraneos autem hæredes quærella inofficioſæ donationis non præparata non tranſmittitur.l. ſi pater.la 1.& d.l.ſcimus.§.fin. in fin. C. de inoff. teſtā. Bald.in l.1.nu.15.C.de inoffic.donat. & cōſ. 163.num.7.vol.4.Gulielm.de Bened.in cap. Raynutius.in verb. mortuo itaque teſtatore. 2.num.145.de teſtament.

10 Tertius eſt caſus de iure reuocandi donationem ob ſuperuenientiam & natiuitatem liberorum ex l.ſi vnquàm.C. de reuocand. donat.an ſcilicet ius reuocandi huiuſmodi donationem non reuocatam ab ipſo donatore dum erat in vita tranſmittatur ad eius hæredes, præmittendum eſt autem donationem hanc per natiuitatem liberorum reuocari ipſo iure, vt per Doctores, quos copioſè adducit Tiraq. in d.l. ſi vnquàm.in verb. reuertatur.num. 1. C.de reuocand.donat. ſed licet reuocetur ipſo iure, tamen requiri declarationem voluntatis, quod multipliciter probat idem Tiraq. in d.verb.reuertatur.num.10.& ſeqq. aut itaque donator declarauit velle donationem reuocari,& hoc caſu eſt expeditum, quod cenſetur reuocata, nec eſt amplius quærendum, an ius reuocandi tranſmittatur; Aut non declarauit,& tunc non tranſmittitur, quia cenſetur tacitè voluiſſe donationem ratam manere nō obſtante tali natiuitate ad tex. in l.1.in fin. & l.fin.§.fin.C.de reuoc.donat. & ſic tenet & probat Tiraq.in d.l.ſi vnquàm.in verb.ſuſceperit liberos num.211.212.& ſeqq. Puto tamen quoad incurſum reuocationis non eſſe neceſſariam donatoris declaratoriam ſtante reuocatione iam incurſa & ſecuta ipſo iure, quæ eſt ſententia legis, ſed bene quòad executionem facti requiri ſententiam declaratoriā iudicis, vt conſtet de veritate facti, per ea quę dicit Boſſ.in tit.de pęnis.num.34. in fine, vbi loquitur de pæna impoſita ipſo iure, & teſtatur de communi & in tit.de ſentent.num.46. & ſeqq. Clar.quęſt.51.verſ.ſcias etiam.Farinac.in prax. quæſt. 10. num. 70. verſ. ſed his non obſtantibus; vbi enim neceſſaria eſſet declaratio, ſi ea omitteretur, ſine dubio donator præſumeretur velle donationem manere, at ceſſante neceſſitate iſtius declarationis nulla oritur donationis prēſumptio.l. ſi cum aurū. ff.de ſolut.Menoch.de arbitr.caſ.88.in princ.

11 Declaratur caſus iſte, quia poſito quod neceſſaria ſit declaratoria donatoris, nihilominus ſi non habuit tempus declarandi, puta quia filius natus ſit in articulo mortis ipſius donatoris, vel ipſe donator ignorauit illum eſſe natum, his caſibus ius reuocandi donationem ob ſuperuenientiam liberorum ex d.l.ſi vnquàm.ad hęredes tranſmittit etiam non facta declaratione voluntatis. Tiraq. in d.verb. ſuſceperit liberos num.224.

12 Declaratur inſuper iſte tertius caſus, nam quando conſtat patrem donantem cogitaſſe de futuris filijs, donatio non reuocatur per ſuperuenientiam liberorum, nec ideo ius eam reuocandi ex hoc capite ad hęredes tranſmittitur. Bart.in l.titia ſeio.§.imperator.num.7.& ſeq. ff.de leg.2.Socin.ſen.conſ.22.num.1.& conſ.53.nu.17.& ſeqq.lib.4.Dec. conſ.365. num.4.Tiraq.in d.l.ſi vnquàm.in proœm.nu. 63.Hieron.Gabriel.conſ.127.nu.37.& ſeqq. lib.1.Clar.in §.donatio.quæſt.22.numer.2. quòd quando dicatur de filijs cogitatum, tradit Ant.Gabriel.de donat.concluſ. 2. nu.48. & ſeqq.& Tiraq.in loc.cit. num. 66. & ſeqq. ratio autem iſtius declarationis eſt quia diſpoſitio dictæ leg.ſi vnquā, vt donatio infringatur ob ſuperuenientiam liberorum, fundatur in præſumptionè, quia ſcilicet præſumitur donatorem non donaſſe, ſi de futuris filijs cogitaſſet, ex hac enim ſola ratione præſumptæ voluntatis donantis ſancitum eſt donationem ipſam ob ſuperuenientiam liberorum infringi.Bart.in d.l.titia ſeio.§.imperator.nu. 7.& 8.ff.de leg.2.Corn.cōſ.15.in princ. vol. 1.Tiraq.in d.l.ſi vnquam.in proœm.num.62. & ſeqq. & ità tenent communiter Doctores, prout teſtatur Ripa ibi num. 2.& Socin.iun. conſ.67.num.51.vol.2. Honded. conſil. 78. num.130.vol. 2. quare dum conſtat donantē cogitaſſe de filijs, ceſſat ratio ipſius legis, hoc eſt præſumpta voluntas quòd non donaſſet, ſi cogitaſſet de eis, & conſequenter ceſſat eiuſdem legis diſpoſitio, quòd donatio ex huiuſmodi præſumptione infirmetur vel ius eam infirmandi tranſmittatur ad tex.in l.adigere. §.quamuis.ff. de iure patr.l. quod dictum.ff. de pact.

13 Quartus caſus eſt de donatione cauſa mortis, cuius reuocatio, cum à ſola voluntate & pænitentia donatoris pendeat, non tranſmittitur ad hæredes, quia facultas pænitendi non tranſmittitur Alex. poſt Salicet. in l. ſi pecuniam num.23.ff.de condict.ob cauſ.Dec.in l. non omnis.num.13.ff.ſi cert.petat.

14 Quintus tandem caſus eſt generalis de quali-

libet

libet donatione, quæ ex cauſa nullitatis vel inualiditatis ſiue alia de cauſa per ipſum donatorem reuocari vel impugnari poteſt; quocirca conſtituo concluſionem pariter generalem quòd ius quomodolibet competens donatori pro reuocatione & reſciſſione donationis ad eius hæredes tranſit, ita quod hæredes donatoris impugnare poſſunt donationem eodē modo, quo poſſet donator ipſe ſi viueret; namquè hęredes ſunt eiuſdem iuris & poteſtatis cuius erat defunctus l. hæredem ff. de reg. iur. & latè probaui in caſ. 28. nu. 1. cum ſeqq. & ſiç in puncto, quòd ius reuocandi donationem inualidam tranſeat ad hęredes donantis, tenet Surd. conſ. 469. nu. 10. vol. 4.

### SVMMARIVM.

1 *Maritus conuincens vxorem de adulterio lucratur dotem.*

2 *Ius quòd habet maritus accuſandi mulierem de adulterio ad effectum lucrandi dotem ad hæredes non tranſmittit; ſed controuertitur, & diſtinguitur.*

3 *Gerentes aliquem actum, cenſentur ſe aſtringere legibus de ipſo actu loquentibus.*

4 *Pæna conuentionalis tranſit ad hæredes, & contra eos.*

5 *Maritus qui habuit notitiam adulterij vxoris, & non eſt conqueſtus, videtur ei remiſiſſe, iccirco ius illam accuſandi de adulterio ad hæredes non tranſmittit: neque contra ipsā vxorem, nequè contra illius hæredes.* 6. *Fallit tamen per viam exceptionis in caſu ſtatuti* 7.

8 *Ius excipiendi de felonia, vel in gratitudine aduerſus vaſſallum ad effectum illum priuandi fæudo tranſit ad hæredes.*

9 *Maritus, qui habuit notitiam adulterij vxoris, & de eo conqueſtus eſt, tranſmittit ad hæredes ius opponendi de ipſo adulterio, ſiue ſint hæredes ſui; ſiue extranei.* 10. *Ad ſingularem autem ſucceſſorem non tranſit.* 11. *niſi contra vxorem ſit iudicatum.* 12. *hæc autem querimonia debet eſſe iudicialis, & extraiudicialis non ſufficit.* 13.

14 *Ordinata ad vnum finem regulari debent ſecundum finem ad quem ordinata ſunt.*

15 *Maritus qui habuit notitiam adulterij vxoris, ſed legitimè impeditus conqueri non potuit, ius eam accuſandi ad hæredes tranſmittit.*

16 *Maritus, qui ignorauit adulterium vxoris, ius opponendi contra eam de adulterio tranſmittit ad hæredes; at ſi ignorantia fuit ſupina, habetur pro ſciente.* 18.

17 *Ignorans non dicitur conſentire, nec iuri proprio renunciare.*

19 *Ius opponendi de adulterio contra vxorem competens marito vel hæredibus, competit etiam contra eius hæredes excipiendo non agendo.* 20.

21 *Ius opponendi vxori de adulterio ad effectum lucrandi dotem in caſibus, quibus tranſmiſſibile eſt ad hæredes, eſt etiam ceſſibile.*

## CASVS XLVII.

### *Ius accuſandi mulierem de adulterio ad effectum lucrandi dotem, an tranſmittatur ad hæredes.*

1 MAritus conuincens vxorem
de adulterio lucratur dotem. l. conſenſu. §. virum
etiam. C. de repud. §. quia
vero plurimas. in authentico. vt liceat matri, & auiæ.
c. plerunque. de donat. int. vir. & vxor. vnde
2 oritur dubium, an idem maritus cui ad lucrādum dotem competit ius accuſandi mulierem ſiue ei opponendi de adulterio commiſſo ipſo viuente, iſtud ius ad effectum dotem lucrandi tranſmittat ad hæredes; & non tranſmittere dixerunt gloſ. in l. rei iudicatæ. §. hæredi. in verb. non habet. & ibi Bart. & Bald. ff. ſolut. matrim. cum pluribus allegatis per Gabriel. concluſ. 35. num. 8. de malefic. expreſſim autem quod indifferenter non tranſmittat, ſiue ipſe maritus ſciuerit, ſiue ignorauerit adulterium tenent Bald. in d. l. rei iudicatæ. §. hæredi, & ibi Paul. de Caſtr. nu. 3. ff. ſolut. matrim. idem Bald. conſ. 182. num. 1. lib. 3. mouentur ea ratione quia tanquàm actio ad vindictam ad hæredes non tranſit. l. cum emancipati. §. emancipatus. ff. de collat. bonor. l. iniuriarum actio. ff. de iniur. eandem opinionem quoque amplexi ſunt Ang. Raphael. & Imol. in d. §. hęredi. & Ang. Aret. in tract. malef. in verb. che hai adulterato. num. 29. & illam communem eſſe dicit Boer. deciſ. 338. nu. 12. verſ. pro qua multùm facit: Hæc ratio quidem valdè vrget, ſed pars contraria quod imò illud ad hæredes tranſmittat cum reſtrictionibus tamen ſequētibus ſaluari poteſt ex eo, quia maritus, & vxor adeundo matrimonium, dicuntur pænam iuris impoſitam pro adulterio quaſi contrahe-
3 re, cum gerentes aliquem actum cenſeantur ſe aſtringere legibus de ipſo actu loquentibus. l. exigere dotem. ff. de iudic. Bald. in l. ſi

duo.

duo.per illum tex.ff. de acquir. hæred. Alex.
conſ. 103.num.8.lib.2.Roland.conſ. 37.nu.
2.lib.2.Alciat.de præſumpt.reg.3.prçſumpt.
32.num.14.Surd.conſ.198.num.10.& ſeqq.
vol.2.ſic qui vult adire hæreditatem, conſe-
quẽter vult omnia onera hçreditatis.l. ſi duo.
ff.de acquir.hçred.maximè autem,quia pçna
adulterij reciproca eſt,nempe ex parte mariti
amiſſionis donationis propter nuptias, ex par
te vxoris amiſſionis dotis.l.conſenſu.§.ſi vero
cauſam.§. virum.C. de repud. & in authenti-
co.vt liceat matr.& auię.§.ſi de adulterio.§.ſi
quis in ſua domo; & ſic quaſi pçna conuentio
4 nalis tranſit ad hçredes,& cõtra eos.l.Lucius.
iuncta l.ſeq.ff.de act.empt. Gabriel. concluſ.
35.num.14.de malefic.vbi alios allegat.

Pro clara igitur materię diſcuſſione infra-
ſcriptos caſus conſtituo.

5 Primus caſus eſt, quando maritus habuit
notitiam adulterij vxoris,& de ipſo adulterio
non eſt conquęſtus,& tunc quia videtur ei re-
miſiſſe; ob id ad hçredes ius illam accuſandi,
vel ei opponendi de adulterio non tranſmit-
tit.Paul.de Caſtr.in l.quod ſi in patris.§.item
ſi voluntate.num.3.in fin.ff.ſolut. matrim. &
in l.cum mulier.num.6.ff. eodem tit. Alex. in
l.rei iudicatę.num.3.ff.ſolut. matrim. vbi di-
cit hoc communiter tenere Doctores ibi,& in
c.plerunque.de donat.int. vir. & vxor. Bald.
conſ.303.lib.3.& conſ. 221. verſ. tertius ca-
ſus.lib.2.idem Alex.conſ.189.num.1.verſic.
prçterea.lib.6. Io. de Garronibus.in authenti
ca.ex teſtamento.num.62.C.de ſecund.nupt.
Signor. de Homod. conſ. 50. & multos alios
adducit Farinac.in tract.de delict. carn. quç-
ſtio.142.nu.121. ſic etiam voluit Rot. Rom.
deciſ.606.num.4.part.1.diuerſ.

6 Ampliatur, quia hoc caſu non tranſmittit
actionem non ſolùm contra vxorem, ſed ne-
que contra illius hçredes. Salicet. Bald. Ang.
& alij communiter in l.fin.C. de adult. per il-
lum textum;ſequitur Bald.Ang.& Alex.in d.
l. rei iudicatę.ff. ſolut. matrim. Ripa in l. fin.
num.211.vbi dicit hanc partem eſſe veriorẽ.
C.de reuoc.donat.illamquè ſequi videtur Ga
briel.concluſ.35.nu.12.tit.de malefic.

7 Declaratur iſte primus caſus,quia in loco
vbi extat ſtatutum, vt vxor propter adulte-
rium amittat dotem ipſo iure, hæredes ma-
riti dotem apud ſe retinentes audiendi ſunt
excipiendo aduerſus vxorem, vel eius hç-
redes ipſam dotem repetentes, quamuis
maritus in vita ſua conquæſtus non ſit,
Marſil.in l.vnic. num. 84. C. de rapt. virgin.
Conrad.in pract.rubric.de adulterio.nu. 24.
in 3.limit. verſ.niſi ex ſtatuto perderetur dos
ipſo iure,& refert Farinac. in tract. de delict.
carn.quçſt.142.num. 132. nam pçna pro qua
competit exceptio tranſit ad hçredes, & con-
tra hçredes Ang.in l. 3. §. quod autem.& ibi
Paul.de Caſtr.num.3. Dec. & Iaſ. num. 8. ff.
quod quiſque iur.Gabriel.concluſ. 35. num.
19.tit.de malefic. idẽ Farinac. in prax. quçſt.
10.nu.76.verſ.limita decimoquarto,per tex.
in d.§.quod autem.& l.purè.§. fin. ff. de doli
8 except. ſic etiam dicitur de priuatione feudi
ob feloniam vel ingratitudinem vaſſalli ipſo
iure incurſa,vt licet Dominus de eadem felo
nia, ſiue ingratitudine notitiam habens, non
fecerit quçrimoniam in vita,tamen illius hç-
redes poſſint per viam exceptionis de ipſa fe-
lonia,ſiue ingratitudine opponere.Ripa in l.
fin.num. 238. C. de reuoc.donat. Siluan. de
feud.recognit.quçſt. 29. verſ. ſecundò fallit.
Curt.iun.de feud.part.4.num.vlt. in fin.Ro-
ſentall.de feud.cap.10.concluſ 40.num.2.3.
& propterea cùm ſciret maritus ius ſuum eſſe
ſaluum,ſibiquè & hæredibus ſuis ſuccurri me
diante exceptione, & retentione ob id tacens
non videtur remiſiſſe.l.ſicut re.§. nõ videtur.
ff. quib. mod. pign. vel hypot. ſoluit. omnis
enim alia præſumptio facit ceſſare præſum-
ptionem donationis, & remiſſionis iuriũ ſuo-
rum.l.ſi cum aurum.ff.de ſolut.Crauet. conſ.
142.num.26.Menoch.de arbitrar.caſ.88.in
princ. quæ declaratio multò magis procedit
quando mulier adultera ex propria autorita-
te, & ſpreto thoro maritali recedit cum adul-
tero virum ipſum ſpoliando quaſi poſſeſſione
thori, quia ei dotem repetenti obſtat exce-
ptio adulterij c.plerunque.& ibi Abb.num.4.
de donat. int. vir. & vxor. Bald. conſil. 221.
verſ.ſecundus caſus.lib.2.Menoch. conſ. 31.
num.34.

9 Secundus caſus eſt, quando habuit no-
titiam adulterij vxoris, ac etiam de eo con-
quæſtus eſt; & tali caſu ad hæredes ius op-
ponendi de ipſo adulterio tranſmittit, vt
poſt Iacob. de Beluiſ.Imol. & Ang. te-
net Alex. in d. l. rei iudicatæ. numer. 5. verſ.
limita tamen.ff. ſolut. matrim. pro quo alle-
gat tex.in l. 1. in fin. in verb. conquæſtus.ff.
ad Sillan. idem Alex. conſ. 189. numer. 2.
verſ. ſed præmiſſis.& num. 3. lib. 6. Boer.
deciſ.338.num.8. Menoc. conſil. 31. numer.
33.verſ.reſpondeo ſecundò.Io. de Garronib.
in authentica.ex teſtamento.nu. 62.C.de ſe-
cund. nupt. Signorol. de Homod. conſil. 50.

10 Ampliatur primò iſte caſus, vt trãſmittatur
ad hæredes, ſiue ſint hæredes ſui, ſiue extra-

nei.l. 3. C.ſi pend. appellat. mors interuen. quod etiã tenet & probat Vincent.de Franc. deciſ.184.num.8.& ſeqq.

11 Ampliatur ſecundò, quia ius opponendi contra vxorem de adulterio tranſit etiã ad ſingularem ſucceſſorem habentem cauſam à marito ſecundùm Bald.in conſ.221.num.1. lib. 2. ſed tamen aduertẽdum eſt, quod idẽ Bald. allegatur pro negatiua, quod ſcilicet ad ſucceſſorem ſingularem non tranſeat, ſic enim illum allegat Boer.deciſ.338.nu.8.in fin.Frãc. Curt. in addit. ad Alex. in l. rei iudicatæ.in verb. priuare.ff. ſolut. matrim. Gabriel. concluſ.35.num.13.de malefic.& l.etiam.ff. de iureiur.quam allegat idem Bald.pariter ſonat in contrarium; quocirca vera eſt iſta pars ne-
12 gatiua, quod ius opponendi, ſiue excipiendi contra vxorem de adulterio non tranſit ad ſucceſſorem ſingularem, niſi in caſu quo contra eam iudicatum eſſet, tunc enim tranſiret, quia exceptio iudicati ad ſingularem ſucceſſorem tranſit.l.ſi à te.§.Iulianus.ff.de except. rei iudic.l.exceptiones.la 2.§.rei.ff.de except.

13 Declaratur iſte ſecundus caſus quia conquæſtus, vel quærimonia debet eſſe facta iudicialiter, nec ſufficit quod ea extraiudicialiter facta ſit, nam licet vna ſit opinio quod ſufficiat quærimonia extraiudicialis, puta quod maritus vxorem expellat de domo, vel alio ſimili modo illius adulterium improbet, prout ſic tenuerunt Alex. in d. l. rei iudicatæ.num. 5.verſ.limita tamen.ff.ſolut.matrim. Ripa in l.fin.quæſt.62. C. de reuoc. donat. Vincent. de Franch.deciſ.184.num.6.& num.10. Roſentall.de feud.cap.10.concluſ.40.num. 37. & ſaltem ſufficiat ad effectum tranſmittendi ad hæredes ſuos, ad idquè multos Doctores congerat Farinac. in d. tract. de delict. carn. quæſt.142.nu. 126. nihilominus credo opus eſſe quærimonia iudiciali, nec extraiudicialem ſufficere ad effectum tranſmittendi hanc actionem ad hæredes, & moueor ex eo, nàm quod maritus lucretur dotem propter adulterium non pendet à ſola animi ſui voluntate, ſed pendet quoquè à iudice, quia non poteſt lucrari dotem, niſi adulterio ipſo iudicialiter probato.l.conſenſu.§. ſi vero, C. de repud.§. quia vero plurimas.in auth. vt liceat matri & auiæ ideo etiam quærimonia ad hoc ordinata
14 regulari debet via iudicij, quia ordinata ad vnum finem regulari debent ſecundum finem ad quem ordinata ſunt Bald. conſ. 105. verſ. illud etiam lib. 1. per tex.in l.oratio.ff.de ſponſalib. Crauet.conſ.223.num. 9. propè finem. Vltra quod quærimonia vel conquæſtus inquantum eſt animi dolor non eſt tranſmiſſibilis cùm motiuum animi non poſſit tranſmitti arg. l. cuius bonis.ff. de curat. furios.ideo vt tranſmittatur opus eſt quòd ſit in iudicium deductus; Hoc etiam ſuadetur ex l. 1.in fin.ff. ad Sillan. vbi ſi Dominus vulneratus ſuperuixerit, & de ſeruis non eſt conquæſtus, cenſetur illis remiſiſſe, nàm ſi ſufficeret ſola quærimonia extraiudicialis fruſtra dixiſſet de ſuperuiuentia, cùm quis poſſit ſe conquæri in eodem inſtanti, & concordat l.ea quæ à patre C.de reſtit.milit.& hanc partem quòd requiratur iudicialis actus videtur ſequi Bald.cõſ. 221.verſ.ſecundus caſus.lib.2.& multipliciter cõprobat Vgol.de Arim.in addit.ad Ang. de malefic.in verb.che hai adulterato.ſub nu. 29.verſ. maritus qui non approbauit: & ſic etiam inclinant hi omnes, qui dicunt quòd ſi maritus adeo repentè deceſſit vt non potuerit vxorem accuſare, vel contra eam de adulterio opponere, quòd tunc tranſmittit ad hæredes ius opponendi contra illam; inferunt enim ex hoc dicto neceſſariam eſſe quærimoniam iudicialem quia illa benè poteſt impediri per mortem repentinam, non autem impediri poteſt quærimonia extraiudicialis cùm ea fieri poſſit vnico verbo.

15 Tertius eſt caſus, quando maritus ſciuit adulterium vxoris, ſed repentè deceſſit, vel alia legitima cauſa impeditus fuit,ità quod conquæri, ſiue eam accuſare, vel de tali adulterio contra illam opponere non potuit, tunc iſtud ius opponendi de adulterio ad hæredes pariter tranſmittit perinde ac ſi in vita conquæſtus eſſet. Ioan.And.in addit.ad Spec. in tit.de feud.§.fin. in fin.in addit.incip.reuoluitur hęc quęſtio.Alex. in d.l. rei iudicatę.nu.3. in fin.ff.ſolut.matrim.Nell.de bãnit.1.part.2. tẽp.quęſt.29.Menoch.d.conſ.31.nu.33.verſ. reſpondeo tertio.Boer.deciſ.338.nu.8. Farinac.in d.tract.de delict.carn.qſt.142.nu.120.

Ampliatur vt idem pariter ſit, ſi è conuerſo vxor mortua fuerit ſtatim quod maritus notitiam habuit de illius adulterio, itaquod nõ potuit conquęri, vel illam de ipſo adulterio accuſare, quia poterit de eo excipere cõtra eius hęredes dotẽ repetentes. Farinac. in loco proximè citat. verſ. vbi pariter. qui alios allegat.

16 Quartus caſus eſt, quando maritus ignorauit adulterium vxoris, prout ignoraſſe præſumitur.l.verius.iuncta.gloſ. in verb. obligatam.ff.de probat.l. ſuper ſeruis. & ibi gloſ. in verb.oſtendere.C.qui milit.poſſ.lib.12. & in ſpecie.Alex.conſ.189.num.5.in fin. lib. 6. & tunc ius opponendi contra ipſam vxorem de adul-

adulterio ſimiliter ad hęredes tranſmittitur. Ruin.conſ.155.num.1. verſ. ſed remanet lib. 3.Bald.conſ.303.lib.3.Menoch.conſ.31.nu. 13.idem ſenſerũt Salicet.in l.vlt.C.de adult. Abb.conſ.3.num.7.lib.2.Crauet.conſ.59.in fin.idem Alex.in d.l.rei iudicatę.num.5.ff.ſolut.matrim.Surd.de aliment. tit.7. quęſt.24. num.15. cum multis alijs relatis per Farinac. in d.tract.de delict.carn.quęſt.142.num.115.

17 & ſeqq. quia ignorans non dicitur conſentire, nec iuri proprio renunciare.l. mater decedens.§.cęterum.ff.de inoff.teſtam.

18 Declaratur non procędere quando ignorãntia fuiſſet ſupina, tunc enim haberetur pro ſciente.l.nec ſupina.l.regula.§.ſed facti.ff. de iur.& fact.ignor.

19 Ampliantur generaliter pręmiſſa, nàm quibus caſibus competit iſtud ius opponendi de adulterio contra vxorem, ſiue illud competat marito ex iure proprio, ſiue hęredibus ex iure tranſmiſſo, iiſdem caſibus illud idem via exceptionis competit etiam contra hęredes ipſius vxoris dotem repetentes.l. fin. §. ſancimus.C.de adulter. nec aduerſatur Rot. Rom. deciſ.13.part.3.lib.3.diuerſ. dum dicit hæredibus hæredum mariti non competere exceptionem adulterij contra hæredes vxoris dotem repetentes, quia loquitur quando ipſi primi hæredes mortui ſciuerunt adulterium viuente vxore, & contra eam nihil dixerunt, qui quidem eſt vnus ex caſibus quibus non competit ius iſtud opponendi de adulterio, vt diximus ſuperius num.5.

20 Declaratur iſta ampliatio, vt licet cõtra hęredes adulterę opponi poſſit de adulterio per viam exceptionis, non tamen idem dicendum eſt ſi procederetur contra eos per viam actionis vel quęrelę, quia pro adulterio defunctæ non poteſt proponi actio vel querela contra eius hæredes, cùm pæna delicti non tranſeat ad hæredes l. ex iudiciorum.ff. de accuſat.& ſic in ſpecie tradit Aretin.in l. rei iudicatæ.§. hæredi.in fin.ff. ſolut. matrim. & late probat Petr.Barboſ.in repet.l.2.in princ. part.1. nu. 129.in fin.cũ pluribus ſeqq.ff.eod. tit. & illũ ſequtur Farinac.de delict.carn.quęſt.142.nu. 67.& 119. Verùm declaratio iſta adhuc patitur multas ſubdeclarationes, vel Fallentias recitatas per eundẽ Farinac. in ſua prax.quæſt. 10.nu.36.& ſeqq.& aliquas addidi in caſ.27.

21 Quæro autem, an ius opponendi vxori de adulterio cedi poſſit ad effectum lucrandi dotem in his caſibus, quibus tranſmiſſibile eſt ad hæredes ſine ceſſione, & cedi poſſe concluditur, quia etiam ius vindictæ dummodo competat de iure cõmuni cedi poteſt alteri. Alex. in l.ſi cùm dotem.§.tranſgrediamur.num.10 ff.ſolut.matrim. Felin.in c.quæ in Eccleſiarũ. num.13.de conſtit.Seyſſell.in l. vt vim. num. 124.in fin.ff.de iuſtit.& iur.Tiraq.de retract. conſang.§.26.gloſ.1.num.70.

*SVMMARIVM.*

1 *Feudo hæredes Domini priuare non poſſunt vaſſallum ob feloniam, ſiue ingratitudinem cõmiſſam in vita eiuſdem Domini; ſi is notitiam habuit de ea, & non eſt conquæſtus. Fallit per viam exceptionis. 4. dummodo excipiens offerat probationes incontinenti, non aliàs. 5. Fallit etiam, quando vaſſallus pacta inueſtituræ non ſeruauit 6. Fallit item quando pæna impoſita ob ingratitudinem incurritur ipſo iure. 7. quod procedit etiam nõ facta declaratione voluntatis. 8. Fallit item quando dominus feudi legitimè impeditus, conqueri non potuit. 10. Fallit item, quando veniret puniendus non ſolum vaſſallus, ſed etiam hæres eius. 11. ſed contra 12. Fallit item quando vaſſallo non erat adhuc aperta via ad ſuccedendum in feudo. 13. Fallit item quando ingratitudo verſaretur circa contractum feudi quæ purgaretur per actionem deſcendentem ex eo contractu. 15. Fallit item quoad damna & intereſſe, quæ Dominus paſſus fuit. 16. Fallit item quãdo feudum poſt delictum vaſſalli peruenit ad eius hæredes, & penes eos reperitur, ſed reprobatur. 17.*

2 *Hæredes vaſſalli non poſſunt à Domino priuari feudo ob feloniam, ſiue ingratitudinem eiuſdem vaſſalli.*

3 *Morte delinquentis extinguitur delictum.*

8 *Pæna impoſita ipſo iure debetur, & ad hæredes tranſit etiam non facta declaratione.*

9 *Diſpoſitio concernens fauorem certæ perſonæ, intelligitur ipſa volente, & declarante, ſed non facta declaratione, non cenſetur propterea iuri ſuo renunciare.*

14 *Ingratitudinis remiſſio conſiderari non poteſt in eo, qui adhuc non habet ſucceſſionem.*

18 *Dominus qui habuit notitiã de felonia, ſiue ingratitudine commiſſa per vaſſallum & de ea conquæſtus eſt ius illum priuandi feudo ad hæredes, & contra hæredes tranſmittit.*

19 *Dominus qui in vita ſua uel vaſſalli ignorauit culpam eiuſdem vaſſalli tranſmittit ius reuocandi feudum ad hæredes & contra hæredes: ſi tamen ignorantia eſſet ſupina, haberetur pro ſciente. 20.*

## CASVS XLVIII.

*Ius priuandi vaſſallum feudo, an tranſmittatur ad hæredes vel contra hæredes.*

NVnc de tranſmiſſione iuris reuocandi feudum ob fæloniã, vel ingratitudinem commiſſam per vaſſallum, an ſcilicet ſi Dominus in vita ſua, vel vaſſalli non priuauit eundem vaſſallum feudo ob feloniam, vel ingratitudinẽ per eum cõmiſſam, trãſmittat iſtud ius ad hęredes ipſius Domini, vel contra hęredes ipſius vaſſalli: Et conſidero infraſcriptos caſus.

1 Primus caſus eſt, quando Dominus habuit notitiam de felonia, ſiue ingratitudine commiſſa per vaſſallum, & non eſt conquæſtus, & tunc iſtud ius ad hæredes non tranſit, ſicquè hæredes ipſi non poterunt vaſſallum feudo priuare. gloſ. in cap. 1. §. porrò. in verb. aſſalierit. in fin. in tit. quæ fuit prim. cauſ. benef. amitt. & ibi Præpoſ. num. 2. Bald. num. 3. Aluarot. num. 3. Afflict. num. 33. gloſ. in cap. 1. §. item ſi fidelis. in verb. concubuerit. quibus mod. feud. amitt. Curt. iun. de feud. part. 4. num. 156. & gloſ. in l. omnimodo. in verb. nõ licebit. C. de inoff. teſtam. gloſ. in c. 1. §. inſuper. in verb. non ſuccedit. de prohibit. alienat. feud. per Frider. Iacobin. de Sanct. Georg. in ſua inueſtit. in verb. dictiquè vaſſalli promiſ. non committ. num. 71. poſt medium. Roland. conſil. 81. numer. 16. lib. 3. Miſing. obſeruat. 97. numer. 2. cent. 3. Ripa in l. fin. num. 237. C. de reuocand. donat. Tiraquell. in l. ſi vnquàm. in verb. ſuſceperit liberos. num. 215. Pedemont. deciſ. 77. num. 11. Gabriel. concluſ. 35. num. 7. de malefic. Clar. in §. feudum. quæſt. 64. num. 1. cum alijs per eos allegatis; & ea potiſſimum ratio eſt, quia videtur tacitè remiſiſſe culpam. Zaſius de feud. priuat. part. 10. col. 17. Iacobin. de sãcto Georg. in d. verb. dictiquè vaſſalli. num. 71. Ripa in l. fin. num. 237. C. de reuocand. donat. Iaſ. in d. l. omnimodo. num. 10. C. de inoff. teſtam. Aret. cõſ. 14. num. 10. Menoch. conſ. 99. numer. 182.
2 Clar. in d. §. feudum. quæſt. 64. num. 2. Sic è contra ſi mortuus ſit vaſſallus antequàm Dominus de eius felonia, ſiue ingratitudine cõqueſtus ſit, ſimiliter nec ipſe vaſſallus tranſmittit eius culpam ad hæredes; ita quod neque hæredes dicti vaſſalli ob feloniam, ſiue ingratitudinem eiuſdem vaſſalli defuncti feudo priuari poſſunt. gloſ. vlt. in l. fin. C. de reuocand. donat. & ibi Bald. num. 4. Ang. num. 5. Ripa num. 236. quæſt. 70. gloſ. vlt. in fin. in c. fin. de donat. Hern. in cap. 1. §. porrò. num. 21. in tit. q̃ fuit prim. cauſ. benef. amitt. Iacobin. de ſancto Georgio. in d. verb. dictiquè vaſſalli promiſer. non committ. nu. 71. Curt. de feud. part. 4. num. 157. Siluan. de feud. recognit. quæſt. 28. Tiraq. in l. ſi vnquam. in verb. ſuſceperit liberos. nu. 216. Miſing. cent. 3. obſeruat. 97. num. 3. Menoch. conſ. 99. nu. 108. Clar. in §. feudum. quæſt. 65. cum pluribus adductis per Roſentall. de feud. cap. 10. concluſ. 40. num. 1. litera B. & Gabriel concluſ. 35. num. 3. & 4. de malefic. morte enim
3 delinquentis remanet extinctum delictum. l. defuncto. ff. de public. iud. l. 2. C. ſi reus, vel accuſat. mort. fuer. Et pęnæ debent tenere ſuos autores. l. crimen. l. ſancimus. C. de pęnis. l. ſi ſint tabulæ; ff. de tabul. exhibend. itaquod pæna exceptis quibuſdam caſibus ſpecialibus nõ poteſt incipere ab hæredibus niſi accuſatio mota ſit viuente reo. l. ex iudiciorũ. ff. de accuſat. alia melior ratio eſt, quia Dominus videtur ius ſuum remiſiſſe ex. l. vlt. C. de reuocand. donat. c. vlt. de donat.

4 Declaratur primò caſus, vt locum non habeat, quando allegatur felonia, ſiue ingratitudo vaſſalli per viam exceptionis, tunc enim iſtud ius ad hæredes, & contra hæredes tranſmittitur, itaut hæres Domini, qui portionem feudi apud ſe exiſtentẽ ob dictã feloniã, ſiue ingratitudinem retinere vult aduerſus vaſſallum, & eius hæredes audietur, licet idem Dominus in vita nullam quærimoniam fecerit. Siluan. de feud. recognit. quæſt. 29. verſ. ſecundò fallit. Ripa in l. fin. num. 238. C. de reuocand. donat. Curt. iun. de feud. part. 4. nu. vlt. in fin. Roſentall. de feud. cap. 10. concluſ. 40. num. 2. & 3. & ratio eſt quia pęna pro qua competit exceptio tranſit ad hæredes & contra hæredes. Ang. in l. 3. §. quod autem & ibi Paul. de Caſtr. num. 3. Dec. & Iaſ. num. 8. ff. quod quiſquè iur. per illum tex. & per l. purè. §. fin. ff. de doli except. ſequitur Gabriel concluſ. 35. num. 19. de malefic. vnde cùm ſciret Dominus ius ſuum ſaluum eſſe ſibiquè & hęredibus ſuis ſuccurri mediante exceptione, ac retentione, ideo tacens non videtur remiſiſſe. l. ſicut re. §. nõ videtur. ff. quib. mod. pign. vel hypot. ſoluit. omnis enim alia præſumptio facit ceſſare præſumptionem donationis, & remiſſionis iurium ſuorum. l. ſi cùm aurum. ff. de ſolut. Crauet. conſ. 142. num. 26. Menoch. de arbitrar. caſ. 88. in princ.

5 Subdeclaratur tamen, vt procedat ſi excipiens offert ſe probaturum exceptionem ſuã incontinenti, iuxta. l. ſi is à quo. ff. vt in poſ-

ſeſſ.

ſeſſ.legat.aliàs ſi exceptio requireret altiorem indaginem, non eſſet retardanda inueſtitura, reſeruata tamen exceptione feloniæ, & ingratitudinis.Bald.in cap. imperialem.§.inſuper.num.3.Aluarot.num.4.Præpoſit.num.1.verſ.ex quibus infertur.de prohibit.alienat.feud.per Frider.Ripa in l.fin,num.238.C.de reuocand.donat.Roſentall.de feud.d.cap.10.concluſ.40.num.4.& 5.cum concordantibus quos ipſe recenſet.

6 Declaratur ſecundò hic primus caſus, vt locum non habeat quando vaſſallus pacta inueſtituræ non ſeruauit, tunc enim etiam ſi Dominus in vita ſua, vel in vita vaſſalli non egit,nec declarauit ſe velle priuare,tamen ius priuandi ad hęredes, & contra hæredes tranſit.Bald.in d.cap.1.§.inſuper.num. 4.in fin. quem ſequitur ibi Præpoſit.num. 1.in fin.de prohibit.alienat.feud.per Frider. Iacobin. in ſua inueſt. in verb. dictiquè vaſſalli promiſ. nu.72.in fin.Siluan.de feud.recognit.quæſt. 29.verſ.ſeptimò.Roſentall. de feud.cap. 10. concluſ.14.num.13.& concluſ.40. num. 19. & probatur in l. fin.C. de reuoc. donat. & eſt ratio; quia inter cauſas ingratitudinis, nulla eſt iuſtior cauſa,quàm inobſeruantia promiſſorum.cap. 1. §. ſed nec eſt alia.tit. quæ fuit prim.cauſ.benef.amitt.

7 Declaratur tertiò vt non procedat, quando pæna impoſita ob ingratitudinem incurritur ipſo iure,vt ſi vaſſallus feudum alienaſſet, quo caſu incurritur priuatio ipſo iure.gloſ.in cap.1.§.callidis.in verb.reuertatur.de prohibit.feud.alienat. per Frider. quia hæc tranſit ad hæredes,& contra hæredes,licet per Dominum nulla propoſita ſit quærella.l. commiſſa. ff.de publican.Bald.in d.cap.1.§.inſuper.nu. 7.de prohib.feud.alienat. p Frider. Iacobin. in d.verb.dictiquè vaſſalli promiſ.numer.72. verſ.limitabitis.Aretin.conſ.14.nu. 20. verſ. item intellige.Abb.in c.fin.num. 8. de donat. Siluan.de feud.recognit.quæſt. 29. verſ. tertiò limitatur.Gabriel.concluſ.35.num.16.de malefic.

8 Subdeclaratur, quia licet incurratur pæna ipſo iure,tamen etiam in feudo requiritur declaratio voluntatis. latè per Tiraq. in l. ſi vnquàm.in verb. reuertatur. num. 11. C. de reuoc. donat. Siluan.d.quæſt.29.verſ.tertio limitatur; iccirco diſtinguendum videtur, vt ante factam declarationem voluntatis, pæna non tranſeat nec ad hæredes Domini,nec cõtra hæredes vaſſalli, quàmuis ea impoſita ſit ipſo iure; poſt factam autem declarationem. vtiquè tranſeat:ſic diſtinguit Siluan.de feud. recognit. d.quęſt.29.verſ.tertiò limitatur.& Clar.in §. feudum quæſt. 64.num. 2. In contrarium tamen eſt veritas, quod imò vbi pęna impoſita eſt ipſo iure, nõ ſit neceſſaria declaratoria partis nam ſicut pęna tranſit ad hæredes, quando reus moritur poſt ſententiam l.ex iudiciorum. vbi Doctores. ff. de accuſat. & per Farinac.in prax.quæſt.10.num.45. qui allegat alios, pari modo tranſire debet quando impoſita eſt à lege ipſo iure,vel ipſo facto, quia tunc ſententia dicitur lata non ab homine, ſed à lege, quod magis eſt, vt conſiderat Boſſ.in tit.de ſentent.num.47.& quamuis requiratur declaratoria iudicis, illa tamen non requiritur quoad incurſum pænæ, quia commiſſo delicto iàm ſtatim pæna intelligitur incurſa ſine alia declaratione,ſed requiritur ſuper ipſo delicto, nempe quoad executionem facti,ac exactionem pænæ, & vt de facto ipſo conſtet: c. licet Epiſcopus.de præben.in 6.c. cum ſecũdum §.fin.de hæretic.eod.lib. Bald. in auth.qui ſemel.num.2.C.quom.& quand. iud.Alex.conſ.103.numer.17.& conſ. 124. num.2.lib.1.Dec.conſ.144.num.6. propè finem.Curt.de feud.part.4.num.156.verſ.moueor.Roland.conſ.18.nu.11.verſ.imò.lib.1. cũ multis allegatis per Gabriel.cõcluſ.13.tit. de malefic.nu.1.& ita quod non ſit neceſſaria declaratoria partis quoad incursũ pęnę, tenet Bald.in c.1.nu. 1. de feud.ſine culp. nõ amit. Ruin.conſ.57.num.2.vol.4.Boſſ.in tit.de pęnis.num.34.in fin. vbi teſtatur de communi, & in d.tit. de ſentent. num.46. & ſeqq. Clar. quæſt. 51. verſ. ſcias etiam. Farinac. in prax. quæſt. 10.num.70.verſ.ſed his non obſtantibus; Hinc videmus huiuſmodi iudicis declaratoriam poſſe fieri etiam mortuo delinquente contra hæredes eiuſdem delinquentis. Cartar.de execut.ſentent.capt.bannit. cap.1. nu. 356.Menoch.conſ.99.num.171.& ſeqq.Ancharan.conſ.65.num.2.in fin.Ioan.Igneus in l.Caius.num.22.in fin.ff. ad §yllan. Farinac. d.quæſt.10.num.70.verſ. quę quidem declaratio.

9 Non obſtat quòd diſpoſitio concernens fauorem certæ perſonæ intelligatur ipſa volente & declarante,ex quo aliàs non declarando cenſetur iuri ſuo renunciare.l.2.ff.de leg. cõmiſſ.l.vlt.C.de execut.rei iud.l.debitoribus. ff.de re iud.l.vniuerſa.& ibi Iaſ.nu.2.& ſeqq. C.de præcib. imperat.offer.Roland.conſ.22. num.40.& ſeqq.& conſ.57. nu.5. & ſeqq. & conſ.81.num.5.& ſeqq.lib.3.Tiraq. in tract. le mort ſaiſit.part.7. declarat. 1. num.4. cum pluribus ſequentib. & in ſpecie feudi idem

Tira-

Tiraq. in l. ſi vnquàm. in verb. reuertatur. nu. 11. cum multis per eum congeſtis. C. de reuocand. donat. Caſſad. deciſ. 4. num. 11. de locat. quia reſpondetur hoc quidem verum eſſe, quod diſpoſitio intelligitur parte volente & declarante; ſed quod non facta declaratione cẽſeatur quis iuri ſuo renunciare ita quod ius declarandi ad hæredes non tranſmittat, hoc non eſt ſemper verũ, quia videmus quod teſtamentum in quo præteritus eſt filius eatenus nullum eſt, ſi filius ipſe velit l. filio præterito. & ibi gloſ. vlt. ff. de iniuſt. teſtam. l. maximum vitium. §. ſancimus. C. de liber. preterit. gloſ. in l. ſcimus. in princ. C. de inoffic. teſt. Tiraq. in d. l. ſi vnquàm. in verb. reuertatur. num. 13. C. de reuoc. donat. & nihilominus ius dicendi illud nullum tranſmittitur ad hęredes vt ſupra firmatum eſt caſu 11. & abſolutè non eſt verum dum agitur de declarando incurſum pęnæ, quæ inducta eſt ipſo iure, ſi quidem tunc potuit Dominus cogitare ius ſuum eſſe ſaluum, & non habere animum remittendi l. ſicut. §. non videtur. ff. quib. mod. pign. vel hypotec. ſoluit. Et quando alia ſumi poteſt interpræṭatio, quàm iuris proprij renunciatio, illa ſumi debet. l. legãter. §. qui reprobos. ff. de pignorat. action. Crauet. conſ. 290. ante num. 1. verſ. quintò licet. Tiraq. in l. ſi vnquàm. in verb. donatione largitus. nu. 206. C. de reuoc. donat. Menoch. conſ. 4. nu. 216. & omnis alia quæcunque præſumptio facit ceſſare præſumptionem donationis. Crauet. conſ. 142. num. 26. Menoch. de arbitrar. caſ. 88. in princ. amplè per Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 13. tit. 9. facit tex. in l. ſi cum aurum. ff. de ſolut. l. cãpanus. ff. de oper. libert. l. cũ de indebito. §. qui enim, ff. de probat. c. ſuper hoc. de renunciat. & ſi dicatur ius declarandi voluntatem defuncti ad hæredes non trãſire. gloſ. in l. idem Pomponius. §. fin. in verb. appareat. & ibi Bart. num. 1. Bald. & Ang. ff. de rei vendicat. reſpondetur hìc non tractari de tranſmiſſione iuris declarandi voluntatem defuncti, cùm ea iàm declarata ſit à iure reijciente pręſumptionem remiſſionis, & donationis; ſed agitur de declaratione hæredis ſuper executione facti, & exactione pœnæ tantùm: Vnde concludo quod quando pęna eſt impoſita ipſo iure, ea tranſeat ad hæredes, & contra hæredes nulla etiam per Dominum propoſita quærella, vel facta declaratione.

10 Declaratur quartò iſte primus caſus, vt locum non habeat, quãdo Dominus feudi morte præuentus, vel alia iuſta cauſa impeditus conqueri nõ potuit Roſentall. de feud. d. cap. 10. concluſ. 40. num. 36. vbi alios allegat. Gabriel concluſ. 35. num. 6. & num. 15. de malefic. Miſing. cent. 3. obſeruat. 97. num. 6. veluti ſi vaſſallus deceſſerit ſtatim commiſſa felonia, hoc ſanè caſu poteſt Dominus proponere quærellam contra hæredes eiuſdem vaſſalli. Ioan. And. in addit. ad ſpecul. tit. de feud. §. fin. in verb. reuoluitur hæc quæſtio. Alex. in l. rei iudicatæ. nu. 4. ff. ſolut. matrim. Abb. conſ. 3. nu. 7. lib. 2. Siluan. de feud. recognit. d. quæſt. 29. verſ. limitatur primò. Menoch. cõſ. 99. nu. 182. Roſentall. de feud. d. cap. 10. concluſ. 40. nu. 36. Vel è conuerſo, ſi ſtatim deceſſerit Dominus, itaut poſt commiſſam feloniã nõ potuerit quærellam proponere, nam illud ius ad hæredes eiuſdem Domini tranſit. Siluan. d. quæſt. 29. verſ. limitatur primo. Præpoſit. in c. imperialem. §. inſuper. num. 1. verſus finem. de prohibit. feud. alienat. per Frider. Iacobin. in ſua inueſtit. verſ. dictique vaſſalli promiſ. num. 72. verſ. idem eſſet. Roſentall. d. cap. 10. concluſ. 40. num. 36. vel ſi vaſſallus Dominum occidit, idem Roſentall. d. cap. 10. concluſ. 20. nu. 21.

11 Declaratur quintò caſus iſte, vt non procedat quando propter delictum, vel feloniam commiſſam punitur non ſolùm ipſe vaſſallus ſed etiam eius hæres, nàm tunc punietur ipſe hærẹs quãmuis nulla contra vaſſallum committentem delictum, & feloniam quærella propoſita fuerit: exemplum eſt in cap. 1. ſi vaſſall. feud. priuet. & c. 1. §. ſi vaſſallus culpam. ſi de feud. vaſſall. content. ſit. vbi habetur quod ſi vaſſallus propter delictum priuetur feudo, filius ei non ſuccedit in ipſo feudo, niſi ex noua acquiſitione, & ratio declarationis eſt, nã licet ob non propoſitam querimoniam contra delinquentem, cenſeatur inducta tacita remiſſio aduerſus eum, tamen quia lex afficit etiam filios, iccirco remiſſio non extenditur ad illos. l. de pupillo. §. ſi in pluribus. ff. de oper. nou. nunciat. c. ad apoſtolicæ. §. Et ſi dicerct. de re iudic. in 6. remiſſio enim eſt ſtricti iuris. l. 1. ff. de iniur. Et in terminis tenet Siluan. de feud. recognit. d. quæſt. 29. verſ. quar-

12 tò fallit. Verùm iſta declaratio non ſubſiſtit, quia de directo repugnat caſui, quo firmatum eſt culpam, & feloniam vaſſalli non tranſire ad eius hæredes, ſi Dominus in vita ipſius vaſſalli non ſit de ea conquæſtus; namquè remiſſo principali, nempe felonia patris per taciturnitatem & mortem, cẽſetur conſequenter facta remiſſio filio, & iura in contrarium adducta procedunt, quando non extat remiſſio: Et licet remiſſio vnius non extendatur ad alterum,

rum, procedit quòad perſonas venientes iure proprio, ſecus quòad perſonas venientes iure tranſmiſſo, vt eſt filius qui venit ex perſona patris cui per taciturnitatem, & mortem cenſetur fuiſſe remiſſa felonia, quandoque enim quis conſequitur ex perſona alterius quod ex perſona ſua habere non poteſt. l. non tantùm. §. ſi pater. verſ. planè. ff. de bonor. poſſeſſ. contr. tabul. l. ariſto. in fin. & ibi gloſ. vlt. ff. quæ res pignor. oblig. poſſunt. l. fin. ff. de liber. & poſthum. & ſic reprobata opinione Siluan. tenet, & tuetur Roſentall. de feud. cap. 10. concluſ. 40. num. 56.

13 Declaratur ſextò non procedere, quando in vita Domini, aut vaſſalli delinquentis non erat adhuc eidem vaſſallo aperta via ad ſuccedendum in feudo, tunc enim quærella eſt tranſitoria ad hæredes Domini, & datur contra hæredes vaſſalli, ſi poſtea eidem vaſſallo aperiatur via ad ſuccedēdum in ipſo feudo, quia
14 non poteſt conſiderari remiſſio, cùm adhuc non competeret ſucceſſio arg. l. manumiſſiones. ff. de iuſtit. & iur. l. decem. ff. de verbor. oblig. c. ad diſſoluendum. de deſponſat. impub. in ſpecie Siluan. de feud. recognit. quęſt. 29. verſ. ſextò limitatur: Et idem eſt de hæreditate nondum delata, quę ideo nec adiri, nec tranſmitti poteſt, vt dixi in caſ. 8. num. 150. Contrarium tamen determinat Roſentall. d. cap. 10. concluſ. 40. num. 59. & 60.

15 Declaratur ſeptimò vt non procedat caſus iſte, quando ingratitudo verſaretur circa contractum feudi quæ purgaretur per actionem deſcendentē ex eo contractu, tunc enim quærella non mota tranſiret ad hæredes, & contra hæredes per tex. in l. ex depoſiti. l. ex contractibus. ff. de action. & obligat. l. ſi hominem. §. datur. ff. depoſit. Bart. in l. 1. num. 1. & 3. ff. de priuat. delict. Farinac. quæſt. 10. nu. 76. verſ. limita decimoquintò. ī ſpecie Siluan. de feud. recognit. quæſt. 29. in fin. & quæſt. 28. verſ. ſuadetur hæc opinio.

16 Declaratur octauò, quia actio ad damna, & intereſſe quæ Dominus paſſus fuit ob feloniam vaſſalli ad hæredes eiuſdē Domini tranſit, vt poſt ſchrad. tenet Roſentall. de feud. d. cap. 10. concluſ. 40. num. 53. ſed de hac tranſmiſſione actionis pro damnis paſſis ſatis dixi in caſu. 27. num. 8.

17 Declaratur nonò, vt iſte caſus non procedat, quando feudum poſt delictum vaſſalli ad eius hæredes peruenit, & apud eos reperitur, tunc enim ne lucrentur ex delicto defuncti, idem feudum eis auferri debet, quamuis vaſſallus qui delictum commiſit mortuus fuerit nulla à Domino contra eum propoſita quærella. ſic Siluan. de feud. recognit. quæſt. 29. verſ. quintò fallit; ſed tamen iſta declaratio non eſt vera, quia nec verum eſt, quod hæredes vaſſalli acquirant feudum ex delicto ipſius vaſſalli, ſed iure ſucceſſionis, vel ex prouidentia legis, & maiorum, ità in reuocatione donationis ob ingratitudinem tenet Ripa in l. fin. nu. 213. C. de reuocand. donat. & Ioan. de Imol. in cap. fin. de donat. & in ſpecie de feudo Roſentall. de feud. cap. 10. concluſ. 40. num. 55. poſt Schrader. allegatum per eum.

18 Secundus caſus eſt, quando Dominus habuit notitiam de Felonia, ſiue ingratitudine commiſſa per vaſſallum, & etiam de ea conquæſtus eſt, & tunc ius tranſit ad hæredes, & contra hęredes, ſiue lis deſuper conteſtata ſit. Roſentall. de feud. d. cap. 10. concluſ. 40. nu. 37. ſiue vaſſallus delinquens ſit ſolummodo ad iudicium ad hunc effectum priuationis citatus. idem Roſentall. d. nu. 37. ſiue denique alio modo etiam extraiudicialiter Dominus animum ſuum declarauerit; adhuc enim ex ſola extraiudiciali declaratione, ius priuandi tranſit ad hæredes Domini, & contra hęredes vaſſalli, vt per eundem Roſentall. d. cap. 10. concluſ. 40. num. 37. vbi teſtatur de communi ſententia Doctorum, & num. 62. Contrarium tamen, nempe quod extraiudicialis quęrimonia nō ſufficiat, ſed iudiciali opus ſit exiſtimaui ſupra caſ. 47. nu. 13.

19 Tertius eſt caſus, quando Dominus in vita ſua, vel vaſſalli ignorauit culpam, ingratitudinem, vel feloniam eiuſdē vaſſalli, prout in dubio ignoraſſe præſumitur. l. verius. iuncta gloſ. in verb. obligatam. ff. de probat. l. ſuper ſeruis. C. qui milit. poſſ. lib. 12. Marin. Frecc. de ſubfeud. lib. 2. in fin. quæſt. 28. Roſentall. de feud. cap. 10. concluſ. 40. num. 35. & hoc caſu eſt aliqualis diſſenſio, quia Ruin. conſ. 10. num. 5. 6. & 7. & conſ. 159. num. 12. 13. lib. 1. poſt Cuman. conſ. 164. qui etiam ad hoc allegat Imol. & Barbat. in c. fin. de donat. conſuluit, quod licet diſtinguendum ſit inter ſcientiam, & ignorantiam, quando tractatur, an ius priuandi vaſſallum adhuc viuentem tranſeat ad hæredes Domini defuncti; tamen quod quando tractatur, an iſtud ius tranſeat contra hęredes vaſſalli defuncti concludit indiſtinctè non tranſire, nullamque fiendam eſſe differentiam an Dominus ſcierit, vel ignorauerit delictum ipſius vaſſalli, & adducit rationem, nam quando vaſſallus mortuus eſt ante factam declarationem, vel quęrellam, tunc delictum eius morte remanet extinctū

etiam

etiam ſi Dominus fuit ignorans, cùm actio ex delicto non tranſeat contra hæredes. l. 1. ff. de priuat. delict. quod nõ eſt in primo membro, quia per mortem Domini, delictum vaſſalli non reſtat extinctum; ſed tamen veritas eſt, quod ius reuocandi feudum in hoc caſu tranſit indiſtinctè ad hæredes, & contra hæredes, & ſic tenet idem Ruin. ſibi contrarius conſil. 155. num. 1. verſ. pro quo facit. lib. 3. & conſ. 70. num. 13. verſ. nec obſtat. lib. 5. Ioan. And. in addit. Spec. in tit. de feud. §. fin. in verb. reuoluitur hæc quæſtio. Bald. in c. 1. §. porrò. nu. 3. quæ fuit prim. cauſ. benef. amitt. Alex. in l. rei iudicatæ. num. 4. ff. ſolut. matrim. Gabriel concluſ. 35. num. 15. tit. de malefic. Roſentall. de feud. cap. 10. concluſ. 40. num. 35. Nec obſtat, quod delictum vaſſalli morte illius remaneat extinctum, quia non conſideratur mors vaſſalli, ſed ſola remiſſio Domini vel hæredum reſultans ex non porrecta quærella in vita, quæ tacita remiſſio tollitur ex ignorantia facti, cùm nemo præſumatur renunciare iuri, quod ignorat ſibi competere. l. mater decedens. §. cæterum. ff. de inoffic. teſtam. l. ſi per errorem. ff. de iuriſd. omn. iud. & ſi morte vaſſalli extingueretur delictum nulla facta differentia inter ſcientiam, & ignorãtiam Domini, idem etiam dicendum foret de alijs impedimentis, quãdo ſcilicet Dominus morte præuentus, vel alia iuſta cauſa impeditus conquæri non potuit, & tamen contrariũ firmatum eſt, vt mox dixi num. 10.

20 Declaratur hic tertius caſus, vt locum non habeat, quando ignorantia Domini defuncti fuit ſupina, namquè haberetur pro ſciente. l. nec ſupina. l. regula. §. ſed facti. ff. de iur. & fact. ignor. in ſpecie Gratt. conſ. 2. num. 70. & ſeqq.

### *SVMMARIVM.*

*1 Ius declarandi caducitatem ab emphiteoſi non tranſit neque ad hæredes Domini, nequè contra hæredes emphiteotæ; dummodo Dominus ſcierit, & potuerit caducitatem declarare, non aliàs. 2.*

*3 Emphiteoſis, & feudum ſunt eiuſdem naturæ, & de vno ad alterum valet argumentum.*

*4 Septem differentiæ tantùm reperiuntur inter emphiteoſim, & feudum.*

## CASVS XLIX.

*Ius declarandi caducitatem ab emphiteoſi an ad hæredes vel contra hæredes tranſmittatur.*

1 IVs declarandi caducitatem ab emphiteoſi ſimiliter ad hæredes Domini non tranſit. Oſaſch. deciſ. 132. nu. 6. Miſing. obſeruat. 97. num. 3. in fin. & num. ſeqq. cent. 3. Caſſad. deciſ. 3. num. 1. de locat. Corbul. de iure emphit. de cauſa priuat. ob non ſolut. canon. ampliat. 45. numer. 24. Ruin. conſ. 10. num. 4. lib. 1 prout nec tranſit contra hæredes emphiteotæ, ſicquè hæredes non poſſunt declarari incidiſſe in caducitatẽ, ſi eius auctor viuens declaratus non fuit Cuman. conſ. 164. colum. 3. verſic. quinimo etiã. Ripa in l. fin. num. 932. poſt princ. C. de reuocand. donat. Caſſad. deciſ. 2. num. 2. de locat. Curt. iun. de feud. in vlt. quæſt. quartæ part. verſ. imò fortius. Gabriel concluſ. 35. num. 2. tit. de malefic. & ratio iſtius caſus eadem eſt, quia Dominus tacendo cenſetur caducitatẽ remiſiſſe ex. l. fin. C. de reuocand. donat. cap. fin. de donat.

2 Declaratur caſus locum habere quando Dominus ſciuit, & potuit caducitatem declarare, ſecus ſi ignorauit, vel non potuit declarare caducitatem. Corbul. de cauſ. priuat. ob non ſolut. canon. ampliat. 45. nu. 25. qui alios allegat, & teſtatur de communi. Miſing. d. obſeruat. 97. num. 6. cent. 3. Caſſad. d. deciſ. 3. num. 1. de locat. in dubio autem præſumitur Dominus caducitatem ignoraſſe. Alex. conſ. 105. num. 14. lib. 3. Dec. conſ. 185. num. 10. Corbul. d. ampliat. 45. nu. 26.

3 Verùm quia emphiteoſis & feudum ſunt eiuſdem naturæ Spec. in tit. de feud. §. quoniam. num. 63. in fin. verſ. non intereſt. Hoſtienſ. in ſumm. cod. tit. in princ. Curt. iun. de feud. part. 1. quæſt. 3. princ. nu. 6. Iſern. in prę lud. feud. num. 41. & de feudo ad emphiteoſim deducitur argumentum Ripa in l. 2. num. 39. ff. ſi cert. petat. Roman. conſ. 103. in fin. Riminald. ſen. conſ. 495. nu. 9. Dec. conſ. 435. num. 8. Ruin. conſ. 109. nu. 14. lib. 3. Roland. conſ. 17. num. 8. lib. 2. vbi alios allegat. Socin. ſen. conſ. 167. num. 24. vol. 2. Socin. iun. conſ. 9. num. 19. lib. 3. Euerard. in loc. legalib. loc. à feudo ad emphiteoſ. Surd. conſ. 208. num. 9. vol. 2. & è conuerſo deſumitur argumentum etiam ab emphiteoſi ad feudum, idem Euerard. loc. ab emphiteoſ. ad feud. & ſeptem tan-

tùm

tum differentiæ inter emphiteoſim, & feudum recitantur per Mantic.de tacit.& ambig. conuent.lib.22.tit.4. iccirco ad reſecandum ſuperflua iuxta tex.in §.quibus.i.conſt. Cod. conſtituo declarationem generalem, vt iſte caſus declaretur in omnibus ſecundum declarationes caſus præcedentis.

*SVMMARIVM.*

1 *Ius declarandi vti velle regreſſu non tranſmittitur contra ſucceſſorem titularis in beneficio: & procedit ſiue idem titularis moriatur ſiue renunciet beneficio.2. ac etiam dato legitimo impedimento penſionarij.4.*

3 *Regreſſus contra ſucceſſorem in beneficio in culpa exiſtentem exerceri poteſt.*

## CASVS L.

*Ius declarandi, quod habet penſionarius an velit vti regreſſu, an tranſmittatur contra ſucceſſores.*

1 QVæritur modò ſi penſionario reſeruatus eſt regreſſus ad beneficium in euentum non ſolutæ penſionis à titulari, vel oppoſitæ nullitatis, ſiue petitæ reductionis ipſius, & idē titularis in ſolutione eiuſdem penſionis defecerit, ſiue de eius nullitate dixerit, vel reductionem petierit, an iſtud ius declarandi ſe velle vti regreſſu tranſmittatur contra ſucceſſorem eiuſdem titularis in beneficio: & negatiuè deciſũ eſt à Rota Romana. vt per Caſſad.deciſ.4.nu. 3.in fin.de locat.Put.deciſ.341.lib.1. Verall. deciſ.8.part.3.& tenet Pariſ. de reſignat.lib. 3.quæſt.3.nu.9.10.11.& lib.6. quæſt. 3. nu. 20.& ſeqq.Gambar.de autor. legat.lib. 6. nu. 197. & ſeqq. idem ſentit Gigas.de penſion. quæſt.77.num.24.per eandem rationem præſumptæ remiſſionis reſultantis ex taciturnitate ex.l.1.l.fin.C.de reuocand.donat.cap. fin. de donat. vt in præcedentibus caſibus conſideratum eſt.

2 Ampliatur caſus procedere ſiue titularis moriatur, ſiue renunciet beneficio. Caſſad. d. deciſ.4.num.4.de locat.Pariſ.d.lib.3. quæſt. 3.numer.10.vbi de communi, quia eadem eſt ratio & effectus in morte ciuili, nempe in renunciante, depoſito, & tranſlato, quę in naturali.l.mulier.ff.ad Trebell. Rota deciſ. 28. de procurator.in nou.

3 Declaratur primò quia licet regreſſus non tranſeat contra ſucceſſorem beneficij ob culpam præceſſoris in ſolutione deficientis, vel dicentis de nullitate penſionis, ſiue reductionem petentis, tamen ſi idem ſucceſſor in ſolutione deficeret, vel de nullitate penſionis diceret, ſiue reductionem peteret, poſſet idem regreſſus cõtra eum exerceri. Verall.d. deciſ. 8.num.2.part.3.ſentit Pariſ.d.lib.6.quæſt.3. num.20.

4 Declaratur ſecundò non procedere, quando penſionarius ob aliquod iuſtum impedimentum ſuum, vel repentinam mortem titularis non potuit regreſſum declarare in vita ipſius titularis, nam hoc caſu videretur quod poſſet facere hanc declarationem contra ſucceſſorem in beneficio, quia dum penſionarius ex iuſtis impedimentis agere non potuit, ceſſat ratio præſumptæ remiſſionis. arg. l.mater decedens.§.cæterũ.ff.de inoffic.teſtam.l. tres fratres.ff.de pact.l.ſi per errorem.ff.de iuriſd. omn.iud.nihilominus quia hæc pæna incurſa à pręceſſore ob nõ ſolutioně penſionis, vel dictioně nullitatis ſiue petitioně reductionis ipſius, cõmiſſa eſt nomine ſuo, nõ nomine Eccleſię, vel Prælaturæ, ob id nõ poteſt declarare regreſſum aduerſus ſucceſſorě in beneficio etiã ſi illũ nõ declarauerit cõtra pręceſſorě ex cauſa alicuius legitimi impedimenti, ex traditis per Bart.in l.1.nu.5.ff.de priuat.delict. Ang. in l.vnic.nu.7.C.ne ex delict.defunct. Vaſqu. controuerſ.illuſtr.cap.96.num.20.verſ.ſecundo.& num.21.vbi dicunt, quòd pæna non trãſit in ſucceſſorem Prælati, ſi idem prælatus tenebatur ex delicto ſuo nomine, non nomine Eccleſiæ, vel Prælaturæ, eã ratione quia pęna debet tenere ſuos autores.l. ſancimus.C. de pænis, & regulariter non tranſit ad alios.l. 1. ff. de priuat. delict. l. vnic. C. ne ex delict. de funct. cum alijs adductis per Farinac.in praxi. quæſt.10.num.36.

Declaratur tertiò caſus, quia ſi penſionarius declaraſſet regreſſum vel alias iudicium introduxiſſet ſuper canonizatione eiuſdem regreſſus in vita præceſſoris, tunc actio tranſiret contra ſucceſſorem, & ſic poſſet regreſſus exerceri etiam cõtra eum, namquè collatio ei facta non teneret c. ſi ij. vt lit. pend. in 6. l. 2. C.de litigioſ.in ſpecie de regreſſu Gambar.de autor.legat.lib.6.num.464.

*SVMMARIVM.*

1 *Delegatio facta ſub nomine dignitatis non expreſſo nomine proprio, tranſit ad ſucceſſorẽ in ipſa dignitate & procedit etiam re integra.2.ac etiã ſi cõmiſſum eſt negociũ factũ tãtum.3.& non ſolùm in caſu mortis, vel remotionis.*

Qq

*motionis, ſed etiam in caſu translationis ad aliam dignitatem. 7.*

4 *Delegatio facta Vicario ſub nomine dignitatis tranſit ad ſucceſſorem in vicariatu. Et multomagis ſi facta eſt alternatiuè Epiſcopo, ſiue Vicario. 5.*

6 *Delegatio facta expreſſo nomine proprio delegati incogniti tranſit ad ſucceſſorem in dignitate 41.*

8 *Dignitatis augmentum non mutat priſtinum honorem.*

9 *Plures ſuccedentes in dignitatibus vnius tantum, ſuccedunt quoquè in delegatione illi facta: idem è contra ſi vnus ſuccedit in dignitatibus plurium. 10.*

11 *Delegatio facta Epiſcopo, ſiue Poteſtati tranſit etiam in locumtenentem, vel vicegerentẽ creatum à ſuperiore; ſecus ſi ab eodem Epiſcopo, vel Poteſtate.*

12 *Delegatio facta ſub nomine dignitatis non trãſit in ſucceſſorem ſi delegatus non habet in eadem dignitate ſucceſſorem, vt eſt legatus, Nuntius, vel Canonicus.*

13 *Delegatio facta iudici incerto non valet.*

14 *Delegatio facta ſub nomine dignitatis nõ tranſit ad ſucceſſorem, ſi delegatus erat coniunctus ſanguine, vel valdè amicus delegantis: Fallit in delegatione, quæ neceſſario committenda eſt conſtituto in dignitate. 15.*

16 *Delegatio facta expreſſo nomine proprio, & nomine dignitatis ſimul eſt perſonalis & ad ſucceſſorem non tranſibilis ſi præcedit nomẽ proprium; realis & tranſibilis ſi nomen dignitatis: Fallit contrarijs exiſtentibus coniecturis 18. vt ſi delegatus non habuit notitiã perſonæ, tunc enim cenſetur realis. 19. vel ſi adeſt coniunctio ſanguinis, & amicitia, cenſetur perſonalis 20. vel cùm delegatio eſſet aliàs inutilis. 21. vel ſecundum ſubiectam materiam. 23. 25. vel quando commiſſa eſt cauſa grauis, & ardua 24. 27.*

17 *Ordo ſcripturæ deſignat ordinem voluntatis.*

22 *Ad ſaluãdum actum; illud quod eſt poſterius, præſumitur prius.*

25 *Expreſſio dignitatis non facit delegationem eſſe tranſibilem ad ſucceſſorem, vbi ſubiecta materia aliud ſuadet: idem ſi cauſa eſt grauis, & ardua. 27. idem ſi apparet de mente delegantis. 31.*

26 *Subiecta materia præualet propriæ verborum ſignificationi.*

28 *Induſtria perſonæ electa, delegatio ſub nomine dignitatis non tranſit ad ſucceſſorem.*

29 *Induſtria perſonæ quando cenſeatur electa. remiſſiue.*

30 *Delegantis morte re integra, expirat delegatio, & quando dicatur res integra.*

33 *Delegatio facta ſub nomine proprio non tranſit ad ſucceſſorem; Et non ceſſat in perſona delegati etiam ceſſante dignitate quam is obtinebat. 34. 35. etiam ſi ceſſauit antequam incepit vti iuriſdictione delegata. 37. ſi tamen delegatus qui dignitatem amiſit, aſſumit qualitatẽ incõpatibilem, ceſſat delegatio. 38. idẽ ſi remoueatur propter delictũ 39.*

35 *Cap. ſtatutum. §. ſancimus de reſcript. in 6. nõ procedit de iure Ciuili.*

36 *Dignitas operatur nobilitatem permanentem etiam poſt illam finitam.*

40 *Delegatio facta ſub nomine proprio tranſit ad ſucceſſorem, ſi materia ſubiecta reſpicit dignitatem; idem ſi delegatus eſt incognitus deleganti. 42. idem ſi nomen dignitatis præcedit 43.*

41 *Expenſas taxandi facultas, tranſit ad ſucceſſorem quamuis ea reſeruata ſit iudici ſub nomine proprio.*

## CASVS LI.

*Delegatio cauſarum, an & quando tranſeat ad ſucceſſores delegati ſiue delegantis explicatur.*

DElegatio, vel commiſſio cauſarum, an & quando tranſeat ad ſucceſſores diſtinguendũ eſt per caſus.

1 Primus autẽ caſus eſt, quando delegatio eſt facta alicui ſub nomine dignitatis non expreſſo nomine proprio, & tunc tranſit ad ſucceſſorem in ipſa dignitate. c. quoniã abbas. & ibi gloſ. in verb. ſubſtitutũ. de offic. deleg. vbi Abb. nu. 4. Dec. num. 4. & cæteri omnes. l. annua. §. attia. ff. de annuis legat. §. & hoc vero iubemus. & ibi gl. in verb. reſcriptum. in authentico. vt nulli iudic. gloſ. vlt. in l. tale pactum §. fin. ff. de pact. Bart. in l. qui liberis. §. hæc verba. nu. 4. ff. de vulg. & pup. Iaſ. in l. more. nu. 65. & Dec. nu. 54. ff. de iuriſd. omn. iud. & ratio eſt quia dignitas non moritur. c. ſi gratioſè. de reſcript. in 6. c. liberti. il 2. 12. quæſt. 2. ideoquè cenſetur eſſe in vtraque perſona, & non videtur variata. l. meminiſſe. ff. de offic. proc. & legat.

2 Ampliatur primò iſte caſus, vt delegatio tranſeat ad ſucceſſorem non ſolùm quando negocium iàm inceptum eſt coràm primo delegato. Innoc. in d. c. quoniam abbas. & Dec. in d. l. morè. numer. 54. Menoch. de arbitrar. lib. 1. quæſt. 68. numer. 22. Sed etiam quando

res

res eſt integra. Hoſtienſ.in d.c. quoniam abbas. col. vlt. verſ. verum vbi delegata. & ibi Abb.num.4. & 7. Dec. num.4. verſ. & quod dictũ eſt.Gemin.poſt Archidiac.in c. ſi is cui. nu.4.verſ.in fine gloſ.de offic.deleg.in 6. Petr.de Bellapertic.in l.more. nu.17. & ibi Zaſ. in fin.ff.de iuriſd.omn.iudic. Et licet Ang.in d.§.& hoc vero iubemus.nu.9. authentico.vt nulli iudic.dicat delegationem factam ſub nomine dignitatis re integra non tranſire ad ſucceſſorem, tamen illum reprobat Dec. in d.c. quoniam abbas.num.4. verſ. & quod dictum eſt.de offic.deleg. & ab omnibus reprobari teſtatur Menoch. de arbitrar. lib. 1. quæſt. 68. num.22.& meritò quidem, quia ratio caſus, quod dignitas nunquam moritur, militat etiã re integra; iccirco idem ius quoque ſtatui debet.l.à titio,& ibi gloſ.in verb.reddi.ff.de verbor. obligat.

3 Ampliatur ſecundò, vt eadem ratione procedat etiam in mero executore quando ſcilicet delegatum eſt,& commiſſum aliquod miniſterium ſine iuriſdictione, hoc eſt negociũ facti tantùm, adhuc enim ſi eſt commiſſum ſub nomine dignitatis trãſit ad ſucceſſorem. ſic tenet Hoſtiẽſ.in c.fin.col.4. verſ. ſed quid ſi alicui. de offic. delegat. & ibi Abb. in d.c. fin.§.cæterum.num.7.& Ant. de Butr. col. 1. verſ.hoc vltimum. Cardinal. quæſt.7.Imol. num.20.Anchar.num.8.Bellam.quęſt.2.nu. 6.idem Abb.in d.c.quoniam abbas. num.16. & Dec.num.25.verſ.nonò, & vltimò. de offic.deleg. Card. in clem.vnic. in fin. de offic. deleg. Dec.in l.more.num.52.Caccialup.nu. 39.ff. de iuriſd.omn. iud. Menoch. de arbitrar. d.lib.1.quæſt. 68. numer. 23. Contrarium tamen quod imò commiſſio nudi miniſterij vel facti ad ſucceſſorem non tranſeat, tenet Bart.in d.l.more.num.19.& ibi Iaſ.nu. 65.verſ.primò. idem Bart. in l. qui liberis. §. hæc verba.num.4.Imol. num.5. in fin. & numer.6.ff.de vulg.& pup. Ioan. Andr. in d.c. fin. numer.24. de offic. deleg. Berous in d.c. quoniam abbas.num.111. & ibi Felin. num. 10.de offic.deleg. Anchar.in c.ſi gratioſè. nu. 7.de reſcript.in 6. Ruin. conſ.115.nu.9.vol. 1. Verùm non eſt recedẽdum à priori opinione, quod tranſeat ad ſucceſſorem in dignitate, quia non eſt conſideranda diuerſitas caſuum, niſi ratio diuerſitatis reddatur gloſ. in l.ſed etſi lege.§. item ſi res diſtraxit. in verb. habeant.ff.de petit.hæred.Crauet.conſ.187. num. 2. & cum ratio diuerſa non ſit inter delegationem iuriſdictionis,& delegationẽ miniſterij ſine iuriſdictione, idem ius ſtatui debet.l.illud.ff.ad leg.aquil.cum ſimilibus: hinc videmus officium executoris teſtamentarij commiſſum ſub nomine dignitatis, vel officij ad ſucceſſorem tranſire, vt videbimus in caſu ſequenti num.1.

4 Ampliatur tertiò caſus, vt locum habeat quoquè in delegatione facta in perſonam Vicarij Epiſcopi, quamuis dignitatem nomine alterius obtineat; quocirca videretur quidem contrarium dicendum, quod imò ſcilicet talis delegatio non tranſeat ad ſucceſſorem ipſius Vicarij, quia dignitas ſeu officium vicarij eo mortuo, vel reuocato expirat, & non dicitur vacare, nec habere ſucceſſorem, nam ſi haberet ſucceſſorem, diceretur vacare per mortem, vel priuationem, & ſic eſſet neceſſariò perpetua in Eccleſia, nec creatio Vicarij penderet à voluntate Epiſcopi, cùm tamen Epiſcopus non teneatur inuitus creare Vicarium.c. 1. c.2. de offic.vicar.in 6.& notat. in clem. 2. de reſcript. præterea adducitur tex. in l.ſi auguſtæ. ff. de leg. 2. vbi legatum factũ vxori Imperatoris non tranſit ad eam, quæ illi ſuccedit, ea ratione quia non obtinet dignitatem ex ſua perſona, & ſic ex his rationibus tenet Bart. in l. quod principi numero 3. & ibi Bald. & Paul. de Caſtr. num. 3. ff. de leg. 2. Dec.in c.quoniam abbas.num. 19. de offic. deleg. vbi de communi, cum pluribus alijs quos recitat Sanchez in tract. matrim. lib.8. diſput.27.numer.8. & Sbrozz.de offic.vicar. lib.3.quæſt.49.num.3.Garz.de benefic.part. 6.cap.2.num.32.ſed his non obſtantibus cõtraria ſententia quod delegatio facta Vicario ſub nomine dignitatis tranſeat ad ſucceſſorem in vicariatu verior eſt,& æquior, & illam tenet Abb.in d.c.quoniam abbas.num.10. & 11.& ibi Card. de offic.delegat.Gabriel.conſil.32.lib.2.ex profeſſo.Pariſ.de reſignat.lib. 1.quæſt.11.num.17.cum alijs multis allegatis pro hac parte per Gabriel. d.conſil.32.numer. 25.lib.2. Sbrozz. de offic. vicar.quæſt. 49.num.1.& 2.lib.3.Garz.de benefic. par. 6. cap.2.numer. 34. 35. & Sanchez de matrim. lib.8.diſput.27.num.9. & 10. & ſic pluries à Rota deciſum eſt, vt per Put.deciſ. 487. lib. 2. & deciſ.151. part.3. lib.2. diuerſ. & deciſ. 12.part.2. diuerſ. & ita in praxi ſeruari teſtatur Cardin. in Clem.2.num.6. in fine. de reſcript. Gambar. de autor.legat.à later. lib. 8. num.97.idem Garz.d.part.6.cap.2.num.34. Sanchez d.lib.8.diſput.27.num.10.Genuen. in prax. Archiep. cap. 69.num. 1.& pro hac parte facit tex.in c.1.de offic.vic.in 6. vbi habetur, quod ſubſtitutus in vicariatu [illegible]

gerere vices ſui præceſſoris, ibi; illos qui vices ipſius gerunt; & eſt ratio, quia Epiſcopus tenetur habere Vicarium Abb. in c. quoniam. num. 3. de offic. ordin. per tex. in c. in noua actione. 16. q. 7. c. cum ſimus. 9. q. 3. & c. quoniam. diſt. 89. & videtur ſequi Bald. in d. c. quoniam. numer. 1. & tenet Boer. deciſ. 347. num. 6. & probat ex profeſſo Sbrozz. de offi. vicar. lib. 1. quæſt. 46. quamuis tamen contrarium in hoc teneat Rota Rom. & alij quos allegat Gonzal. ſuper reg. 8. canc. gloſ. 4. num. 66. & quia Vicarius in his, quæ concernunt generalem iuriſdictionem habet iuriſdictionem ordinariam à lege. c. 2. vbi Doctores. de conſuet. in 6. gloſ. 1. in c. 2. de offic. vic. in 6. Alex. in rubric. ff. de offic. eius. num. 17. Couar. var. reſol. lib. 3. cap. 20. num. 4. & præeſt territorio, ſeu diæceſi. Pauin. de vicar. & poteſt. cap. ſed. vacant. part. 2. quæſt. 10. num. 8. nec obſtat quod Vicarius non habeat dignitatem iure proprio, nec perpetuam, quia ad effectum vt delegatio valeat, ſufficit huiuſmodi dignitas. Clem. 2. de reſcript. vbi Anchar. in princ. & ad effectum vt tranſeat in ſucceſſorem, ſatis eſt quod fuerit contemplatum officium, non perſona. Gabriel. d. conſil. 32. nu. 17. lib. 2.

5 Subampliatur hæc ampliatio, vt multò magis procedat, & locum habeat, quando commiſſio, vel delegatio facta eſt alternatiue Epiſcopo, ſiue Vicario, tunc enim delegans cenſetur habuiſſe reſpectum ad tribunal Epiſcopi, & ſic abſque dubio tranſit ad ſucceſſorem in Vicariatu. ità tenuit Rota deciſ. 12. nu. 4. part. 2. diuerſ.

Declaratur autem ampliatio iſta, vt excepto Vicario generali, ea non ſit vera in alijs obtinentibus dignitatem nomine alieno, vt dicam nu. 32.

6 Ampliatur quartò hic caſus procedere etiam ſi delegatio facta ſit expreſſo nomine proprio delegati, qui tamen incognitus eſt deleganti, tunc enim delegatio intelligitur facta dignitati, ſi idem delegatus dignitatem habet; & ſic tranſit ad ſucceſſorem. l. pen. §. ſi autem ignota. ff. de reb. dub. & poſt Guil. & Ang. ſic tenet Iaſ. in d. l. more. num. 65. verſ. ſextò. ff. de iuriſd. omn. iud. Dec. in c. quoniã Abbas. num. 13. de offic. deleg. Paul. de Caſtr. in l. ſi in nomine. in fine. C. de teſtam. Menoch. de arbitrar. iud. lib. 1. quæſt. 68. nu. 17. 18. Anan. conſ. 19. num. 9.

7 Ampliatur quintò hic caſus, vt procedat non ſolùm in caſu mortis, vel remotionis delegati, ſed etiam in caſu tranſlationis ad aliã dignitatem, nam delegatio ſequitur dignitatem illam priorem, non dignitatem poſtea acquiſitam, & ità tranſiret ad ſucceſſorem in illa priori dignitate. Innoc. in c. quoniam Abbas, & ibi Abb. nu. 8. in fine. Ant. de Butr. nu. 21. in fin. Cardin. num. 4. queſt. 4. Bald. nu. 3. de offic. delegat. Gemin. in c. quamuis. nu. 6. & ibi Franc. in fin. Ioan. And. num. 2. & Anchar. in fin. de offic. deleg. in 6. Caccialup. in l. more. nu. 36. ff. de iuriſd. omn. iud. quod ſubampliatur locum habere etiam ſi res non ſit integra, ſed delegatus cæperit vti delegatione, & commiſſione facta dignitati, nam adhuc delegatio tranſibit ad ſucceſſorem, vt poſt Innoc. Ioan. And. Card. Bald. Anchar. Gemin. Franc. Henric. Bellamer. & Caccialup. tenet Sanchez. de matrim. lib. 8. diſput. 27. nu. 24.

Declaratur hæc ampliatio procedere, quãdo per adeptionem ſecundæ dignitatis amittitur prima, ſecus autem ſi ea retinetur; vt ſi cauſa commiſſa eſt Epiſcopo, & eius Epiſcopatus durante commiſſione vel delegatione erigatur in Archiepiſcopatum, tũc delegatio remanet eidem Archiepiſcopo; & non expirat, nec tranſit ad alios. Ioan. And. in addit. Spec. de iud. delegat. §. reſtat. verb. tale pactũ. verſ. delegata. Abb. in d. c. quoniam Abbas. num. 14. Dec. num. 23. Berous. nu. 110. de offic. deleg. Caccialup. in d. l. more. nu. 36. ff. de iuriſd. omn. iud. nàm translatus ad maiorem dignitatem retinet priuilegia prioris dignitatis. l. 3. C. de dignitat. lib. 12. adiectio
8 enim, & augmentum dignitatis nõ mutat priſtinum honorem. l. pen. ff. de ſenatorib. l. falſa. §. 1. ff. de condit. & demonſtrat. l. ſi eum. §. item ſi ſeruus. ff. de exercit. action.

9 Ampliatur ſextò procedere etiam ſi cauſa ſit commiſſa vni habenti duas dignitates ex diſpenſatione, vel vnione exprimendo nomen appellatiuum vtriuſque dignitatis, puta Prępoſito, & Archidiacono, nam illo mortuo ſi eædem dignitates diuerſis perſonis conferãtur, iſti duo qui in locum vnius ſurrogantur, ſuccedunt in tali delegatione tãquàm ipſam dignitatem repręſentantes. Ioan. And. in reg. rationi. col. 3. verſ. in tertio vero caſu. de reg. iur. in 6. Abb. in c. quoniam Abbas. num. 13. Dec. num. 21. de offic. deleg. refert Alex. in l. qui liberis. §. hæc verba. nu. 9. verſ. quæ limitatio. ff. de vulgar. & pupill.

10 Ampliatur ſeptimò, vt locum habeat etiam ſi cauſa committatur duobus ſub nomine appellatiuo, ſeu nomine dignitatis, puta Præpoſito, & Archidiacono cum clauſula, quòd vnus ſine altero procedere poſſit, & contingat,

gat, quod vno mortuo alter prouideatur de dignitate defuncti ex diſpenſatione, vel vnio ne, nam ipſe ſolus poterit procedere, cùm repræſentet duos, & ità delegatio inſolidum transit ad eum. Ioan. And. in d. reg. rationi. col. 4. verſ. circa ſecundum. de reg. iur. in 6. & in addit. Speculat. de iudic. deleg. §. reſtat. in verb. tale pactum. verſ. quæſtiones autem. ſequitur Lap. allegat. 88. num. 3. & Dec. in d. c. quoniam Abbas. num. 22. & ibi Felin. nu. 10. verſ. committitur cauſa. de officio delegat.

11 Ampliatur octauò, vt cauſa delegata Epiſcopo, vel Poteſtati trãſeat etiam in locumtenentem, vel Vicegerentem, dummodo is creatus ſit à ſuperiore cum prærogatiuis Epiſcopi, vel Poteſtatis, vt eſt Vicarius apoſtolicus, vel Vicerector creatus ab vniuerſitate ſcolarium propter receſſum, vel mortem Rectoris, ſecus autẽ ſi creatus ſit ab ipſo Epiſcopo, Poteſtate, vel Rectore. Bart. in l. filius. ff. de legationib. Alex. in l. more. nu. 42. ff. de iuriſd. omn. iud. & in l. qui liberis. §. hęc verba. num. 10. ff. de vulg. & pup. & Dec. in d. c. quoniam Abbas. nu. 26. de offic. deleg.

12 Declaratur autem primò caſus iſte, vt non procedat quando commiſſio, vel delegatio facta eſt ſub nomine dignitatis in perſonam eius qui non habet ſucceſſorem in ipſa dignitate, exemplum eſt in Nuntio, vel Legato etiã à latere, namquè ipſo Nuntio, vel Legato mortuo, vel reuocato, non tranſit commiſſio, vel delegatio ad ſucceſſorem, & ea eſt ratio quia dignitas Nuntij, & Legati non eſt perpetua, ſed reuocabilis ad nutum, & conſequẽter non durat eo mortuo, vel reuocato, nec is dicitur propriè habere ſucceſſorem, cauſa nãquè propter quam commiſſio, vel delegatio facta ſub nomine dignitatis tranſit ad ſucceſſorem eſt ea, quia dignitas nunquàm moritur c. ſi gratioſè. de reſcript. in 6. & ſic ſucceſſor reperit dignitatem ſubſiſtentem, quæ ſuſtinet commiſſionem, ſeu delegationem, ſed quando dignitas moritur, & non durat, nec per ſe ſubſiſtit, non eſt qui commiſſionem, vel delegationem ſuſtineat, ideo non tranſit, & ita ex hac ratione tenent Butr. in d. c. quoniam Abbas. num. 23. & ibi Abb. num. 11. verſ. dubitatur. Dec. num. 20. Felin. num. 8. Berous num. 102. cum ſeqq. de offic. deleg. Gemin. in c. ſtatutum. num. 8. verſ. & per hoc deciditur. & ibi Franc. num. 11. verſ. quintò. de reſcript. in 6. vbi dicit, quòd ità communiter loquuntur Doctores, idem Franc. in d. c. ſi gratioſè. num. 13. de reſcript. in 6. Sanchez de matrim. lib. 8. diſput. 27. num. 11. & Abb. in c. nouit. in fin. de offic. legat. & pro hac declaratione facit tex. in c. præſenti. de offic. legat. in 6. vbi deciditur reſeruationes, & prouiſiones beneficiorum à legato factas, & nondum effectum ſortitas expirare finita legatione, & ſic infert ibi textus legationem extingui, ad ſucceſſoremquè non tranſire; aduertendum tamẽ eſt quòd in commiſſione facta Nuntio loci in quo Papa ſolitus eſt habere Nuntium de ordinario, vt in ciuitate Venetiarum, poteſt ſuſtineri, vt non ſit verum iſtud exemplum, ſed quòd imò cauſa commiſſa eidem Nuntio tranſeat in ſucceſſorem. Gambar. de poteſt. legat. lib. 8. num. 98. verſ. ideo. adducit textum in l. meminiſſe. in princ. ff. de offic. proconſ. & ità quoquè ſeruari vidi in facto. Aliud exemplum eſt in commiſſione, vel delegatione facta Canonico ſub nomine dignitatis, quia ipſo Canonico mortuo, vel priuato, commiſſio vel delegatio in ſucceſſorem non tranſit, ſiue ſit certus Canonicorum numerus, ſiue non; Abb. in d. c. quoniam Abbas. num. 9. Dec. num. 18. vbi hanc opinionem vocat eſſe communem. & Felin. num. 5. Berous num. 99. de offic. deleg. Imol. in clem. 2. num. 10. de reſcript. Gemin. in c. ſtatutum. num. 8. & ibi Franc. nu. 9. de reſcript. in 6. Bald. in l. ſi plures. num. 32. in fin. C. de condit. inſert. Et hoc ex eadem ratione, quia Canonicus non habet propriè ſucceſſorem in onere & honore, cùm capitulum ſibi ſuccedat. c. relatum. il 2. & ibi Imol. col. 2. de teſtam. gloſ. in c. quod ſicut. in verb. conſentire. in fin. & ibi Innoc. num. 5. de elect. ſequitur Bart. in l. bonorum. in fine. ff. rem rat. haber. Abb. in d. c. quoniam Abbas. num. 9. Felin. num. 6. Dec. nu. 18. verſ. ſecundò. vbi teſtatur de communi. de offic. delegat. & ſine dubio non habet ſucceſſorem in commiſſione, vel delegatione cauſæ, quia huiuſmodi commiſſio, vel delegatio videtur ſemper eſſe perſonalis, quæ extinguitur cum perſona. l. in omnibus cauſis. la 2. l. priuilegia. ff. de reg. iur. c. priuilegium. de reg. iur. in 6. & quod ſit perſonalis ex eo deprehenditur quia in ipſa delegatione de neceſſitate exprimendum eſt nomen perſonæ Cano-
13 nici, aliàs delegatio tanquàm de incerto iudice facta non valeret. c. ad hæc. cum ibi notat. de reſcript. facit tex. in l. duo ſunt titij. ff. de teſtam. tut. l. 3. §. ſi quis duobus. ff. de adimẽd. legat. & ſic dicunt Abb. in d. c. quoniam Abbas. num. 9. Dec. nu. 18. & Gemin. in d. c. ſtatutum. nu. 8. verſ. ex his videtur. de reſcript. in 6.

14 Declaratur ſecundò, vt locum non habeat, quando ille cui facta eſt delegatio ſub nomine di-

ne dignitatis, eſt coniunctus ſanguine, vel val
dè amicus delegantis, tunc enim erit perſona-
lis, & ad ſucceſſorem non tranſibit. gloſ. in c.
religioſus. in verb. expreſſerit. de teſtament. in
6. & probat tex. in c. requiſiſti. §. ſi vero relin-
quatur. de teſtament. & ibi tenet Couarr. nu.
1. & num. 7. Iaſ. in l. more. num. 65. verſ. quar-
tò limita. ff. de iuriſd. omn. iud. Speculat. in
tit. de inſtrum. edit. §. nunc vero aliqua. num.
77. verſ. vel dic tertiò. Abb. in d. c. quoniam
Abbas. num. 8. Felin. num. 4. de offic. delegat.
Bertach. de Epiſc. part. 6. num. 66. Menoch.
de arbitr. iud. lib. 1. quæſt. 68. num. 25. Nam-
què hoc caſu delegans videtur potius conſi-
deraſſe cauſam conſanguinitatis, & confiden-
tiæ, quàm dignitatis.

15 Subdeclaratur hæc declaratio vt procedat
in delegatione, quæ poteſt committi perſonæ
non conſtitutæ in dignitate, ſecus autem in
delegatione, quæ committi debet perſonæ in
dignitate conſtitutæ, iuxta textum in c. ſtatu-
tũ de reſcript. in 6. nam iſto caſu videtur prin-
cipaliter contemplata dignitas, cui cauſa com
mitti, & delegari debet, cùm præſumatur quid
factum potiùs ob cauſam neceſſariam, quàm
voluntariã. l. fin. C. de aliment. pup. præſt. Cra
uet. conſ. 135. num. 12. & conſ. 106. numer. 8.
facit tex. in l. 3. 4. 5. ff. de ſolut. & hanc ſubli-
mitationem videtur etiam approbare San-
chez de matrim. lib. 8. diſput. 27. nu. 15.

16 Declaratur tertiò caſus, vt ſi in delegatio
ne vtrunque eſſet expreſſum nempe, & nomẽ
proprium, & nomen dignitatis; tunc attendi-
tur illud quod præcedit, itaquod ſi præcedit
nomen proprium, delegatio cenſetur eſſe per-
ſonalis, & ad ſucceſſores non tranſit; Si vero
præcedit nomen dignitatis, intelligitur eſſe
realis, & tranſit ad ſucceſſores per tex. in l. ſi
communis ſeruus ità ſtipuletur. ff. de ſtipulat.
ſeruor. & per illum tex. ſic tenet Bart. in d. l.
more. in fine. & Iaſ. nu. 65. verſ. tertiò. & Dec.
num. 55. ff. de iuriſd. omn. iudic. idem Dec. in
c. quoniam Abbas. num. 12. & ibi Berous nu.
91. & num. 106. de offic. deleg. cum alijs addu
ctis per Sanchez de matrimon. lib. 8. diſput.
27. num. 18. ſequitur Menoch. de arbitrar. lib.
1. quæſt. 68. num. 16. Contrariam tamen ſen-
tentiam quod ſcilicet quando expreſſum eſt
nomen proprium, delegatio ſit ſemper perſo-
nalis, ſiue illud præcedat, ſiue ſequatur, tenẽt
Ioan. And. Archid. Imol. Bellam. Berous. Hen
rich. Pariſ. de reſignat. lib. 1. quæſt. 11. num.
12. 13. Alex. conſ. 175. num. 22. lib. 5. & illos
refert, ac ſequitur idem Sanchez d. lib. 8. di-
ſput. 27. num. 20. vbi vtitur quibuſdam ratio
nibus Bellameræ decif. 39. Sed nihilominus
non recedo à priori opinione, quam etiam te-
net gloſ. in l. cùm ità datur, in verb. hæredi. ff.
de condit. & demonſtrat. Roland. conſ. 1. nu.
178. & ſeqq. lib. 2. & illam communem eſſe
appellat Dec. in d. l. more. num. 55. & in d. c.
quoniam Abbas. num. 12. de offic. deleg. Et ra
tio eſt quia nomen dignitatis ità operatur rea-
litatem, ſicut nomen proprium perſonalita-
tem, vnde vtroque expreſſo, attendendum eſt
17 illud, quod præcedit, nàm ordo ſcripturæ de-
ſignat ordinem voluntatis. l. quoties. ff. de vſu
fruct. & quemadm. quis vtat. c. mandato. de
præbend. in 6. c. ſi quis iuſto. §. verũ. de elect.
in 6. §. inordinatum. in authentico. de hæred.
& Falcid. quod procedit etiam in reſcriptis,
gloſ. in c. cum dilecta. in verb. tranſponentes.
de reſcript.

18 Subdeclaratur hæc tertia declaratio, vt lo-
cum non habeat contrarijs exiſtentibus con-
iecturis. Bart. in d. l. ſi communis ſeruus ità ſti
puletur. num. 2. circa medium. Ioan. And. in
c. priuilegium. de reg. iur. in 6. Abb. in c. man-
data cæleſtia. num. 1. verſ. ſecundò moueor.
de præſumpt. Dec. in d. c. quoniam Abbas.
nu. 12. de offic. deleg. Anchar. conſ. 327. nu.
19 4. quarum vna coniectura eſt, quando dele-
gans non habet notitiam perſonæ, tunc enim
expreſſio nominis proprij non operaretur, ſed
ſolùm nomen dignitatis inſpicitur, vt dixi ſu-
20 pra. num. 6. Altera coniectura huic contraria
eſt, quando delegatus eſt coniunctus vel val-
dè amicus deleganti, namque hoc caſu etiam
ſi delegatio facta ſit ſub nomine dignitatis, ta
men cenſetur facta intuitu perſonæ, & ſic eſt
perſonalis, & non tranſibilis ad ſucceſſorem,
21 vt dixi nu. 14. Tertia eſt coniectura, cùm al-
tero nomine attento diſpoſitio eſſet inutilis
quia tali caſu iudicandum eſt illud nomen cõ
templatum eſſe, quod facit valere delegatio-
nem arg. l. quoties. ff. de verb. oblig. l. quoties.
la 2. ff. de reb. dub. notat Bart. in d. l. ſi commu
nis ſeruus. num. 2. verſ. quæro quando. & ibi
Ang. ff. de ſtipulat. ſeruor. & in l. ſi vnus. §. fin.
ff. de pact. Imol. in l. quod dicitur. col. 10. ff. de
verb. oblig. & in ſpecie de delegatione Dec. in
c. quoniam Abbas. nu. 14. de offic. deleg. &
Sanchez de matrim. lib. 8. diſp. 27. num. 21.
22 namquè vt actus valeat, illud quod eſt poſte
rius in ordine, præſumitur etiam prius. Bart.
in l. Gallus. §. quidam rectè. num. 6. & ibi Iaſ.
num. 37. ff. de liber. & poſthum. Crauet. conſ.
52. num. 2. Peregrin. de fideicom. art. 17. nu.
23 12. quarta coniectura eſt in ſubiecta materia,
ea enim delegationem factam ſub nomine di-
gnita-

gnitatis facit eſſe non tranſibilem, vt dicam
num.25.& delegationem factam ſub nomine
proprio tranſibilem facit, de quo pariter dicã
24 num.40. quinta coniectura eſt, quando eſt
commiſſa cauſa grauis,& ardua; nam præſu-
mitur potiùs facta perſonæ; quàm dignitati,
vt videbitur num.27. ſexta coniectura eſt il-
la, quæ inſurgit ex verbis delegationis, vt in-
fra dicetur, num.31.

25 Declaratur quartò hic primus caſus, quia
ſi ſubiecta materia ſuaderet delegationem eſ-
ſe perſonalem, tali caſu eſſet perſonalis, &
non tranſibilis etiam ſi ea ſub nomine digni-
tatis facta eſſet Abb.in c.quoniam Abbas.nu.
8.& ibi Felin.num.3.de offic.deleg. idẽ Abb.
in c.1.nu.8.de his quæ vi, metuſuè cauſ. fiũt;
26 & ratio eſt quia quælibet diſpoſitio recipit
interpretationem ex ſubiecta materia, quod
ampliatur procedere etiam ſi recederetur à
propria verborum ſignificatione, ac etiam in
materia, in qua fit ſtricta interpretatio Alex.
conſ.129.numer.4.lib.2. Anchar. conſ.343.
verſ.vel melius. Tiraq. in l. ſi vnquam. verb.
reuertatur.nu.37.38.C.de reuoc.donat.

27 Declaratur, quintò vt non procedat quan-
do commiſſa,& delegata eſt cauſa grauis,&
ardua; tũc enim præſumitur potius facta per-
ſonæ, quàm dignitati, ideo non tranſiret ad
ſucceſſorem, quàmuis facta eſſet ſub nomine
dignitatis.Bald.in l.vnic. §. ne autem. nu. 2.
C.de caduc.tollend.Iaſ.in l.more.numer.65.
verſ.quintò.ff.de iuriſd.omn.iud.& in l.à iu-
dice.ſub num. 11.verſ. tertiodecimò limita.
C.de iudic.Alex.in l.1.num.6.Dec.num.28.
Iacob.de Nigris.num.31.ff.de offic.eius Cra
uet.conſ.303.num.3. verſ. quartò. Menoch.
de arbitrar.lib.1.quæſt.68.num.15.quæ au-
tem grauia,& ardua eſſe dicantur, iudicis ar-
bitrio relinquendum eſt.idem Menoch.de ar
bitr.iud.caſ.205.

28 Declaratur ſextò non habere locum in ca-
ſibus, in quibus cenſetur electa induſtria per-
ſonæ, quia delegatio in his caſibus non tran-
ſit in ſucceſſorem.c.is cui.de offic.deleg. in 6.
l.inter artifices.ff.de ſolut.Menoch.de arbitr.
lib.1.quæſt.68.num.4.& ſeqq.& quando ele
29 cta cenſeatur perſonæ induſtria tradit Felin.
in c.fin.numer.2.& ſeqq.de off.deleg. & Me-
noch. de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 21. &
lib.6.præſumpt.92.

30 Declaratur ſeptimò, vt non procedat, quã-
do delegans moritur re integra, hoc ſanè caſu
morte ipſius delegantis expirat delegatio. l.
Et quia.ff.de iuriſd.omn.iud. c.gratum. c. li-
cet.de offic.deleg.c.vlt.de offic. legat. c. quã-
uis.de offic.deleg.in 6. Ideo ſi de eodem tem-
pore mori, remoueri, vel transferri contingat,
etiam delegatus; delegatio tanquàm expirata
ad ſucceſſorem non tranſiret: Res autem inte-
gra eſſe deſinit etiam per ſolam citationem.c.
gratum.de offic.deleg.c.fin. de offic. legat. §.
fin.inſtit.de pæna temer.litigant.facit tex. in
c.propoſuiſti. de foro cõpet. l. ſi quis poſtea-
quam. ff. de iudic. vbi probatur per citationẽ,
perpetuari iuriſdictionem,& tenet Lanfranc.
in c.quoniam contra nu.40. de probat. Alex.
in l. & quia, quam legit cum.l.more num.35.
Socin.num.75.Iaſ.nu. 57. ff. de iuriſd. omn.
iud. Abb.in c.licet vndiquè. num. 5. de offic.
delegat. Felin.in c.paſtoralis.§.quoniam.nu.
7.& Dec.num.21.de reſcript. imò deſinit eſ-
ſe integra per ſolum decretum de citando, li-
cet citatio non fuerit executa gloſ. in Clem.
2. in verb. ad partem. vt lit. pend. Abb. in c.
fin.num.11.de offic.legat. Dec. in c. gratum.
num.3.& ibi Felin.num.5.verſ. quæritur er-
go.de offic.delegat.idem Dec. in l. more. nu.
48.ff.de iuriſd.omn.iud. Tholoſ. deciſ. 341.
& ibi addit. Rota deciſ.9.de dolo,& contum.
in antiq. Verall. deciſ. 115. part. 1. & deciſ.
124.part.2.Sanchez.de matrimon. lib. 8. di-
ſput.28. num. 13. ac item ſecundùm vnam
opinionem res deſinit eſſe integra etiam per
actum factum ante citationẽ, vt per Gabriel.
comm.opin.concluſ.2.num.1.tit. de citatio-
nib.& Sanchez de matrim.d.lib.8.diſput.28.
num.8.vbi alios omnes adducunt: hanc tamẽ
declarationem, quod delegatio expiret mor-
te delegãtis re integra multipliciter ampliat,
& limitat Iaſ.in d.l.more.num.5. & ſeqq. ff.
de iuriſd.omn.iud.& Sãchez.d. lib.8. diſput.
28.num.30.& ſeqq.

31 Declaratur octauò hic primus caſus, vt nõ
procedat nec locum habeat, vbi ex verbis de-
legationis apparere poteſt de mente delegan-
tis; quod habuerit reſpectum ad perſonam,
nõ ad dignitatem: hoc ſanè caſu, quamuis de-
legatio facta eſſet ſub nomine dignitatis, ta-
men cenſetur eſſe perſonalis,& ad ſucceſſores
non tranſibilis: exemplum eſt ſi dictum ſit in
delegatione; committo cauſam Patriarchæ
Aquileienſi propter tranſactam in eo vitam,
& acumen ſcientiæ ſuę; ex his verbis apparet,
quod delegans non habuit reſpectum ad di-
gnitatem, ſed ad perſonam, & conſequenter
quod delegatio non eſt realis, ſed perſonalis;
ſicut enim in teſtamento ſequimur veriſimilẽ
mentem teſtatoris l.pen.C.de neceſſ. ſeru.hę-
red.inſtit.l.cum res.in princ.ff.de leg.1. & il-
lud habetur pro expreſſo, de quo ſi teſtator
fuiſſet

fuiſſet interrogatus, ſic veriſimiliter reſpondiſſet. l. Titius. §. Lucius. ff. deliber. & poſthum. idem eſt etiam in delegationibus, & reſcriptis. Alex. in d. l. Titius. §. Lucius. num. 2. ff. de liber. & poſthum. & ibi Iaſ. num. 1. & 2. idem Alex. conſ. 46. num. 2. lib. 2. & conſ. 75. num. 5. lib. 5. Marſil. in l. ſed ſciendum. nu. 6. ff. ad leg. Pomp. de Paricid. Gabriel comm. opin. concluſ. 10. num. 13. de reg. iur. & in ſpecie tenet Abb. in d. c. quoniam Abbas. nu. 8. & Dec. num. 8. vbi alios allegat, & teſtatur de communi. de offic. delegat. & in l. more. num. 54. ff. de iuriſd. omn. iud.

32 Declaratur nonò, & vltimò hic primus caſus, vt locum habeat in delegatione facta obtinenti dignitatem iure ſuo proprio, ſecus in delegatione facta obtinēti dignitatē nomine alterius, q.a concluſio, ꝗ delegatio facta alicui ſub nomine dignitatis tranſit ad ſucceſſorē in eã dignitate, intelligitur quãdo ipſa dignitas cõpetit iure proprio, non autē quãdo competit nomine alterius, vel ex alterius perſona arg. l. quod principi. iuncta l. ſi auguſtæ. ff. de leg. 2. & in ſpecie tradit Iaſ. in l. more. nu. 65. verſ. ſecundò. & ibi Dec. num. 54. ff. de iuriſd. omn. iud. idem Dec. in c. quoniam Abbas. nu. 19. & Berous num. 100. de offic. deleg. Alex. in l. qui liberis. §. hęc verba. num. 9. ff. de vulg. & pupill. Menoch. de arbitrar. lib. 1. quæſt. 68. num. 24. quamuis aliter ſit in delegatione facta Vicario generali, vt dixi ſuperius num. 4.

33 Secundus caſus eſt, quandò delegatio eſt facta alicui ſub nomine proprio, & tunc quãuis delegatus habeat dignitatem, nihilominus delegatio ad ſucceſſorem non trãſit. gloſ. vlt. in l. tale pactum. §. fin. verſ. alij. ff. de pact. gloſ. in c. quoniam Abbas. in verb. ſubſtitutum. de offic. deleg. Dec. in l. more. num. 53. & Iaſ. num. 65. ff. de iuriſd. omn. iud. Abb. in c. quoniam Abbas. nu. 4. & nu. 7. & ibi Dec. nu. 4. & cæteri DD. de offic. deleg. & ratio eſt quia nomen propriũ videtur ſolùm perſonã nominatam reſpicere. l. ad recognoſcẽdos. C. de ingen. §. ſi quis in nomine. inſtit. de legat.

34 Ampliatur hic ſecundus caſus, ſed pro intelligentia ampliationis præmitto etiam delegationes ſub nomine proprio fiendas eſſe de iure Canonico exiſtentibus in dignitate Eccleſiaſtica. c. ſtatutum. §. ſancimus. de reſcript. in 6. non quidem ratione ipſius dignitatis, vel eius contemplatione, quia ſic omnes delegationes eſſent reales, & trãſibiles ad ſucceſſores; ſed ea ratione, ne Papa vel ſedes apoſtolica repræſentetur à vili Miniſtro. gloſ. in d. c. ſtatutum. §. ſancimus. in verb. committãtur & ibi Doctores. de reſcript. in 6. quamuis
35 aliter ſit de iure Ciuili nàm inter laicos, & dum agitur de re prophana non habet locum iſte textus. Franc. in c. tua nos. col. 2. verſ. ergo. de appellat. Put. deciſ. 15. numer. 3. lib. 2. Ampliatio ergo eſt in terminis iuris Canonici vt delegatione facta ſub nomine proprio in perſonam obtinentis dignitatem adeò perſonalis eſt, vt dignitate ipſa ceſſante non ſolùm delegatio non tranſit ad ſucceſſorem in eadem dignitate, ſed nequè ceſſat in perſona delegati per ceſſationem eiuſdem dignitatis; itaquod delegatus ſub nomine proprio poteſt de cauſa delegata cognoſcere etiam poſt dignitatem finitam; hanc concluſionem tenet gloſ. in c. ſtatutum. in verb. canonicis. in fine. de reſcript. in 6. & ibi Gemin. num. 8. verſ. ſecũdo caſu. idem Gemin. in c. licet Canon. nu. 6. verſ. aut aſſumit. de elect. ĩ 6. ſequitur Bald. in l. prædia num. 4. verſ. extra quæro. C. de fideicomm. & in l. generaliter. numero. 7. C. de Epiſc. & cleric. Ioan. And. in addit. Speculat. de iudic. deleg. §. reſtat. verb. tale pactum. verſ. delegata. Felin. in c. quoniam Abbas. numer. 5. verſ. ſed nunquid. & ibi Dec. num. 17. vbi teſtatur de communi opinione. Pariſ. de reſignat. lib. 1. quæſt. 11. & Sanchez de matrim. lib. 8. diſput. 27. num. 22. & ſeqq. mouentur ea ratione, quia tex. in d. c. ſtatutum. §. ſancimus. de reſcript. in 6. ſolùm requirit, vt cauſæ committantur habentibus dignitatem Eccleſiaſticam, vnde ſufficit quod dicta qualitas reperiatur adeſſe tempore delegationis, cùm qualitas iuncta verbo intelligẽda ſit ſecundum tempus verbi. l. in delictis. §. ſi extraneus. ff. de noxalib. l. titius. ff. de milit. teſtam. & conditiõ ſemel impleta non requirat perſeuerantiam. l. ſi quis hæredem. C. de inſtit. & ſubſtit. l. cum vxori. C. quand. dies leg. ced. l. in ſubſtitutione. ff. de vulg. & pup. & regulariter in qualibet diſpoſitione attenditur initium. c. ſi eo tempore. de reſcript. in 6. cum alijs adductis per gloſ. in d. c. ſtatutũ. in verb. canonicis. in fin. & in facti cõtingentia, quod ſi is qui tempore commiſſionis, vel delegationis reperitur conſtitutus in dignitate, & eam dignitatē poſtmodum reſignauerit, poſſit de eadem cauſa cognoſcere; ſic à Congregatione Concilij reſolutum fuiſſe refert Pariſ. de reſignat. d. lib. 1. quæſt. 11. num. 14. verſ. concludendum. In contrarium autem vrget ratio iàm adducta, quod ob id dignitas requiritur in delegato, ne ſedes apoſtolica repręſentetur a vili miniſtro, quæ ratio videtur procedere non ſolùm reſpectu principij, ſed etiam

quoad

quoad medium, & finem cauſæ, ideoquè ceſ-
ſante dignitate, videtur ceſſare diſpoſitio. c.
cum ceſſante. de appellat. l. tutelas. ff. de capit.
diminut. & per hanc potiſſimum rationem,
ſic tenuit Abb. in c. quoniam Abbas. numer.
8. verſ. ex prædictis. de offic. deleg. ſed ad hãc
rationem reſpondeo quod dignitas operatur
36 nobilitatem durantem etiam poſt finitam ip-
ſam dignitatem. l. prouidendum. in princ. C.
de poſtuland. ibi; aut meritum nobiliſſimos fe
cerit; l. vnic. C. de comit. & archiatris. ſacr. pa-
lat. lib. 12. l. vnicuique. in princ. C. de prox.
ſacr. ſcrin. eodem lib. 12. icciirco qui iam ha-
buit dignitatem, non dicitur vilis miniſter:
quod etiam multipliciter probat Felin. in c.
quæ in eccleſiarum. nu. 81. 82. de conſtitut. &
licet qualitas iſta honorificentiæ, vel nobili-
tas acquiſita ex dignitate præterita, non ſit
ſufficiens, vt obtinenti hãc ſolam qualitatem
committantur cauſæ; nihilominus ſufficiens
eſt ad retinendum iàm commiſſas arg. l. patre
furioſo. ff. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur. l.
1. §. nunquid ergo. vbi gloſ. in verb. exemplis.
ff. de poſtuland.

37 Subampliatur ampliatio hæc, vt vera ſit & procedat, ſiue delegatus cæperit vti iuriſdictione delegata ante amiſſam & finitam dignitatem, ſiue non. Franc. in c. quamuis. in fin. de offic. deleg. in 6. Sanchez de matrim. lib. 8. diſput. 27. num. 25.

38 Declaratur primò ampliatio, vt locum non habeat, quãdo delegatus qui dignitatem amiſit, aſſumit qualitatem penitus repugnantem & incompatibilem, vt puta ſi cauſa erat ſpiritualis, & is effectus eſt laicus, tunc enim ceſſaret delegatio. Cardin. in Clem. & ſi principalis. quæſt. 6. de reſcript. & ibi Imol. num. 11. & ſeqq. Gemin. in c. ſtatutum. numer. 8. verſ. ſecundo caſu. & ibi Franc. numer. 8. de reſcript. in 6. vbi Archid. num. 3. verſ. quid ſi cauſa. Anchar. nu. 5. quæſt. 4. Felin. in c. quoniam Abbas nu. 5. verſ. ſed nunquid. & Dec. nu. 17. verſ. & concluſio. de offic. delegat. Pariſ. de reſignat. lib. 1. quæſt. 11. num. 15. vbi dicit quod eſt communis opinio. Sanchez de matrim. lib. 8. diſput. 27. num. 27.

39 Declaratur ſecundò ampliatio vt nõ procedat, ſi idem delegatus remotus eſſet propter delictum, quia pariter hoc caſu ceſſaret delegatio, nec delegatus poſſet amplius cauſam cognoſcere ex tex. in l. Caſſius. ff. de ſenatorib. & per illum tex. ſic tenet Bald. in l. generaliter. num. 7. verſ. ideo. C. de epiſc. & cleric. & ſequitur Dec. in d. c. quoniam Abbas. num. 17. in fine. & idem videtur voluiſſe Felin. ibi num. 5. verſ. ſecundò, & Berous num. 56. de offic. delegat. Sãchez de matrim. d. lib. 8. diſput. 27. num. 26.

40 Declarãtur hic ſecundus caſus, & eius am-
pliatio ſimul, vt non habeant locum quando
ſubiecta materia reſpicit dignitatem quia
tunc delegatio, & commiſſio tranſit ad ſucceſ
ſorem, licet expreſſum ſit nomen proprium
tantùm. Dec. in d. c. quoniam Abbas. num.
10. de offic. delegat. Gemin. in c. ſi gratioſè.
num. 12. verſ. quid ſi appellaui. de reſcript. in
6. & conſil. 64. numer. 9. & 10. ex gloſ. 1. in c.
dilecti. de foro compet. facit Bart. in l. termi-
nato. num. 6. C. de fruct. & lit. expenſ. vbi di-
41 cit quod ſi iudex reſeruat ſibi taxationem
expenſarum expreſſo nomine proprio, nihi-
lominus facultas taxandi tranſit ad ſucceſſo-
rem, ex eo quia materia non poteſt concerne-
re perſonam, ſed dignitatem tantùm, & illum
ſequitur Abb. in c. 1. num. 8. de his quæ vi,
metusuè cauſ. fiunt, ad idem Bart. in l. ſi ſer-
uus communis. num. 2. verſ. ſecũdo. ff. de ſti-
pulat. ſeruor.

42 Declarantur vlterius idem ſecundus caſus, & ampliatio, vt non habeant locum quando delegatus eſt incognitus deleganti, quia hoc caſu delegatio non cenſetur facta perſonæ etiamſi ſit expreſſum nomen proprium, ſed cenſetur facta dignitati, & conſequenter tranſit ad ſucceſſorem, vt dixi ſupra nu. 6.

43 Declarantur pariter caſus ipſe ſecundus, & ampliatio, quia ſi in delegatione expreſſum eſt nomen proprium, & etiam nomen dignitatis, illud nomen attendendum eſt, quod præcedit, vt dixi. nu. 16. & ſeqq. dumtamẽ nõ adſint in contrarium coniecturæ ibi conſideratæ, nempe notitia perſonæ delegati, coniunctio, & amicitia eiuſdem delegati, validitas delegationis, ſubiecta materia, grauitas cauſæ, & mens delegãtis inſurgens ex verbis delegationis, vt ſuis ſingulis locis dictum eſt.

## *SVMMARIVM.*

*1 Executoris teſtamentarij officium datum ſub nomine officij, dignitatis, vel nomine appellatiuo tranſit ad ſucceſſores in officio, vel dignitate; niſi ipſe executor ſit affinis teſtatori. 3. ſi autem officium iſtud datum eſt ſub nomine proprio, non tranſit 2.*

*4 Executoris teſtamentarij officium ad hæredes executoris non tranſit.*

*Fallit quando competit iure obligationis continentis onus burſale. 6. Fallit item in legatario habente onus aliquid agendi. 5.*

7 *Executor teſtamentarius non poteſt regulariter alteri cedere poteſtatem ſuam. Declaratur num: ſeqq.*

13 *Officium executoris mandatorum Papæ, vel alterius Principis tranſit eo modo, quo tranſit delegatio.*

## CASVS LII.

*Officium Executoris quando ad hæredes vel ſucceſſores tranſeat.*

OFficium executoris, vtrum ad ſucceſſores vel ad heredes tranſeat, infraſcriptis caſibus enucleatur.

1 Primus caſus eſt de executore teſtamentario, dum quæritur an officium executoris teſtamentarij tranſeat ad ſucceſſorem in officio, vel dignitate; & tunc ſi executor teſtamentarius datus eſt ſub nomine eiuſdem officij, vel dignitatis, vel ſub nomine appellatiuo, vt Guardiano fratrum, vel talis Confraternitatis, ſeu hoſpitalis; hoc caſu officium executoris tranſit ad omnem ſucceſſorem in dicto officio, vel dignitate. Spec. de inſtrum. edit. § nunc vero aliqua. nu. 77. Bart. in l. à filio, num. 6. ff. de aliment. legat. & in l. qui liberis. §. hec verba, num. 5. ff. de vulg. & pupil. vbi dicit hanc eſſe communem obſeruantiam & ibi Bald. & Iaſ. num. 12. qui dicit opinionem Bart. eſſe communiter approbatã; idem Bald. in l. fin. num. 46. C. de hæred. inſtit. & in c. vno delegatorum. numer. 3. verſic. quid dices. de offic. deleg. Lanfranc. in tract. de arbitr. part. 5. num. 49. verſ. in executione. Ang. Aret. in §. ſubſtituitur. num. 4. inſtit. de pupill. ſubſtitut. Bertach. de Epiſc. part. 6. libri quarti. nu. 66. & facit tex. in c. quoniam Abbas. de offic. deleg. §. & hoc vero iubemus. & ibi gloſ. in verb. reſcriptum. in authentico. vt nulli iudic. teſtator enim non videtur habuiſſe magis affectionem ad vnum, quàm ad alterum; & faciunt per me dicta in caſ. precedenti. num. 3. dum dixi, quod nudum miniſterium facti commiſſum abſquè iuriſdictione ſub nomine dignitatis tranſit ad ſuc-
2 ceſſorem. Si autem executor ipſe teſtamentarius datus eſt ſub nomine proprio, tunc officium ipſius executoris ad ſucceſſorem non tranſit. Speculat. in d. §. nunc vero aliqua. num. 77. de inſtrum. edit. Bart. in d. l. à filio. nu. 6. ff. de aliment. legat. Bertachin. de epiſc. d. part. 6. libri quarti. numer. 66. quia nomen proprium facit commiſſionem perſonalem, & non tranſibilem ad ſucceſſores. gloſ. vlt. in l. tale pactum. §. fin. verſ. alij. ff. de pact. gloſ. in d. c. quoniam Abbas. in verb. ſubſtitutum. de offic. delegat.

3 Ampliatur autẽ, & declaratur iſte primus caſus tàm in prima, quàm in ſecunda eius parte in omnibus prout ampliatus, & declaratus eſt idem caſus 51. præcedens: ſpecialiter autẽ quando executor datus, eſt affinis, aut propinquus teſtatori, nam licet fuerit expreſſum tantùm nomen dignitatis, tamen non tranſit ad ſucceſſorem, quia videtur affectione perſonæ hoc feciſſe. gloſ. pen. in fin. in c. fin. de teſtam. in 6. Iaſ. in d. l. qui liberis. §. hæc verba. nu. 12. ff. de vulg. & pup. Lãfranc. in tract. de arbitr. part. 5. nu. 49. verſ. in executione. Mil. in repert. verb. executore teſtamenti mortuo.

4 Secundus caſus eſt, dum quæritur quando iſtud officium executoris teſtamentarij trãſeat ad hæredes; quocirca varietas eſt inter Doctores, nam aliqui tenuerunt ſimpliciter partem affirmatiuam, quod hoc officium executoris teſtamenti tranſeat ad hæredes executoris; alij ſimpliciter partem negatiuam; Alij diſtinxerunt, an res ſit integra, vel non; Pro affirmatiua facit tex. in l. à filio. ff. de aliment. legat. Pro negatiua facit tex. in l. antepen. ff. de tutel. & l. cuius bonis. ff. de curat. furioſ. vbi officium tutelæ, & curæ non tranſit ad hæredes. l. mandatum diſtrahendorum. ff. mandat. vbi quod mandatum non tranſit ad hæredes mandatarij: pro opinione àliorum diſtinguentium an res ſit integra, vel non facit tex. in c. in cauſis. §. quia vero. de elect. l. & quia. ff. de iuriſd. omn. iud. l. mandatũ. C. mãdat. ſed tamen vera eſt pars negatiua, quod ad hæredes non tranſeat, quam tenet gloſ. in c. fin. in verb. mortuo de teſtam. in 6. Bart. in d. l. à filio. nu. 5. ff. de aliment. legat. Bald. in l. fin. nu. 46. C. de hæred. inſtit. & in l. id quod pauperibus num. 10. C. de epiſc. & cleric. Iaſ. in l. cum quis. nu. 3. ff. de verb. obligat. Curt. iun. conſ. 66. num. 1. vbi de communi. Alex. conſ. 206. num. 7. lib. 6. Roman. conſ. 69. nu. 6. Oldrad. conſ. 316. nu. 2. verſ. ſi verò. Craſſ. in §. executores vltimarum voluntatũ. quæſt. 14. num. 2. & ratio eſt quia hec commiſſio cẽſetur eſſe perſonalis, cùm videatur electa induſtria perſonæ, quo caſu ad hæredes non tranſit ex tex. in d. l. antepen. ff. de tut. l. & l. cuius bonis. ff. de curat. furioſ. & licet executor habeat actionem ſuo nomine tamẽ tàm diù durat actio, quàm diù commiſſio, & non plus. l. Lucius. §. item quæro. ff. de fideicom. libert.

5 Declaratur primò hic ſecundus caſus,

procedat in ſimplici executore, ſecus autem in legatario cum onere aliquid agendi, vel exequendi, quia tunc onus agendi vel exequẽdi bene tranſit ad hæredes.l.ſi ſic.§. fin. ff. de leg. 1.l.cum vnus.in princ.l.alimenta.ff.de aliment.legat.Bart.in d.l.à filio.nu.5.ff.de alim. legat.Bald.in l. id quod pauperibus.num.10. C.de Epiſc.& cleric.& conſ.482.vol.4.

6 Declaratur generaliter & ſecundò, nam quando officium executoris competit iure alicuius obligationis quæ continet onus burſale, tunc ad hæredes tranſit quamuis non tranſeat quando eſt onus perſonale tantùm d. l. à filio.vbi Bart.nu.5.ff. de alim.& cibar. legat. Franc.in c.fin.§.ſanè.nu.6. de teſtam.in 6.

7 Sed an idem executor in teſtamẽto vel alia vltima voluntate per dignitatis vel officij titulum demonſtratus vel per propria nomina deputatus, poſſit alteri cedere poteſtatem ſuam, ſiue alium ſubexecutorem facere; concluſio negatiua eſt, quia cenſetur à teſtatore electa ipſius fides & induſtria l. nulli C. de Epiſc. & cleric.ibi:pro ſua cõſcientia:& c. tua de teſtam.ibi:per manus eorum: icc irco cum ſit electa eius fides & induſtria, non poteſt alteri vices ſuas committere c.fin.§.is autem.de offic.deleg.c.is cui.cod. tit.in 6. l. inter artifices.ff. de ſolut. & ita concluſionem hanc firmant in ſpecie Alex.in l. 1.num.6.ff.de leg.2. & in l.ſi ſtipulatus.num.8.ff.de verb. obligat. Ioan.And.in c.fin.ſub nu. 6. & ibi Franc. nu. 6.de teſtam.in 6.Felin.in c.fin.§.is autem nu. 5. verſ. item executor.de offic. deleg.Iacob. à Canib. de execut.vltim.volunt. part. vlt. nu. 3.Craſſ.in §.executores.quæſt.4.nu.1.

8 Declaratur primò concluſio iſta quia multùm refert, vtrum teſtator elegerit dignitatis autoritatẽ, an perſonalem induſtriam, primo enim caſu, ſi executor eſt abſens ex publica & neceſſaria cauſa vel alia neceſſitate impeditus; non reſiſtente teſtatoris diſpoſitione; poteſt alij committere vices ſuas, exemplo tutoris qui licet à teſtatore eligatur ex ſingulari ſua fide, & ſpe.§.1.inſtit.de ſatiſd.tut.nihilominus ſi aduerſa valetudine vel neceſſitate impeditus eſt, actorem in negocijs pupilli conſtituere poteſt.§.fin.inſtit. de curator. not. in l.nequè tutores.C.de procurat.in ſpecie autẽ quod executor teſtamentarius ſub nomine dignitatis deputatus, poſſit ob neceſſariã eius abſentiam alium ſubexecutorem facere, tenet Bald.conſ.123.num.4.vol.5.

9 Declaratur ſecundò, nàm & ſi quando teſtator elegit perſonalem induſtriam executoris, non poſſit idem executor regulariter aliũ ſubexecutorem facere, tamen vbi conſtare poteſt teſtatorem non elegiſſe nec contemplaſſe induſtriam perſonæ, tunc benè permiſſum eſt ei alios ſubexecutores facere Bald. d. conſil. 123.num.4.in fin.& num.5. vol.5. quæ quidem induſtria perſonæ quando electa eſſe cẽſeatur, diſcutit Menoch. de præſumpt.lib.2. præſumpt.21 & lib.6.præſumpt.92.

10 Declaratur tertiò concluſio; & iſta ac ſequentes declarationes ſunt vtrique dicto cõmunes tàm ſcilicet ſi executor ſit datus ſub nomine dignitatis & officij, quàm ſub nomine proprio; declaratur igitur non procedere quãdo teſtator expreſſit quod executor alios ſubexecutores facere vel vices ſuas alteri cõmittere poſſit, tunc enim officium executoris ad hæredes trãſit gloſ.in c.fin.§.ſanè.in verb. mortuo.in fin. cum qua trãſeunt omnes DD. ibi.de teſtam. in 6.

11 Declaratur quartò, quia licet executor nõ poſſit alteri committere vices ſuas quò ad arbitrium vel actum declaratiuum, poteſt tamẽ committere actum nudi miniſterij, vt quando commiſſio eſt certa, certæ rei, & certo loco. c.is cui.de offic.deleg.in 6. & poſt Archid. & Ioan.And.tradit Bald.in d.l.nulli.num.4. C. de Epiſc.& cleric. & ibi addit.in lit.H.Franc. in c.fin.§.ſanè.num.6.de teſtam.in 6.Iacob.à canib. de execut.vlt.vol.part.vlt.nu.3.Craſſ. in d.§.executores.quęſt.4.num.2. verſ.ſecus. quamuis aliter dicendum ſit de eo cui committitur dictus actus nudi miniſterij, is enim non poteſt; excepto legato ſedis Apoſtolicæ; vices ſuas alteri committere d.c.fin.§.cæterũ. de offic.deleg.

12 Declaratur quintò, vt procedat concluſio in executore dato ab homine ſiue à teſtatore, ſecus autem in executore legitimo, ſiue dato à lege, vt eſt Epiſcopus, is enim poteſt cedere poteſtatem ſuam, & committere vices ſuas alteri.Bald.in d.l. nulli num. 8. C. de Epiſc. & cleric. vbi dicit ità ſeruari in practica.& conſ. 123.in fine.vol.5.Gemin.in c.fin.§.ſanè. nu. 18.de teſtam.in 6.Felin.in d.c. fin. numer.8. verſ.item executor. de offic. deleg. Alex. in l. 1.num.6.in fin.ff.de leg.2.Craſſ. in d.§. executores. quæſt.4. num.3. & ratio differentiæ ea eſt, quia ordinarius habens iuriſdictionem à lege poteſt alteri delegare, quod facere non poteſt delegatus habẽs iuriſdictionem ab homine l.à iudice C.de iudic. iuncta l. more. & l.& quia.ff.de iuriſd.omn.iud.ſic Alex.Felin. & Craſſ.in locis cit.

13 Tertius caſus eſt de executore gratiarum, mandatorum, ſeu literarum tùm Apoſtolica-

Rr 2 rum,

rum, vt diſpenſationis matrimonij, collationis beneficij, indulgentiarum & ſimiliū, tùm etiam aliorum mandatorum ſeu literarum ab alio Principe conceſſarū;& in hoc caſu ſi quęrimus an poteſtas executoris finiatur cum vita concedentis,diſtinguendum eſt,quia ſi gratia eſt facta, poteſtas data executoribus pro illius executione non expirat morte concedentis etiam re integra, cùm ſit acceſſoria ipſius gratiæ.c.ſi ſuper gratia,de offic.deleg. in 6.c. ſi cui.i.reſp.de præbend.eod.lib.ſi autem gratia eſt fienda & res eſt integra expirat, ſi non eſt integra non expirat d.c. ſi cui. §. ſecus. de præbend. in 6. & dicam in caſ. 65. Verùm ſi quærimus an poteſtas executoris finiatur cū vita ipſius executoris, vel potius tranſeat ad eius ſucceſſores, hic caſus ſiue loquamur de executore mero ſiue de mixto diffinitur, ampliatur, & declaratur prout caſus præcedens 51. Et in ſpecie de literis diſpenſationis matrimonij,tradit Sāchez de matrim.lib.8.diſput. 27.per totam.

*SVMMARIVM.*

1 *Reſcriptum impetratum ſuper beneficio,cauſa criminali, vel alia materia ad alios non tranſibili,tranſibile non eſt.*

2 *Reſcriptum in materia tranſibili, ſi res non eſt integra, tranſit contra ſucceſſorem tàm ſingularem quàm vniuerſalem: Re autem integra,multipliciter diſtinguitur.3.*

4 *Reſcriptum tranſit actiuè ad hæredes impetrantis: & an obliget hæredes reſcribentis.5.*

6 *Reſcriptum ad alios tranſibile non eſt per viā ceſſionis.*

7 *Gratia facta,an obliget ſucceſſores:& ſeqq.& quid de gratia facienda nu.11.& ſeqq.*

## CASVS LIII.

*Reſcriptum, an tranſeat ad hæredes & ſucceſſores,vel contra eos.*

REſcriptum impetratum, an tranſeat ad hæredes, & ſucceſſores impetrantis,vel contra hæredes & ſucceſſores illius contra quem eſt impetratum,nunc videndum eſt; nàm dubium principaliter facit tex. in c. p. & g.de offic. deleg. vbi dicitur quod reſcriptum non extenditur ad perſonas in eo non expreſſas,quod etiam procedit in ſucceſſore vniuerſali.c.ſignificauit.de reſcript.ac item quia datio iudicis non tranſit ad hæredem illius qui mortuus erat tempore impetrationis reſcripti; l. pen.ff.quæ ſent.ſine appell.reſcind.è contra quod tranſeat tex.eſt in c.quia g. de iudic.vbi per reſcriptum impetratum contra violentū occupatorem eccleſiæ conuenitur is,qui ſcienter ſuccedit in eius locum; & c. 1. de alienat. iud. mut. vbi qui ſuccedit in rem alienatam cauſa mutandi iudicij conueniri poteſt ex reſcripto impetrato contra alienantem; idcirco duo caſus principales conſiderandi ſunt, primus quòad reſcriptum iuſtitię,ſecundus quoad reſcriptum gratiæ.

Primus caſus principalis, eſt quòad reſcriptum iuſtitiæ & iſte ſubdiuiditur in alios caſus ſubalternos.

1 Quorum primus eſt,quando materia ſuper qua impetratum eſt reſcriptum, non eſt tranſibilis ad alios,& tunc nequè reſcriptum contra alios tranſit; veluti ſi impetratum eſſet ſuper beneficio debito,nam mortuo eo contra quem obtentum eſt reſcriptum, illud contra hæredes non tranſit, cùm ipſi in beneficio ſuccedere non poſſint.c. ex tranſmiſſa. de filijs præsbit. vel ſi impetratum eſſet reſcriptum in cauſa criminali,cùm crimina regulariter morte extinguantur.l.1.ff.de priuat.delict.l.1. C. ne ex delict. defunct. Farinac.in prax. quæſt. 10.num.36.& ſeqq.

Secundus caſus ſubalternus iſtius primi caſus principalis eſt,quando materia,ſuper qua impetratum eſt reſcriptum, tranſibilis eſt ad ſucceſſorem, & tunc quidam alij caſus ſub-
2 oriuntur:Primus eſt quando res non eſt integra,vt quia defunctus fuit citatus,& hoc caſu reſcriptum tranſit paſſiuè contra ſucceſſorem, ſiue is ſit vniuerſalis, ſiue ſingularis.l. 1. C. quand.libell.princ.dat. vbi Bald. & Paul.de Caſtr.num.3.& Iaſ.num.6. c. ſignificauit. de reſcript.arg.à contrario ſenſu,ibi;ad iudicem euocatus; vbi gloſ.fin. verſic.ſatis credo.& Abb.num.6.verſ.aut materia.& Bald.num.5. per citationem enim perpetuatur iuriſdictio. c.gratum.de offic.deleg.Rot. deciſ. 68. num.
3 1.part. 1. in recent. Secundus eſt quando res eſt integra, prædeceſſor autem non erat expreſſus in reſcripto,ſed erat conueniendus vigore clauſulæ generalis (omneſque alios) & tunc reſcriptum non tranſit contra ſucceſſorem,nec ſucceſſor auctoritate eiuſdem reſcripti conueniri poteſt.d. c. ſignificauit. de reſcript. Declaratur quia ſi reſcriptum impetratum eſſet contra dignitatem, tunc ſucceſſor poſſet conueniri ex dicto reſcripto, vigore

clau-

clauſulæ (omneſquè alios) Innoc. in d. c. ſignificauit. in fin. & ibi Hoſtienſ. & Abb. num. 6. verſ. & hoc verū. & Bald. nu. 8. de reſcript. Tertius eſt quando res eſt integra & conueniendus erat expreſſus in reſcripto, ſed idem reſcriptum impetratum eſt in materia concernente perſonam, non dignitatem; & tunc non tranſit contra hæredes, vel ſucceſſores, niſi in his duobus caſibus; primò ſi ſucceſſor ſuccedit ſcienter in locum violenti occupatoris. c. quia g. de iudic. ſecundò ſi ſuccedit in rem, quæ alienata eſt cauſa mutandi iudicij. c. 1. de alienat. iud. mut. Abb. in d. c. ſignificauit. nu. 6. verſ. aut non concernebat. de reſcript. & multominus tranſiret, ſi perſona contra quam impetratum eſt reſcriptum mortua eſſet tempore impetrationis. l. pen. ff. quæ ſent. ſin. appell. reſcind. Iaſ. in l. 1. num. 6. verſ. ſecundò. C. quand. libell. princ. dat. quartus eſt, quando res eſt integra & conueniendus erat pariter expreſſus in reſcripto, ſed reſcriptum impetratum eſt in materia concernente dignitatem, & tali caſu reſcriptum ipſum tranſit contra ſucceſſorem. c. dilecti. de foro cōpet. gloſ. in c. ſignificauit. in verb. viueret. & ibi Innoc. de reſcript. dignitas enim nunquàm moritur. c. ſi gratioſè. de reſcript. in 6.

4 Tertius caſus ſubalternus eſt, dum quæritur an reſcriptū tranſeat actiuè ad hæredes illius qui reſcriptum impetrauit, & dico quod tranſit. l. 1. C. quand. libell. princ. dat. quæ lex licet loquatur quando reſcriptum habet vim conteſtationis litis, tamen magis communis opinio eſt quod tranſeat, vt per Abbat. in c. ſignificauit. num. 6. in fine. de reſcript. namque hæres cenſetur eadem perſona cum defuncto. §. 1. in authentico. de iureiur. à morient. præſt.

5 Quartus caſus ſubalternus eſt, an iſtud reſcriptum iuſtitiæ tranſeat contra ſucceſſores reſcribentis, eoſquè obliget ſtare reſcripto, vel potius expiret per mortem eiuſdem reſcribentis; & in hoc caſu diſtinguitur, vt ſi reſcribens moritur re integra reſcriptum expirat; ſi moritur re non integra, non expirat, de quo dixi in caſ. 51. nu. 30.

6 Quintus caſus ſubalternus eſt de ceſſione, an ſcilicet reſcriptum poſſit ad alios tranſire per viam ceſſionis, & partem negatiuam tenuerunt Abb. in c. fin. nu. 2. & ibi Ioan. And. & Bald. nu. 7. de reſcript. mouentur per illum tex. & per rationem, quòd reſcripta ſunt perſonalia, nec excedunt perſonas in eis contẽtas c. p. & g. de offic. deleg. & illos ſequitur Tiraq. de retract. lignag. §. 26. gloſ. 1. nu. 45.

7 Secundus caſus principalis eſt quoad reſcriptum gratiæ, & iſte pariter ſubdiuiditur in alios duos caſus ſubalternos.

Primus caſus ſubalternus eſt de gratia facta, & iſta non expirat morte concedentis, ſed obligat & afficit etiam eius ſucceſſores, imò nec expirat poteſtas data executoribus pro ea exequenda, quod procedit etiam ſi res integra ſit, & non ſit ad illius executionem proceſſum c. ſi ſuper gratia. de offic. deleg. in 6. Rota deciſ. 19. de conceſſ. præben. in nouis. Gemin. in c. is cui. num. 5. & alij omnes. de præbend. in 6. & ratio primi dicti eſt, quia decet gratiā perfectam eſſe manſuram d. c. ſi cui. de præbend. in 6. c. decet. de reg. iur. eod. lib. ratio autem ſecundi dicti, quare non expirat commiſſio data executoribus, habetur ex textu in. d. c. ſi ſuper gratia; quia ſcilicet commiſſio data executoribus eſt acceſſoria gratiæ conceſſæ, & cùm ipſa gratia iam facta non expiret morte concedentis re integra, conſequenter non expirat commiſſio & poteſtas data executoribus, vt ibi & in c. acceſſorium. de reg. iur. in 6. executor enim iſtius gratiæ eſt executor merus, qui ſine cauſæ cognitione poteſt procedere, & prouidere. Rota deciſ. 12. verſ. & reſpondi de offic. deleg. in nouis.

8 Infertur quòd quando alicui conceſſa eſt facultas prouidendi de beneficio aliquibus perſonis non facta eorum ſpecificatione, iſta dicitur gratia facta, veluti quando Papa mandat prouideri perſonis idoneis in certa Eccleſia de aliquo beneficio nulla facta expreſſione perſonarum quibus prouideri debet, nàm cū iſta gratia conceſſa ſit principaliter ad fauorē executoris, non eorum quibus prouidendum eſt, ob id dicitur gratia facta, & conſequenter morte concedentis re integra nō expirat. tex. eſt in d. c. ſi cui. de præbend. in 6. imò gratia dicitur eſſe facta & morte concedentis re integra non expirat etiam ſi poteſtas prouidendi de aliquo beneficio cōceſſa ſit ad fauorem perſonæ expreſſæ beneficiandæ, & executoris ſimul, vt per eundem tex. tenet ibi Lap. nu. 1. Gemin. num. 7. verſ. quid ſi Papa, & Franc. num. 3.

9 Infertur pariter quod ſi alicui conceſſa ſit gratia certæ penſionis, deſuperquè expeditæ ſint literæ Apoſtolicæ quibus committitur executio eiuſdem gratię, & aſſignatio penſionis, gratia iſta morte Papæ re integra non expirat, ſed executor deputatus ad illius executionem procedere poteſt. ſic decidit Gig. de penſionib. quæſt. 91.

10 Quid autem dicendum ſit de expectatiuis, indulgentijs, diſpenſationibus, dimiſſorijs ad ordi-

ordines, licentia audiendi confeſſiones, eligendi confeſſores, prædicandi, celebrandi in oratorio priuato, edendi carnes diebus vetitis, teſtandi, non ieiunandi, non reſidendi, eũdi ad ſtudium, & ſimilibus an iſta expirent morte concedentis diffusè tractat Sanchez de matrim. lib. 8. diſput. 28. num. 71. & ſeqq. & Gonzalez ſuper. reg. 8. canc. gloſ. 12. num. 35. verſ. præterea. & num. ſeqq. Garz. de benefic. part. 6. cap. 2. num. 297. & ſeqq. & Guttierez Canon. quæſt. lib. 2. cap. 17. ad quos me remitto, quia non eſt propoſitum meum agere de hac re.

11 Secundus caſus ſubalternus eſt de gratia facienda, veluti quando Princeps vel alius cõcedit facultatem prouidendi alicui certæ perſonæ de incerto beneficio vacaturo, & iſto caſu quia gratia conceſſa eſt ad fauorem illius perſonæ expreſſæ tantùm, & agitur de prouidendo de beneficio non vacante, iccirco gratia non dicitur facta, ſed fiẽda, & expirat morte concedentis re integra, quamuis tamen nõ expiraret, ſi de tempore mortis ipſius concedentis res integra non eſſet. d. c. ſi cui. §. ſecus & ibi gloſ. vlt. in fin. & Doctores omnes, de præben. in 6.

12 Ampliatur, vt multòmagis procedat in executore mixto, veluti quando Papa mandat alicui executori, vt vocato poſſeſſore certi beneficij, & alijs qui fuerint euocandi, ſi eſt ità, prouideat ti tio de dicto beneficio, nàm ſi idẽ Papa concedens moriatur re integra, poteſtas iſtius executoris expirat. Rota deciſ. 12. de offic. deleg. in nouis. Gig. de penſion. queſt. 91. num. 1. & 5.

13 Res autem integra deſinit eſſe per ſolam citationem vbi citatio requiritur, & vbi non requiritur citatio ſufficit quod executor inceperit procedere, vt per Doctores in d. c. ſi cui. de præbend. in 6. Aduerto tamen quod ad perpetrandum iuriſdictionem delegati, res deſinit eſſe integra per ſolum actum factum ante citationẽ, ſic enim tradit Gabriel com. opin. concluſ. 2. num. 1. de citat. Sanchez de matrimon. lib. 8. diſput. 28. num. 8. & ſeqq. vbi omnes alios allegant.

Et finaliter de hoc caſu, quando gratia expiret per mortem concedentis facit magnum commentum per ampliationes, & fallentias idem Gabriel concluſ. 1. de præbend. ad quẽ recurrendum eſt.

*SVMMARIVM.*

*1. Conceſsio facta ad beneplacitum conceaentis non tranſit ad hæredes, nec ſucceſſores, ſed finitur morte vel dimiſsione officij, & dignitatis ipſius. 4. ac item morte illius cui facta eſt. 5. & procedit etiam in contractibus. 14.*

*2 Banni ſuſpenſio facta ad beneplacitum morte finitur.*

*3 Concordata inita ad beneplacitum finiuntur morte.*

*6 Conceſsio facta ad beneplacitum relatum ad officium, & dignitatem quæ perpetua eſt & habet ſucceſſorem ad ſucceſſores tranſit, nec expirat per mortem: idem eſt in materia publica, & fauorabili 7.*

*8 Delegatio facta ad beneplacitum delegantis expirat morte ipſius, niſi facta ſit per poſitionem nouæ voluntatis.*

*9 Conceſsio facta ad beneplacitum concedentis verbis denotantibus poſitionem nouæ voluntatis non finitur morte, ſed requiritur poſitio nouæ voluntatis, & dantur exempla: Itẽ non finitur morte vbi requiritur præcedens intimatio. 10. nequè finitur quoad effectus ſecutos, & conſumatos. 11. nequè finitur per mortem ciuilem 12. vel per furorem. 13. neque ſi conceſsio facta eſt ad certum tempus. 15.*

## CASVS LIV.

*Conceſsio facta ad beneplacitum concedentis numquid tranſeat ad hæredes vel ſucceſſores.*

1 COnceſſio facta ad beneplacitum cõ-
cedentis finitur morte ipſius, &
non tranſit ad eius ſucceſſores, vel
hæredes. l. 4. ff. locat. c. ſi gratioſè.
de reſcript. in 6. Gozadin. conſ. 22. num. 7. &
ſeqq. Socin. iun. conſ. 63. nu. 10. & ſeqq. lib.
2. Couar. var. reſolut. lib. 3. cap. 15. nu. 4. Mar
2 ſil. in l. fin. nu. 41. ff. de quæſtion. ideo ſuſpen-
ſio banni facta ad beneplacitum morte fini-
tur. Ang. conſ. 217. num. 9. Dec. conſil. 108.
3 num. 2. & capitula inita ad beneplacitum ſi-
militer finiuntur morte. Corn. conſ. 92. & cõ-
ſil. 235. vol. 2. Menoch. conſ. 1. num. 74. &
ſeqq. ſic etiam ſi iudex condemnat aliquẽ ad
confinia ad beneplacitum, eo mortuo cenſen-
tur reuocata confinia. Marſil. in rubric. C. de
probat. num. 270. verſ. item faciunt; ſic man-
datũ morte finitur, quia deficit voluntas man
dantis. l. mandatum. C. mandat. ſic ſuperioris
præ-

præceptum illius morte pariter finitur Dec.in rubric.C.mandat.in princ.nu.11.& 12.

4 Ampliatur primo caſus, quia beneplacitũ finitur etiam cum officio vel dignitate concedentis, ita quod officio, vel dignitate ipſius concedentis finita, beneplacitum expirat etiã non ſecuta morte, & conſequenter ad ſucceſſores non tranſit Bart.in l.more. num. 15. ff. de iuriſd.omn.iud.allegat.l.ſi per epiſtolam. ff.de acquir.hæred.& tot.tit.de ſuſpect.tut.& illum ſequitur Alex.in l.centeſimis.§.ſi ità ſtipulatus.num.12.& ibi Iaſ.num.15. & alij. ff. de verb. obligat. Franc.in c.ſi gratioſè. num. 11.de reſcript.in 6. vbi reprobata diſtinctione Cald.in conſ.3.de reſcript. inter conceſſiones ambitioſas & fauorabiles concludit beneplacitum indiſtinctè finito officio expirare.

Declaratur ampliatio, vt locũ habeat quando conceſſio relata eſt ad propriam perſonam concedentis; veluti ſi dixiſſet, concedo donec mihi placuerit, vel ad beneplacitum meum; ſecus ſi ad officium, vel dignitatem; puta concedo, donec Epiſcopo placuerit, vel ad beneplacitum Epiſcopi; quando enim relata eſſet ad officium, vel dignitatem, tunc non expiraret per eiuſdem officij, vel dignitatis finem & dimiſſionem; prout nec expiraret per mortem d.c.ſi gratioſè. §. ſecus autem. de reſcript. in 6.Bart.in l.centeſimis. §. ſi ità ſtipulatus. nu. 9.& Iaſ.num.13.ff.de verb.oblig.Dec.in c.ex litteris.num.24.& Felin. num.9. verſ. ſecundus caſus.de conſtit.Ruin.conſ.104. num.2. lib. 5. at ſi vtrunque exprimatur puta ad beneplacitum meum & Epiſcopatus, tunc ad cognoſcendum an relatio ſit facta ad perſonam, vel ad dignitatem, inſpicitur illud, quod præcedit, vt dixi in caſ.51.num.16.

5 Ampliatur ſecundò, nàm conceſſio facta ad beneplacitum, nedum expirat morte concedentis, ſed etiam expirat morte illius, cui facta eſt ipſa conceſſio. Socin. iun. conſil. 63.nu.10.& ſeqq.lib.2.

6 Declaratur primò caſus procedere, vt ſupradixi, quando beneplacitum relatum eſt ad propriam perſonam, ſecus ſi ad officium vel dignitatem, quia hoc caſu non expiraret per mortem, ſed duraret perpetuò, & tranſiret ad ſucceſſores d.c.ſi gratioſè.§.ſecus autem.de reſcript.in 6.l.proponebatur.ff.de iudic.Bartol.in d.l.centeſimis.§.ſi ità ſtipulatus. nu. 9. & ibi Iaſ.num.13.ff.de verb.obligat. Dec. in c.ex literis.num.24. & ibi Felin.num.9.verſ. ſecundus caſus.de conſtit.Ruin. conſil. 104. num.2. lib. 5. Clar. in ſua prax. quæſt. 71. in fin.

Subdeclaratur locum habere, quando dignitas eſt perpetua & habet ſucceſſorem, ſecus quando temporalis eſt & non habet ſucceſſorem, vt eſt Vicarius, quia conceſſio facta ad beneplacitum officij, vel dignitatis quæ eſt temporalis & non habet ſucceſſorem, extinguitur per mortem concedentis, vel ceſſationem officij, ſeu dignitatis. Franc.in d.c.ſi gratioſè.nu.13.de reſcript.in 6. Sanchez de matrim.lib.8. diſput. 28. nu. 59. & dixi in dicto caſ.51.num.12.

7 Declaratur ſecundò non procedere in materia pub'ica, & fauorabili. Bald.in l.meminiſſe.num.2.ff. de offic. proconſ. vbi dicit quod ſi Princeps concedit ordinariam iuriſdictionem ad ſuum beneplacitum, non expirat iuriſdictio hæc per mortem eiuſdem Principis concedentis; & ſequitur Paris in tract. ſindicat.§. an officialis ſucceſſor. verſ. ſi Princeps. fol.289.Franc.in c.ſi delegatus.num.5. de offic.deleg.in 6. Capic. deciſ.136. num.4. & Vant. de nullit. ſent. ex defect. iuriſd. deleg. num.104.

8 Subdeclaratur aliud eſſe in delegatione, quia ſi iuriſdictio delegata eſt ad delegantis beneplacitum, ea expirat morte ipſius delegãtis.gloſ.in c.ſi delegatus. in verb. morte. de offic.deleg.in 6.quæ dicit hoc verius eſſe; & ſequitur ibi Franc. num. 4. in fin. & Gemin. num.10.verſ. in fine gloſ. idem Franc. in c. ſi gratioſè.nu.10.de reſcript. in 6. Couar. var. reſolut.lib.3.cap.15.numer.4.verſ. ſecundò. Sanchez.de matrim.lib.8. diſput.28. nu. 50. vbi dicit hoc eſſe veriſſimum: in contrarium autem quod imò hæc delegatio non expiret morte delegantis tenet Bald.in d. c. ſi gratioſè.de reſcript.in 6.quem refert Franc.in d. c. ſi delegatus.num. 5.& Gabriel concluſ.1.nu. 35.de præbend. & tenet etiã Iacob.de Sanct. Georg.in l.more.nu.14.in 1. lect. verſ. idem ſi princeps.ff.de iuriſd.omn. iudic. ſed tamen prior opinio quod expiret vera eſt, pro qua eſt tex.in d.c.ſi gratioſè.de reſcript.in 6.ibi; per quem ipſius beneplacitum omnino extinguitur; nec eſt arguendum de ordinaria ad delegatam, quia ordinaria fauorabilis eſt, & delegata eſt odioſa.c.ad hæc.de reſcript.gloſ.in c. 1.in verb. proceſſus.verſus finem.de reſcript. in 6.At ſi delegatio facta eſt verbis denotantibus poſitionem nouæ voluntatis, vt donec eam reuocauero, tali caſu diſtinguendum eſt, vt tunc expiret morte delegantis, ſi res erat integra, ſecus ſi integra non erat, vt dicam in ſequenti declaratione.

9 Declaratur tertiò caſus locum habere, quando

quando concedens vſus eſt verbis ſimplicibus, & denotantibus perſeuerantiam voluntatis; vt ſi dixerit donec placebit, vel donec voluero, ſiue ad arbitrium meum; ſecus quando vſus eſt verbis denotantibus poſitionem nouæ voluntatis; Veluti ſi dixerint pono te ad confinia, donec te reuocauero; hoc enim caſu diſpoſitio non finitur morte, ſed requiritur expreſſa reuocatio, ſeu poſitio nouę voluntatis, vt contra Bart. in d. l. centeſimis. §. ſi ità ſtipulatus. num. 10. ff. de verb. obligat. tenet Alex. ibi num. 11. & Iaſ. num. 14. Dec. in l. 3. in fin. ff. de reg. iur. & in c. ex literis. num. 24. in fin. de conſtit. & conſ. 108. num. 4. Franc. in c. ſi delegatus. nu. 4. de offic. deleg. in 6. Socin. ſen. conſ. 77. nu. 4. & 5. lib. 3. Gozad. conſ. 22. num. 11. verſ. & ideo pro clariori. Menoch. de arbitrar. quæſt. 69. numer. 12. vſque ad finem. Sanchez de matrim. lib. 8. diſput. 28. nu. 52. nam licet voluntas ceſſet per mortem, non tamen per mortem inducitur reuocatio. d. c. ſi delegatus. de offic. deleg. in 6. Bart. in d. l. more. num. 8. Iaſ. num. 13. & Dec. num. 18. ff. de iuriſd. omn. iud. Ruin. conſ. 115. num. 7. lib. 1. Dec. in d. c. ex literis. in fin. de conſtit. & d. conſ. 108. num. 4. vbi dicit communem eſſe opinionem quod per mortem non dicitur actus reuocari, prout etiam de communi teſtatur Felin. in d. c. ex literis. nu. 10. verſ. eſt maius dubium. de conſtit.

Subdeclaratur iſtud exemplum quia ſi iudex non adhibuiſſet cauſæ cognitionem, finirentur confinia per mortem, vel dimiſſionem officij, ſeu dignitatis abſque alia expreſſa reuocatione Alex. in d. l. centeſimis. §. ſi ita ſtipulatus. num. 11. verſ. & tenendo iſtam ff. de verb. obligat. Bald. in l. fin. in 6. quæſt. C. de cõtrah. empt. Roland. conſ. 38. num. 16. lib. 3.

Aliud exemplũ eſt, ſiquis delegauerit cauſam donec eam duxerit reuocandam, quia nõ expirat morte, ſed expreſſa reuocatione opus eſt d. c. ſi delegatus. de offic. deleg. in 6. Bart. in d. l. more. nu. 17. ff. de iuriſd. omn. iud. Ang. in l. Et quia ff. eod. tit. Dec. in l. eius eſt nolle. numer. 7. ff. de reg. iur. Ruin. conſil. 115. num. 7. lib. 1. ſed tamen aduertendum eſt tunc delegationem hoc modo factam non expirare morte delegantis, quando res non erat integra, ſed iudex cæperat vti iuriſdictione ſibi delegata, quia ſi res integra eſſet, nec iudex cępiſſet vti iuriſdictione ſibi commiſſa hoc caſu delegatio morte delegantis expiraret quamuis delegans vſus eſſet verbis denotantibus poſitionem nouæ voluntatis d. c. ſi delegatus. de offic. deleg. in 6. & ibi Franc. num. 4. & Gemin. num. 10. & Couãrr. var. reſol. lib. 3. cap. 15. verſ. primum. Iaſ. in l. more. num. 15. ff. de iuriſd. omn. iud. Sanchez de matrim. lib. 8. diſput. 28. num. 54. ea enim verba intelliguntur ſecundum naturam actus & delegationis, cui adijciuntur. Bald. conſ. 67. num. 1. lib. 3. Calcan. conſ. 1. col. 15. poſt med. Crauet. conſil. 144. num. 7. & conſ. 245. num. 5. & 6. ſed natura delegationis eſt, vt morte delegantis re integra expiret. l. Et quia. ff. de iuriſd. omn. iud. c. gratum. c. licet. de offic. deleg.

10 Declaratur ſucceſſiue & quartò non procedere, quando in conceſſione dictum eſſet; cum præcedenti intimatione, vel diſdicta; quia hoc caſu etiam ſi conceſſio facta ſit ad beneplacitum, tamen non expirat per mortem, ſed requiritur vt intimatio, ſeu diſdicta præcedat. Dec. conſ. 108. nu. 4. verſ. modò. Grat. conſ. 91. verſ. non obſtat quod beneplacitum. vol. 2.

11 Declaratur quintò caſus non procedere, quoad actus iàm perfectos, & conſumatos, nàm licet beneplacitum expiret morte concedentis, tamen non expirant actus, & effectus iam ſecuti, & conſumati. Bart. in l. non ſolùm. §. morte. nu. 25. ff. de nòui oper. nunciat. Dec. conſ. 404. num. 13. latè Tiraq. in tract. ceſſante cauſ. limit. 12. num. 1. & ſeqq.

12 Declaratur ſextò nõ habere locum in morte ciuili, quia per mortem ciuilem non finitur beneplacitum, vt eſt in excommunicato, vel deportato. Franc. in c. ſi gratioſè. num. 12. de reſcript. in 6. per tex. in l. cum pater. §. hæreditatem. il 1. ff. de leg. 2. Bart. in l. centeſimis. §. ſi ità ſtipulatus. num. 12. Iaſ. num. 16. Alex. num. 13. ff. de verb. obligat.

13 Declaratur ſeptimò, vt pariter non procedat in furore, nàm conceſſio facta ad beneplacitum non expirat, ſi concedens efficiatur furioſus. c. maiores. §. fin. de baptiſm. l. is qui animo. ff. de acquir. poſſeſſ. vbi furioſus dicitur perdurare in prima voluntate, ſicquè voluntas furore non finitur, & ità contra Bart. in d. §. ſi ità ſtipulatus. num. 12. tenet Couarr. var. reſolut. lib. 3. cap. 15. nu. 4. verſ. tertiò; & ſequtur Sanchez de matrim. lib. 8. diſp. 28. nu. 58.

14 Declaratur octauò non procedere in contractibus, quia in contractibus videtur quod beneplacitum non dicatur reuocatũ per mortem. Bart. in d. l. centeſimis. §. ſi ità ſtipulatus. num. 10. ff. de verb. oblig. Socin. ſen. conſ. 77. num. 1. lib. 3. per tex. in l. 1. in princ. iuncta l. quæſitum. §. 1. ff. de precar. In contrarium tamen quod beneplacitũ morte reuocetur etiã in contractibus. tex. eſt in l. 4. ff. locat. nec obſtat

ſtat dictum Bart. quia loquitur in alijs terminis, videlicet ſi in contractibus promiſſor dicat; promitto cùm volam; nec obſtat pariter. l. 1. & l. quæſitum. ff. de prǫcar. vbi præcarium non reuocatur morte; quia hoc non euenit quia ſimus in contractu, ſed quia conceſſio præcarij dicitur tacitè facta; donec reuocetur; quo caſu non dicitur reuocari per mortem, ſed requiritur reuocatio expreſſa, vt dictum eſt num. 9. Secus ſi conceſſio in contractibus facta eſſet ad beneplacitum, & ità quod beneplacitum morte expiret etiam in cõtractibus tenet, & tuetur Gozad. conſ. 22. nu. 11. verſ. nõ obſtant contraria. Franc. in c. ſi delegatus. num. 5. verſ. ſicut ergo. de offic. deleg. in 6.

15 Declaratur nonò caſus nõ procedere, quãdo conceſſio facta eſt ad certum tempus puta ad annum, & deinde ad beneplacitum, quia ſi concedens moriatur durante dicto anno, cõceſſio non expirat. Magalott. in tract. de ſaluo conduct. 4. part. in 22. declaratione. verſ. tertio fallit; quem refert & ſequitur Gabriel. concluſ. 1. nume. 33. de præbend. & Sanchez de matrim. lib. 8. diſput. 28. num. 51.

### *SVMMARIVM.*

*1 Iuramentum principalis aliud eſt, quàm iuramentum hæredis.*

*2 Defunctus eſſe potuit homo legalis, & hæres nequam.*

*3 Iuramentum fidelitatis filius præſtare tenetur Domino poſt mortem patris.*

*4 Succedens loco aliorum, debet cenſeri eiuſdem iuris cum illis in onere, & honore.*

*5 Iuramentum quòad effectum periurij eſt perſonale, & ad hæredes, vel ſucceſſores non tranſit: imò neque ad filios. 6. etiam ſi expreſsè iuratum eſt pro ſe, & hæredibus, ac ſucceſſoribus. 7. intantum quod nec tenentur petere abſolutionem. 8. & procedit quoque quòad forum. 9.*

*10 Actionis appellatione venit etiam officium iudicis.*

*12 Iuramentum, quòad obſeruantiam contractus, qui robur recipit ab eo, tranſit ad quemcunque ad quem tranſit contractus: etiam quòad pænam legis. ſi quis maior. C. de tranſact. 13.*

*14 Contractus tranſit ad hæredes cum ſua qualitate iuramenti.*

*15 Iuramentum, quòad obſeruantiam contractus, qui robur non recipit ab eo, ad hæredes vel ſucceſſores non tranſit; nec tenentur petere relaxationem iuramenti. 16. Idem eſt de iuramento Prælati. 17. & procedit etiamſi iuratum eſſet pro ſe, & hæredibus, & ſucceſſoribus. 18.*

*19 Iuramentum quoad probationem ex eo inſurgentem tranſit ad hæredes, & ſucceſſores.*

*20 Iuramentum quoad actionem & exceptiones, an tranſibilis ſit; remiſſiuè.*

*21 Iuramentum reſpectu recipientis, quoad obſeruantiam contractus ad hæredes, & ſucceſſores tranſit; etiam de eis non facta mentione. 22. & non ſolum ad eos, ſed etiam contra eos. 23. dummodo contractus confirmabilis ſit à iuramento, aliàs ſecus. 24. quò vero ad periurium, ſi iuratum eſt pro ſe, & hæredibus, vel ſucceſſoribus, ad eos tranſit. 25. ſi ſimpliciter, intrat diſtinctio multiplex. 26.*

## CASVS LV.

*Iuramentum quando, & quomodo tranſeat vel tranſmittatur.*

1 IVramentum videtur eſſe perſonale, & ad hæredes ac ſucceſſores non tranſmiſſibile, cum aliud ſit iuramentum principalis, & aliud iuramentum hæredis. l. generaliter. in princ. C. de iureiur. & eſſe poſſit, quod defun-
2 ctus fuerit homo legalis, & bonæ famæ, ſed hǫres nequàm gloſ. in d. l. generaliter. in verb. à principali; conſcientiaquè vnius ad alium nõ tranſeat Gulielm. de Bened. in repet. cap. Raynutius. in verb. mortuo itaquè teſtatore. il 2.
3 nu. 106. de teſtament. hinc filius mortuo patre tenetur præſtare iuramentum fidelitatis Domino. §. præterea. de prohibit. feud. alienat. per Frider. facit. c. liberti. 12. quæſt. 2. & pæna ſuos tantùm obligat autores. l. ſancimus. C. de pænis. c. quæſiuit. de his quæ fiunt à maior part. cap. è contra videtur vnum eſſe iuramentum teſtatoris, & hæredis. §. ſcimus. in authentico. de iureiur. à morient. præſt. gloſ. in cap. 1. §. ſi quis ſe. in verb. præſtanda. ſi de inueſt. int. dom. & vaſſall. lis oriat. præ-
4 terea qui ſuccedunt loco aliorum, debent cenſeri eiuſdem iuris cum illis. l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis caut. l. filiæ. §. 1. ff. de condit. & demonſtrat. & qui ſuccedunt ad honores, ad onera quoque ſuccedere debent. c. paſtoralis. §. præterea. de offic. ordinar. c. aduerſus. in fin. de immunit. Eccleſ. & hæredes ſemper obligantur ex contractu teſtatoris. l. vnic. C. vt action. & ab hæred. & contr. hæred. l. veteris. C. de contrahen. ſtipulat. ideo pro

dilucidatione materiæ duo capita diſtinguēda ſunt.

Primum caput eſt, dum quærimus an iuramentum tranſmiſſibile ſit reſpectu iurantis, & in hoc capite conſiderantur plures caſus.

5 Primus caſus eſt quoad reatum periurij, & vinculum, ac ligamen animæ, & hoc caſu iuramentum eſt perſonale, nec egreditur perſonam iurantis, nec tranſit ad hæredes, vel ſucceſſores ſed ſolam ipſius iurantis animam illaqueat, non hæredum vel ſucceſſorum c. per tuas. circa fin. de arbitr. Oldrad. conſil. 241. num. 2. verſ. primò quia. & conſil. 245. num. 8. ſicquè licet hæredes veniant contra iuramentum defuncti, tamen non ſunt periuri. Bart. in l. cum quis decedens. §. codicillis. numer. 10. ff. de leg. 3. Bald. in l. etiam. in fine. ff. de iureiur. Angel. in authentico. de iureiur. à morient. præſt. num. 2. Franc. in c. fin. num. 3. de foro compet. in 6. Innoc. Ioan. And. & Butr. in c. veritatis. & ibi Abb. num. 3. Hoſtienſ. col. 2. verſ. ſed contrarium. de iureiur. idem Bald. in c. 1. num. 10. eodem tit. Milis in ſuo repertor. in verb. iuramentum. Gaill. obſeruat. 27. num. 3. lib. 1. Caſſad. deciſ. 2. numer. 10. & 11. de iureiur. Guid. Pap. deciſ. 224. numer. 3. Pedemont. deciſ. 41. numer. 6. & 7. Galleſ. ad form. cam. quæſt. 1. num. 14. part. 2. Pariſ. conſil. 75. numer. 23. vol. 3. Paul. de Caſtr. conſ. 195. num. 7. & conſ. 306. num. 4. lib. 2. & de ſucceſſoribus in collegio, vel conuentu, quod iuramentum ad effectum periurij ad eos non tranſeat. tradit Gemin. conſil. 83. de ſucceſſoribus in capitulo Canonicorum. conſ. 60. num. 7. verſ. ex iſtis. Federic. de Sen. conſ. 264. & de ſucceſſoribus in vniuerſitate. Barth. Brix. in quæſt. domin. quæſt. 38. idem Gemin. d. conſ. 60. num. 7. verſ. & procedit. & ratio eſt, quia in ſpiritualibus nemo poteſt obligari ſine conſenſu proprio. c. fin. de iuram. calumn. in 6. facit tex. in c. vbi nō eſt. 30. q. 2. c. fin. de procurat. in 6. In contrarium autem adducta locum non habent in ſpiritualibus, in his enim à perſona non receditur. §. ſpiritualiter. 24. q. 3. Vlterius quod vnum ſit iuramentum teſtatoris, & hæredis procedit per fictionem, & lex ligans animam debet eſſe fundata in veritate nō in fictione. Ioan. And. in c. quamquam. de vſur. in 6. Socin. in l. gallus. §. idem credendum. num. 4. verſ. conſidera. ff. de liber. & poſthum.

6 Ampliatur primò iſte primus caſus, vt procedat etiam ſi hęredes & ſucceſſores eſſent filij, quia iuramentum ad effectum periurij nō tranſit neque ad eos. Abb. in c. veritatis. ſub nu. 3. de iureiur. & reprobata contraria ſententia. Socin. tenuit Gomeſ. in §. actionum. nu. 5. inſtit. de action. & illū refert, ac ſequitur Gabriel. concluſ. 6. num. 11. de iureiur.

7 Ampliatur ſecundò, vt procedat etiam ſi quis expreſsè iuraſſet pro ſe, & hæredibus, ac ſucceſſoribus ſuis, adhuc namquè reatus periurij ad hæredes vel ſucceſſores non tranſiret Innoc. in d. c. veritatis. & ibi Abb. numer. 3. de iureiur. Bald. in c. 1. num. 10. eod. tit. & in l. litigator. num. 9. C. de fructib. & lit. expenſ. Felin. in c. cum ſit. num. 9. de foro compet. Iacobin. de feud. in verſ. qui quidem inueſtiri præſt. num. 50. Caſſad. deciſ. 2. num. 9. & 10. de iureiur. & eſt eadem ratio caſus, quia in ſpiritualibus nemo poteſt alium obligare ſine expreſſo eius conſenſu, & mandato. d. c. fin. de iuram. calumn. in 6.

8 Ampliatur tertiò, vt nec teneantur hæredes, vel ſucceſſores abſolutionē petere Bald. in d. c. 1. num. 10. de iureiur. Ang. in l. generaliter. num. 4. C. de iureiur. & in authentico. de iureiur. à morient. præſtit. num. 2. Marſil. in l. de vnoquoque. nu. 200. ff. de re iudic. Guid. Pap. deciſ. 224. nu. 3. Gaill. obſeruat. 27. nu. 2. & 5. lib. 1. Socin. conſ. 115. numer. 11. lib. 1. Paul. de Caſtr. conſ. 195. num. 7. lib. 2. Alex. conſ. 151. num. 10. lib. 7.

9 Ampliatur quartò, quia licet laicus pro obſeruatione proprij iuramenti conueniri poſſit coràm iudice Eccleſiaſtico. c. fin. de for. compet. in 6. tamen hæredes, & ſucceſſores ipſius coràm eodem iudice Eccleſiaſtico, vigore iuramenti defuncti conueniri non poſſunt, cùm hæc conſtitutio emanauerit ad euitanda periuria. Ioan. And. in c. fin. de ſepult. cuius dictum cōmuniter teneri aſſerit. Abb. ibi num. 4. & ſequitur Gemin. in d. c. fin. nu. 8. & Frāc. nu. 3. & 4. de foro cōpet. in 6. Bald. in authentica. ſacramenta puberum. num. 17. C. ſi aduerſ. vendit. & in repet. l. iuriſiurandū. col. 24. verſ. ſed nunquid mortuo iurante. ff. de iureiur. Felin. in c. cum ſit. num. 9. de foro compet. Bauer. in tract. de virtute. iuram. nu. 62. Roland. conſ. 17. num. 16. lib. 1. Couar. in c. quamuis. 1. part. §. 5. numer. 6. de pact. in 6. Guid. Pap. deciſ. 414. vbi in facti contingentia ſic determinatum fuiſſe teſtatur. & mouentur per tex. in d. c. fin. de foro cōpet. in 6. ibi; à ſe; & per eandem rationem quod iuramentum ex parte iurantis eſt perſonale reſpectu obligationis ad periurium.

Subampliatur hæc ampliatio, quia non ſolùm non poteſt agi contra hæredes coràm iudice Eccleſiaſtico directè actione ex eo cōtra-

ctu;ſed neque indirectè implorando officium eiuſdem iudicis Eccleſiaſtici, vt cogat eos ad ſatisfaciendum, & exonerandum animam defuncti,vt contra Abb.in c.cum ſit.num.22.& ibi Felin.num.9.in fin.de foro compet.& Gomeſ.in §.actionum.nu.6.inſtit. de action. tenuit Barbat.in d.c.cum ſit.de foro compet. & Franc. in c. fin. num. 4. de foro compet. in 6.
10 namque appellatione actionis venit etiam officium iudicis ſaltem lato ſumpto vocabulo. l.actionis verbo.ff.de verbor.ſignif. Iaſ. in §. 1. num. 59. & ibi Faber numer. 11. inſtit. de action.

11 Ampliatur quintò,quia iuramentum ad effectum periurij non tranſit ad ſucceſſores de vniuerſitate, etiam ſi ſuperuiuerent aliqui de dicta vniuerſitate qui iurárunt, dumtamen ipſi ſint pro minori parte eiuſdem vniuerſitatis, appellatione namque vniuerſitatis intelligitur de omnibus, vel maiori parte.c.1.de his quæ fiunt à maior.part.cap.ſic tradit Gemin. conſ.83. nu.2. verſ. & ſi dicatur. & poſt eum Tuſc.concluſ.519.num.7. in verb. iuramentum.

12 Secũdus caſus iſtius primi capitis eſt quoad obſeruantiam contractus,qui robur,& validitatem recepit à iuramento,& ab ipſo iuramento confirmatus eſt iuxta tex.in c.cum cõtingat. de iureiur. & c.licet. eod. tit. in 6. vbi habetur quod conſenſus mulieris alienationi rerum dotalium confirmatur iuramento; & tex.in authentica.ſacramenta puberum. C. ſi aduerſ.vendit. vbi contractus puberum ſimiliter iuramento firmantur; & iſto caſu iuramentum tanquam ſequella contractus ſequitur eius naturam & tranſit in quemcunque ſucceſſorem in quem tranſit ipſe contractus, ita vt hæredes iurantis tenentur ſtare contractui,& promiſſum ſoluere, & contra eos (licet ſi de facto contrauenerint non ſint periuri) competit actio pro obſeruantia cõtractus iurati, ſicut competebat contra ipſum defunctum iurantem.Bald. in l. fin. num. 16. in fin. C.de pact.& in authentica.ſacramenta puberum.num. 17.& ibi Paul.de Caſtr.nu.3.C. ſi aduerſ. vendit.idem Paul.de Caſtr.in l. ſi grege.num.5.ff.de leg.1.Federic.de Sen. conſil. 281.Butr.conſ.59.num.2.Alex.conſ.26.nu. 4.lib.7.Guid. Pap. deciſ.414. cum pluribus alijs quos allegat Gabriel.concluſ.6. num.3. de iureiur. & Craſſ. in §. tranſmiſſio. quæſt. 31.num.5.& Gaill.obſeruat.27. num.3. & 4.lib.1.Pariſ.conſil.54. numer.13. lib.1. Socin.ſen.conſil.38.numer.1. vol.3. Socin. iun. conſil.67.numer.36.vol.2.Surd.conſil.165. numer.3. & conſil.194.num.22. vol.2.Corſett. de iureiur. priuileg. 21.Corn.conſ.112. lib.4.

13 Ampliatur hic ſecundus caſus,vt procedat etiam quoad pænas legis ſi quis maior. C. de trãſact. pæna enim inducta eſt à d.l.ſi quis maior,quòd contraueniens tranſactioni iuratæ eſt infamis, cadit ab actione, pænam ſoluit,& data reſtituit: hæc igitur pæna tranſit ad hæredes iurantis contrauenientes iuramẽto,& locum habet in eis,ſicut habuiſſet in de-
14 functo eadem ratione, quia contractus tranſit ad hæredes cum ſua qualitate iuramenti. ſic Angel.conſ.326.numer.2. Paul.de Caſtr. conſ.13.num.4.in fine.lib.2.Socin. conſ.38. num.1.& 2.lib.3.Menoch. conſ.24. num.22. Galleſ.de obligat.camer.part.2. quæſt.1. vbi ſub nu.4.reprobat Parpal.in repet.d.l.ſi quis maior.nu.96.& Cagnol. num.299. illorumquè rationibus reſpondet.

15 Tertius caſus eſt quoad obſeruantiam contractus qui robur,& confirmationem à iuramento recipere non poteſt,vt quando contractus eſt reprobatus,& illicitus,puta de ſoluendo vſuras c.debitores.de iureiur. Bart. in l.ſi quis pro eo.num.10.ff.de fideiuſſor.vel factus eſt per dolum, vel metum, vel aliàs eſt læſiuus, & iniquus; iuramentum enim non poteſt confirmare ſimiles contractus,vel promiſſiones, quia non fuit inſtitutum, vt eſſet vinculum iniquitatis.c.inter cætera. 22. q.4. c.quanto. de iureiur. hoc ergo caſu obſeruantia talis contractus,vel iuramenti ad hæredes vel ſucceſſores iurantis non tranſmittitur,ſed cis licitum eſt contrauenire non obſtante iuramento.Ruin.conſ.107.num.8.lib.1.Bauer. de virtut.iuram.nu.62. Paul. de Caſtr. conſ. 195.nu.7.lib.2.Galleſ.de oblig. camer. part. 2.ſumm.quæſt.1.num.3.verſ.ſed conſiderandum,Gabriel.conſil.3.num.8.lib.1.& in ſpecie de contractu vſurario,ſiue promiſſione ſoluendi vſuras,tradunt Bauer. & Galleſ. in locis citat.& Paul.de Caſtr.in l. ſi per alium. §. hæredibus. num. 4. ff. ne quis eum qui in ius voc.Surd.conſ.194.num.24.vol.2. & de cõtractu, ſiue promiſſione extorta per dolũ, vel aliàs iniqua & læſiua Ruin.d.conſ.107. num. 18. lib.1. & de multis actibus qui iuramento non confirmantur, videndus eſt Couar. in c. quamuis. 2. part.in initio. & §.1.§.2. & §. 6. de pact.in 6.

16 Ampliatur primò iſte tertius caſus,quia licet is qui iurauit,ſi vult poſtmodum contrauenire iuramẽto, teneatur petere relaxationem eiuſdem iuramenti; tamen hæredes, vel ſucceſſo-

ceſſores hanc iuramenti relaxationem petere non coguntur. Alex. conſ. 129. num. 21. 22. lib. 6. & conſ. 151. num. 10. lib. 7. Ruin. d. cõſ. 107. num. 18. lib. 1. Gabriel. concluſ. 6. nu. 5. de iureiur. Dec. conſ. 203. nu. 7. poſt mediũ. Socin. conſ. 115. num. 11. vol. 1. Corn. conſil. 27. num. 11. vol. 4. Surd. d. conſ. 194. num. 25. vol. 2.

17 Ampliatur ſecundò, vt procedat etiam in iuramento præſtito per Prælatum in præiudicium bonorum Eccleſiæ, nàm illud pariter non tranſmittitur ad ſucceſſorem. Abb. in c. 2. num. 4. Felin. numer. 4. & ſeqq. de iureiur. eadem ratione quia iuramentum non debet eſſe vinculum iniquitatis, & quia per iuramẽtum non poteſt quis ſe ſubtrahere ab onere publico. c. ſi diligenti. de foro compet. ſed hoc eſt onus publicum, quod incumbit Prælato circa deffenſionem rerum Eccleſiæ. c. ſi quis præsbiterorum. de reb. eccleſ. non alien. Abb. in c. ex parte. num. 6. verſ. aut quæritur nunquid poſſit laicus. & ibi Felin. num. 10. de teſtib. Ioan. de Anan. & Aret. in c. illa. de accuſat. Ferret. conſ. 183. num. 3. & quod magis eſt idem ſucceſſor nõ indiget abſolutione, ſed poteſt iuramento abſquè abſolutione cõtrauenire. Abb. in d. c. 2. num. 4. verſ. ego dico. de iureiur. mouetur per gloſ. in c. 1. in verb. cõtractum. de reſtit. in integr. in 6. & ſequitur Corn. in tract. de abſolut. iuram. part. 4. caſ. 9. num. 32.

18 Ampliatur tertiò, vt locum habeat etiam ſi iuramentum factum eſſet pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus ſuis, adhuc enim iuramentũ vel obſeruantia eiuſdem contractus iurati ad hæredes, vel ſucceſſores ipſos non tranſiret. Corn. in d. tract. de abſolut. iuram. part. 4. caſ. 9. num. 28.

19 Quartus eſt caſus quoad probationem inſurgentem ex iuramento, & ad hunc effectum tranſit iuramentum ad hæredes, & ſucceſſores. l. cum quis decedẽs. §. codicillis. ff. de leg. 3. authentica. quod obtinet. C. de probat. & authentico. de iureiur. à morient. præſt. in princ. & ibi Ang. num. 3. Bald. in ſua Margarit. in verb. iuramentum tranſit. Guid. Pap. deciſ. 414. verſ. item tranſit. Gaill. obſeruat. 27. num. 6. lib. 1.

20 Quintus & vltimus caſus iſtius primi capitis eſt quoad actionem, & exceptionem ex iuramento reſultantem, & de his diximus in caſ. 24. 25. 26.

21 Secundum caput principale eſt, dum quærimus, an iuramentum tranſmiſſibile ſit reſpectu recipientis ipſum, iuramentum ideſt eius cui iuratur, & in hoc capite quidam caſus pariter conſiderandi ſunt.

Primus caſus eſt quoad contractus, & promiſſionis iuratæ obſeruantiam, & hoc reſpectu iuramentum quidem eſt reale, & ad hæredes, ac ſucceſſores tranſmittitur iuxta proximè dicta num. 11. & facit textus in l. veteris. C. de contrah. ſtipul. l. vnic. C. vt action. & ab hæred. & contra hæred. & ità intelliguntur Doctores dicentes iuramentum ex parte recipientis eſſe reale, & ad hæredes tranſitoriũ, nempe Innoc. & Abb. in c. veritatis. num. 3. de iureiur. Ang. in authẽtico. de iureiur. à morient. præſtit. num. 3. Gaill. obſeruat. 27. nu. 1. lib. 1. Iacobin. in tract. feud. verſ. qui quidẽ inueſtit. prẹſtit. num. 49. in fin. Guid. Pap. deciſ. 414. numer. 1. Petr. de Anchar. poſt Ioan. And. in c. fin. in 3. not. de for. compet. in 6.

22 Ampliatur primò iſte primus caſus, vt procedat etiam nulla de eiſdem hæredibus, vel ſucceſſoribus mẽtione facta Couar. in c. quãuis. 1. part. §. 5. num. 5. de pact. in 6. & probat tex. in d. l. veteris & l. fin. C. de contrah. ſtipulat. l. ſi neceſſarias. §. de vendendo. ff. de pignorat. action. naturali enim ratione præſumuntur contrahentes etiam hæredibus ſuis prouidere, & contractus ad eos trãſmitti velle. l. ſi pactum. ff. de probat. cap. 1. de duob. fratr. à capit. inueſt. in vſib. feud.

23 Ampliatur ſecundò caſus iſte quia non ſolùm tranſmittitur iuramentum ad hẹredes, & ſucceſſores illud recipientis, ideſt eius cui iuratur; ſed etiam tranſmittitur contra eos, ita quod ipſi hæredes, & ſucceſſores nedum vti poſſunt dicto iuramento in fauorabilibus, ſed etiam ei ſtare tenentur in præiudicialibus. l. nam poſteaquam. §. fin. ff. de iureiur. & intelligitur tàm de ſucceſſoribus titulo ſingulari, quàm de ſucceſſoribus titulo vniuerſali. Paul. de Caſtr. in d. §. fin. nu. 4. verſ. & iſta, & num. 5. & Iaſ. nu. 1. dummodo ſcilicet ijdem ſucceſſores ſingulares habeant cauſam ab eo, qui detulit iuramentum aliàs ſecus d. §. fin. verſ. cẹterum. cum l. ſeq. Paul. de Caſtr. & Iaſ. in loc. cit.

24 Declaratur hic caſus, vt procedat quando agitur de obſeruãtia illius contractus, qui cõfirmationem recipit à iuramento, tale namquè iuramentum vti ſequella eiuſdem contractus tranſit ad quemcunque in quem tranſit contractus, vt dictum eſt ſupra hoc eodem caſ. nu. 12. Secus quando agitur de obſeruantia contractus, qui iuramento non firmatur, in ſimili enim contractu non cadit obſeruantia, ſed tantùm obſeruandum eſt ipſum iuramentum,

mentum, vt euitetur periurium. c. debitores. de iureiur. Bart. in l. ſi quis pro eo. num. 10. ff. de fideiuſſor.

25 Secundus caſus eſt, quoad periurium, & tunc ſi in iuramento dicitur; pro ſe, & hæredibus, vel ſucceſſoribus; tale iuramentum reſpectu recipientis eſt reale & perpetuum, & trãſit ad eius hæredes, & ſucceſſores; ſicquè iurans tenetur illud perpetuò ſeruare tàm hæredibus, & ſucceſſoribus recipiẽtis, quàm ipſi recipienti. gloſ. in d. c. veritatis. in verb. compellantur. & ibi Abb. num. 2. de iureiur. Siluan. de feud. recognit. quæſt. 88. in princ. & verſ. huic tamẽ. Iacobin. in tract. feud. in verſ. qui quidem inueſtit. num. 49. Specul. in tit. de feud. §. quoniam. num. 68. cum alijs allegatis per Iacobin. d. num. 49. quia poteſt iurans ſe, & animam ſuam obligare nedum erga illum cui iurat, ſed etiam erga hæredes, & ſucceſſores illius. gloſ. in d. c. veritatis. & ibi Hoſtienſ. ad fin. verſ. ſed nec eſt ſimile. & Abb. num. 3. de iureiur. Iacobin. in d. verſ. qui quidem inueſtit. num. 49. Spec. in d. §. quoniam. num. 69. & conſequenter quandocunque ipſe iurans iuramento contrauenit efficitur periu-
26 rus: ſi autem iuratur ſimpliciter abſque mentione hæredum, & ſucceſſorum, tunc aut præſtatur ſub nomine proprio ipſius recipientis, aut ſub nomine dignitatis: ſi ſub nomine proprio, aut verba iuramenti non repũgnãt illud tranſire ad hæredes, & ſucceſſores recipiẽtis, ideſt eius cui iuratur, & tunc tranſit ad eos etiam ad effectum periurij, ita quod ſi iurans nõ ſatisfacit hæredibus eius cui iurauit, incurrit periurium. Couar. in c. quamuis. 1. part. §. 5. num. 4. verſ. poſterior. de pact. in 6. adduco tex. in d. l. veteris. & l. fin. C. de contrah. ſtipulat. l. qui Romæ. §. Flauius. ff. de verb. obligat. l. ſi pactum. ff. de probat. vbi obligationes omnes actiuæ, & paſſiuæ tranſeunt ad hæredes ètiam de eis nulla facta mentione, quia nominato vno videtur etiam nominatus eius hæres. Bald. in l. 1. num. 3. verſ. vnde exceptio. C. quor. legat. Ang. in l. 1. ff. de his quæ in teſt. delent. Iaſ. in l. Iulianus. num. 3. ff. de verb. obligat. Natta conſ. 495. nu. 10. hęres enim cenſetur eadem perſona cum defuncto. §. 1. in authentico. de iureiur. à morient. præſt. Ampliatur quia poſſunt dicti hæredes recipientis ipſum iurantem ad obſeruantiam iurati contractus coràm iudice Eccleſiaſtico conuenire. Couar. in c. quamuis. 1. part. §. 5. num. 6. in fine. de pact. in 6. Aut verba iuramenti repugnant illud tranſire ad hæredes, & ſucceſſores illius cui iuratum eſt, puta quia expreſsè denotant perſonalitatem ipſius recipientis & tale iuramentum eſt perſonale etiam ex parte eiuſdem recipientis, nec ideo extenditur ad hæredes, vel ſucceſſores illius, neque ad eos quòad effectum periurij tranſibile eſt, & ità loquitur Abb. in d. c. veritatis. nu. 2. de iureiur. nàm tantùm operatur iuramentum, quantum habet de conſenſu, & non vltra. c. quemadmodum. c. ad noſtram. de iureiur. Crauet. conſ. 242. num. 3. & aliàs iuramentum propter periculum periurij eſt ſtricti iuris, & fienda eſt in eo ſtricta interpretatio. Federic. de Sen. conſ. 210. num. 2. per tex. in c. pen. de iureiur. & c. clerici. de verb. ſignif. ſequitur idẽ Crauet. d. conſ. 242. num. 3. Aut præſtatur iuramentum ſub nomine dignitatis, vt ſi dicatur promitto obedientiam Regi Franciæ, & tunc iuramentum eſt reale ex parte recipientis, & tranſit ad hęredes eiuſdem dignitatis & ad ſucceſſores in ea etiam quoad reatum periurij, perinde ac ſi de ipſis hæredibus & ſucceſſoribus expreſſa mentio facta eſſet. tex. eſt in d. c. veritatis. & ibi Abb. num. 2. de iureiur. Siluan. de feud. recognit. quæſt. 88. & eſt ratio quia dignitas non variatur ex diuerſitate præſidentium. l. meminiſſe. ff. de offic. procõſ. & legat. c. liberti. 12. quæſt. 2. c. ſi gratiosè. de reſcript. in 6.

## SVMMARIVM.

1 *Iurandi facultas conceſſa à lege, ſtatuto, vel legis miniſtro tranſmittitur ad hæredes, & ſucceſſores eius qui iurare poterat; etiam ſuper facto defuncti 6. etiam ſi ageretur criminaliter. 7. & procedit etiam in ſucceſſoribus Eccleſiaſticis. 8. & etiam hæredibus pupilli 9. non ſic tamen eſt contra hæredes tutoris 10.*

2 *Iurandi facultas conceſsa ab homine ad hæredes, vel ſucceſſores non tranſit.*

3 *Iuramentum in litem delatum eſt à lege, ideo tranſit ad hæredes & ſucceſſores: idem de iuramento de damno dato. 4. idem de iuramento quod defertur ſpoliato per violentiam. 5.*

11 *Iurandi facultas conceſſa à lege, tunc demum ad hæredes & ſucceſsores tranſit, quando de factis defuncti ſunt benè informati, & non aliàs: quando autem dicantur eſſe informati. 12. & an credatur eorum iuramento ſe eſſe informatos. 13. Item ad eos tranſit ſi eorum interſit iurare. 14.*

15 *Iuramentum in litem ſecundum affectionem defertur hæredibus & ſucceſſoribus ſecundum*

*dum affectionem ſuam, non defuncti.*

16 *Iurandi facultas ad hominem improbum non tranſit.*

17 *Iuramentum in litem non tranſit contra hæredes doloſi defuncti.*

18 *Iurandi facultas conceſſa à lege tranſit ad alios etiam per viam ceſsionis.*

## CASVS LVI.

*Facultas iurandi, an ad hæredes vel ſucceſſores tranſmittatur.*

POſtquàm dictum eſt de iuramento, nunc videndum eſt de facultate iurandi, an ſcilicet iurandi facultas tranſmittatur ad hæredes, & ſucceſſores illius qui iurare poterat, ita quod eo defuncto antequàm iuraret, iuramentum hæredibus, & ſucceſſoribus ſuis deferendum ſit.

1 Et pro ſolutione iſtius caſus diſtinguendũ eſt, nàm ſi loquimur de facultate conceſſa à lege, vel ſtatuto, ſiue a legis miniſtro, & ſic à iudice, iſta tranſmittitur quia lex ſemper loquitur tàm de tempore hæredis, quàm de tempore defuncti. l. arriani. C. de hæretic. & conſequenter ità reſpicit perſonam hæredis, ſicut defuncti.

2 Si autem loquimur de facultate delata ab homine, & ſic ex voluntate partium, puta ex pacto, contractu, vel actu iudiciali, vel aliter; hæc non tranſmittitur ad alios, quia qui offert iuramentum cenſetur confiſus de conſciẽtia, & legalitate defuncti, eiuſquè probitatem ſpecialiter elegiſſe. l. generaliter. C. de iureiur. & ſic diſtinxerunt Roman. in l. ſi per alium. §. hoc iudicium. & ibi Iaſ. num. 5. verſ. pro concordia. & Alex. num. 7. Socin. nu. 7. ff. ne quis eum. Plott. de in lit. iur. §. 29. nu. 1. iuncto nu. 7. Tiraq. in tract. de pręſcript. §. 2. gloſ. vnic. num. 6. & de retract. lignag. §. 2. gloſ. 2. num. 7. idem Iaſ. in l. ſi quando. num. 51. 52. C. vnde vi. idem Socin. conſ. 89. num. 5. verſ. tertium. vol. 3.

3 Inquantum ſpectat ad primum caput diſtinctionis, ideſt ad iuramentum delatum à lege, ſtatuto, vel iudice exemplificatur in iuramento in litem, quod quidem iuramentum cum à lege delatum ſit. ff. & C. de in lit. iuran. conſequenter tranſit ad hæredes & ſucceſſores illius qui iurare poterat iuxta concluſionem mox firmatam, & in ſpecie tenet gloſ. fin. in l. pen. §. fin. ff. ne quis eum. & ibi Socin. nu. 4. & 5. Paul. de Caſtr. num. 3. Ang. numer. 2. Alex. num. 6. Iaſ. num. 5. & ſeqq. & Afflict. deciſ. 169. num. 7. & 8. Ruin. conſ. 35. num. 10. lib. 5. Tiraquel. in tract. de præſcript. §. 2. gloſ. vnic. num. 2. Crauet. conſ. 287. num. 7. verſ. poſtremò dico: Item poteſt adduci exemplũ

4 iuramenti de damno dato, vbi extat ſtatutum, quod de damno dato ſtetur iuramento accuſatoris, & differt iſtud iuramentum à iuramento in litem, quia illud defertur propter ſolum dolum. l. in actionibus. §. ſed in his. ff. de in lit. iur. Accuſatore igitur mortuo poſt porrectam quærellam, hæres eius poterit iurare. Roman. in l. 3. §. fin. ff. de iureiur. quem ſequitur Alex. in l. pen. §. hoc iudicium. num. 7. & ibi Iaſ. num. 7. ff. ne quis eum. idem Iaſ. in l. ſi quando. num. 53. C. vnde vi. & Tiraq. in tract. de præſcript. §. 2. gloſ. vnic. num. 6. & de retract. lignag. §. 2. gloſ. 2. num. 8. qui etiam repræhendunt Bald. contrarium dicentem in d. l. 3. in princ. ff. de iureiur. & de communi opinione contra Bald. dicit Couar. in c. quàmuis 1. part. §. 5. num. 7. de pact. in 6. pro qua facit. tex. in c. 1. in princ. ſi de inueſtit. int. domin. & vaſſall. lis oriat. dicit enim tex. Domino inueſtituram feciſſe negante, ſi teſtibus res probari non poterit, poſſeſſoris Sacramento deciditur, idem & in eorum ſucceſſoribus obſeruatur.

5 Aliud quoque eſt iuramentum, quod de iure communi defertur ſpoliato per violentiam ex. l. ſi quando. C. vnde vi; & cap. fin. de his quæ vi met. vè cauſ. fiunt; iſtud namque iuramentum, ſi conſtat de violentia, & iniuria illata defertur damnum paſſo ſuper quantitate, & extimatione bonorum per vim ablatorum, & ad hæredes ipſius damnum paſſi tranſmittitur. Paul. de Caſtr. Alex. & Iaſ. in d. l. pen. §. hoc iudicium. ff. ne quis eum. Tiraq. in tract. de præſcript. §. 2. gloſ. vnic. nu. 3. Plott. de in lit. iur. §. 29. Couar. in d. c. quamuis. 1. part. §. 5. num. 7. de pact. in 6.

6 Ampliatur primò primum caput iſtius diſtinctionis, quia vbi à iure, ſtatuto, vel iudice permiſſa eſt alicui facultas iurandi, talis facultas tranſmittitur ad hæredes, & ſucceſſores, vt iurare poſſint etiam ſuper ſolutione facta à defuncto, ſeu præceſſore, & ſimiliter vt iurare poſſint ſuper alio facto eiuſdem defuncti, vel præceſſoris, itaquod hæredes, & ſucceſſores iurare poſſunt defunctum, vel præceſſorem ſoluiſſe, vel quid aliud feciſſe, ſicut iurare poterat idem defunctus, vel præceſſor. Plott. de in lit. iur. §. 29. nu. 3. vbi per ſenatum Mediolanenſem ſic iudicatum fuiſſe teſtatur.

7 Ampliatur ſecundò, vt procedat non ſolùm quando agitur ciuiliter, ſed etiam ſi ageretur

retur criminaliter, tex. enim in l. ſi quando. C. vnde vi. & cap. fin. de his quæ vi, metusuè cauſ. fiunt. generaliter loquuntur, & ità etiam tenet Ang. in l. ſicut furti. per illum tex. ff. de in lit. iur. & Roman. in l. fin. ff. eod. & Iaſ. in d. l. ſi quando num. 57. C. vnde vi: nec obſtat quod in contrarium dixit Bart. in d. l. fin. ff. de in lit. iur. quem ſequitur Alex. ibi & Ang. in d. l. ſi quando. C. vnde vi. & Fulgoſ. in l. cum furti. ff. de in lit. iur. ex ea ratione quod probationes in criminalibus debent eſſe luce meridiana clariores. l. ſciant cuncti. C. de probat. quia hoc verum eſt quòad criminalitatem, ſed quòad damnum ſtatur iuramento d. l. ſi quando. & d. cap. fin.

8 Ampliatur tertiò, vt procedat, & locum habeat non ſolùm in hæredibus, & ſucceſſoribus ſæcularibus, ſed etiam in ſucceſſoribus Eccleſiaſticis putà in Epiſcopo, Canonico, Priore, Guardiano, Abbate, & Abbatiſſa; hi enim huiuſmodi iuramentum ſubire poſſunt, & præſertim iuramentum in litem contra non reddentes rationem, & alios doloſos etiam reſpectu tēporis anteceſſorum. Afflict. deciſ. 169. Catellian. Cotta in memorialibus in dictione iuramentum in litem. Couar. in d. c. quamuis. 1. part. §. 5. numer. 7. poſt princ. de pact. in 6. Plott. de in lit. iur. §. 29. nu. 1. verſ. & hoc procedit.

9 Ampliatur quartò, vt iuramentum in litē tranſmittatur etiam ad hæredes pupilli, namquè hi poſſunt iurare in litem contra tutorem qui non confecit, vel non rectè fecit inuentarium, ſi de aliquo eorū intereſſe probauerint Paul. de Caſtr. in d. l. pen. §. fin. num. 3. Socin. num. 5. Iaſ. nu. 5. Tiraq. in tract. de præſcript. §. 2. gloſ. vnic. num. 2. in fin. Plott. de in lit. iurand. §. 29. num. 2.

10 Declaratur hæc quarta ampliatio, quia licet iſtud iuramentum tranſmittatur ad hæredes pupilli contra tutorem, tamen nō ſic tranſmittitur contra hæredes tutoris, nam contra eos non iuratur in litem propter dolum tutoris. l. fin. C. de in lit. iur. Paul. de Caſtr. in d. l. pen. §. fin. num. 3. Alex. num. 6. Ang. num. 2. Iaſ. num. 5. ff. ne quis eum qui in ius voc. Tiraq. in tract. de præſcript. §. 2. gloſ. vnic. num. 2. in fine. Plott. de in lit. iurand. §. 49. nu. 20. & ratio eſt quia facultas iurandi ex parte eius cui competit actiuè, eſt fauorabilis, quod ſuo iuramento credatur abſquè alia probatione. l. ſemper. §. hoc interdicto. cum gloſ. ff. quod vi, aut clam. ideo ex eius parte extenditur ad illius hæredes actiuè, ſed ex parte eius contra quem poteſt iurari & ſic paſſiuè, eſt odioſum ideo reſtringitur, vt non tranſeat contra eius hæredes. d. l. fin. C. de in lit. iur, hanc rationem aſſignat Paul. de Caſtr. in d. §. fin. num. 3. & Iaſ. nu. 5. qui mouetur ex gloſ. in l. ſed ſi hac. §. fin. in verb. interueniat. ff. de in ius vocand. & gloſ. in l. venia. in verb. liberis. C. eod.

Subdeclaratur primò hęc declaratio vt procedat cum hac diſtinctione, vt ſi reus deceſſit ante litem conteſtatam, tunc verum eſt quod contra hæredes ipſius defuncti iurari non poteſt. l. 2. 3. & vlt. C. de in lit. iur. Si vero deceſſit poſt litem conteſtatam, & tunc aut loquimur in actionibus bonæ fidei, & ſi ille dolus, vel illa culpa commiſſa fuit ante litem conteſtatam iurabitur contra hæredes. l. alio iure. C. eod. tit. At ſi eſt commiſſa poſt litem conteſtatam, tali caſu contra hæredes non iuratur in litem. arg. l. eius qui delatorem. ff. de iure fiſci: aut loquimur in actionibus ſtricti iuris, & tunc defuncto reo ante ſententiam non poteſt iurari in litem ex eius dolo contra hæredes. ſic Bart. in l. in actionibus. num. 21. & ibi Alex. num. 14. & Iaſ. num. 38. ff. de in lit. iur. Plott. de in lit. iur. §. 49. numer. 21. verſ. fallit quando.

Subdeclaratur ſecundò quando quis vellet iurare contra hæredes non ex dolo defuncti, ſed ex dolo ipſorum hæredum, quia tunc poſſet contra eos iurari in litem. l. is qui. l. alio iure. C. de in lit. iur. vbi gloſ. & Doct. Plott. d. §. 49. nu. 21. verſ. fallit ſecundò. cum alijs ibi per eum adductis.

11 Declaratur primò primum caput iſtius diſtinctionis, & illius ampliationes, vt tunc demum iuramentum delatum à lege, ſtatuto, vel iudice ad hæredes, & ſucceſſores tranſeat, quādo ipſi de rei veritate, & factis defuncti ſunt benè informati, & non aliàs Bald. in c. 1. per illum tex. ſi de inueſt. int. domin. & vaſſall. lis oriat. num. 2. Iaſ. in l. ſi quando. numer. 53. C. vnde vi. & in d. l. pen. §. hoc iudicium. num. 7. ff. ne quis eum. Socin. ſen. conſ. 194. nu. 1. vol. 2. Ruin. conſ. 35. num. 9. verſ. & dato. & num. 10. vol. 5. cum alijs quos recenſet Plott. de in lit. iur. §. 29. num. 3. verſ. & limitantur. & Tiraq. de retract. lignag. §. 2. gloſ. 2. num. 9. Di-
12 cuntur autem eſſe informati, non ſolùm verè, quando verè conſtat de eorum præciſa ſcientia & informatione factorum defuncti; ſed etiam præſumptiuè ex vicinitate. c. quoſdam. c. quanto. de præſumpt. ex coniunctione & affinitate. l. octaui. ff. vnde cognati. l. de tutela. C. de in integr. reſtit. milit. ex communi habitatione, & domeſticitate Bald. conſil. 392. nu. 1. lib. 1. & conſ. 296. lib. 3. Abb. conſ. 19. col.

2. lib.

upna
Universidad Pública de Navarra
Nafarroako Unibertsitate Publikoa

retur criminaliter, tex. enim in l. ſi quando. C. vnde vi. & cap. fin. de his quæ vi, metusuè cauſ. fiunt. generaliter loquuntur, & ità etiam tenet Ang. in l. ſicut furti. per illum tex. ff. de in lit. iur. & Roman. in l. fin. ff. eod. & Iaſ. in d. l. ſi quando num. 57. C. vnde vi: nec obſtat quod in contrarium dixit Bart. in d. l. fin. ff. de in lit. iur. quem ſequitur Alex. ibi & Ang. in d. l. ſi quando. C. vnde vi. & Fulgoſ. in l. cum furti. ff. de in lit. iur. ex ea ratione quod probationes in criminalibus debent eſſe luce meridiana clariores. l. ſciant cuncti. C. de probat. quia hoc verum eſt quòad criminalitatem, ſed quòad damnum ſtatur iuramento d. l. ſi quando. & d. cap. fin.

8 Ampliatur tertiò, vt procedat, & locum habeat non ſolùm in hæredibus, & ſucceſſoribus ſæcularibus, ſed etiam in ſucceſſoribus Eccleſiaſticis putà in Epiſcopo, Canonico, Priore, Guardiano, Abbate, & Abbatiſſa; hi enim huiuſmodi iuramentum ſubire poſſunt, & præſertim iuramentum in litem contra non reddentes rationem, & alios doloſos etiam reſpectu tẽporis anteceſſorum. Afflict. deciſ. 169. Catellian. Cotta in memorialibus in dictione iuramentum in litem. Couar. in d. c. quamuis. 1. part. §. 5. numer. 7. poſt princ. de pact. in 6. Plott. de in lit. iur. §. 29. nu. 1. verſ. & hoc procedit.

9 Ampliatur quartò, vt iuramentum in litẽ tranſmittatur etiam ad hæredes pupilli, namquè hi poſſunt iurare in litem contra tutorem qui non confecit, vel non rectè fecit inuentarium, ſi de aliquo eorũ intereſſe probauerint Paul. de Caſtr. in d. l. pen. §. fin. num. 3. Socin. num. 5. Iaſ. nu. 5. Tiraq. in tract. de præſcript. §. 2. gloſ. vnic. num. 2. in fin. Plott. de in lit. iurand. §. 29. num. 2.

10 Declaratur hæc quarta ampliatio, quia licet iſtud iuramentum tranſmittatur ad hæredes pupilli contra tutorem, tamen nõ ſic tranſmittitur contra hæredes tutoris, nàm contra eos non iuratur in litem propter dolum tutoris. l. fin. C. de in lit. iur. Paul. de Caſtr. in d. l. pen. §. fin. num. 3. Alex. num. 6. Ang. num. 2. Iaſ. num. 5. ff. ne quis eum qui in ius voc. Tiraq. in tract. de præſcript. §. 2. gloſ. vnic. num. 2. in fine. Plott. de in lit. iurand. §. 49. nu. 20. & ratio eſt quia facultas iurandi ex parte eius cui competit actiuè, eſt fauorabilis, quod ſuo iuramento credatur abſquè alia probatione. l. ſemper. §. hoc interdicto. cum gloſ. ff. quod vi, aut clam. ideo ex eius parte extenditur ad illius hæredes actiuè, ſed ex parte eius contra quem poteſt iurari & ſic paſſiuè, eſt odioſum ideo reſtringitur, vt non tranſeat contra eius hæredes. d. l. fin. C. de in lit. iur, hanc rationem aſſignat Paul. de Caſtr. in d. §. fin. num. 3. & Iaſ. nu. 5. qui mouetur ex gloſ. in l. ſed ſi hac. §. fin. in verb. interueniat. ff. de in ius vocand. & gloſ. in l. venia. in verb. liberis. C. eod.

Subdeclaratur primò hęc declaratio vt procedat cum hac diſtinctione, vt ſi reus deceſſit ante litem conteſtatam, tunc verum eſt quod contra hæredes ipſius defuncti iurari non poteſt. l. 2. 3. & vlt. C. de in lit. iur. Si vero deceſſit poſt litem conteſtatam, & tunc aut loquimur in actionibus bonæ fidei, & ſi ille dolus, vel illa culpa commiſſa fuit ante litem conteſtatam iurabitur contra hæredes. l. alio iure. C. eod. tit. At ſi eſt commiſſa poſt litem conteſtatam, tali caſu contra hæredes non iuratur in litem. arg. l. eius qui delatorem. ff. de iure fiſci: aut loquimur in actionibus ſtricti iuris, & tunc defuncto reo ante ſententiam non poteſt iurari in litem ex eius dolo contra hæredes. ſic Bart. in l. in actionibus. num. 21. & ibi Alex. num. 14. & Iaſ. num. 38. ff. de in lit. iur. Plott. de in lit. iur. §. 49. numer. 21. verſ. fallit quando.

Subdeclaratur ſecundò quando quis vellet iurare contra hæredes non ex dolo defuncti, ſed ex dolo ipſorum hæredum, quia tunc poſſet contra eos iurari in litem. l. is qui. l. alio iure. C. de in lit. iur. vbi gloſ. & Doct. Plott. d. §. 49. nu. 21. verſ. fallit ſecundò. cum alijs ibi per eum adductis.

11 Declaratur primò primum caput iſtius diſtinctionis, & illius ampliationes, vt tunc demum iuramentum delatum à lege, ſtatuto, vel iudice ad hæredes, & ſucceſſores tranſeat, quãdo ipſi de rei veritate, & factis defuncti ſunt benè informati, & non aliàs Bald. in c. 1. per illum tex. ſi de inueſt. int. domin. & vaſſall. lis oriat. num. 2. Iaſ. in l. ſi quando. numer. 53. C. vnde vi. & in d. l. pen. §. hoc iudicium. num. 7. ff. ne quis eum. Socin. ſen. conſ. 194. nu. 1. vol. 2. Ruin. conſ. 35. num. 9. verſ. & dato. & num. 10. vol. 5. cum alijs quos recenſet Plott. de in lit. iur. §. 29. num. 3. verſ. & limitantur. & Tiraq. de retract. lignag. §. 2. gloſ. 2. num. 9. Di-
12 cuntur autem eſſe informati, non ſolùm verè, quando verè conſtat de eorum præciſa ſcientia & informatione factorum defuncti; ſed etiam præſumptiuè ex vicinitate. c. quoſdam. c. quanto. de præſumpt. ex coniunctione & affinitate. l. octaui. ff. vnde cognati. l. de tutela. C. de in integr. reſtit. milit. ex communi habitatione, & domeſticitate Bald. conſil. 392. nu. 1. lib. 1. & conſ. 296. lib. 3. Abb. conſ. 19. col.

2. lib.

2.lib.2. Crauet. conſ. 151. num.24. Roland. conſ.90.nu.25.lib.2. Ex qualitate facti, quãdo eſt tale factum, quod veriſimiliter ſolet in notitiam deuenire.c.quantò.de translat. pręlat.c.illud. de cleric.excomm. Crauet. conſil. 123.num.3.& alijs ſimilibus modis, in ſpecie autem de filio quòd is præſumatur ſcire geſta per patrem, ſi cum ipſo habitauit, & ob id deferendum ſit ei iuramentum ſuper facto eiuſdem patris, tradit Socin.ſen.conſ.89. num.6. vol.3.& Roland.conſ.52.num.9.& ſeqq.lib.

13 1. Et tandem ad hunc effectum vt huiuſmodi iuramentum tranſeat ad eos tanquam informatos creditur iuramento illorum aſſerentium ſe eſſe informatos, quouſquè contrariũ verè probetur per alteram partem, itaquod etiam non conſtito quod hæredes, & ſucceſſores ſint informati, ſiue quod pręſumantur eſſe informati, adhuc tamen iurando ſe eſſe informatos, poterunt iuramentum à lege, ſtatuto, vel iudice delatum ſubire, niſi altera pars verè probet eos non eſſe, vel non poſſe eſſe informatos per tex.in c. paſtoralis.de except. c. nulli.c. vt circa.de elect. in 6. vbi ſtatur iuramento illius qui aſſerit ad eius notitiam aliquid perueniſſe, & per tex.in d.l.pen.§.in cũ. & §. fin. ff. ne quis eum. vbi facultas iurandi extenditur ad hęredes iurare debentis, nec dicitur, quod teneatur probare ſe eſſe informatum.& ſic tenet Plott.de in lit. iur. §. 29.nu. 4. verſ.ſed vbi non conſtat, & facit quod voluit Tiraq.de retract.lignag.§.2.gloſ.2.num. 10.vbi ex multis probat ſufficere iuramentum credulitatis ſuper veritate pręti j, nempe quod hęredes iurent ſe credere iſtud eſſe verum pręt ium, quod in inſtrumento continetur; Ex quibus apparet non ſubſiſtere quod in contrarium dixerunt Ruin.conſ. 35. nu.10. vol. 5.Socin.conſ.194.col.1.in fin.verſ.confirmatur hoc.vol.2.& Bald.in l. in bonę fidei.C.de reb. credit. quod ſcilicet in dubio hęres pręſumitur non informatus, ob idquè iurare nõ poſſe per l.qui in alterius.ff.de reg.iur.quia illa lex loquitur in fauorem hęredis, vt pręſumatur ignorare, quando eius intereſt allegare ignorantiam, & non debet retorqueri in eius odium, vt non poſſit allegare ſcientiam, vbi eius intereſt.l.quod fauore.C.de legib.

14 Declaratur ſecundò primum caput iſtius diſtinctionis, vt locum habeat, ſi hæredum, vel ſucceſſorum interſit iurare, ſecus ſi eorum non intereſt.l.pen.§.hoc iudicium.ff.ne quis. eum.ibi; hæredibus autem ità dabitur, ſi eorũ interſit; & dicitur eorum intereſſe, quando ipſi hæredes paſſi ſunt aliquod damnum, ſeu intereſſe familiare.gloſ.vlt.in d. §. hoc iudiciũ. Plott.de in lit. iur.§. 29. num. 8. vel quando aliquod damnum, ſeu intereſſe paſſus eſt defunctus, quia hærędes iurare poſſunt non ſolùm de intereſſe ſuo, ſed etiam de intereſſe defuncti, vt contra Socin.tenet Plott.in d.§.29. num.10. in fin. & ratio eſt quia actio pænalis ad damna, & intereſſe perſequendum tranſmittitur ad hæredes eorum, qui paſſi ſunt ipſa damna.l.1.§.hęredem.ff.de priuat.delict.l.2. §.fin.ff.vi bon.rapt.l.dies cautioni.§.vlt.ff.de damn.infect.cum alijs adductis in caſ.27.nu. 7.ſed quando paſſi non ſunt damnum, vel intereſſe aliquod, puta quia pæna competit ad meram vindictam tantùm, tunc non dicitur eorum intereſſe, nec iurare poſſunt. gloſ. vlt. in d.§.hoc iudicium.& ibi Iaſ.num.1. verſic. actiuè.Plott.de in lit.iur.d.§.29.nu. 8. regulariter enim pæna quæ competit ad meram vindictam morte delinquentium extinguitur, & ad hæredes, vel ſucceſſores non tranſit. l.cum emancipati. §. emancipatus. ff. de collat.bonor.l.pro hærede. in fine. ff. de acquir. hæred. quam regulam latè diſcutit Farinac. in ſua prax.quæſt.10.nu. 36. & ſeqq. & ego addidi in d.caſ.27.

15 Declaratur tertiò, quia ad hæredes & ſuccessores tranſit facultas iurandi in litem non ſolùm ſecundum veritatem, ſed etiam ſecundum affectionem, ſed aduertendum eſt, quod intelligitur de affectione ſua, non de affectione defuncti, quia de affectione defuncti hęredes iurare non poſſunt Alex.in d.l.pen.§.hoc iudicium.numer.7.verſ.concludo. ff ne quis eum. Plott.de in lit.iurand.d. §.29.num.10. nam motiuus animi proprij non eſt ad alios tranſmiſſibilis.arg.l.cuius bonis. ff. de curat. furioſ.

16 Declaratur quartò non procedere, quando hæres vel ſucceſſor eſſet homo improbus qui de facili periurium committeret, ad eum enim non tranſiret facultas iurandi hæc iuramenta; nam iurando ſuccedit loco teſtis. Socin.conſ.136.num.4.verſ.ad quorum. vol.1. ob id debet eſſe talis, qui ſi teſtificaretur in aliena cauſa reputaretur teſtis integer; & ſic in ſpecie hac tenet Plott.de in lit.iur.d.§. 29. num.5.& ſequitur Maſcard. de probat.concluſ.956.num. 66. qui ad id citat etiam Cæphal.conſ.277.num.7.part.2.

17 Declaratur quintò iſtud primum caput huius diſtinctionis, quia licet facultas iurandi in litem tranſeat ad hæredes iurare valentis, non tamen tranſit contra hæredes doloſi defuncti vt ſatis declaraui.ſup.num.10.

18 Modò

18 Modò reſtat videndum, an facultas iſta iurandi iuramenta delata à lege, ſtatuto, vel iudice, poſſit trãſire ad alios per viam ceſſionis, & partem negatiuam tenet Bald. conſil. 314. numer. 4. lib. 5. Tiraq. de retract. lignag. §. 23. gloſ. 1. num. 79. Ruin. conſil. 35. num. 10. lib. 5. Contrarium autem quod imò facultas hæc iurandi cedi poſſit, & ceſſionarius iurare valeat dummodo ſit informatus, tenet & tuetur Plott. de in lit. iur. d. §. 29. nu. 6. vbi dicit hoc procedere, & verum eſſe tàm reſpectu iuramenti in litem, quàm alterius iuramenti, & tàm reſpectu iuramenti, de quo in l. ſi quãdo. C. vnde vi. & cap. fin. de his quæ vi, met. vè cauſ. fiunt, quàm reſpectu ſtatuti volentis credi iuramento damnum paſſi, aut alterius, & tàm pro tẽpore, & rebus poſt ceſſionem, quàm ante, & hanc partem veram eſſe credo, quia pro ea militat ratio caſus, quod ſcilicet lex ſemper loquitur, & ita reſpicit perſonam vnius ſicut alterius, & ſic tàm perſonam ceſſionarij, quàm cedentis, & pro qua facit tex. in c. 1. in verbo ſucceſſoribus in tit. ſi de inueſt. int. Dom. & Vaſſall. lis oriat. per quem tex. Bald. ibi num. 2. & Afflict. num. 6. notãt, quod ius probandi per Sacramentum tranſit ad ſucceſſorem; nec obſtat, quod dicit Bald. quia is loquitur de iuramento, non de facultate iurandi à lege, ſtatuto, vel à iudice conceſſa; Non obſtat pariter, quod dicit Tiraquel. quia is fundatur ſuper auctoritate Baldi, & illius ratione, nempe ſuper perſonalitate iuramenti, cùm tamen aliud ſit iuramẽtum ipſum, & aliud facultas iurandi; nec tandem obſtat doctrina Ruin. quia mouetur ob præſumptam ignorantiam ceſſionarij ſuper facto defuncti; ideo poſito, quod de facto eiuſdem defuncti ſit informatus, videtur ſentire, quod iurare poſſit.

*S V M M A R I V M.*

1 *Inſtantia cauſæ incæpta tranſit ad hæredes litigatoris actiuè, & paſſiuè & quando dicatur incæpta. 2. & tranſmittitur quoque in fideicommiſſarium vniuerſalem. 3. & idem eſt de alio ſucceſſore vniuerſali vel contra eum. 5. idemquè eſt de ſucceſſore in beneficio, dignitate, vel adminiſtratione. 9. ac item tranſit inſtãtia, quæ fit ex officio iudicis. 14. & pariter tranſit de procuratore in dominum. 15.*

6 *Inſtantia in iudicio reali tranſit etiam in ſucceſſorem ſingularem, ſi in eum facta eſt alienatio neceſſaria, alias non 18. 20. fallit 21. 22. 23. 24.*

7 *Inſtantia appellationis ad hæredes tranſit, & quid in criminalibus 8.*

10 *Accuſatore mortuo uel deſiſtente, iudex poteſt proſequi inſtantiam ex officio; mortuo autem reo regulariter perit inſtantia. 17.*

11 *Inſtantia, an tranſeat in ſucceſſorem in vitium remiſſiue.*

12 *Inſtantiam inchoatam contra defunctum coram iudice ſæculari, hæres proſequi tenetur coram eo etiam ſi eſt Clericus: idem de Eccleſia, & monaſterio. 13. idem de fiſco, quando eſt hæres. 28. ſecus quando non eſt hæres. 27.*

16 *Inſtantia tranſitoria eſt etiam per viam ceſſionis.*

19 *Poſſeſſio quæ eſt penes hæredes non eſt illa quæ erat penes defunctum.*

25 *Inſtantia incæpta coràm arbitratore ad alios non tranſit; idem de inſtantia compromiſſi. 33.*

29 *Inſtantia non tranſit in hæreditatem iacentem: neque in capitulum ſede vacante. 31. neque contra legatarium. 32.*

30 *Inſtantia non eſt ad alios tranſitoria, cum negocium tranſitorium non eſt.*

34 *Inſtantia incæpta cum patre ſuper filiatione ad hæredes ipſius patris non tranſit.*

35 *Inſtantia nunquàm tranſit poſt concluſionem in cauſa.*

## CASVS LVII.

*Inſtantia cauſæ incæpta cum aliquo litigatore, an tranſeat ad hæredes eiuſdem litigatoris, & quomodo.*

1 INſtantia cauſæ incæpta cum aliquo litigatore tranſit in hæredes eiuſdẽ litigatoris actiuè, & paſſiuè adeout proſequenda eſt inſtantia ipſa ex eiſdem actis & in ſtatu ac terminis in quibus reperiebatur cum defuncto per tex. in c. fin. vt lit. pend. in 6. Rot. Rom. deciſ. 1. vt lit. pend. in antiq. & deciſ. 652. num. 4. part. 2. in recent. lancellot. de attent. part. 2. cap. 20. limit. 24. nu. 18. nàm quòd tranſeat ad eos actiuè tex. eſt in l. ſi operarum iudicio. ff. de oper. libert. l. ſi petitor. ff. de iudic. & quòd tranſeat contra eos paſſiuè. l. ſi eum hominem. ff. de fideiuſſor. vbi Bart. num. 2. Ang. & Paul. de Caſtr. num. 3. l. ſeruus. ff. de his qui not. infam. l. ſi in rem. la 2. ff. de rei vẽdic. & promiſcuè notant Abb. Fel. Dec. & Marian. Socin. in c. quia g. de iudic. Ang. in l. tàm ex cõtractibus. nu. 4. verſ. & dico. ff. de iudic. Marant. in ſuo ſpec. in verb.

& omnia fiant durant. inſtant. num. 12. Socin.conſil.3 .num.8.vol.1. Surd. conſ. 189. num.12.& conſ.222.nu.10.vol.2. latè Aſin. in prax.§.2.cap.12.numer.4.& ſeqq. Dicitur
2 autem incæpta inſtantia ad hunc effectum nõ ſolùm per conteſtationem litis, ſed etiam per præſtationem ſatisdationis de iudicatum ſoluendo l.ſi defunctus.ff.de procurat. & per illum tex.Paul. de Caſtr. in d. l. ſi eum hominẽ num.3.ff. de fideiuſſor.ac etiam per ſolam citationem Bald.in l.1.nu.2. C. ſi pend. appellat.mors interuen.Ang.in d. l. tàm ex contractibus num.4.& in l.ſi is qui romæ.num.2.ff. de iudic.Molin.de primogen.lib.4.cap.8.nu. 6.verſ.idquè. idem Aſin.in loc. cit. nu.8. pro quo dicto adduco tex.in c.gratum.de offic. de leg.& c.propoſuiſti.de for.compet.vbi ad perpetuandum iuriſdictionem dicitur cæptum negocium per ſolam citationem.

3 Ampliatur primò caſus, quia inſtantia tranſit quoquè in fideicommiſſarium.l.1.in princ. ff. ad Trebell. intelligendo ſcilicet de inſtantia inchoata cum defuncto non cum hȩrede, namquè inſtantia inchoata cum hærede in fideicommiſſarium non tranſit l.cum hȩreditas. la.1.l.lucius.§.rogatus ff. eod. tit. ad Trebell. & ratio eſt quia inſtantia incæpta cum hærede non eſt hæreditaria, ſed propria ipſius hȩredis, quȩ propterea transferri non poteſt ex Trebelliano; ſic diſtinguendo tradunt Alex. in d.l.1.num.2.& Paul.de Caſtr.num.1.verſ. alij exponunt. ff. ad Trebell. Bart. in l. ſi eum hominem num.3.& ibi Caſtrenſ.num.3.ff.de fideiuſſor.idem Bart.in d.l.cum hȩreditas, & in d.§.rogatus.Ang.& Alex. in eadem l. cum hȩreditas.num.2.ff.ad Trebell.Ang.in l. tàm ex contractibus.nu.3.ff.de iudic.Gomez.var. reſol.tom.1.cap.5.nu. 2. verſ. imò quod magis.Aſin.in prax.§.2.cap.13.nu.9.& ſeqq.

4 Declaratur ampliatio in vtroque eius dicto, vt procedat quoad inſtantiam in iudicio perſonali, nam inſtantia inchoata cum defuncto in iudicio reali non ſecuta litis conteſtatione non tranſit in fideicommiſſarium per ea quæ dicam inferius num.18.inſtantia vero inchoata cum hærede in iudicio reali è cõtra per reſtitutionẽ hȩreditatis; cùm huiuſmodi alienatio ſic neceſſaria; in fideicommiſſarium tranſit ex regula tex. in l. in iudicio.ff. famil. herciſc.& tenet Bart.in d.l.lucius.§.rogatus ff.ad Trebell.& latius dicam nu.20.

5 Ampliatur ſecundò, vt locum habeat etiã in quocunque alio ſucceſſore vniuerſali, nam inſtantia tranſit ad ſucceſſorem vniuerſalem, etiam ſi non ſit hæres.l. ſi operarum iudicio. ff.de oper. libert. vbi inſtantia incæpta cum patre tranſit ad filium etiam ſi is hæres non exiſtat, ſicquè ſi pater accepiſſet in emphiteoſim pro ſe, & filijs, inſtantia inchoata contra patrem tranſiret in filium, licet non eſſet hæres; & è conuerſo tranſit contra ſucceſſorem vniuerſalem etiam non hæredem l.tàm ex contractibus.ff.de iudic.vbi inſtantia incæpta cũ filio tranſit contra patrem occupantem bona filij iure peculij, quàmuis hæres non exiſtat. Paul. de Caſtr. in d. l. ſi eum hominem.num. 3.ff.de fideiuſſor.Dec.in c.quia g.num. 6. de iudic.Aſin.d.§.2.cap.13.nu.1.& 2.

6 Subampliatur quia inſtantia tranſit contra ſucceſſorem vniuerſalem non hæredem ſaluo eius priuilegio, adeout ſi idem ſucceſſor habet priuilegium, vt non conueniatur niſi in quantum facere poteſt, iſtud priuilegium ei ſaluum eſt, ſic decidit tex.in d. l. tàm ex contractibus.ff.de iudic.

7 Ampliatur tertiò caſus, vt procedat etiam in inſtantia appellationis, ea namquè ad hæredes ſimiliter tranſit.l.1.C.ſi pend.appellat. mors interuen.

8 Declaratur hæc tertia ampliatio, vt in cauſis criminalibus non ſit indiſtinctè vera; namquè inſtantia appellationis in criminalibus cauſis reſpectu pænæ quæ non eſt expreſſa in ſententia, ſed eſt tantummodo acceſſoria, & tacitè ſubintellecta, vt eſt confiſcatio bonorũ, quæ tacitè intelligitur ineſſe in ſententia capitali, non tranſit ad hæredes quia mortuo reo, & ſic extincta, & abolita pæna principali, remanet extincta, & abolita etiam illa pæna quæ acceſſoria eſt, & conſequenter ad hæredes non tranſit: ſi tamen vtraque pæna eſt æque principalis, puta quia expreſſa ſit in ſententia, tali caſu verum eſt, quod mortuo reo, & extincta pæna capitali, non cenſetur extincta alia pæna, quæ eſt expreſſa, & eſt ȩque principalis, & conſequenter inſtantia reſpectu iſtius pænæ non extinctæ ad hæredes tranſit. l.3.C.ſi penden.appellat.mors interuen.l.fin. C.ſi reus, vel accuſ.gloſ.in l.ex iudiciorum.in verb. ſecuta.ff. de accuſat. Gomez. var. reſolut.tit.de delict.cap.1.nu.83.Fernand. Vaſq. controuerſ.illuſtr.lib.3.cap.96.num.17. Angel. de malefic.in verſ. præſente dicto Caio. num.34.35.Clar.in quæſt.94.nu.7. Farinac. in prax.quæſt.10.nu.47.& communiter Doctores in d.l.3.C.ſi pendent.appellat.mors interuen.eam rationem adducunt, quia in primo caſu eſt vna ſententia tantùm, & licet ſint duæ pænæ, tamen vna eſt principalis, altera acceſſoria, ideo abolita principali, acceſſoria m

eſt ſo-

eſt ſopitum; in ſecundo autem caſu ſunt duæ ſententiæ, iccirco extincta vna, remanet altera: quãuis enim regulariter delicta morte delinquentium vnà cum pæna extinguantur, tamen regula hęc inter multas eius fallentias intelligitur procedere ante ſententiam, ſecus poſtquam ſecuta eſt ſententia, nam pęna confiſcationis, & alia quęlibet pæna pecuniaria poſt ſententiam tranſit ad hæredes. l. ex iudiciorum. ff. de accuſat. attento quod ſecuta ſentẽtia incipit reus cõdemnatus teneri ex quaſi contractu, qui celebratur ex ipſa ſententia. Bart. in l. defuncto. ff. de public. iudic. & in extrauag. qui ſint rebelles. in verb. rebellando. Peregr. de iure fiſci. lib. 4. tit. 5. num. 38. Farinac. d. quęſt. 10. nu. 45. actiones autẽ ex quaſi contractibus tranſeunt ad hæredes. tot. tit. C. de hæredit. action.

9 Ampliatur quartò caſus, vt tranſeat inſtãtia etiam in ſucceſſorem in beneficio c. fin. vt lit. pend. in 6. clem. 1. eod. tit. Rot. Rom. dec. 1. vt lit. pendent. in antiq. & deciſ. 652. num. 4. part. 2. in recent. lancellot. de attẽtat. part. 2. cap. 20. limit. 24. nu. 18. ac etiam tranſit in alium quemcunque ſucceſſorẽ in dignitate, vel adminiſtratione, quãdo cum defuncto inchoata fuit ſub nomine dignitatis, vel adminiſtrationis, ità cõcludit Abb. in c. quia g. nu. 11. verſ. tertius. & Dec. ibi nu. 8. vbi alios allegat. de iudic. facit tex. in c. quoniam Abbas. de offic. delegat. l. annua. §. attia. ff. de annuis legat. dignitas enim non moritur. c. ſi gratioſè. de reſcript. in 6.

10 Ampliatur quintò, nam inſtantia mortuo accuſatore trãſit in iudicem, ita quod poteſt iudex proſequi ex officio eandem inſtãtiam, & proceſſum, reumquè culpabilẽ punire ob publicum intereſſe, ne delictum remaneat impunitum c. 2. de colluſ. deteg. Bart. in l. liberorum §. fin. num. 5. ff. de accuſat. & in l. 2. num. 2. C. de delator. lib. 10. & ità communiter tenetur, & practicatur Clar. quęſt. 51. nu. 9. cum allegatis per eum; quod de conſuetudine procedit non ſolùm intra triginta dies à tempore mortis vel deſiſtentiæ accuſatoris iuxta tex. in d. l. libellorum. §. fin. ff. de accuſat. ſed quocunque tempore etiam poſt triginta dies Ang. in l. tranſigere nu. 7. C. de trãſact. Gomez. var. reſol. tom. 3. cap. 1. nu. 37. in fine. Clar. quæſt. 58. verſ. & ſcias.

11 Ampliatur ſextò vt inſtantia tranſeat etiã contra ſucceſſorem in vitiũ ſecundùm quod voluit. Abb. in c. quia g. num. 11. verſ. not. benè, de iudic. quod etiã videtur placere Butr. & Dec. ibi num. 5. ea ratione, quia ſicut in ſucceſſorem vitioſum trãſit reſcriptum, ità pariter videtur tranſire inſtantia: ſed contrariũ quòd imò inſtantia non tranſeat in ſucceſſorem in vitium, tenuit Innoc. in d. c. quia g. niſi tamen ſucceſſor cauſam habuiſſet à ſpoliatore, vt in c. ſæpe. de reſtit. ſpol. Verùm pro reſolutione iſtius ampliationis non recedatis à regula tradita in caſ. 28. nu. 19. & ſeqq.

12 Ampliatur ſeptimò quia inſtantia inchoata contra defunctum tranſit ad hæredem in foro ipſius defuncti l. ſi is qui Romæ. ff. de iudic. & eodem modo tranſit quoquè in ſucceſſorem vniuerſalem qui non eſt hæres Ang. in d. l. ſi is qui Romæ. nu. 1. per tex. in l. tàm ex cõtractibus. ff. eod. de iudic. Ex quo infertur quòd ſi ea inchoata eſt coràm iudice ſęculari, is autem hæres vel ſucceſſor eſt clericus, tenetur idem clericus inſtantiam proſequi coram eodem iudice ſęculari, nec illum declinare poteſt ex ſua perſona. Imol. in l. ſi cum hominẽ. ff. de fideiuſſor. Iaſ. in auth. quas actiones. nũ. 39. C. de ſacroſ. eccleſ. Paul. de Caſtr. Roman. Alex. & ibi Curt. in addit. in l. ſi conſtante. §. vlt. ff. ſolut. matrim. Ang. & Paul. de Caſtr. in l. hæres abſens. num. 4. ff. de iudic. Barbat. in c. quia g. num. 45. de iudic. Aufrer. in clem. 1. de offic. ordin. reg. 2. fall. 6. Couarr. pract. quæſt. cap. 8. nu. 2. & 3. per totum. Gregor. Lopez lib. 57. tit. 6. part. 2. Gaill. obſeruat. 37. nu. 8. & 9. lib. 1. vbi hanc opinionem dicit eſſe æquiorem Surd. deciſ. 110. qui reſpondet alijs contrarium tenentibus, & teſtatur hanc eſſe veram, communem; & magis æquam opinionem, & idem tenet ac tuetur ex profeſſo in conſ. 222. vol. 2. & ibi num. 16. allegat alios concordantes, & ſequitur Galleſ. ad formam Camer. quæſt. 2. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 16. numer. 31. & ſeqq. & in practica ſeruari refert. Scacc. de iud. cauſ. ciuil. crim. lib. 1. cap. 11. num. 23. & Farinac. in prax. crim. quæſt. 8. num. 46. verſ. amplia 17.
13 & quod dicitur de clerico hærede vel ſucceſſore, idem eſt etiam in eccleſia, & monaſterio, vt ſcilicet ad Eccleſiam & monaſterium hæredem vel ſucceſſorem tranſeat inſtantia inchoata coram iudice ſæculari Couar. pract. quæſt. d. cap. 8. num. 3. verſ. nihilominus, & quidem rationabile eſt, quia ex perſona ſucceſſorum non debent iura alterius deteriora fieri l. 2. §. ex his. ff. de verb. obligat. & ius formatum ac creatum in perſona defuncti tranſit actiuè & paſſiuè contra hæredem l. cum à matre C. de rei vendic. l. 1. & 2. C. de hæred. action. Nec obſtat quod dicunt Bald. & Salicet. in l. 1. C. ſi pend. appellat. mors interuen.

quia loquũntur quando Eccleſia vel monaſterium ex priuilegio Papę habet iudices ſpeciales, vt habet fiſcus.

14 Ampliatur octauò caſus, vt procedat non ſolùm in inſtantia quæ fit iure actionis, ſed etiam in inſtantia quæ fit officio iudicis. adhuc namquè ad hæredes, & contra hæredes tranſit. Bart. in l. ſi intra. C. de in integr. reſtit.

15 Ampliatur nonò vt inſtantia tranſeat quoquè de procuratore in dominum, nam quando quis agit per procuratorem, tunc inſtantia cum ipſo procuratore inchoata tranſit in dominum l. in cauſæ. ff. de procurat. Abb. in c. quia g. num. 11. verſ. quartus, & Dec. num. 8. de iudic. Aſin. in prax. §. 2. cap. 13. nu. 17. & ſeqq. vbi ex profeſſo.

16 Ampliatur decimò quia inſtantia tranſitoria eſt in alios non ſolùm legis autoritate vt antea dictum eſt, ſed etiam ex facto hominis ideſt per viam ceſſionis, ea namque alteri cedi poteſt l. in cauſæ. §. ſi ex parte. ff. de procurat. Bart. in l. ſi eum hominem nu. 4. Caſtrenſ. num. 3. in fin. ff. de fideiuſſor. Bart. Ang. & Alex. in l. 1. in princ. & in l. cũ hæreditas. 1. ff. ad trebell. Barbat. cõſ. 51. vol. 1. idẽ Ang. in l. tã ex cõtractibus nu. 2. verſ. vnde ff. de iudic. Tiraq. de retract. lignag. §. 26. gloſ. 3. nu. 26.

17 Declaratur primò caſus vt procedat quando agitur actione Ciuili, ſecus ſi actione criminali Bart. in l. ſi eum hominem nu. 2. ff. de fideiuſſor. ea ratione quia delicta morte delinquentium vnà cum pœna extinguuntur, nec poſt mortem procedi poteſt l. 1. ff. de priuat. delict. l. 1. C. ne ex delict. defunct. cum alijs quæ per ampliationes & fallentias adducit Farinac. in ſua pract. quæſt. 10. numer. 36. & ſeqq. Ex qua ratione infertur quòd vbi procedi poteſt poſt mortem delinquentis conſequenter tranſit inſtantia ad hæredes etiam in cauſis criminalibus, caſus autem in quibus procedi poteſt mortuo delinquẽte, tradit idẽ Farinac. d. quæſt. 10. num. 36. & ſeqq. & aliqua addidi ſupra caſ. 27.

18 Declaratur ſecũdò caſus vt procedat quãdo agitur actionibus perſonalibus l. ſi eũ hominem. ff. de fideiuſſor. ſecus quando agitur actionibus realibus, tunc enim licet Doctores variè loquantur; & Cyn. dicat quæſtionẽ hanc fuiſſe diſputatam tempore ſuo, & non deciſam, vt per Alex. in l. pœnales. num. 5. ff. ad leg. Falcid. nihilominus opinor quòd inſtantia in actionibus realibus ad hæredes, vel ſucceſſores regulariter non tranſeat, ſiuè vniuerſales ſint ſiue ſingulares: quòd enim non tranſeat ad hęredes vel alios ſucceſſores vniuerſales, adduco tex. in l. 2. §. fin. ff. de prætor. ſtipul. & per illum tex. ſic tenet ibi Ang. nu. 1. & Bald. in l. ſeruus nu. 2. ff. de his qui not. in fam. & ſequitur Aſin. in prax. §. 2. cap. 12. nu. 9. verſ. at Alber. & num. 10. poſt Alberic. per

19 eum citat. & ratio eſt quia poſſeſſio quæ eſt apud hæredes, vel ſucceſſores, nõ eſt illa quæ fuit apud defunctum l. 1. §. Scæuola. ff. ſi quis teſtam. lib. eſſe iuſſ. fuer. l. cum hæredes ff. de acquir. poſſeſſ. vel quæ fuit apud præceſſorẽ, vt dixi in caſu 39. nu. 2. & ſeqq. ob id ratione poſſeſſionis ipſius defuncti vel prçceſſoris nõ poſſunt hæredes, vel ſucceſſores ex eadem inſtantia moleſtari, prout ex ea moleſtari non poſſunt ratione poſſeſſionis quę eſt penes ipſos, quia ea nunquam fuit apud defunctum, vel præceſſorem, & ita contra eoſdem hæredes vel ſucceſſores opus eſt vel nouo iudicio, nouaquè inſtantia, vel eorum conſenſu videlicet quòd conſentiant inſtantiæ iam inchoatæ, ſic Ang. & Aſin. in locis proximè citatis; quòd autem inſtãtia hęc in iudicio reali multò minus tranſeat ad ſucceſſorem ſingularẽ, voluit Bart. in d. l. ſi eum hominem num. 4. & ibi Paul. de Caſtr. num. 3. in fin. ff. de fideiuſſor. & melius Ang. in l. tam ex contractibus num. 2. ff. de iudic.

Subdeclaratur primò iſta ſecunda declaratio vt non procedat quando cum defuncto vel præceſſore erat conteſtata lis, tunc enim inſtantia poſt litem conteſtatam in iudicio reali tranſit ad hęredes & ſucceſſores vniuerſales, quia defunctus vel præceſſor ex quaſi contractu, qui initiatur in ipſa conteſtatione incæpit obligari ad reſtitutionem poſſeſſionis, qui quaſi contractus poſtea conſumatur per ſentẽtiam l. 3. §. idem ſcribit. ff. de pecul. ideò ratione huiuſmodi obligationis contractæ in dicta conteſtatione continuari poteſt inſtantia contra hæredes. Ang. in d. l. 2. §. fin. nu. 1. verſ. lite autem conteſtata. ff. de prętor. ſtipulat. Aſin. in prax. d. §. 2. cap. 12. num. 12.

20 Subdeclaratur ſecundò, vt locum non habeat quando res & bona tranſeunt in ipſos hæredes vel ſucceſſores ex neceſſitate veluti per adiudicationem, inſtantia enim in iudicio reali tranſit in eos in quos facta eſt alienatio neceſſaria, non ſolùm ſi ſunt hæredes vel ſucceſſores vniuerſales, ſed etiam ſi ſunt ſucceſſores ſingulares. l. ĩ iudicio. ff. fam. herciſc. ñot. Iacob. de Aren. in l. inter quos. §. 1. verſ. ſed nũquid. ff. de damn. infect. & tenet Bart in d. l. ſi eum hominem nu. 4. ff. de fideiuſſor. & in l. Lucius. §. rogatus. ff. ad Trebell. Paul. de Caſtr. in d. l. ſi eum hominem. nu. 3. in fin.

Mohe-

Mohedan. deciſ. 1. de iudic. Put. deciſ. 181. num. 1. & 2. par. 2. Socin. iun. conſ. 34. num. 13. vol. 2. vbi dicit hanc eſſe communem opinionem, ab eaquè in iudicando & conſulendo non eſſe recedendum. Molin. de primogenit. lib. 4. cap. 8. num. 6. qui loquitur de ſucceſſore in primogenitura.

21 Subdeclaratur tertio quia inſtantia tranſit in quemlibet ſucceſſorem etiam ſingularē vbi non mutatur cauſa deffenſionis, puta ſi ago contra te rei vendicatione, & tu cauſam deffendis non nomine tuo, ſed nomine Eccleſiæ & vti illius adminiſtrator, nàm inſtantia huiuſmodi tranſibit in quemlibet ſucceſſorē ipſius rei, cùm ſemper cauſa deffendatur nomine eiuſdem Eccleſiæ Inn. in c. quia g. verſ. quidā tamen & ibi Ioan. And. nu. 6. de iudic. idē Inn. in c. ex parte nu. 4. verſ. ſed quæres. & etiā Ioan. And. nu. 7. de alien. iud. mut. cauſ. fact. Ang. in l. tàm ex cōtractibus. nu. 2. in fin. ff. de iudic. vbi dicit hoc eſſe menti tenendū.

22 Declaratur tertiò caſus quia licèt inſtantia hæc incepta in iudicio perſonali, de qua loquitur idem caſus tranſeat ad hæredes & ſucceſſores vniuerſales, non tamen tranſit ad ſucceſſorem ſingularem ſine ceſſione, adeout cōſtituitur cōcluſio ad ſingularem ſucceſſorem nullam inſtantiam tranſire, non enim tranſit in iudicio reali niſi in duobus caſibus proxime ſpecificatis, nu. 20. 21. non pariter tranſit in iudicio perſonali per tex. in l. 2. §. non ſolùm ff. de hæred. vend. Bart. in d. l. ſi eum hominem nu. 4. in fin. & Paul. de Caſtr. nu. 3. in fin. ff. de fideiuſſor. Ang. in l. tàm ex cōtractibus nu. 2. ff. de iudic. Innoc. in c. quia g. de iudic. Biſignet. deciſ. 3. nu. 4. & ſeq. eod. de iudic. vbi de legatario. Guid. Pap. cōſ. 24. nu. 8. vbi dicit quòd ita concludunt omnes Doctores vtriuſque iuris; nec obſtat doctrina Paul. de Caſtr. conſ. 329. nu. 2. verſ. reſpōdetur lib. 2. ibi enim dicit quòd emptor poteſt agere pro ſuo intereſſe, ſed non dicit quòd hoc poſſit facere ex eadem inſtantia incæpta cū venditore, quam imò ſupponit fuiſſe peremptā.

23 Subdeclaratur primò hæc tertia declaratio, vt locum non habeat in inſtantia incæpta per patrem ſuper dote repetēda, quia eo mortuo tranſit in filiam, itaut ex eadem inſtantia poteſt ipſa proſequi ex ſpeciali priuilegio dotis, licet non ſit hæres, vel ſucceſſor vniuerſalis Bald. nouell. in tract. dot. par. 9. priuileg. 10.

24 Subdeclaratur ſecundò non procedere vbi non mutatur cauſa deffenſionis, vt mox dictum eſt. num. 21.

25 Declaratur quartò caſus procedere quando inſtantia eſt cæpta coràm iudice, ſecus ſi coràm arbitratore, tunc enim ad hæredes vel ſucceſſores non tranſiret Imol. in c. ex parte de reſcript.

26 Declaratur quintò, quia proſecutio nō eſt fienda contra defunctum, ſed contra hæredē in quem tranſijt inſtantia, & in eius perſonā ferenda eſt ſententia & ipſe citari debet, aliàs non valeret nec proceſſus nec ſententia l. de qua re. §. cū me abſente. ff. de iudic. l. penult. ff. quę ſent. ſine appellat. reſcind. Paul. de Caſtr. in l. ſi cum hominem. num. 3. ff. de fideiuſſor. Dec. in c. quia g. nu. 7. de iudic. aduertendum tamen eſt, quod oportet prius liquidari quod is ſit heres Dec. in d. c. quia g. num. 7. de iudic. Bald. in l. per diuerſas num. 14. C. mandat. Alex. in l. poſtulante, nu. 5. Caſtrenſ. nu. 4. ff. ad Trebell. Roland. conſ. 20. num. 8. & ſeqq. lib. 1.

27 Declaratur ſextò non habere locum in fiſco, nàm fiſcus litem inceptam vel inſtantiam inchoatam coràm iudice rei defuncti non tenetur proſequi coràm eo l. ſi conſtante. §. fin. ff. ſolut. matrimon. & ibi notant omnes. Bart. in d. l. ſi eum hominem num. 1. ff. de fideiuſſor. Bald. in l. 1. num. 2. C. ſi pendent. appell. mors interuen. Ang. in l. tàm ex contractibus num. 2. ff. de iudic. Socin. ſen. conſ. 46. num. 22. vol. 4. Boſſ. in tit. de fiſco. numer. 44. Butr. Abb. Imol. & Dec. in d. c. quia g. nu. 10. de iudic. vbi dicit ſic cōmuniter teneri, & ſequitur Aſin. in prax. §. 2. cap. 12. num. 33. & ſeqq. & eſt ſpeciale priuilegium fiſci qui habet iudices ſuos ſpeciales, vt coram eis iudicium agitetur l. 1. C. vbi cauſ. fiſcal. ſic Bart. in d. l. ſi eum hominem. num. 1. Bald. in d. l. 1. nu. 3. & Ang. in l. tàm ex contractibus num. 2. ff. de iudic.

28 Subdeclaratur, quia ſi fiſcus inſtitutus eſſet heres à defuncto cum quo inchoata eſt inſtantia, tunc inſtantia ad ipſum fiſcum hæredem inſtitutum non habito reſpectu eius priuilegij tranſiret Imol. in d. l. ſi eum hominem. ff. de fideiuſſor. Caſtrenſ. in l. hæres abſens. in princ. ff. de iudic. Bald. Paul. de Caſtr. Rom. & Alex. in d. l. ſi conſtante. §. fin. ff. ſolut. matrim. Dec. in d. c. quia g. num. 10. in fin. de iudic. Surd. conſ. 222. num. 18. vol. 2. Socin. d. conſ. 46. num. 22. vol. 4. Aſin. in loc. cit. num. 38. & ſeqq. & licet contrarium voluerit Bart. in d. §. fin. & illum ſecutus ſit Abb. in d. c. quia g. num. 11. verſ. quintus caſus, & Boſſ. in tit. de fiſco num. 46. & Peregrin. de iure fiſc. lib. 7. cap. 1. num. 11. tamen vera eſt pars affir-

matiua

matiua, quod inſtantia tranſit in fiſcum hæredem inſtitutum tùm quia fiſcus ſuccedens in ius priuati, priuati iure pro anterioribus ſuæ ſucceſſionis temporibus vtitur. l. fiſcus. la 1. ff. de iur. fiſc. cui regulæ ſtandum eſt, ex quo contrarium non reperitur iure cautum. l. ab ea parte. ff. de probat. Iaſ. in l. 2. num. 33. ff. ſi quis in ius voc. non ierit, tùm etiam quia hæres cenſetur vna, & eadem perſona cum defuncto. §. 1. in auth. de iureiur. à morient. præſt. & vbi inceptum eſt iudicium, ibi finiri debet. l. vbi ceptum. ff. de iudic. nec ex perſona ſucceſſoris debent iura alterius deteriora fieri. l. 2. §. ex his. ff. de verb. oblig. nec obſtant auctoritates contrarium tenentium, quia debent intelligi, quando fiſcus ſuccedit bonis vti vacantibus, vel ablatis ab indigno, non quando ſuccedit vti hæres inſtitutus, hoc enim caſu non habet ſpeciale priuilegium ſed vtitur iure priuati Cæuall. in tract. comm. opin. contra comm. quæſt. 822. num. 14. qui ad hoc citat luci. Vaſqu. & Mõticul. & ex hac eadem ratione dicit, quod quãdo idem fiſcus inſtitutus eſt hæres tenetur ad inſtar priuati vltra vires hæreditarias, ſi non confecit inuentarium, licet alias nõ teneatur. l. 1. §. an bona. l. non poſſunt. ff. de iure fiſc.

29 Declaratur ſeptimò caſus quia inſtãtia nõ tranſit in hęreditatem iacentem Bald. in l. fin. nu. 1. C. ſi pendent. appell. mors interuen.

30 Declaratur octauò, vt tunc inſtantia tranſeat ad hæredes quando res vel negocium ſuper quo pendet iudicium inchoatum contra defunctum ad eoſdem hæredes tranſitorium eſt, quia ſi non eſſet tranſitorium, nec inſtantia tranſiret nequè in actione perſonali. l. ſi operarum iudicio. ff. de oper. libert. Bald. in l. 1. num. 2. C. ſi pend. appellat. mors interuen.

31 Declaratur nonò non procedere in capitulo Eccleſiæ ſede vacante, nam inſtantia incæpta cum Prælato non tranſit ad capitulum ſede vacante, ſed ſtat in ſuſpenſo vſque ad tempus ſucceſſoris. c. fin. ne ſede vacant.

32 Declaratur decimò vt inſtantia non tranſeat contra legatarium, ea namque proſequẽda eſt contra hæredem, non contra legatariũ. authentica. nunc ſi hæres. C. dè litigioſ. ſubdeclaratur niſi legatarius inſtantiã in ſe ſuſcipiat, quia ſi is aſſumit in ſe deffenſionem pro ſuo intereſſe idem eſt in eo, quod in hærede, nam qui alium deffendit, eodem iure vti debet. l. minor. §. fin. l. qui proprio. §. qui alium. ff. de procurat. & ſic in ſpecie tenet Bald. in l. 2. num. 10. C. de fruct. & lit. expenſ.

33 Declaratur vndecimò, vt non procedat in inſtantia compromiſſi, ea namquè regulariter ad hęredes non trãſit nequè in perſonalibus. l. diẽ proferre. §. ſi hęredis. & ibi Bart. nu. 2. & Bald. ff. de arbitr. de quo ſatis dixi in caſ. 35.

34 Declaratur duodecimò non procedere, nec locum habere in inſtantia incæpta cum patre ſuper filiatione, ea namquè mortuo ipſo patre antequàm lata ſit ſententia ad hæredes non tranſit. l. 3. §. quia plautianum. verſ. quid ergo eſt. & ibi Bart. num. 13. ff. de liber. agnoſcend. qui dicit hunc eſſe caſum ſpecialem, quia mortuo patre expirat actio, quę iàm intentata erat. facit l. 1. C. ſi pendent. appell. mors interuen.

35 Declaratur decimotertiò, quia inſtantia nunquàm tranſit in ſucceſſorem poſt concluſionem in cauſa etiam in actionibus perſonalibus & caſibus quibus ea tranſmiſſibilis eſt. Socin. in reg. 131. num. 3. poſt Angel. in l. nã ſi actor. ff. de rei vendic. per eum allegat.

*SVMMARIVM.*

1 *Pactum redimendi tranſmittitur ad hæredes venditoris ac etiam ad hæredes hæredum. 9. etiam extraneos. 10. ac etiam de eis nulla facta mentione. 2. & etiam ſi pactum reſeruatum ſit cum dictione taxatiua, tantum. 3. vel dictum ſit, ſi venditor voluerit, vel ei placuerit. 4. vel cùm voluerit, ſiue potuerit. 7. vel pactum iſtud reſeruatum ſit venditori arbitratu ſuo 8.*

5 *Contractus, & pactum conditionale ad hæredes tranſmittitur.*

6 *Hæredes poſſunt declarare intentionem defuncti, ſi declaratio damnum non infert.*

9 *Hæredum appellatione, exceptis quibuſdam caſibus ſpecialibus non ſolùm primi, ſed vlteriores accipiuntur.*

10 *Pactum redimendi tranſit ad hæredes in ſolidum, itaquod quilibet poteſt integram rem redimere.*

11 *Indiuidua in materia, vnus non poteſt in ſolidum agere ſine alijs.*

## CASVS LVIII.

*Pactum redimendi, an tranſmittatur ad hæredes venditoris.*

1 PActum redimendi reſeruatum venditori in eius venditione tranſmittitur ad hæredes, qui propterea vigore dicti pacti habent eandem facultatem redimendi rem, quam habebat venditor defunctus.

functus.gloſ.in l.2.in verb. ſiue hæredes. C.
de pact. int. emptor. & vendit. quam ſequi-
tur,& eam communiter approbari dicit Dec.
conſ.614.num.11.Idem tenet Bart.in l. com
miſſa. num.3.ff.de publican. Paul. de Caſtr.
conſ.249.num.2.lib.2.Bald.conſ.38.num.1.
lib. 3. cum pluribus alijs adductis per Tira-
quell. de retract. conuent.§.1.gloſ.6.num.1.
& ratio eſt,quia omnia pacta,omneſque pro-
miſſiones ad hæredes tranſmittuntur. l. ſi ne-
ceſſarias.§. de vẽdẽdo.ff.de pignorat. action.
l.ſtipulatio iſta.§.ſicut autem.l.qui Romæ.§.
Flauius.ff.de verb. obligat. l.veteris.l. fin.C.
de contrahend. ſtipulat.

2 Ampliatur primò caſus procedere,etiam ſi
de hæredibus nulla mentio facta fuiſſet. gloſ.
in d.l.2.in verb. ſiue hæredes. C. de pact. int.
empt.& vendit. Tiraquel.d.§.1.gloſ.6. num.
1.Ruin.conſ.72.num.1. lib.1. Roland.conſ.
28.nu.2.lib.2.

3 Ampliatur ſecundò procedere etiam ſi di-
ctum pactum redimendi reſeruatum eſſet
venditori cum dictione taxatiua ; tantùm ;
adhuc enim illud tranſmitteretur ad hære-
des, nec ob id hi cenſerentur excluſi; ſic ex
profeſſo idem Tiraquel.d.§.1.gloſ.6.numer.
2. & ſeqq. & ſatis dixi in caſu 28.numer. 11.

Ac etiam procedit ſi pactum reſeruatum
eſſet venditori & eius hæredibus maſculis,
nàm ſi ipſi hæredes maſculi decederent reli-
ctis hæredibus fæminis, nihilominus poſſent
ipſæ feminæ cogere promiſſorem ad eis retro
uendendum.ſic Cagnol.in l. 2. num.133.&
ſeq. C. de pact. int. empt. & vendit. & ratio
iſtius dicti eſt quia ius implendi cõditionem
poteſtatiuam in contractibus tranſit ad here-
des actiuè, & paſſiuè, quando ille qui debet
obligari accipit aliquid ex implemento con-
ditionis, vt in terminis retrouenditionis tra-
dit Bart.in l.à teſtatore num.3.verſ. item op-
pono.& in l.cui fundus.in fin.ff.de condit. &
demonſtr. & in l.ſi decem cùm petiero nu. 5.
verſ.quid dicemus,& Iaſ. nu.14. ff. de verb.
obligat.Bero.conſ.28.num.25. vol.2. Gaill.
obſeruat.2.num.3.verſ.limita.lib.2.allegant
tex.in l. ſi prædio. in princ. ff. de in diem ad-
dict.d.l.2.C.de pact.int.empt.& vendit.

Declaratur ampliatio, vt locum habeat
quando hæc dictio taxatiua adijceretur eidẽ
venditori,ſecus quando adijceretur alteri, vt
ſi diceretur; vendo tibi domum ea lege, vel
pacto, vt lucius tantùm poſſit eam redimere;
tali enim caſu hæres ipſius titij non admitte-
retur ad illam redimendum,ſed excluderetur
ob dictionem;tantùm;ſicquè pactum redimẽ-
di eſſet perſonale,& ad hæredes non tranſiret
per tex.in l.non ſolum.la 2.§. tale. ff. de libe-
rat. legat. & in ſpecie Tiraq. de retract. con-
uent.§.1.gloſ.6.nu.10.& nu.13.

4 Ampliatur conſequenter & tertiò caſus,
vt procedat etiam ſi in reſeruatione pacti di-
ctum eſſet;ſi venditor voluerit,vel ſi petierit,
vel ſi ei libuerit,vel placuerit;nam illud nihi-
lominus tranſit ad hæredes, quia ſi obijcitur
hoc pactum reſpicere perſonam venditoris
tantùm,reſpondetur non magis perſonã eius
reſpicere, quàm cum appoſita eſt dictio; tan-
tùm;quo caſu tranſit ad hæredes, vt mox di-
xi. num. 3. Et ſi obijcitur illud eſſe conditio-
nale.l.ſi titius.ff.de verb.obligat.gloſ.1.in l.ſi
decem.ff.eod.tit. Bart.in l.1.num.9. verſ. ſe-
cunda.ff.de condit.& demonſtrat. reſponde-
tur conditionem conſiderabilem eſſe in vlti-
mis voluntatibus, quia ſi relinquitur alicui
aliquod legatum, & legatarius deceſſerit non
facta declaratione de volendo dictum lega-
tum, illud tanquàm conditionale non tranſ-
mittit ad hæredes.l.ſi ità expreſſum.ff.de con
dit.& demonſtrat.l.ſi ita legatum.§.illi ſi vo-
5 let.ff.de leg.1.ſecus in contractibus, quia cõ-
tractus, & pactum conditionale ad hæredes
tranſmittitur.§.ex cõditionali.inſtit.de verb.
obligat.§.cum quis ſub aliqua.inſtit.de inut.
ſtipulat.l.ſi quis ſi titius.l. is cui. ff. de action.
& obligat.l.veteris.C.de contrah. ſtipulat.&
demum ſi obijciatur non poſſe hæredes inten
tionem defuncti declarare.gloſ.in l.idem Põ-
ponius.§.fin.in verb.appareat,& ibi Bart.nu
mer.1.& Bald.ff.de rei vendic.Gabriel. con-
6 cluſ.3.num.74.de reg. iur. reſpondetur poſſe
quidem eos declarare quando declaratio dã-
num non infert etiam ſi lucrum tolleret Bart.
in l.ſi quis à filio.§.ſi quis plures.num.2.&
Iaſ.nu.5.ff.de leg.1.idem Bart.in l.gerit.nu.
17.in fin.ff.de acquir.hæredit.

7 Ampliatur quartò caſus, vt multò magis
procedat, quando pactum redimendi ita fa-
ctum fuerit; cum venditor voluerit; vel cùm
potuerit;nàm ſi venditor viuus non petierit,
nec aliter declarauerit ſe velle redimere;nihi-
lominus hæc facultas redimendi tranſibit ad
hæredes eiuſdem venditoris gloſ. vlt. in l. ſi
decem. ff. de verb. obligat. Tiraquel. d. §. 1.
gloſ.6.num.14.namque verba iſta magis ad-
monitionem,vt celerius redimat,& ſic potius
tempus, quàm conditionem ſeu perſonalita-
tem venditoris habent.arg.d.l.ſi decem.ff.de
verbor. oblig. l.titia.ff.de condit. & demon-
ſtrat.

8 Ampliatur quintò,vt pariter locum habeat
etiam

etiam ſi venditor ſibi reſeruaſſet pactum re-
dimendi arbitratu ſuo ; nam tale pactum etiã
venditore non redimente, nec ſe velle redime
re declarante vel arbitrante tranſit ad hære-
des. Tiraq. de retract. conuent. §. 1. gloſ. 6. nu.
16. & licet facultas arbitrandi ad hæredes nõ
tranſeat. l. ſi quis arbitratu. l. cum ſtipulatus
ſim mihi ò procule. ff. de verb. oblig. tamen
omiſſo articulo, an illud ſit purum vel condi-
tionale, cùm etiam conditionale tranſmitta-
tur, vt dictum eſt, reſpondetur arbitrium in
hoc caſu non importare iudicium rationis,
ſed puram, & meram ipſius venditoris volun
tatem, an malit eligere viam redimendi, vel
non redimendi, quæ facultas eligendi ſtipu-
latore mortuo eſt realis, & ad hæredes tranſ-
mittitur. l. ſi ſtipulatus fuerim. & ibi gloſ. in
verb. cohæret, & Bart. num. 3. verſ. ſed con-
tra. ff. de verb. obligat. idem Bart. in l. ſi ſic. §. ſi
quis ita. num. 1. ff. de leg. 1.

9 Ampliatur ſextò vt vigore iſtius pacti non
ſolùm ad redimendum admittantur hæredes
venditoris, ſed etiam hæredes ipſorum hære-
dum in infinitum, quia exceptuatis quibuſdã
caſibus ſpecialibus de quibus in l. ſi antiqui-
tas. C. de vſufruct. & l. ſciendum. ff. de verb. ſi-
gnif. & alijs relatis per Iaſ. in l. ſi quis filiumfa
milias. §. in omni. nu. 15. & ſeqq. ff. de acquir.
hæred. & Tiraq. de retract. conuent. §. 1. gloſ.
6. num. 18. 19. Menoch. de præſumpt. lib. 4.
præſumpt. 201. num. 105. per totum, & Pere-
grin. de fideicomm. art. 32. num. 60. & ſeqq.
appellatione hæredum omnes in infinitum
non ſolùm primi, ſed & vlteriores etiam per
multas ſucceſſiones accipiuntur. l. hæredis ap
pellatio. l. ſciendum. ff. de verb. ſignif. Iaſ. in
d. l. ſi quis filiumfamilias. §. in omni. num. 6. &
ſeqq. ff. de acquir. hæred. Socin. in l. cum filio-
familias num. 7. ff. de leg. 2. Craſſ. in §. hæredi
tas. quæſt. 10. & in ſpecie de pacto redimen-
di, quod tranſeat ad hæredes hæredis vendi-
toris etiam ſi de eis non ſit facta mentio, tra-
dit idẽ Tiraq. de retract. conuent. d. §. 1. gloſ.
6. num. 20. & 21.

10 Ampliatur ſeptimò, quia iſtud pactũ redi-
mendi nõ ſolũ tranſmittitur ad hęredes ſuos,
ſed ẽt ad hęredes extraneos ipſius venditoris.
Cagnol. in repet. l. 2. in 17. q. verſ. & nõ ſolũ.
C. de pact. int. empt. & vendit. & illũ ſequitur
Tiraq. d. §. 1. gloſ. 6. nu. 26. Rolãd. cõſ. 28. nu.
2. lib. 2. & generale eſt, quod in materia indif
ferenti æque admittãtur hęredes extranei, ſi-
cut ſui. Bart. in l. Gallus. §. etiam ſi parente.
num. 4. Alex. num. 4. & Iaſ. num. 12. & ſeqq.
ff. de liber. & poſthũ. Craſſ. §. hæreditas. quæ-
ſtio. 11. quę tamen regula quaſdam habet fal-
lentias per Iaſ. & Craſſ. in loco cit. recitatas.

11 Ampliatur octauò caſus, nam ad hęredes
venditorum tranſit ius redimendi inſolidum,
ita vt quilibet illorum poteſt oblato integro
prętio integram rem redimere etiam alijs hę-
redibus non conſentientibus, nec renuncianti
bus, quàmuis tamen poſſint deinde alij hęre-
des cogere ipſum ſocium, qui totum redemit,
ad ſibi reuendendum partem ſuam reſtituto
ei prętio pro portione; hęc ampliatio probatur
per tex. in l. fiſtulas. §. qui fundum. ff. de con-
trah. empt. l. tutor vrgentibus. §. curator. ff. de
minorib. l. in bello. §. ſi ſeruus complurium. ff.
de capt. & poſtlim. reuerſ. & ſic tenet in ſpe-
cie Paul. de Caſtr. conſ. 221. verſ. ſimiliter nõ
obſtat. lib. 1. Iaſ. in l. ſtipulationes non diuidũ
tur. num. 21. ff. de verb. obligat. Caſſan. ſuper
conſuet. Burg. tit. des rentes vẽdues. §. 1. dub.
4. in fin. Socin. conſ. 16. lib. 4. & in l. 1. §. ſed &
quoties. nu. 4. ff. ad Trebell. Boer. deciſ. 251.
num. 2. qui ità deciſum fuiſſe teſtatur, & hos
refert ac ſequitur Tiraq. de retract. conuent.
§. 1. gloſ. 6. num. 37. vbi pariter dicit ſic in cu-
ria Pariſienſi fuiſſe iudicatum; & ante eos vo-
luit etiam Bald. conſ. 133. num. 3. lib. 1. & ra-
tio eſt quia ius reuendendi eſt ius indiuiduũ,
cùm contineat rem tradi, nàm obligatio rem
tradi (quicquid ſit de pęna ei adiecta,) eſt in-
diuidua. l. ſtipulationes non diuiduntur. ff. de
verb. obligat. & ibi Bart. num. 8. verſ. octauò.
& Ang. Imol. Cum. Caſtrẽſ. ac alij ibidem, &
in l. 4. §. cato ff. eod. tit. Curt. iun. conſ. 74. nu.
1. & 2. Craſſ. in §. tranſmiſſio quęſt. 31. nu. 15.
Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 14. tit.
36. num. 24. & in ſpecie quod ius reuendendi
ſit indiuiduum, cùm contineat rem tradi, di-
cit idem Bart. in l. qui vſusfructus. nu. 4. verſ.
non obſtat. ff. de vſufruct. legat. & Tiraq. de re
tract. conuent. §. 23. gloſ. 1. num. 16. & conſe-
quenter acquiritur cuilibet ipſorum vendito-
rum, vel eorum hæredum inſolidum. l. 2. §. ex
his igitur. ff. de verb. obligat. & ſic locus eſt
præuentioni. l. ſi rem. §. ſi duo. ff. de nouat. l. 2.
ff. de duob. reis; quam rationem adducit Paul.
12 de Caſtr. d. conſ. 221. lib. 1. nec obſtat quod
in materia indiuidua vnus non poſſit inſolidũ
agere ſine alijs. d. l. 2. §. ex his. ff. de verb. obli-
gat. quia id procedit in materia quæ omnino
& totaliter indiuidua eſt, ſecus in obligatione
rem tradi, vel retrouendi. ſic Iaſ. in l. ſtipula-
tiones non diuiduntur. num. 21. verſ. tenen-
do iſtam partem. ff. de verb. obligat. per tex. in
l. locus. ff. de acquir. poſſeſſ.

Ampliatur nonò quia ius iſtud redimendi
com-

competens ex pacto poteſt etiam regulariter tranſmitti per viam ceſſionis, vt dicam in caſ. ſeq. num. 6.

### *SVMMARIVM.*

1 *Pactum retrouendendi tranſit ad hæredes emptoris etiam ſi ſint minores. 2. dummodo pactum non ſit perſonale. 7. ſecus eſt de retractu conceſſo à lege vel conſuetudine* 8.

3 *Pactum de retrouendendo conceptum verbis directis exerceri poteſt contra tertium poſſeſſorem rei, ſecus ſi verbis obliquis; ſed de conſuetudine poteſt exerceri quoquo modo conceptum eſt: Idem contra vnum ex hæredibus emptoris rem poſsidentem. 5.*

4 *Prohibitio alienandi non impedit translationem dominij in contractibus: in lege autem, vel teſtamento ſic.*

6 *Pactum de retrouendendo tranſmitti poteſt etiam per viam ceſsionis. Fallit num. 7. & ſeq.*

## CASVS LIX.

*Pactum retrouendendi an tranſmittatur ad hæredes emptoris.*

1 PActum retrouendendi tranſit ad hæredes emptoris ſicuti tranſit pactum redimendi ad hæredes venditoris. l. 2. C. de pact. int. empt. & vendit. ibi; hæres emptoris non paret; & ratio eſt, quia pacta regulariter tranſeunt ad hæredes non ſolùm actiuè, ſed etiam paſſiuè, ac etiam ſi nulla de illis mentio facta ſit. l. ſtipulatio iſta habere. §. ſicut autem. ff. de verb. obligat. l. veteris. C. de contrah. ſtipulat. & ità quod pactum de retro uendendo tranſeat ad hæredes emptoris dixit Paul. de Caſtr. conſ. 306. in fin. lib. 2. & tenet Tiraq. de retract. conuent. §. 1. gloſ. 6. nu. 27. Bertrand. conſ. 15. ad fin. lib. 2.

2 Ampliatur primò caſus procedere etiam ſi hæres emptoris eſſet minor, quia nihilominus ex pacto retrouendendi facto à ſuo prædeceſſore tenetur retrouendere etiam ſine decreto. Alberic. in l. 2. in princ. C. de pact. int. empt. & vendit. & poſt illũ Tiraq. d. §. 1. gloſ. 6. nu. 28. per tex. in l. 1. l. 3. C. quand. decret. opus non eſt. l. 1. §. pręterea. l. magis puto. §. ſi pupillus ſtipulanti. ff. de reb. eorum.

3 Ampliatur ſecundò, quia pactum iſtud de retrouendendo ſecundum vnam Doctorum opinionem tranſit quoquè contra ſingulares ſucceſſores ipſius emptoris, & tertios poſſeſſores rei, ita quod primo venditori, & eius hęredibus competit rei vendicatio vigore iſtius pacti contra ſingulares, & tertios poſſeſſores, qui emerunt, & cauſam habent à primo emptore: ſic tenet Paul. de Caſtr. in l. ſi cum venderet. numer. 6. ff. de pignorat. action. Raphael Cuman. in l. 1. in fin. ff. de donat. Iaſ. conſ. 128. num. 19. lib. 4. Dec. conſ. 614. num. 14. Guid. Pap. conſ. 49. Menoch. conſ. 63. nu. 14. Couar. var. reſolut. lib. 3. cap. 8. numer. 3. verſ. hinc apparet. vbi dicit ſententiam Pauli de Caſtr. in praxi recipiendam fore, cum alijs pluribus recitatis per Tiraquel. in d. §. 1. gloſ. 7. num. 7. & 8. & per Fachineum controuerſ. iur. lib. 2. cap. 15. in princ. & mouentur principaliter ex tex. in d. l. ſi cum venderet. ff. de pignorat. act. ibi; ſed & ipſe venditor, aut vindicare rem poterit, aut in factum actione aduerſus emptorẽ agere; & ex ea ratione quia non potuit primus emptor rem trãsferre niſi cum ſua cauſa. l. ſi cõuenerit. la 2. §. ſi fundus. ff. de pignorat. act. l. ſi debitor. C. de diſtract. pignor. & ſic oblato prætio primo emptori reſoluitur ius ementis ab eo. l. lex vectigali. ff. de pignorib. Verũ quòd imò iſtud pactum nõ tranſeat cõtra tertium poſſeſſorẽ tenet Alex. conſ. 10. per totum lib. 1. & conſ. 232. num. 9. lib. 4. Curt. ſen. conſ. 12. num. 2. & ſeqq. Zaſ. conſ. 14. nu. 34. vol. 1. Gaill. obſeruat. 16. lib. 2. Iaſ. in l. ab emptione. nu. 8. ff. de pact. Paul. de Caſtr. conſ. 306. in fin. lib. 2. Crauet. conſ. 12. num. 7. Roman. conſ. 417. col. 2. circ. medium. Anchar. quæſt. famil. part. 1. quęſt. 13. vbi dicit opinionem iſtam in partibus Lombardiæ eſſe in communi obſeruantia, & ſemper vidiſſe pro ea iudicari, cum pluribus alijs ibi relatis per eum, & per Tiraq. de retract. cõuent. §. 1. gloſ. 7. num. 12. & per Fachin. controuerſ. iur. lib. 2. cap. 15. verſ. altera ſententia; & ratio eſt quia ex pacto de retrouendendo non naſcitur actio realis, ſed tantùm perſonalis ex empto, vel pręſcriptis verbis ad omne damnum & intereſſe per tex. in l. 2. C. de pact. int. empt. & venditor. l. rebus. C. de rer. permut. l. ſi ſterilis. §. ſi tibi fundum. ff. de action. empt. quæ perſonalis actio non datur contra ſingularem ſucceſſorem. l. 3. §. ſi hęres. ff. vſufruct. quemad. caueat. in contractibus

4 enim prohibitio non impedit alienationem quoad translationem dominij. l. ſi ea lege. & ibi gloſ. & DD. C. de condict. ob cauſ. & probat tex. in l. ſi ità quis. §. ea lege. vbi Aret. & Iaſ. nu. 20. ff. de verb. obligat. Ruin. conſ. 109. num. 5. lib. 4. Roland. conſ. 62. nu. 1. & 2. lib. 2. licet ſecus ſit in prohibitione alienationis

facta à teſtatore, vel lege, nam illa rem afficit, & dominij tranſlationem impedit. DD. in authentica. res quæ. & in l. fin. §. ſed quia noſtra. C. commun. de legat. Tiraq. de retract. conuent. §. 1. gloſ. 7. num. 10. & 11. Ideo placet illa diſtinctio, quod aut pactum celebratū eſt verbis directis, cùm ſcilicet oblato prætio reſoluitur venditio, & habetur pro infecta, & tunc procedit prima opinio, quod pactum tranſit contra tertium poſſeſſorem, ſiue is ſit emptor, ſiue vſufructuarius, vel alio quocunque titulo poſſeſſor, & ſic primo venditori cōpetit contra eum actio in rem per tex. in d. l. ſi cum venderet. ff. de pignorat. act. ibi; vt ſi debitor ſolueret pecuniam prætij emptori, liceret ei recipere rem ſuam; quæ verba ſunt directa. l. Titia cum teſtamento. §. vlt. ff. de leg. 2. Gabriel conſ. 66. nu. 5. verſ. non obſtat. lib. 1. aut pactum conceptum eſt verbis obliquis, cùm ſcilicet ſimpliciter emptor promittit reuēdere, vel vſus eſt verbos; reuertatur, redeat, pertineat, & ſimilia: & hoc caſu procedit ſecunda opinio, vt pactum contra tertium poſſeſſorem non tranſeat, nec poſſit primus venditor, vel eius hæredes contra eum rei vendicationem exercere ex ſupra deductis; & ita diſtinxerunt idem Paul. de Caſtr. in l. ſi à te. nu. 3. C. de pact. int. empt. & vendit. vbi dat cautelam venditori, vt in pacto vtatur iſtis verbis; quod reſtituto, ſeu oblato, conſignato, & depoſito prætio per venditorem, res ſit inempta; quibus verbis adiectis dicit, quod poterit rem vendicare à quocunque poſſeſſore, ſed quod ſi apponat ſimplex pactum de retrouendendo, requiritur nouus contractus, & noua retraditio, & illum ſequitur Berous cōſ. 164. num. 23. lib. 1. Roland. conſ. 62. num. 19. per totum lib. 2. Iaſ. conſ. 211. num. 25. & ſeqq. lib. 2. Gabriel conſ. 66. num. 3. & ſeqq. lib. 1. vbi etiam dicit hanc opinionem videri veriorem, & magis receptam. Boer. deciſ. 182. nu. 16. cum ſeqq. Fachin. d. lib. 2. cap. 15. verſic. tertia eſt ſententia: ſed quamuis diſtinctio inſpecto iuris rigore vera ſit, nihilominus prior opinio, quod iſtud pactum tranſeat cōtra emptores, & ſingulares ſucceſſores, eſt multum æqua. Boer. d. deciſ. 182. num. 18. & ea quoque ſeruatur in praxi, de qua obſeruantia teſtatur etiam addit. ad Alex. in d. conſ. 10. nu. 1. litera B. & Couar. var. reſolut. d. lib. 3. cap. 8. num. 3. verſ. hinc apparet.

5 Ampliatur conſequenter, & tertiò, & iſta ampliatio reſultat ex ampliatione præcedenti, vt ſi emptor qui promiſit retrouendere decedit pluribus hæredibus relictis, quorū vnus tantùm poſſidet rem ſic venditam, quod ſi pactum de retrouendendo conceptum eſt verbis directis, poteſt venditor vel eius hęredes ſiue vnus ex illis agere rei vendicatione contra hæredem emptoris poſſeſſorem ipſius rei, & ex practicata obſeruantia poteſt agere indiſtinctè etiam ſi pactum non ſit factum verbis directis, ſed verbis obliquis; & ità quod detur actio inſolidum contra vnum ex hæredibus poſſidentem eam rem inſolidum tenet Socin. conſ. 253. in 4. dub. lib. 2. & illum ſequitur Cagnol. in repet. l. 2. in 14. quæſt. C. de pact. int. empt. & vendit. & videtur tenere Tiraq. d. §. 1. gloſ. 6. nu. 42. & ſeqq.

6 Ampliatur quartò, quia retractus iſte conuentionalis tàm redimendi, quam retrouendendi trāſmitti poteſt etiam per viam ceſſionis, vt per Tiraq. de retract. lignag. §. 26. gloſ. 3. vbi alios allegat, & per Roland. conſil. 28. num. 14. & ſeqq. lib. 2. & Fachin. controuerſ. iuris lib. 2. cap. 11. vbi multis rationibus, & autoritatibus id comprobant.

7 Declaratur primò ampliatio, vt non procedat, quando pactum retractus reſtrictum eſt ad perſonas habentes certas qualitates, vt ad filios, agnatos, vicinos, vel maſculos tantùm, vt dixi in caſ. 23. num. 4. vel quando aliàs illud perſonale eſt l. iuriſgentium. §. pactorum. ff. de pactis.

8 Declaratur ſecundò, vt pariter non procedat ampliatio iſta in retractu qui ex aliqua ſpeciali lege, ſtatuto, vel conſuetudine competit proximioribus, vel conſortibus, ſiue vicinis iuxta tex. in c. conſtitutus. de in integr. reſtit. & l. dudum. in fin. C. de contrah. empt. namquè iſte retractus legalis non tranſmittitur ad eos qui non ſunt proximiores, conſortes, vel vicini, nec illis cedi poteſt licet is permiſſus ſit ſimpliciter abſquè vlla reſtrictione Bald. in l. ad officium. num. 7. & ibi Caſtrenſ. num. 7. & Ang. num. 2. & cæteri DD. C. comm. diuid. Tiraq. qui plures cumulat. de retract. conſang. §. 26. gloſ. 1. num. 1. & ratio iſtius declarationis illa eſſe communiter exiſtimatur, quia lex, ſtatutum, vel conſuetudo hæc reſpicit ſolum fauorem eorundem proximiorum, conſortum, & vicinorum, ne ſcilicet res exeat de genere, conſortaria, vel vicinia: ſic Bald. & Ang. in loc. cit. & Tiraq. d. §. 26. gloſ. 1. nu. 41. cum alijs relatis per eum; iccirco non eſt mirum ſi idem retractus cedi non poteſt alijs qui non ſunt de illis. l. cum pater. §. libertis. in fin. ff. de leg. 2. ceſſio enim fieri non poteſt in eum qui non habet qualitatem requiſitam in cedente l. ſi mulier. §. ex aſſe ff. de iure dot. l. ſeruus ſi

hæredi.

hæredi.verſ. demonſtratio perſonæ ff. de ſtatulib.Brun.conſ.8o.num.21.in fin.& nu.22. Alex.Raud.conſ. vlt.nu.67.inter conſ.vlt.volunt. lib. 2. & tantominus cedi poteſt, quia exorbitat à iure cõmuni d.l.dudum.C.de cõtrah.empt.l.in re mandata C. mãdat.& conſequenter reſtringẽdus,itaut dicẽdum eſt illum cedi non poſſe l.quod vero.l. ius ſingulare ff. de legib.c.quæ à iure.de reg.iur.in 6.

Et quod dicitur de iure redimendi rem alienatam, idem dicitur de iure prælationis in emptione rei alienandæ, nam ſtante conſtitutione Papæ Greg. XIII. & Frederici Imperatoris, vel alio ſimili ſtatuto, ſiue conſuetudine præferente proximiores, conſortes, vel vicinos in emptione rei, non poſſunt ij ex eadem ratione ius iſtud prælationis cedere alteri extraneo: ſic ex profeſſo Roman. conſ. 484. adducens inter cætera textum, quem dicit eſſe notabilem in l. 2. in fin. ff. de relig. & ſumpt. funer. idẽquè tradit Afflict. de iure prothom. §.1.num.42.& Bald.in eod.tract.nu.5.Guid. Pap,deciſ.411.& promiſcuè non facto diſcrimine inter ius retractus, & prælationis plures citat idem Tiraq.de retract.conſang.d.§. 26. gloſ.1.num.1.

*S V M M A R I V M.*

1 *Societas diſſoluitur morte ſocij, & ad hæredes non tranſit: etiam ſi expreſsè actum eſt quod tranſeat. 2. & etiam ſi pactum iuramento firmatum eſt.4.11.& non tranſit neque in arrogatorem. 8. & etiam diſſoluitur morte vnius tantùm ex ſocijs. 9. non tamen morte fideiuſſorum.19.*

3 *Teſtatoris iuſſus, vt ab hæredibus renouetur ſocietas ſeruandus eſt.*

5 *Societas vectigalium, vel alterius rei fiſcalis ad hæredes tranſit, ſi expreſsè conuentum eſt, vt tranſeat, & hæredes ſunt æque idonei ad præſtandum ea, quæ tenebatur defunctus; & plures conductores fuerunt ab initio: & pactum factum eſt inter ipſos conductores: ſed an tranſeat ad primos hæredes, vel etiam ad hæredes hæredum.7.*

6 *Exempla non reſtringunt regulam.*

10 *Fratalea non diſſoluitur morte ſociorum, ſed remanet etiam in vno.*

14 *Actio pro lucris, & damnis præteritæ ſocietatis tranſit ad hæredes: idem pro redenda ratione adminiſtrationis.15.*

16 *Negocia ſocietatis incæpta, tranſeunt ad hæredes perficienda.*

17 *Societas impropriè dicta, vt locatio, & conductio ad hæredes tranſit.*

18 *Societas inter hæredes poteſt renouari tacitè & expreſsè.*

CASVS LX.

***Societas, an & quando ad hæredes ſociorum tranſeat.***

1 ADeò morte ſocij ſocietas diſſoluitur, vt ad hæredes ſociorum ea non tranſit.l.furti.§.illud.ff. de his qui not. infam.l. nemo poteſt.l.actione.§.morte ff.pro ſocio.& alijs omiſſis ratio vna eſt, quia in ſocietate eligitur induſtria perſonæ.§. ſoluitur. inſtit.de ſociet. d. l. actione.§. ſocietas.ff. pro ſocio; quæ perſonæ induſtria ad hæredes non tranſit.l.vnic.§.ne autem.C.de caduc. tollẽd. quam rationem adducit etiam Aret.in d.§.ſoluitur.num.3.& Curt.Sen.conſ.53.Alia eſt ratio, ne reſtringatur libera facultas teſtandi.l. ſi fratres.§.idẽ reſpondit ſocietatẽ.& ibi gloſ. in verb. ideo. ff. pro ſoc. quam rationem veriorem, & communem eſſe dicit Curt. Sen. d.conſ.53. col. 2. in princ. & veram eſſe dicit Rubeus in l.non ſolùm.§.morte.nu. 42.ff. de nou.oper.nunciat.

2 Ampliatur primò caſus procedere etiam ſi expreſsè actum, & conuentum ſit quod ſocietas ad hæredes tranſeat, adhuc enim ad hæredes tranſire non poteſt, cùm non poſſit induci, vt tranſeat.d.l.nemo poteſt.l.adeò.l. ſi fratres.§. idem reſpondit ſocietatem.ff. pro ſoc. Bart.in d.l.adeò.in princ.Ang.conſ.59.num. 1.Roman.conſ.106.nu.3.Dec.conſ.213.in princ.Abb.conſ.86.num.1.lib.2.Pariſ. conſ. 84.num.3.lib.1.Mantic.de tacit.conuent.lib. 6.tit.24.num.13.& ſeqq.& ratio eſt quia contrahens ſocietatem hoc pacto cogeretur eum ſibi inſtituere hęredem, quem nominaſſet in ſocium, & ſic tolleretur libera facultas teſtandi.gloſ.in d.l. ſi fratres.§. idem reſpondit ſocietatem.in verb.ideo.ff.pro ſoc.Bart.in d. l. adeo.ff.eod.Faber in §.ſoluitur.num.1.inſtit. de ſociet.Rubeus in d. l. non ſolùm.§. morte. num.42. ff. de noui oper. nunciat. Dec. conſ. 441.num.5.Roman.d.conſ.106. Pariſ. conſ. 87.num.2.lib.1. & conſ.25.num.55.56. vol. 3.Curt.ſen. d. conſ. 53. col.2. in princ.Alex. conſ.110.num.9.lib.3.& conſ. 34. nu. 4. lib. 2.hoc enim eſt conrra bonos mores, & inducit votum captandæ mortis.l. ſtipulatio hoc modo concepta.ff. de verb. oblig. l. pactum quod dotali.l.fin.C.de pact.

3 Declaratur primò ampliatio, vt locum non habeat, quando teſtator in teſtamento mandauit ſocietatem ab hæredibus renouari poſt mortem, nam licet ſocietas morte ſoluatur, tamen mandatum illud obligat hæredes ipſius teſtatoris, & actionem parit aduerſus eos per tex. in l. ſi vero non remunerandi. §. fin. cum l. ſeq. ff. mandat. vbi habetur, quod etſi mandatum regulariter morte mandantis ceſſet, tamen mandatum hæredi, vel extraneo poſt mortem duraturum fieri poteſt, & tale mandatum obligat hæredes: & ità in terminis noſtris conſuluit Dec. conſ. 441. num. 1. & ſeqq. & ſentit Curt. ſen. d. conſ. 53. in fine. & eos ſequitur Oſaſch, deciſ. 150. nu. 3. & Iacob. Thomingius deciſ. 13. & ratio eſt, quia licet non poſſit paciſci ab initio, vt hæres ſuccedat ſocietati, tamen hoc non prohibet ſocietatem poſſe renouari. §. ſoluitur. inſtitut. de ſociet. Dec. d. conſ. 441. num. 5. Corn. conſ. 54. nu. 2. lib. 1. Alex. conſ. 136. num. 2. verſ. magis. lib. 5. Guttier. de iurament. cap. 48. num. 2. & ratio rationis eſt, quia in teſtamento ceſſat ratio reſtrictionis liberę facultatis teſtandi adducta in ampliatione. Dec. d. conſil. 441. numer. 5.

4 Declaratur ſecundò hæc prima ampliatio non procedere quando pactum, vt ſocietas tranſeat ad hęredes, firmatum eſt iuramento, nàm tale iuramentum operatur, quod ſocietas ad hæredes tranſit, ſecundùm Ioan. Fab. in §. ſoluitur. num. 3. & ibi addit. in verb. conuenerit. inſtit. de ſocietat. Capicc. deciſ. 174. nu. 7. & ſeq. Socin. conſ. 160. num. 2. lib. 2. Crauet. conſ. 875. num. 13. Guttier. de iurament. cap. 48. num. 5. & ſeq. ſed tamen quod iſtud iuramentum nõ operetur vt ſocietas tranſeat ad hæredes tenet Alex. in addit. ad Bart. in l. adeo. ff. pro ſocio. & idem tenere videtur in conſ. 18. lib. 2. & Corn. conſ. 310. num. 3. ad fin. & num. 4. lib. 4. Curt. ſen. conſ. 52. nu. 10. & infra. Gratt. conſ. 15. num. 27. & ſeqq. lib. 1. quorum opinionem ſequor quia iuramentum, vt hæredes ſuccedant in ſocietate eſt cõtra bonos mores. l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. oblig. l. fin. C. de pact. ſed iuramentum quod eſt contra bonos mores non eſt obligatorium c. nõ eſt obligatorium. de reg. iur. in 6. qui tex. indiſtinctè loquitur non diſtinguens inter bonos mores iuris Canonici, & bonos mores iuris ciuilis, ideóque indiſtinctè intelligitur, vt poſt multos quos allegat, tenet Fachin. controuerſ. iur. lib. 8. cap. 72. verſ. tertia igitur eſt ſententia: vſque ad finem.

5 Declaratur tertiò, vt locum habeat hęc prima ampliatio in ſocietatibus priuatis, ſecus in ſocietate vectigalium, quia ſocietas vectigalium tranſit ad hæredes, ſi actum & conuentũ eſt vt tranſeat. l. adeo. in princ. l. verum. §. in hæredem. ff. pro ſoc. nam ſocietas vectigaliũ publicorum poſtquàm eſt contracta, eſt neceſſaria & non pendet ex libera voluntate, ob id ad hæredes tranſit. ſic Bald. in d. l. adeo. & in l. nemo. 1. in fin. ff. pro ſoc. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 276. num. 10. & 11. Et quod dicitur de ſocietate vectigalium, idẽ dicitur quoque de ſocietate contracta ſuper qualibet alia re fiſcali. l. verum. §. in hæredẽ. ff. pro ſoc. ibi & circa ſocietates vectigalium, cæterorumque; & tenet Bald. in l. adeo. in fin. ff. eod. vbi exemplificat de ſocietate fructuum lacus, vel cluſij, vel gabellarum: & conſuluit Ruin. cõſ. 90. num. 2. lib. 1. Dec. conſ. 213. num. 1. Decian. conſ. 22. num. 14. lib. 3. idem Gratian. d. cap. 276. num. 12. & ſeq. ex regula quod vbi eſt eadem ratio, idem ius ſtatuendum eſt. l. illud. ff. ad leg. aquil. l. à titio. ff. de verb. obligat. nec refert quod tex. in d. l. adeò. loquatur de ſocietate vectigalium, quia hoc dictum eſt gratia exempli. Dec. d. conſ. 213. nu. 1. Ruin.
6 d. conſ. 90. num. 2. lib. 1. per quod exemplum non reſtringitur regula. §. hactenus. inſtit. de gradib. cognat. cap. 1. ne cleric. vel monach. obſeruandum tamen eſt quòd ratio hæc adducta non videtur ratio ſpecialis vectigalium, cùm quælibet ſocietas contracta ſuper certis bonis, vel certo negocio tantùm, ex pacto trãſire poſſit ad hæredes, vt dicam inferius ſub nu. 7. verſ. declaratur quartò.

Subdeclaratur tamen primò hæc tertia declaratio, quia ad hoc vt ſocietas vectigalium, vel alterius rei fiſcalis tranſeat ad hæredes requiritur primò, quod expreſsè ita conuentum ſit, vt ad hæredes tranſeat, ità quod non ſufficeret, ſi in contractu ſocietatis actum eſſet ſimpliciter de hæredibus, vel ſimpliciter facta eſſet promiſſio pro ſe, & hęredibus. Corn. conſ. 121. num. 7. & conſ. 122. num. 2. lib. 1. Ruin. conſ. 91. num. 7. lib. 1. Dec. conſ. 213. num. 2. verſ. & hoc comprobatur. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 6. tit. 24. numer. 24. talis enim ſimplex promiſſio poſſet intelligi, & ſuſtineri quoad obſeruantiam promiſſorum tantùm, cùm obligatio defuncti tranſeat etiã ad hæredes ſocij. l. hæres ſocij. l. verùm. §. in hæredem. ff. pro ſocio. ſecundò vltra pactum, & conuentionem requiritur quod hæres ſit æquè aptus, & idoneus, vt poſſit ea facere, & præſtare quę facere, & pręſtare tenebatur defun-

functus, aliàs nõ trãſit. gloſ. in d. l. adeò. in verba. aſcripta. & ibi Bart. nu. 3. & Bald. ff. p ſoc. Aret. ĩ §. ſoluitur. nu. 2. inſtit. de ſocietat. Mãtic. de tacit. & ambig. cõuent. lib. 6. tit. 24. nu. 25. 26. Tertio, vt ſocietas vectigaliũ, vel alterius rei fiſcalis tranſeat ad hæredes requiritur, quod plures ab initio conducant ipſa vectigalia, ſiue res fiſcales, vel publica emolumẽta, ideoquè ſi locatio ab initio facta eſt in perſona vnius tantùm, & deinde conductor ſocietatem ſuper rebus conductis contrahat cũ alijs, talis ſocietas non poteſt tranſire in hęredes etiam ſi ſpecialiter actum ſit, vt ad eos trãſeat. Ruin. conſ. 90. num. 11. lib. 1. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 6. tit. 24. nu. 27. & ſentit gloſ. in d. l. adeo. in verb. aſcripta. ff. pro ſoc. quartò requiritur, quod ſocij conductores paciſcantur inter ſe, quod hæredes ſuccedant in ſocietate, nec enim ſufficit, ſi ipſi paciſcantur cum locatore tantùm. Dec. conſil. 213. num. 7. verſ. item requiritur. Ruin. conſ. 91. num. 7. lib. 1. & ſequitur Mantic. de tacit. & ambig. conuent. d. lib. 6. tit. 24. numer. 27. quintò quòd ſi hæc ſocietas publica commixta eſſet cum vtilitate priuata, quòd priuata vtilitas non ſit pro maiori parte, quia aliàs iudicaretur priuata, non publica arg. l. quæritur ff. de ſtat. homin. l. ſancimus. §. ne autem C. de donat. ideoquè non daretùr tranſmiſſio ad hęredes Dec. conſ. 213. nu. 1. verſ. primò.

7 Subdeclaratur ſecundò hęc tertia declaratio, quia vbi ſocietas vectigalium, vel alterius rei fiſcalis tranſit ad hæredes, intelligitur de primo hærede tantùm, nam ad hæredes hæredis non tranſit. gloſ. in l. nulla. ff. pro ſocio. Ruin. conſ. 90. num. 3. lib. 1. Corn. conſ. 121. nu. 1. verſ. pro quo facit. lib. 1. addit. ad Bart. in l. adeo. in verb. ad hæredẽ ff. pro ſoc. Petr. de Vbald. in tract. de duob. fratrib. part. 11. num. 82. & ratio eſt quia in materia, quæ de ſui natura non eſt tranſmiſſibilis, vt ſocietas; mentio hæredis finitur in perſona primi hæredis. Bart. Paul. de Caſtr. & alij in l. antiquitas. C. de vſufruct. idem Bart. in l. gallus. §. etiam. num. 7. ff. de liber. & poſthum. & in l. Sempronius. num. 3. ff. de vſufruct. legat. Tiraq. de retract. conuent. §. 1. gloſ. 6. num. 18. & 19. ſi tamen fauor publicus ſuaderet ſocietatem hanc non diſſolui, ſed eam tranſire etiam ad hæredes hæredum, adhuc ad eos trãſiret ſecundùm eundem Petr. de Vbald. loc. cit. quẽ ſequitur Gratian. diſcept. d. cap. 276. num. 23.

Declaratur quartò hæc eadem prima ampliatio vt locum habeat quando ſocietas eſt vniuerſalis omnium bonorum, itaut libera facultas teſtãdi tolleretur in totum, ſecus quãdo ea eſſet de aliquibus bonis vel de certo negocio tantùm, tunc enim facultas teſtandi nõ diceretur auferri ſed reſtringeretur ſolummodo reſpectu illorum bonorum vel negocij, ob id in tali caſu ſi expreſsè actum eſſet, poſſet ſocietas extendi vltra mortem, & ad hæredes ſociorum tranſire ſic Dec. conſ. 293. nu. 5. verſ. non obſtat tex. in d. l. Pariſ. conſ. 26. nu. 110. lib. 2. Honded. conſ. 44. num. 82. & ſeq. lib. 2. Rimin. iun. conſ. 234. num. 208. & ſeq. lib. 3. Surd. conſ. 20. nu. 22. lib. 1. Gratian. diſcept. cap. 276. num. 6. hinc videmus quòd licet nõ valeat donatio omnium bonorum ex eadem rationę quia donator ſibi adimeret facultatem teſtandi l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. oblig. Clar. cum alijs per eum allegatis in §. donatio. quęſt. 19. num. 1. nihilominus ſi ſuperſunt aliqua bona de quibus poteſt teſtari, itaut non ſit ei adempta facultas teſtandi in totum, tũc donatio valeret Ruin. conſ. 178. num. 3. lib. 1. & conſ. 13. nu. 3. lib. 2. Clar. in d. quæſt. 19. num. 2. Mantic. de tacit. conuent. lib. 13. tit. 31.

8 Ampliatur ſecundò caſus principalis, quia ſocietas non tranſit nequè in arrogatorẽ. tex. in l. actione. §. ſocietas. ff. pro ſocio. vbi reddit rationem, ne inuitus quis ſocius efficiatur cui non velit, quæ quidem eſt ratio caſus principalis, nempe quia in ſocietate eligitur induſtria perſonæ, quæ non tranſit ad alios.

9 Ampliatur tertiò caſus procedere etiam ſi ſocietas morte vnius tantùm ex ſocijs finita eſſet, namquè ſocietas morte vnius tantùm finitur quoad omnes, niſi actum ſit quod maneat quòad ſuperſtites. l. actione. §. morte. ff. pro ſocio. §. ſoluitur. inſtit. de ſociet. & dicitur actum eſſe quod duret quòad ſuperſtites etiam ſi dictum ſit quod duret donec voluerint, nam hoc caſu perinde eſt ac ſi ſingulariter fuiſſet contracta cum quolibet donec voluerit, quia illa pluralitas reſoluitur in plures ſingularitates. l. Lucius. §. Caio. ff. ad trebell. l. fin. §. filium. ff. de leg. 2. l. falſa. §. fin. ff. de condit. & demonſtrat. l. ſi chorus. in princ. ff. de leg. 3. niſi ratio inæqualitatis vitãdæ aliud ſuadeat. gloſ. in l. hoc articulo. ff. de hęred. inſtit. & ſic in ſpecie tenet Alex. conſ. 136. nu. 1. lib. 5. & ſequitur Zanch. in repet. l. hæredes mei. §. cum ità. num. 1318. ff. ad trebell. dum igitur finita eſt ſocietas etiam morte vnius tãtùm ex ſocijs, ad hæredes ea non tranſit. d. l. actione. §. morte. & d. §. ſoluitur. inſtit. de ſociet. Bald. conſ. 87. lib. 2. & Anchar. cõſ. 394.

vbi

vbi loquuntur de morte illius qui operas ponere debebat.

Subampliatur ampliatio hæc, vt procedat etiam ſi is, qui ſcientiam mortis habuit, notitiam non dederit alteri ignoranti. d. l. actione. §. item ſi alicuius. ff. pro ſoc. Alex. cõſ. 60. in princ. & num. 1. lib. 7. quamuis tamen pro tempore quo nota non eſt mors ſocij benè valeat ſocietas. Signor. conſ. 121. num. 3. verſ. circa ſecundum.

10 Declaratur primò hæc tertia ampliatio, vt locum habeat in his ſocietatibus quę fiunt ad quæſtum, & lucrum; non autem in ſocietatibus, quæ vocantur frataleæ, quia morte vnius ex confratribus non diſſoluitur fratalea, vel ſocietas. Ioan. Fab. in §. ſoluitur. nu. 1. inſtit. de ſociet. ea enim reputatur quoddam corpus, & remanet etiam in vno. l. ſicut. §. fin. ff. quod cuiuſque vniuerſ.

11 Declaratur ſecundò hæc tertia ampliatio non habere locum quando ſocietas iuramento firmata eſt, quia tali caſu morte vnius tantùm, ſocietas non diſſoluitur. Ioan. Fab. in d. §. ſoluitur. num. 2. & ibi addit. in verb. conuenerit. inſtit. de ſociet. Contrarium tamen verius eſt, quod imò iuramentum iſtud tanquam contra bonos mores non eſt obligatorium, nec ideo facit ſocietatem ad hæredes tranſire, vt dixi num. 4.

12 Ampliatur quartò caſus principalis, quia etiam ſi ſocietas contracta eſſet ad certum limitatum tempus, nihilominus decedentibus ſocijs vel aliquo ex eis intra dictum tempus, adhuc ea ſoluta remanet & in hæredes non tranſit pro reſiduo temporis Anchar. conſil. 394. Alex. conſ. 34. num. 4. lib. 2. Dec. conſil. 213. in princ. ſequitur Surd. conſ. 20. nu. 11. vol. 1. & ratio primi dicti quare ob mortem ſoluitur ſocietas etiam durante tempore, ea eſt quia habet in ſe tacitam conditionem, ſi res (ideſt ipſa ſocietas) in eodem ſtatu permanſerit, l. cum quis. ff. de ſolut. c. quemadmodũ, & ibi gloſ. in verb. conditio. de iureiur. ratio ſecundi quare non tranſit ad hæredes pro reſiduo temporis conuenti, eſt quia in re non tranſmiſſibili nihil operatur appoſitio temporis l. vxori ff. de vſufruct. legat. Bald. in c. cum veniſſet. num. 5. de iudic.

13 Ampliatur quintò vt ſocietas multòminus tranſeat in ſucceſſorem ſingularem Gabriel conſil. 63. num. 17. lib. 2. Honded. conſil. 85. num. 19. lib. 1. namquè mutatione perſonæ finitur ſocietas quia iura non permittunt vt quis ſocius inuitus efficiatur l. actione. §. morte. verſ. ſocietas. ff. pro ſoc.

14 Declaratur primò caſus principalis, vt nõ procedat quoad lucra, & damna prouenientia ex ſocietate, quia licet ſocietas morte finiatur, & non tranſeat ad hæredes, tamen lucra & damna ex eadem ſocietate prouenientia benè tranſmittuntur, quia mors negocia præterita non diſtrahit, & ſic actio pro lucris, & damnis tranſit ad hæredes & contra hæredes. l. verùm. §. in hæredem. l. actione. §. ſi in rem certam. ff. pro ſoc. l. cum in ſocietatis. vbi Bald. C. eod. tit. & conſ. 87. nu. 1. vol. 2. Dec. conſ. 571. num. 6. prout etiam tranſit vniuerſaliter omnis actio & obligatio actiuè, & paſſiuè l. nemo poteſt. eod. tit. & d. §. in hæredẽ. Rimin. iun. conſ. 711. numer. 1. & ſeqq. lib. 6. Surd. conſ. 20. num. 16. lib. 1.

Subdeclaratur declaratio procedere quoad lucra, & damna præteritæ ſocietatis, hoc eſt prouenientia ex re geſta ante mortem eiuſdem ſocij & ſic ante diſſolutionem ſocietatis; ſecus quoad lucra, & damna prouenientia ex re geſta poſt mortem, & ſic poſt ſocietatem & communionem diſſolutã. l. actione. §. morte vnius. ff. pro ſocio. Ruin. conſ. 90. num. 11. verſ. non obſtat inſuper. lib. 1. ſed tamen contrariam ſententiam quòd actio tranſeat ad hęredes etiam pro emolumentis & damnis contingentibus poſt mortem ſocij tuentur Corn. conſ. 122. vol. 1. Pariſ. conſ. 82. num. 38. & conſ. 84. num. 23. & conſ. 88. num. 11. vol. 1. Bertrand. conſ. 38. num. 13. vol. 2. & hos ſequitur ac communem eſſe dicit Surd. conſil. 20. num. 16. & 17. vol. 1. & pro ea ſtringit tex. in d. l. verum §. in hæredem ff. pro ſoc. qui generaliter loquitur non diſtinguens an prouenerint ante vel poſt finitam ſocietatem.

15 Declaratur conſequenter, & ſecundò caſus, vt locum non habeat quoad onus reddendi rationem, nam onus reddendi rationem adminiſtrationis ſocietatis ad hæredes tranſit Abb. in c. fin. num. 4. de arbitr. per tex. in l. nemo poteſt ff. pro ſocio. Alex. conſ. 34. num. 4. lib. 2.

16 Declaratur tertiò, nam ea quæ per defunctum inchoata ſunt, tranſeunt ad hæredes, qui ideo inchoata à defuncto explicare, & perficere debent, & tenentur l. hæres ſocij. ff. pro ſocio. l. nam & ſeruius. §. ſi viuo ff. de neg. geſt.

17 Declaratur quartò caſus, vt locum habeat in ſocietate propriè dicta; ſecus in ſocietate impropria, vt eſt locatio, & conductio pro certa fructuum quantitate, nàm colonus partiarius ſocius appellatur. l. ſi merces. §. vis maior. ff. locat. ſed quia ea eſt ſocietas impropria, vt

d.§.vis maior. ibi; quaſi iure ſocietatis; quæ dictio, quaſi, eſt nota improprietatis.l.2.ff.de inoff.teſt.l.ſi paterfamilias.§. qui duos. ff. de adopt.ideo non diſſoluitur morte, ſed ad hæredes tranſit. Bald.in l. certi iuris. num. 6. C. locat.& in l.1.num.13. C. de fruct. & lit. expenſ.

18 Declaratur quintò quia licet ſocietas morte finiatur, & non tranſeat ad hæredes ſociorum; nihilominus ſi ipſi hæredes continuant exercendo eandem ſocietatem ſcientes eam eſſe ſolutam, cenſentur tacitè illam renouare. Bald.conſ.448.vol.4.& multipliciter probat Abb.conſ.87.lib.2.& iſta tacita renouatio cẽſetur facta cum omnibus pactis, & conditionibus quibus prima ſocietas cõtracta erat idẽ Bald.d.conſ.448.num.2.vol.4. Paul. de Caſtr.conſ.366.lib.2.

19 Declaratur ſextò quia ſocietas non diſſoluitur morte fideiuſſorum, vel vnius ex fideiuſſoribus adiectis in cõtractu ſocietatis, niſi hoc ſpecialiter fuerit expreſſum, vt poſt Rot. Rom.ſic tradit Mantic.de tacit. conuent. lib. 6.tit.24.nu.37.& ſequitur Gratian. diſcept. forenſ.cap.276.num.1.& ſeq.

*S V M M A R I V M.*

1 *Sepultura eſt teſtimonium fidei, & vita defuncti.*
2 *Sepulchra familiaria tranſeunt ad eos qui ſunt de familia, & ad hæredes.*
3 *Sepulchra hæreditaria tranſeunt ad hæredes directos, ad fideicommiſſarios non. 4. quid de ſepulchris pro ſe & deſcendentibus 9.*
5 *Sepulchra familiaria tranſeunt in ſucceſſorem in maioratu, non hæreditaria.*
6 *Sepulchra & iura ſepulchrorum tranſeunt in ſucceſſorem ex titulo vniuerſali; non ſic ex titulo ſingulari. 8.*
7 *Attenditur id quod principaliter fit, nõ quod ſecundario, vel in conſequentiam.*
8 *Sepulchrum vendi non poteſt, monumentum vel ius ſepeliendi ſic.*

## C A S V S LXI.

*Iura ſepulchrorum an tranſeant ad hæredes, vel alios.*

1 SEpultura gloriam affert defuncto quaſi in teſtimonium eius bonæ fidei, & vitæ c.non æſtimemus. 13. q. 2. Roland.conſ.20.nu.28.lib.3. latè Caſſan.glor.mund.part.2.cõſiderat.5.& 6. ideo monumentum dicitur ex eo quia fit cauſa ſeruandæ memoriæ l.2. §. monumentum l. monumentum.ff.de relig. & ſumpt. funer. ob id expediens eſt & de ſepulchrorum tranſmiſſione, aliqua tractare, illiusquè materiam in ſequentes caſus diſtinguo.

2 Primus caſus principalis eſt de ſepulchris, ac iuribus ſepulchrorum familiarium, familiaria autem ſepulchra dicuntur, quæ quis ſibi familiæquè ſuæ conſtituit l. familiaria. ff. de relig. & ſumpt. fun. & iſta tranſeunt ad duas tantùm ſpecies perſonarum, videlicet ad eos qui ſunt de familia, & ad hæredes; tranſeunt ad eos qui ſunt de familia ſiue ipſi ſint hæredes, ſiue non l.ius ſepulchri.C.eod.tit.& nomine familię continentur non ſolùm agnati, ſed etiam cognati.gloſ.vlt.in l. ius familiarium, & Azo in ſumm.num.7.C.eod.tit. & ratio eſt quia hodie eſt ſublata differentia inter agnatos, & cognatos.§.nullam.in auth.de hæred.ab inteſt. ad hęredes autem tranſeunt quicunque illi ſint etiam ſi ſint extranei l.ſi ſepulchrum.& d.l.ius ſepulchri. C. de relig. & ſumpt. fun. ad alios verò qui nullam habent ex iſtis duabus qualitatibus familiaritatis vel hæreditatis ſepulchra hæc familiaria minime tranſeunt, ſic decidit tex.in d.l.ius ſepulchri.

3 Secundus caſus principalis eſt de ſepulchris ac iuribus ſepulchrorum hęreditariorũ, Hæreditaria autem ſepulchra dicuntur quæ quis ſibi hæredibusquè ſuis conſtituit d.l.familiaria ff.de relig.& ſumpt.funer.vel quæ iure hæreditario quæſiuit l.vel quæ.ff. eod. tit. pro explicatione igitur iſtius caſus adhuc cõſtituendi ſunt ſequentes caſus ſubalterni; Primus eſt quòad hæredes directos, & quoad eos caſus eſt affirmatiuus, quòd ſepulchra, & iura ſepulchrorum hæreditariorum ad hæredes directos tranſeunt d.l. familiaria, iuncta l.ſeq.ff.de relig.& ſumpt.fun.l.ſi ſepulchrum l.ius ſepulchri C.eod. tit. & non ſolùm tranſeunt ad hæredes ſanguinis ſed etiam ad hæredes extraneos d.l.ius ſepulchri.C.eod. Ampliatur quia tranſit quoque ad directò ſubſtitutum Gulielm. de Benedict.in c.Rainutius. in verb. ſi abſquè liberis.il 2.de cõpend. ſubſtit.num.24.Galiul. in l.centurio.num. 119. ff.de vulg.& pup.Odd. de compend. part. 5. quæſt.3.præmiſſ.6.verſ.ſexta.Intrigliol. de
4 ſubſtit.cent.2.quæſt.85.num.19. Secundus caſus ſubalternus eſt quòad fideicommiſſarios, an ſcilicet iſta ſepulchra & iura ſepulchrorum hæreditariorum tranſeant ad fideicommiſſarios, & quantùm ad eos, caſus eſt negatiuus quia ſepulchra & iura ſepulchro-

rum

upna

rum hæreditariorum ad fideicommiſſarios
non tranſeunt l. quia perinde. ff. ad trebell.
Ioan.de Imol.in l.ſi patroni,& ibi Alex.num.
16.ff.eod.tit.Rocch.de curt. in tract. iur. pa-
tronat.verb.ipſe vel is à quo. num. 21. Lam-
bert.eod.tract. part.2. lib. 1. art.35. ſecundæ
quæſt.princ.Craſſ.in §.fideicōmiſſum.queſt.
53.& §.tranſmiſſio. quæſt. 30. num.5. idem
Alex.in l.centurio.num.46. & Rip. num.56.
ff.de vulg.& pup. Odd.de compend. part. 5.
quæſt.3.præmiſſ.6. verſ. ſexta. Trentacinq.
de ſubſtit.part.4.cap.8.num.17.in fin. Intri-
gliol.de ſubſtit.cent.2.quæſt.85.num.19.Pe
regr.de fideicomm.art.6.num.35.& ea eſt ra
tio, quia hæres habet deducere quartam de
omnibus bonis quæ reſtituit fideicommiſſa-
rio l.1.§.ſi hæres. & ll. ſeqq. vbi omnes DD.
ff.ad trebell.ob id omnia bona æſtimantur,&
de omnibus ſecundum æſtimationem datur
quarta, ſed iura ſepulchrorum non recipiunt
æſtimationem nec producunt commodum pe
cuniarium c.poſtquàm.13.q.2.& hanc ratio-
nem adducit Rocch. de Curt. & Lambert. in
loc.cit.Alex.in l.quamuis.§.nihil num.4.&
in d.l.ſi patroni.num.15.ad fin. ff.ad trebell.
5 Tertius eſt caſus quoad ſucceſſorem in maio-
ratu, & licet ſepulchra familiaria in eum tran
ſeant l.familiaria.cum l.ſeq.ff.de relig.& ſum
pt. fun. tamen ſepulchra, & iura ſepulchrorũ
hæreditariorum ad ipſum ſucceſſorem in ma-
ioratu non tranſeunt niſi etiam is hæres ſit.d.
l.ius ſepulchri.C.de relig.& ſumpt.funer. &
quando is hæres eſt, tamen non tranſeunt ad
ſequẽtes ſucceſſores non hæredes.l.quia per-
inde ff.ad trebell. niſi ius ſepulchrorum ipſis
rebus maioratus annexum ſit. Molin. de pri-
mogen.lib.1.cap.24.num.41. Quartus caſus
6 ſubalternus eſt quoad ſucceſſorem ex titulo
vniuerſali,& tunc quòd tranſeant, facit tex.
in l.in modicis, & ibi gloſ. vlt. ff. de contrah.
empt.& l.quædam ff.de acquir.rer.domin. &
per hos tex.tenet Alex.in l.ſi patroni.nu. 16.
ff.ad trebell. quòd autem non tranſeant, ad-
ducitur.l.quia perinde.§.reſtituta.ff. ad Tre-
bell.cum alijs allegatis. num.4. vbi firmatum
eſt non tranſire in fideicommiſſarium cùm ta
men fideicommiſſarius ſuccedat titulo vni-
uerſali hæreditario,& cenſeatur hæres. l. po-
ſtulante.in princ. ff. ad Trebellian. l. ſi filius.
ff.quod cum eo.& per d.§.reſtituta.ſic voluit
gloſ.in d.l.quædam.in verb.fundus. ff. de ac-
quir.rer.domin. Primam partem, quod ſepul
chra, & ſepulchrorum iura tranſeant in ſuc-
ceſſorem titulo vniuerſali veriorem eſſe cre-
do, & pro qua conſidero tex. in l. vel quæ. in
princ.ff.de relig.& ſumpt. & in l. quædam ff.
de acquir. rer.dom. per quem tex. decidit ibi
Bart.num.1.quod monumentum tranſit cum
vniuerſitate bonorum:& ſimile eſt in iurepa-
tronatus, quia illud pariter tranſit titulo vni-
uerſali cum vniuerſitate bonorum. c. ex lite-
ris.de iurepatr. Lambert. de iurepatronat. 2.
part.lib.1.art.11.quintæ queſt.princ.num.2.
& 3.vbi omnes alios adducit; & licet iura ſe-
pulchrorum non tranſeant in fideicommiſſa-
rium prout nec tranſit iuspatronatus, tamen
hoc euenit ex eo, quod in reſtitutione fidei-
commiſſi fit æſtimatio bonorum principali-
ter,quod ſecus eſſet ſi fieret ſecundariò, & in
conſequentiã:ſic reſpondet Lambert. d.part.
2.lib.1.art.35.ſecundæ quæſt. princ. num.1.
7 verſ.non obſtat modò ſecundum; attenditur
enim id quód principaliter ſit, non quod ſe-
cundariò; vel in conſequentiam.l.ſi vt habili-
ter.l. quamuis. ff. de aur. & arg. legat. l. 1. in
8 princ.ff.de autorit.tutor.cum ſimilibus.Quin
tus caſus eſt quoad ſucceſſorem titulo ſingu-
lari, & ad eum ſepulchra, & iura ſepulchrorũ
non tranſeunt,nec ei titulo ſingulari cedi poſ-
ſunt, ſepulchrum enim eſt religioſum & il-
lius proprietas ſaltem titulo ſingulari vendi,
vel cedi non poteſt.l.2. §. quo facto. ff. de re-
lig.& ſumpt.fun.Tiraq. de retract. lignag. §.
26.gloſ.1.num. 55. prout nec poteſt legari l.
monumenta.C.de legat.quamuis aliter dicẽ-
dũ ſit de iure ſepeliendi in eiſdem ſepulchris,
ac etiam de monumentis, nam quantùm ſpe-
ctat ad ius ſepeliendi quod quis habet in ſe-
pulchris,illud vẽdi,cedi, & legari permiſſum
eſt gloſ.Bart.Bald.Paul.de Caſtr.Alex.& cę-
teri omnes in d.l.monumẽta.C.de legat. quo
vero ad monumenta,ea pariter vendi,cedi,ac
donari poſſunt, quia non ſunt religioſa l. vel
quæ.§. ſi adhuc. ff. de relig. & ſumpt. dicitur
namquè monumentum antequam ſit ſepul-
chrum l.monumentũ.& gloſ.2.in l.2.in verb.
monumentum.ff. eod.tit.

9 Tertius caſus principalis eſt de illis ſepul-
chris & iuribus ſepulchrorum quæ teſtator ſi-
bi & deſcendentibus ſuis conſtituit, namquè
hæc iura talium ſepulchrorũ tranſeunt ad eos
ſolos qui ſunt de deſcendentibus etiam ſi nõ
ſint hæredes l.pen.ff.de ſepul.viol.l.pro hęre-
de §.ſi quid tamen.ff.de acquir.hæred.ad hę-
redes autem extraneos nullo modo tranſeunt
Anchar.conſ.113.nu.3. Bologn. in addit. ad
Ioan.de Anan.conſ.86.num.3.Lambert. de
iurepatr. 2. part. lib.1.art.3. ſecundæ quæſt.
princ.vbi alios adducit. & nõ eſt mirum quia
poteſt teſtator ordinare ſepulchra, & illis le-

gem

gem imponere ſecundum placitum ſuum.l.3. §.ſi quis in hæreditarium.ff.de ſepul.viol.

Ampliatur iſte tertius caſus, nàm licet quis efficiatur Monacus, & offerat ſe ac bona ſua Eccleſiæ & monaſterio, adhuc tamen ius ſepeliendi non tranſit in ipſam Eccleſiam vel monaſterium niſi deſcendentibus ipſis deficientibus, ſic tenet & probat Gemin.conſ.32.nu. 2.verſ.in contrarium. & num.3.verſ. nec obſtant.

*S V M M A R I V M.*

1 *Iuſpatronatus Eccleſiæ ad hæredes tranſit, & tranſit ad omnes inſolidum. 2. etiam extraneos.3.5.ac etiam nulla de hæredibus mentione facta.4.ac item tranſit ad fœminas hæredes inſtitutas.6.*

7 *Iuspatronatus acquiſitum pro ſe & filijs, non adiecto; hæredibus; tranſit ad filios etiam nõ hæredes.*

8 *Hæres inſtitutus in re certa dato cohærede vniuerſali, non ſuccedit in iurepatronatus.*

9 *Iuſpatronatus tranſit in directò ſubſtitutos in fideicommiſſarios autem ſecus.10.*

10 *Iuſpatronatus cum alio iurepatronatu, & cũ licentia epiſcopi permutari poteſt: item donari.11.item vendi cum vniuerſitate.12.*

## C A S V S LXII.

*Iuſpatronatus Eccleſiæ quomodo, & quando transmittatur.*

IVſpatronatus Eccleſię multis modis tranſmittitur, quorum quatuor magis principales per diſtinctos caſus recitabimus.

1 Primus caſus eſt per ſucceſſionem hæreditatis, nàm iuſpatronatus Eccleſiæ ad hæredes tranſit. c. filijs.16.q.7.c.1.de iurepatronat. clem.plures.eod.tit.gloſ.1.in c.cum ſęculum. de iurepatr.gloſ.1.in c.piæ mentis.& in c.conſiderandum.16.q.7.

2 Ampliatur primò, quia tranſit ad quemlibet ex hęredibus inſolidum etiam ſi ex diuerſis, & inæqualibus partibus hæredes ſint, non enim competit pro portione bonorum, & hæreditatis; ſed quoad iuſpatronatus, omnes ſuccedunt æqualiter per tex.in l.viæ.ff.de ſeruit. vbi dicitur, quod iura incorporalium non diuiduntur, ſed tranſeunt in hæredes inſolidũ; & in terminis gloſ.1.in c.1.de iurepatr. gloſ. 1.in fin.in c.piæ mentis.16.q.7. Rocch.de Curt.in tract. iuriſpatr. in verb. & dotauit. num.21.22. vbi de communi. ſequitur Paul. de Citadin.in eod.tract.9.part.num.1. & demũ Lãbert.2.part.lib.1.art.24.primæ quæſt. princ.poſt alios per eum allegatos.

3 Ampliatur ſecundò quia non ſolum tranſit ad hæredes ſanguinis, ſed etiam ad hæredes extraneos. gloſ.in c. conſiderandum. 16. q.7.& in clem.plures.in verb.hæredes.de iurepatr. Abb. in c.1. num.2. de iurepatr. & ex profeſſo Rocch.de Curt.in d.tract.iuriſpatronat.in verb.ipſe vel is à quo.num.17.Paul.de Citadin.9.part.num.2.& Lambert.2. quæſt. princ. 2. part. lib. 1. ac item tranſit in filium emancipatum; in filium adoptiuum; & arrogatum; & monaſterium hæredes inſtitutos. idem Lambert.d.2. part. lib.1. art. 22. & art. 24.& art.25. ſecundæ quæſt.princ. & in filiũ naturalem hæredem in ſuis duabus vncijs tãtùm.art.26 num.3.& ſeqq.

4 Ampliatur tertiò etiam ſi in reſeruatione iuriſpatronatus, nulla hæredum mentio facta eſſet, adhuc namque ad ipſos hæredes tranſiret per tex.in l.ſi pactum.ff. de probat. cap.1. de duobus fratribus à capit.inueſt. l. veteris. in fin.C.de contrah. ſtipulat. l.ſi neceſſarias. §.de vendẽdo.ff.de pignorat.action. Calder. conſ.4.de iurepatr.Lambert.eod.tit. 2.part. lib. 1.art.4.ſecundæ quæſt.princ.nu.1.& 2.

Subampliatur primò iſta tertia ampliatio procedere etiam ſi iuſpatronatus ſibi ipſi tantùm reſeruaſſet cum illa dictione taxatiua; tantum; quia nihilominus hæc taxatiua non excludit niſi perſonas penitùs extraneas ex dictis & allegatis ſuperius in caſ.28.nu.11.

Subampliatur ſecũdò ampliatio hęc, vt procedat etiam ſi fundans, vel dotans eccleſiam ſibi expreſsè non reſeruaſſet iuſpatronatus; quia nihilominus fundatio, & dotatio ex ſe operatur reſeruationem iuriſpatronatus trãſmiſſibilis ad hæredes.c.ſignificauit. de teſtib. & ibi per illum tex.Card.& Abb.num.1.Staphil. de mod. & form.impetr.§.ſequitur.nu.5. facit tex.in c.nobis.de iurepatr.c. filijs.c. decernimus.16.q.7.Lambert. de iurepatr. part. 1.lib.1.art.4.ſecundæ quæſt.princ.Rot.deciſ. 5.de iurepatronat. in antiq.

5 Ampliatur quartò vt locum habeat etiam ſi fundans, vel dotans reſeruaſſet iuſpatronatus filio ſuo, & deſcendentibus ab eo; nàm ſi filius decedat abſque deſcendentibus relicto hærede aliquo collaterali, vel extraneo; illud ad eundem hæredem collateralem, vel extraneum trãſit. Anchar.cõſ.81. Rocch. de Curt. in verb. ipſe vel is à quo.nu.19.Lambertin.2. part.lib.1.art.5.ſecundæ quæſt.princ.

6 Ampliatur quintò, vt iuſpatronatus non ſolùm tranſeat ad hæredes maſculos, ſed etiã ad fæminas, quia iura loquentia de hac iuriſpatronatus tranſmiſſione non diſtinguunt inter maſculos, & fæminas, & aliàs fæminæ capaces ſunt iuriſpatronatus.c. fin. de conceſſ.præb. & facit. c. nobis.de iurepatr. Paul. de Citad.de iurepatr.part.3.num. 9. & ſeqq. Lambert.1.part.lib.1. art. 2. ſeptimæ quæſt. princ. Et ſic in ſpecie quòd iuſpatronatus tranſeat ad fæminas tenet Abb.in c.1.num.3. de iurepatr.Paul.de Citadin.d.tract. part. 9. nu.3.& 4.Et Rocch.de Curt.in eodem tract. in verb.ipſe, vel is à quo.num. 14. Lambert. 2. part. lib. 1.art. 14. ſecundæ quæſt. princ. Caſſador.deciſ.1.nu.4.de iurepatr.quod ſub ampliatur procedere etiam ſi eſſent meretrices.Rocch. de Curt. d. tract. de iurepatr. in verb.competens.num.3.

Declaratur hæc quinta ampliatio, vt procedat, quando fæminæ ſunt hæredes, ſecus ſi hæredes non ſunt, veluti ſi filia hæreditatem renunciauit, vel ex forma ſtatuti, ſiue conſuetudinis dotata excluditur ab hęreditate extãtibus maſculis; nam his caſibus iuſpatronatus ad eas non tranſit ab inteſtato Abb.in c.cum ſęculum.num.4. de iurepatronat. Federic. de ſen. conſ. 111.num.9.verſ. item quęritur, an filius.Card.in rubric.de iurepatronat. quæſt. 8.idem Abb.conſ.59.vol.1.Anchar.in Clem. plures.num.5. in fin. de iurepatr. Rocch. de Curt.de iurepatronat.verb.ipſe, vel is à quo. num.14.Paul.de Citadin.part.9.nu.4. Lambert.eod. tract.2.part.lib. 1. art.15. ſecundę quęſt. princ. Couarr. var. reſolut. lib. 2. cap. 18.nu.7.Laur.de Palat. in tract.quod extãtibus maſculis fœminę non ſuccedant.part. 3. nu. 48.& 49.ſed tranſiret ad illos ad quos vniuerſitas hęreditatis peruenit. Lambert.d.2. part.lib.1.art.18.ſecundę quęſt.princ.

7 Subdeclaratur declaratio, quia ſi iuſpatronatus acquiſitum eſſet pro ſe & filijs, non adiecto; hęredibus; tunc filij poſſunt habere iuſpatronatus etiam ſi hæreditatẽ repudiaſſent, vel aliàs non eſſent hæredes; nàm tali caſu veniunt vt filij, non vti hæredes. Marant. in l. is poteſt.nu.36.ff.de acquir.hæred.

8 Ampliatur ſextò, vt qui inſtitutus eſt in re certa dato cohęrede vniuerſali nõ ſuccedit in iurepatronatus, nec illud tranſit ad eũ, ſed trãſit ad hæredẽ vniuerſalẽ; ſic poſt lõgam diſputationẽ concludit Lãbert.2.part.lib.1.art.16. ſecundæ quæſt.princ.Eman.Coſta in c. ſi pater.in verb. Trebellianicę. num. 3. de teſtam. in 6.vbi alios allegant; namque inſtitutus in re certa habetur loco legatarij.l.quoties.C. de hæredib.inſtit.ſimiliter vbi ex conſuetudine, ſtatuto, teſtamento, vel alia diſpoſitione ſolus primogenitus ſuccedit in hęreditate, tũc iuſpatronatus tranſit in primogenitũ tantùm cum vniuerſitate hęreditatis, & non in alios fratres.idem Lambert.loco cit. art. 19. ſimiliter non tranſit in filium, vel filiam exhęredatam.Lambert.art.21.& pariter non tranſit hęreditate non adita.art.34.

9 Ampliatur ſeptimò, quia iuſpatronatus Eccleſię tranſit quoquè in directò ſubſtitutum.Ripa in l.centurio.num.54.Galiaul.nu. 122. ff. de vulg. & pupill. Gulielm. de Benedict.in c. Raynutius.in verb. ſi abſquè liberis il 2.de compend.ſubſt.num.24.Odd.de compend.part.5.quęſt.3.pręmiſſ.6.num.8.Trentacinq.de ſubſtit.part.4.cap.8.num.17.Intrigliol.de ſubſtit.cent.2.quęſt.85.nu.21.

10 Declaratur hic primus caſus, vt licet iuſpatronatus tranſeat ad hęredes directos, tamen non tranſit in fideicommiſſarios per tex. in l. quia perinde.§. reſtituta.ff. ad Trebell. & ratio eſt quia iuſpatronatus non recipit ęſtimationem.c.de iure.de iurepatr. ſed in reſtitutione fideicommiſſi deducitur quarta de omnibus bonis, ideoque neceſſaria eſt ęſtimatio bonorum.l. 1. §.ſi hęres.cum ll. ſeqq. ff. ad Trebell. & hanc partem tenent Bart. in d. l. quia perinde.§.reſtituta. Alex.in l.ſi patroni, num. 16.ff.ad Trebell.Gomez.var. reſolut. tom. 1. cap.5.num.39.Couarr. var. reſol. lib. 2. cap. 18.num.8.Rocch.de Curt.de iurepatr. verb. ipſe vel is à quo.Eman.Coſta in reper.d.cap. ſi pater.in verb. Trebellianicę, num. 4. de teſtam.in 6. Craſſ. in §. fideicommiſſum.quęſt. 92.Fachin.controuerſ.iur.lib.10.cap.94.Lambert.de iurepatronat.2.part.lib.1.art. 35. ſecundę quęſt. princ. cum pluribus alijs adductis per eos, & per Garz. de benefic. part.5. cap.9.num.17.& ſeqq.& Fuſar. de fideicom. ſubſtit.quęſt.634.num.2.

11 Secundus caſus eſt per permutationem, quia iuſpatronatus cum alio iurepatronatus & cum licentia Epiſcopi permutari poteſt, & ſic ex cauſa permutationis poteſt in alium tranſire.gloſ.1.in c.cùm ſęculum.de iurepatr. per tex.in c.nomini.16.q.7.Et ità tenet Paul. de Citadin.de iurepatr.part.9.num.13.Rocch.de Curt.in verb.ipſe, vel is a quo.numer. 27. Lambert. 2. part. lib. 1. tertia quęſtio. princ.

12 Tertius eſt caſus per donationem, nàm iuſpatronatus poteſt alteri donari.cap.1. de iurepatr.in 6.gloſ.1.in c.ſęculũ. eod. tit. & in c.

piæ

piæ mentis.16.q.7.Paul.de Citad.in loco cit. num.10.Rocch.num. 30. Lambert.4. quæſt. princ.2.part.lib.1.& art.2.

13 Quartus eſt per venditionem cum vniuerſitate, tranſit enim iuſpatronatus cum vniuerſitate bonorum.c.ex literis.de iurepatr.Lambert. eod. tract. 2. part. lib. 1. quintæ quæſt. princ.per totam.Craſſ.in §.tranſmiſſio quæſt. 30.num.3.

Et hos quatuor caſus, quibus iuspatronatus tranſit in alios ſcripſiſſe ſufficiat, alios tanquàm materiæ noſtræ minus congruentes per quiratis apud Paul.de Citadin.in tract. iuriſpatr. part. 9. & Rocch. in verbo. ipſe vel is à quo.& Lambert. in eod. tract. 2. part. lib. 1. quæſt.6.7.8.9.10.& 11.per totum.

*SVMMARIVM.*

*1 Feudum non tranſit in fideicommiſſarium; Fallit quando fideicommiſſarius eſt de comprahenſis in inueſtitura: quod intellige cum tribus reſtrictionibus.3.*

*2 Hæres in feudo non ſuccedit iudicio teſtatoris, ſed beneficio concedentis.*

*4 Feudum quando ad hæredes extraneos tranſibile ſit.*

*5 Feudum quod ad hæredes extraneos tranſitorium eſt, in fideicommiſſarium quoque tranſit: ac etiam in legatarium.7.& alium ſingularem ſucceſſorem.8.*

*6 Verba prolata à lege, vel ſtatuto referuntur ad habiles; ſecus ſi ab homine.*

## CASVS LXIII.

*Feudum an & quando tranſmittatur in fideicommiſſarium.*

1 QVemadmodum in fideicommiſſarium non tranſit ius ſepulchrorum, nec iuspatronatus, ità pariter in fideicommiſſarium non tranſit feudum.Bart. poſt Dyn. in l. ſi patroni.num. 3.& ibi Alex. nu.9.ff.ad Trebell.Bald. in l. cum virum. nu. 21.C.de fideicom.idem Alex.conſ.91. num. 10.lib.1.Roland.conſ.60.nu.53.lib.1. Ang. conſ.287.num. 9.verſ. nunc reſtat. Gulielm. de Benedict.in repet.cap. Raynutius, part.2. de compend.ſubſt.num.26. Craſſ. in §. fideicommiſſum.quæſtio. 50. Menoch. de præſumpt.lib.4.præſumpt.197.num.8.& 9.& ratio eſt quia in feudis nulla cadit ordinatio, ſeu diſpoſitio defuncti.c.1.de ſucceſſ.feud. c. 1.§.donare.qual. olim feud.alien. pot. Bald.
2 conſ.170.lib.1.ob id hæres in feudo non ſuccedit iure hæreditario, & iudicio teſtatoris, ſed ex tenore inueſtituræ, & ex prouidentia ac beneficio Domini concedentis.c.1. de conceſſ.feud.c.1.an agnat.vel fil.defunct.poſſ. retin.feud.repud.hæred.quæ autem obueniunt aliundè, quàm ex ſubſtantia, & iudicio teſtatoris, non ſunt reſtituenda fideicommiſſario. l.cohæredi.§.cum filiæ ff.de vulg.& pup. ibi; nec fideicommiſſo propriæ facultates filij tenebuntur; ad idem tex.in l.ſequens quæſtio. ff.de leg.2.l.3.§.vxor.ff.de dot.prælcg.Paul. de Caſtr.conſ.77.num.2.lib.2.Alex.conſ.20. num.9.lib.3.Crauet.conſ.24.num. 12. Dec. conſ.81.nu.8.Mantic.de coniect.vlt.volunt. lib. 7.tit.8.

3 Declaratur primò caſus non procedere, quando fideicommiſſarius eſt de perſonis cõpræhenſis in inueſtitura, quia tunc feudum benè tranſit in ipſum fideicommiſſarium. Bald.in d.l.cum virum.nu.21.C.de fideicom. & ita videtur sẽtire Ioan.And.in addit. ſpec. tit.de Emphiteoſ.§.nunc aliqua. in addit. incip.159.& ſequitur Iaſ.in prælud.feud.num. 46.Paul.de Caſtr.in d. l. ſi patroni.numer. 2. Alex.num.12.iuncto nu. 14. verſ. ſed ad hoc motiuum.ff. ad Trebell. idem Alex. conſ.19. num.9.lib.5.Ruin.conſ.72.nu.8.lib.5.Curt. iun.conſ.1.num.13.Socin. iun. conſ. 72. nu. 5.verſ.ſecundò,& num.6.vol.1.Gaill.obſeruat.154.num.14.in fin.lib.2.Gulielm.de Benedict. in c. Raynutius.part. 2. de compend. ſubſt.num.27.verſ.ſecundò Menoch.de præſumpt.lib.4.præſumpt.197.nu. 10. Hanc tamen declarationem impugnat Peregr. de fideicommiſ.art.6.nu.18.qui ſe reducit ad ſimplicem diſtinctionem, quod aut feudum eſt abſolutè hæreditarium & ſic etiam tranſibile ad extraneos & tunc tranſeat ad fideicommiſſarium; aut non eſt abſolutè hæreditarium, & non tranſeat, ad idque alios allegat: ſed nihilominus vera eſt declaratio, quia non eſt reſtituendum feudum fideicommiſſario ex eo capite, quod teſtator potuerit de eo diſponere, ſed quia filius hæres qui eſt grauatus fideicommiſſo, adeundo hæreditatem ſimpliciter, intelligitur factum defuncti approbare, & per hoc ſibi præiudicat, vt habetur in l. cum à matre. C.de rei vendic.l. ſi ab eo.in fin. C. de liber.cauſ.ſic Alex.in d.l.ſi patroni.numer. 12. verſic, ſed ad hoc motiuum.& conſ.29.num. 7.ad fin.lib.5.& Ruin.conſ.1.num.13. verſ. prædicta etiam confirmantur.lib.1.

Subdeclaratur autem ipſa declaratio, vt locum habeat ſolummodo cum infraſcriptis

reſtrictionibus: primò quod feudum receptū ſit etiam pro hæredibus, puta pro ſe, liberis, & hæredibus, & grauatus fideicommiſſo ſit hæres vniuerſalis teſtatoris fideicommittentis: nam ſi receptum eſſet pro ſe, & liberis non appoſito illo verbo; hæredibus; tunc non participaret de natura hæreditarij, & ſic quamuis filius inſtitutus eſſet hæres, & is hæreditatem paternam ſimpliciter acceptaret, non tamen teneretur feudum reſtituere fideicommiſſario etiam in inueſtitura compræhenſo. Alex. in l. ſi patroni, num. 14. verſ. & hoc puto verū. ff. ad Trebel. Iacobin. de Sāct. Georg. in verb. & cum pacto, quod de ipſo feudo, nu. 10. Secundò quod iſtud feudum conceſſum pro ſe, liberis, & hæredibus ſit feudum nouum vel ſi eſt antiquum, quòd ſit confectum inuentarium, namquè ſecus eſt ſi feudum eſſet antiquum, & inuentariū confectum non eſſet per not. per Bald. in l. qui ſe patris, num. 11. C. vn de liber. Ruin. conſ. 38. num. 18. & num. 19. verſ. non obſtat, & num. 20. lib. 1. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 7. tit. 5. num. 3. verſic. item aduerte. Menoch. de pręſumpt. lib. 4. pręſumpt. 197. num. 11. Tertiò quòad præiudicium ipſius hæredis tantùm, non quoad pręiudicium aliorum, quia ſi ipſe hęres eſt de cōpręhenſis in inueſtitura, & eſt proximior feudi ſucceſſor, poteſt ſibi ipſi in eodem feudo pręiudicare: Bald. in l. fin. num. 5. C. de reuocand. donat. Roland. conſ. 100. num. 68. lib. 4. facit tex. in l. quoties. la. 1. C. de fideicom. ſed eo deinde mortuo, poteſt is qui eſt proximior feudi ſucceſſor, ipſum feudum reſtitutū vendicare; & ſi ipſe hęres non eſt de compręhenſis in inueſtitura, vel non eſt proximior, tunc is qui eſt proximior poteſt reſtitutionē fiendam remotiori agnato impedire. Ruin. cōſil. 8. num. 10. & 11. lib. 1. Clar. in §. feudum. quęſt. 85. nu. 3. Mantic. de coniectur. vlt. volunt. lib. 7. tit. 9. num. 2. verſ. ſed aduerte. Roſentall. de feud. cap. 7. concluſ. 11. numer. 13. & 14.

4 Declaratur ſecundò caſus non procedere, vbi feudum ex tenore inueſtiturę, vel loci cōſuetudine trāſibile eſt etiam ad extraneos hęredes, puta ſi receptum eſſet pro ſe, & hęredibus quibuſcunquè, nam tale feudum propter illa verba, & hęredibus quibuſcunque; non retinet propriam naturā feudi. c. 1. de feud. non hab. prop. nat. feud. ſed potius ſortiretur naturam patrimonij ad quoſcunque tranſitorij, cùm dictio; quibuſcūque; debeat operari augmentum, arg. l. baliſta. ff. ad Trebell. ob id trāſit indiſtinctè in fideicommiſſarium, etiam in inueſtitura non compręhenſum: ita decidit Alex. in l. ſi patroni, num. 14. in fin. & nu. 15. ff. ad Trebell. Iaſ. in prælud. feud. num. 49. Iacob. de Sanct. Georg. in ſua inueſt. in verb. & cum pacto quod de ipſo feudo. num. 11. Socin. iun. conſ. 72. num. 22. & 23. lib. 1. Pariſ. conſ. 2. num. 42. & conſ. 3. num. 34. vol. 1. Roland. conſ. 10. nu. 31. lib. 3. Guliel. de Bened. in loc. cit. num. 27. verſ. idem & tertiò: Brun. conſ. 24. num. 4. Tiraq. de retract. conſang. §. 1. gloſ. 7 num. 21. Idem ſi in conceſſione feudi dictum eſſet; pro ſe, & hæredibus omnibus; Bald. in c. in præſentia. numer. 20. de probat. Alex. conſ. 195. nu. 4. lib. 6. Roland. conſ. 60. num. 49. lib. 4. Natta conſ. 478. num. 4. vel ſi feudum eſſet francum, quia habens feudum Francum poteſt de eo teſtari, & fideicommiſſum facere, cùm ſit liberū, & gratioſum. arg. l. ſi quando. C. de inoff. teſt. ſic Bald. in authētica. niſi rogati. num. 15. C. ad Trebell. Iacobin. in verb. & cum pacto quod de ipſo feudo. num. 15. in fin. Curt. de feud. 1. par. quęſt. 8. num. 29. Iaſ. in prælud. feud. num. 118. & conſ. 57. numer. 5. lib. 1. Socin. iun. conſ. 115. num. 32. lib. 2. Roland. conſ. 10. num. 30. lib. 3. Vel ſi feudum conceſſum eſſet cum clauſula; & quibus dederit; c. 1. de feud. non hab. prop. nat. feud. & ibi omnes not. c. 1. §. feudū. & ibi gloſ. ſi de feud. defunct. cont. ſit. Iaſ. conſil. 155. num. 8. & conſ. 156. num. 4. lib. 2. Socin. iun. conſ. 72. num. 23. lib. 1. Roland. conſ. 1. num. 46. & ſeqq. & conſ. 55. nu. 33. & ſeqq. lib. 3. Vel ſi in ipſa feudi conceſſione dictum eſſet; ad dandum, & alienandum; tunc enim feudum tranſit ad quoſcunque hæredes etiā extraneos. Dec. conſ. 614. num. 6. verſ. ſecundò principaliter. Pariſ. cōſ. 3. col. 2. in fin. vol. 1. Roland. conſ. 55. num. 37. lib. 3. nàm valet pactum quod bona feudalia poſſint alienari, cùm inueſtitura legem accipiat à conuentione. Calder. conſ. 11. de feud. Dec. d. cōſ. 614. num. 7. Vel ſi in eadem feudi conceſſione dictum eſſet; pro ſe & cui voluerit; quia ex iſtis verbis videtur data licentia alienandi ſine cōſenſu Domini. Abb. conſ. 3. in 3. dub. vol. 2. Socin. iun. conſ. 42. num. 1. vol. 3. Dec. conſ. 390. num. 8. vel ſi de conſuetudine loci poſſet Vaſſallus de feudis teſtari, vel ea alienare: nā talis conſuetudo valida eſſet. Fab. in §. 1. nu. 3. inſtit. de rer. diuiſ. Guid. Pap. deciſ. 59. nu. 2. & deciſ. 297. num. 2. Gaill. obſeruat. 154. nu. 14. verſ. niſi conſuetudo. & obſeruat. 149. num. 10. lib. 2. Roſentall. de feud. cap. 7. concluſ. 8. his enim omnibus, & ſimilibus caſibus recitatis per Roland. d. conſ. 55. num. 31. & ſeqq.

ſeqq.lib.3.feudum eſt hæreditarium,& tran-
ſitorium etiam ad hæredes extraneos,& con-
ſequenter ad fideicommiſſarium:quia vbi feu
5 dum eſt tranſitorium ad hæredes extraneos,
etiam ad fideicommiſſarium tranſitorium eſt,
& in fideicommiſſo cōtinetur. Curt. de feud.
part.4.num.133.Socin.iun.conſ.42.num.1.
lib.1.Natta conſ.159.num.19.Clar.in §.feu
dum.quæſt.85.num.3.in fin. Peregrin. de fi-
deicom.art.6.nu.18.

6 Et licet hæc talia verba prolata in ſupra re
citatis cōceſſionibus feudorum, videantur ſe
reſtringere ad habiles tantùm;hoc verum eſ-
ſet, ſi eſſent prolata à lege, vel ſtatuto, tunc
enim reciperent quidem interpretationem de
habilitate, & deberent referri ad habiles ſe-
cundum ſubiectam materiam & non ad peni-
tus extraneos;ſecus eſt vbi proferũtur ab ho-
mine,vt in conceſſione feudi. Bald. in l. cum
virum.num.21.C. de fideicom. Alex. in l. ſi
patroni.num.15.ff.ad Trebell.Ripa in l.ex fa
cto.§.ſi quis ità.num.17.ff.eod.tit.Iaſ.in præ
lud.feud.num.49.Guliel.de Bened. in repet.
cap.Raynutius.in verb.ſi abſquè liberis.2.de
compendioſ.ſubſt.nu.27. verſ. vnde hoc. de
teſtam.Curt.iun.in tract.feud.part.3.nu.63.
verſ.& ideo.& conſ.1.num.3. Roſentall. de
feud.cap.2.concluſ.35.Surd.conſ.267.num.
19.vol.2.cum pluribus per eos congeſtis.

7 Ampliatur hæc ſecunda declaratio, quia
feuda huiuſmodi hæreditaria, & ad hæredes
extraneos tranſitoria,non ſolum tranſeunt in
fideicommiſſarium;ſed etiam in legatarium.
Bald.in c. imperialem. num. 19. de prohibit.
alienat.feud.per Frid.Mantic.de coniect. lib.
9.tit.12.nu.14.vbi omnes alios allegat.Alex.
conſ.7.num.8.lib.7.Socin.iun.conſil.72.nu.
22.lib.1.Craſſ.in §.legatum.quæſt.26.nu.1.
ac etiam in hæredem.Roſentall.de feud. cap.
7.concluſ.6.& in alium quemcunque etiam
8 ſingularem ſucceſſorem, quia in feudo hære-
ditario idem iùdicatur,quod de alijs rebus hę
reditarijs & allodialibus Bald. in d. l. cum vi-
rum.num.21.C.de fideicom. Dec.conſ.395.
num.5.Crauet.conſ.256.ſub num. 4. verſic.
ſed quando. cum alijs allegatis per Surd. con
ſil.105.num.9.& conſ.108.nu.2.vol.1.

*S V M M A R I V M.*

1 *Emphiteoſis conceſſa à priuato tranſit in fi-
deicommiſſarium vniuerſalem; in ſingula-
rem autem ſecus.3.idem in Emphiteoſi con-
ceſſa à ciuitate.2.*

4 *Emphiteoſis recepta ab Eccleſia in caſibus,
quibus tranſit ad hæredes extraneos, tran-
ſit etiam in fideicommiſſarium: & recitan-
tur decem modi, quibus ad hæredes extra-
neos tranſit.5.*

6 *Solemnitates roborant factum tantùm prout
eſt,nec aliud operantur.*

## C A S V S LXIV.

*Emphiteoſis an & quando tranſmittatur
in fideicommiſſarium.*

EMphiteoſis vtrum tranſeat ad fi-
deicommiſſarium, & ſic veniat in
reſtitutione fideicommiſſi nunc
agendum eſt, & duo in hoc paſſu
diſtinguendi ſunt caſus.

1 Primus caſus eſt de Emphiteoſi conceſſa à
priuato, & talis emphiteoſis, ſi verba inueſti-
turæ non repugnant in fideicommiſſarium
vniuerſalem tranſit.Alex.poſt Imol.in l. ſi pa
troni.num.14.ff.ad Trebell. Ruin.conſ.161.
num. 31. lib.1. Guliel. de Benedict.in repet.
cap.Raynutius.part.2.in verb.ſi abſquè libe-
ris.de compend.ſubſtit. num.29. Craſſ. in §.
fideicommiſſum.quæſt.51.num.1.& ratio eſt
quia fideicommiſſarius cenſetur eſſe hæres. l.
poſtulante.in princ.ff.ad Trebell.l.ſi filiusfa-
milias. §. 1. ff. quod cum eo. ſed emphiteoſis
intelligitur recepta pro ſe,& hæredibus, cùm
inter contrahentes id actum eſſe intelligatur,
vt hæredibus conſulatur.l.ſi pactũ. ff. de pro-
bat.l.veteres.C.de contrah. ſtipulat.

2 Ampliatur, vt idem ſit quoquè in Emphi-
teoſi conceſſa à ciuitate, vel vniuerſitate,hęc
enim Emphiteoſis ſimiliter tranſit ad hære-
des extraneos,l.1.ff.ſi ager vectigal. vel Em-
phit. & conſequenter in fideicommiſſarium.
Bart.in d.l.ſi patroni.nu.4.ff.ad Trebell.Mã-
tic.de tacit.& ambig. conuent.lib.22. tit.19
num.3.

3 Declaratur aliter eſſe,quoad fideicommiſ-
ſarium ſingularem; Emphiteoſis enim in fi-
deicommiſſarium ſingularem,vel in alium ti-
tulo ſingulari non tranſit,quamuis ea recepta
ſit à priuato.Alex.in d. l. ſi patroni.num. 14.
verſ.non obſtãt etiam iura.ff.ad Trebell.Gu-
lielm.de Bened.in loco cit. num.29. namque
fideicommiſſarius particularis, vel alius titu-
lo ſingulari ſuccedens,non dicitur eſſe hæres.
l.quoties.C.de hæred.inſtit.

4 Secundus caſus eſt de Emphiteoſi recepta
ab Eccleſia: Et veritas iſtius caſus pendet ab
illo articulo, an Emphiteoſis Eccleſiaſtica
tranſeat ad hęredes extraneos,nàm in caſibus
quibùs

quibus ea tranſit ad hęredes extraneos tranſit etiam in fideicommiſſarium. Ruin. conſ. 161. nu. 31. lib. 1. Socin. iun. conſ. 79. nu. 16. lib. 4. Burſat. conſ. 48. num. 24. lib. 1. Craſſ. in §. fideicommiſſum. quæſt. 51. num. 5. in fin. & ante eos Bart. in l. ſi patroni. num. 4. & ibi ſentit Alex. num. 14. verſ. ſed in Emphiteoſi. ff. ad Trebell.

5 Ad hæredes autem extraneos tranſit, primò ſi conceſſio Emphiteoſis Eccleſiaſticæ facta eſt cum ſolemnitatibus iuris, & vltra ſolẽnitates facta eſt verbis quæ hoc importent, puta pro omnibus hęredibus, vel pro quibuſcunque hæredibus: Bald. in c. in pręſentia. nu. 20. de probat. Felin. in c. quia g. num. 5. verſ. fallit. de iudic. Alex. conſ. 195. num. 4. lib. 6. Couar. var. reſol. lib. 2. cap. 17. num. 5. verſic. quarta concluſio. verb. quandoquè etiam. Clar. in §. Emphiteoſis. quæſt. 28. verſ. ſecundus eſt caſus. Roland. conſ. 96. num. 28. & ſeqq. lib. 1. Socin. ſen. conſ. 195. num. 4. lib. 1.

Secundò tranſit ad hæredes extraneos, ſi conceſſa eſt pro ſe, & quibus dederit. Curt. iun. conſ. 4. num. 1. verſ. ſed quoniam: vbi dicit hanc eſſe communem ſententiam. & conſ. 130. num. 2. Couar. var. reſolut. lib. 2. cap. 17. num. 5. verſ. quarta concluſio. verb. quin, & idem dicendum erit. Dec. conſ. 171. nu. 2. Cæphal. conſ. 400. num. 6. & 7. Clar. in §. Emphiteoſis. quæſt. 28. verſ. ſecundus eſt caſus. & ratio eſt, quia ex propria ſignificatione iſtorum verborum etiam hæredes extranei continentur, per tex. in c. 1. de feud. non habent. propr. nat. feud. Et alienatio Emphiteoſis permiſſa eſt etiam ſine conſenſu Domini. Corbul. de iure Emphit. de cauſ. priuat. ob alienat. irrequiſit. dom. limit. 2. num. 1. & 2. vbi alios omnes adducit: quod ampliatur procedere, vt nõ ſolùm tranſeat ad hæredes extraneos ex teſtamẽto, ſed etiam ab inteſtato. idem Curt. iun. d. conſ. 4. num. 1. verſ. ſed difficultas. & nu. 2.

Tertiò tranſit ad hæredes extraneos, ſi in conceſſione appoſita eſt clauſula; ad habendum, tenendum, & quicquid voluerit faciendum; tunc enim cenſetur conceſſa licentia Emphiteotæ alienandi. Corbul. de iure Emphit. de cauſ. priuat. ob alienat. limit. 3. num. 1. Seraphin. deciſ. 353. num. 4. & 5.

Quartò quando contractus non eſt propriè Emphiteoticus, veluti cùm cenſus correſpondet fructibus, nam tunc videtur eſſe ſimplex locatio, & tranſit ad hæredes etiam extraneos, quod procedit etiam ſi locatio iſta ſit perpetua. Ruin. conſ. 161. num. 22. & 23. lib. 1. Alciat. conſ. 39. num. 2. lib. 1. Roland. conſ. 96. num. 26. & 27. lib. 1. Cęphal. conſ. 9. num. 10. Rimin. iun. conſ. 44. num. 38. & conſ. 160. nu. 9. in fin. & ſeqq. & conſ. 461. nu. 25. Gabriel conſ. 56. nu. 15. lib. 2.

Quintò tranſit emphiteoſis Eccleſiaſtica ad extraneos hęredes, quando conceſſa eſt ad certum tempus, veluti vſquè ad viginti, vel triginta annos, nam ſi verba conceſſionis non repugnant, hæc emphiteoſis trãſmiſſibilis eſt intra dictum tempus etiam ad hęredes extraneos. Clar. in §. emphiteoſis. quæſt. 28. verſic. tertio modo.

Sextò ſi ab Eccleſia conceſſæ ſint in Emphiteoſim res deteriores quæ aliàs locari non poſſunt; hoc caſu actum eſſe intelligitur, vt cùm factæ fuerint meliores ad extraneos etiã hæredes tranſeant. Bart. in l. quicunque. C. de omni agro deſert. Socin. ſen. conſ. 266. num. 37. verſ. præterea. lib. 2. Ripa in l. 1. num. 14. ff. de priuileg. credit. Gabriel. conſ. 76. num. 14. lib. 2. mouentur per tex. in c. 2. §. ſi quas vero ruinas. 10. q. 2. c. ad aures. de reb. ecc. nõ alien. §. ſi vero quędam ſunt. in authentico. de alienat. & emphit. authentica. ſi quas ruinas. C. de ſacroſ. eccleſ. vbi quando fundus eſt ſterilis, vel quando reducitur ad culturam concedi poteſt in emphiteoſim in perpetuum, & certè iniquiſſimum eſt, quod hæredes emphiteotę habeant deplorare labores autorum ſuorũ. l. fin. C. de alluuion.

Septimò quando recepta quidem eſt emphiteoſis ab Eccleſia ſed aliter nõ conſtat bona ipſa fuiſſe bona eiuſdem Eccleſiæ; hoc ſanè caſu etiãſi conceſſio facta eſſet ſimpliciter pro ſe, & hæredibus, tamen tranſiret etiam ad hæredes extraneos, quia Eccleſia debet eſſe contenta, quod ſenſerit commodum recognitionis, cùm aliter probari non poſſit dominium directum ad ſe pertinere. Sic Grat. conſil. 55. num. 29. lib. 1. Rimin. iun. conſ. 461. num. 31. & ſeq. Clar. in §. emphiteoſis. quęſt. 28. verſ. vnum tamen ſcias.

Octauò, ſi emphiteoſis Eccleſiaſtica facta eſt ſemel tranſmiſſibilis ad hęredem extraneum, durat ſemper trãſmiſſibilis etiam quò ad alios. Ruin. conſ. 161. num. 33. & 34. lib. 1. Gabriel. conſ. 76. nu. 16. lib. 2. res enim ſemel facta tranſmiſſibilis, durat perpetuò tranſmiſſibilis. l. videamus. ff. quod met. cauſ. Bart. in l. qui duos. num. 11. Socin. num. 31. ff. de reb. dub.

Nonò emphiteoſis Eccleſiaſtica tranſit ad hæredes extraneos, ſi bona ſemel conceſſa fuerunt in emphiteoſim cum debita iuris ſolemnitate etiam pro hęredibus extraneis, nam poterit

terit poſtmodum denuò concedi ſecundum tenorem prioris conceſſionis abſquè alia ſolemnitate. Paul. de Caſtr. in l. etiam. num. 4. in fin. & ibi Alex. num. 5. verſ. ſecundò limita. ff. ſolut. matrim. idem Alex. conſ. 189. num. 16. verſ. & licet. lib. 2. Socin. ſen. conſ. 266. num. 35. lib. 2. Redoan. de reb. eccleſ. non alien. quæſt. 51. num. 7. etiam quòad effectum, vt poſſit tranſire ad hæredes extraneos. Rimin. iun. conſ. 461. num. 24. Clar. in §. emphiteoſis. quæſt. 28. ſub num. 4. verſ. aut verò erat ſolita concedi etiam pro extraneis. per tex. in c. 2. de feud.

Ampliatur quia ſtante prima conceſſione emphiteoſis ſolemniter facta etiam pro hæredibus extraneis, non ſolùm poteſt fieri ſecunda conceſſio expreſsè pro hæredibus extraneis, vt dictum eſt, imò ſi ipſa ſecunda conceſſio emphiteoſis facta eſſet ſimpliciter abſquè alia hæredum extraneorum ſpecificatione, adhuc cenſeretur facta pro hæredibus extraneis, quia facta eſſe intelligitur ſecundum formam conſuetã, & pro perſonis cõſuetis. Bald. in authentica. ſi quas ruinas. nu. 2. in fin. verſ. dico etiam. C. de ſacroſ. eccleſ. & in l. ſi certis annis. nu. 9. C. de pactis. Aret. in l. qui in aliena. §. 1. ſub nu. 3. verſ. & ideo infert. ff. de acquir. hæred. Bero. conſ. 106. numer. 25. lib. 1. Alex. conſ. 189. num. 16. verſ. tamen ſi ſemel. lib. 2. & conſuetum dicitur quando vnica tantùm conceſſio præceſſit quæ facta eſt cum ſolemnitate requiſita. Rota deciſ. 160. num. 5. part. 2. diuerſ. Gabriel. concluſ. 1. de locat. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 22. tit. 7. num. 17.

Decimò emphiteoſis Eccleſiaſtica ſecundum aliquos tranſit ad hæredes extraneos etiam quando ea conceſſa eſt ſimpliciter pro ſe, & hæredibus. Verùm in hoc puncto Doctores ſunt diuiſi inter ſe, alij affirmatiuam, alij negatiuam tenentes, vt per Clar. in §. emphiteoſis. quæſt. 28. num. 5. & infra. & Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 22. tit. 19. numer. 1. & ſeqq. qui congerunt omnes pro vtraque parte, ſed tamen concludunt pro negatiua tanquàm magis communi quòd ad hæredes extraneos non tranſeat per tex. in §. emphiteoſim. in authentico. de nõ alienand. qui tex. in hoc quoad qualitatem ſucceſſorum ex §. licentiam. in authentico. de alienat. & emphit. non cenſetur correctus. Dec. in c. in præſentia. num. 44. & 45. de probat. Anchar. conſil. 134. num. 1. And. Barbat. conſ. 63. nu. 26. lib. 1. & hac parte negatiua ſic firmata. Ampliatur primò vt procedat etiamſi in conceſſione huius emphiteoſis Eccleſiaſticæ, adhibitæ ſunt iuris ſolemnitates, adhuc enim ad hæredes extraneos non tranſiret Clar. in §. emphiteoſis. quæſt. 28. ſub num. 6. verſ. quicquid tamen. Gabriel. conſ. 84. num. 51. & 52. lib. 2. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib.
6 22. tit. 19. num. 19. & ratio eſt quia ſolemnitates non extendunt diſpoſitionem, nec operantur aliquid noui, ſed roborant factum tantùm prout eſt. c. quia diuerſitatem. de cõceſſ. præbend. c. ex parte abbatiſſæ. in fin. c. quia intentionis. de priuileg. c. illa. ne ſede vacant. gloſ. in l. ex verbis. in verb. cui. C. de donat. inter vir. & vxor. Ampliatur ſecundò procedere etiam ſi dictum ſit; pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus; quia pariter emphiteoſis Eccleſiaſtica ad hæredes extraneos non tranſiret, nàm verbum; hæredibus; verificatur in deſcẽdente, qui ſit directò hæres vniuerſalis de iure Ciuili; Et verbum; ſucceſſoribus; verificatur in ſucceſſore vniuerſali de iure prætorio, vel in fideicommiſſario vniuerſali, qui pariter dicitur hæres. l. ſtipulatio iſta. in princ. iuncta gloſ. in verb. cæterorum. ff. de verb. oblig. l. ſi filiusfamilias. §. 1. ff. quod cum eo. & ſic dixit, & conſuluit Alex. conſ. 83. nu. 1. & 2. lib. 7. Ruin. conſ. 161. num. 9. lib. 1. Dec. conſil. 171. num. 5. Iaſ. conſ. 89. num. 16. vol. 3. Roland. conſ. 96. nu. 5. & ſeqq. lib. 1. idem Alex. in l. quędam. §. nihil intereſt. nu. 2. ff. de edẽd. Gabriel conſ. 84. num. 51. & 52. lib. 2. Ampliatur tertiò, vt locum habeat etiam ſi dictũ fuerit pro hæredibus, & ſucceſſoribus in perpetuum, quia adhuc intelligitur de deſcendẽtibus, non de extraneis ſecundùm Ruin. d. cõſil. 161. num. 10. in fine. & num. 11. lib. 1. & Barbat. conſ. 63. num. 23. & ſeqq. lib. 1. ſed tamen, quod imò emphiteoſis Eccleſiaſtica cõceſſa pro hæredibus, & ſucceſſoribus in perpetuum tranſeat ad hæredes extraneos tenet Bald. in authentica. ſi quas ruinas. num. 1. verſic. ſi autem. C. de ſacroſ. eccleſ. Anchar. conſ. 443. num. 8. Socin. ſen. conſ. 266. numer. 37. verſ. ſecundò. lib. 2. Gabriel conſ. 76. num. 7. & ſeqq. lib. 2. Couar. var. reſolut. lib. 2. cap. 17. num. 5. verſ. quarta concluſio. & iſtam opinionem veriorem eſſe credo, nàm perpetua conceſſio eſt penè totalis alienatio. §. illum. verſ. neque illud. in authentico. de non alienand. ſed certè non eſſet talis ſi ad deſcendentes tantùm reſtringeretur.

*SVMMARIVM.*

1 *Ius petendi, & onus reddendi rationem adminiſtrationis ad hæredes tranſit & in foro defuncti 3. & durat vſquè ad triginta annos 4.*

2 *Hæredes tenentur exhibere libros rationum etiam ſi agatur de vſuris defuncti.*

5 *Librum rationum quilibet adminiſtrator tenetur conficere, & exhibere.*

## CASVS LXV.

### *Ius petendi, & onus reddendi rationem adminiſtrationis, an ad hæredes tranſeat.*

1 SIcut ius petẽdi rationem adminiſtrationis tranſit ad hęredes illius, cuius bona adminiſtrata ſunt. l. 3. §. hæc actio. ff. de neg. geſt. l. tutelę. C. arbitr. tut. ſic onus reddendi rationem adminiſtrationis tranſit ad hæredes illius, qui bona ipſa adminiſtrauit, itaut hæredes quoquè adminiſtratorum rationẽ adminiſtrationis reddere aſtricti ſunt. d. l. 3. §. hæc actio. ff. de neg. geſt. l. curatoris. C. eod. l. omnes. l. tutelæ. C. arbitr. tut. Alex. conſ. 110. num. 21. lib. 3. Paul. de Caſtr. conſ. 370. num. 1. lib. 1. Roman. conſ. 413. Dec. cõſil. 110. num. 7. Roland. conſ. 49. num. 14. lib. 1. Boer. deciſ. 59. in princ. Borgnin. de tut. & curat. num. 202. Verall. deciſ. 157. num. 1. & 2. part. 2.

2 Ampliatur primò quia hæredes tenentur non ſolùm reddere rationem adminiſtrationis defuncti, ſed etiam tenentur exhibere librum rationum Paul. de Caſtr. conſ. 227. lib. 2. & facit tex. in l. ſi quis ex argentarijs. §. cogentur. & l. quædam. §. nihil. ff. de edend. vbi habetur quòd quando locus eſt editioni librorum rationum, onus edendi eoſdẽ libros tranſit ad hæredes, & ſucceſſores, idquè procedit etiam in hæredibus vſurarij, namquè hæredes quoquè vſurarij; dum agitur de vſuris; tenentur edere libros defuncti gloſ. in Clem. 1. §. cæterum. in verb. ipſos. & ibi Bonif. de vital. nũ. 75. & Imol. num. 20. de vſur. quod tamen intelligo dummodò conſtet ſaltem ſummariè ipſum defunctum fuiſſe vſurarium, non alias. ſic lap. in d. Clem. 1. nu. 1. & Card. nu. 1. & Imol. num. 22. verſ. iuxta.

3 Ampliatur ſecundò quia hæredes poſſunt conueniri pro reddenda ratione adminiſtrationis coràm eiſdem iudicibus coràm quibus conueniendus eſſet defunctus, ſi viueret Roman. conſ. 306. num. 2. per tex. in l. hæres abſens. in princ. ff. de iudic. vbi dicitur quòd hęres conueniendus eſt in foro defuncti, nec aliquo ſuo proprio priuilegio excuſatur, & per rationem quia ex perſona ſucceſſorum non debent iura alterius deteriora fieri l. 2. §. ex his. ff. de verb. obligat.

4 Ampliatur tertiò, quia poſſunt cogi ijdem hæredes ad reddẽdum rationem adminiſtrationis vſquè ad triginta annos, nec ſufficit pręſcriptio longi temporis decem, vel viginti annorum. l. maximè. ff. de adminiſtrat. tut. l. tutores. C. arbitr. tut. l. neque. C. quib. non obijcit. long. temp. præſcript. Borgnin. de tut. & curat. numer. 202. Cui ampliationi non obſtat præſumpta hæredum ignorantia, vti in locum alterius ſuccedẽtium. l. qui in alterius. ff. de reg. iur. vel quod contra eos non deferatur iuramentum in litem. l. is qui. l. alio iure. l. fin. C. de in lit. iur. Plott. de in lit. iur. §. 49. nu
5 mer. 20. quia reſpondetur quemlibet adminiſtratorem teneri cõficere, & exhibere librum rationum. l. cum ſeruus. ff. de condit. & demõſtrat. l. ſi ſtatulibera. §. fin. ff. de ſtatuliber. Socin. iun. conſ. 148. num. 6. & 7. lib. 1. Verall. d. deciſ. 157. part. 2. Et ſi liber rationum ab adminiſtratore mortuo confectus non fuerit, nõ propterea hæredes liberantur ex eo quia contra eos non poſſit in litem iurari, ſed procedẽdum eſt ad veritatem ipſarum rationum mediantibus indicijs, argumentis, & alijs probationibus. d. l. is qui. & l. fin. C. de in lit. iurand.

*SVMMARIVM.*

1 *Vſufructus morte vſufructuarij finitur, & non tranſmittitur ad hæredes: idem eſt de cautione: idem de actione pro vſufructu. 2. idem ſi vſufructus legatus ſit ad certum, & limitatum tempus 3. & ſeqq. in hærede ſecus eſt 4. Fallit ſi actum eſt, vt tranſmittatur, tunc enim tranſmitteretur ad primos non ad vlteriores. 8. Fallit in operis hominis legatis. 9. Fallit item quoad fructus iam perceptos ſiue à ſolo ſeparatos. 11. & ſeqq. ſiue quoad actionem ad intereſſe. 16.*

10 *Vſufructus non eſt tranſmiſſibilis ad hæredes vſufructuarij principalis, ad hæredes autem vſufructuarij ſubalterni ſic.*

15 *Fructus pendentes dicuntur pars fundi.*

17 *Alimenta præterita ad hæredes tranſmittuntur ſi debentur iure actionis, ſecus ſi officio iudicis: Futura nequaquam: declaratur. 18.*

19 Lega-

19 *Legatarius annui legati moriens anno incapto, tranſmittit legatum illius anni; ac etiã vſumfructum ſurrogatum in eius locum.* 20.

21 *Vſufructus durante vita vſufructuarij quoad perceptionem vendi, cedi, & donari poteſt, ſecus quoad ipſum ius vtendi, & idem eſt de fructibus decimarum, & eccleſiarum, & idem eſt de penſione Eccleſiaſtica. num.* 22.

23 *Penſio non eſt profana ſed annexa ſpirituali.*

24 *Legata aliqua re ad vſufructuandum an ea tranſmittatur: & quid ſi additum eſt vt illa alienari non poſsit.* 27.

## CASVS LXVI.

*Vſusfructus, an ad hæredes vel alios tranſmittatur.*

1 NVnc de vſufructu videndum eſt, qui de ſui natura ad hæredes non tranſmittitur. l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis ità ſtipulatus fuerit vti frui. ff. de verb. oblig. l. vſufructu. §. ſi cũ haberet. ff. ſolut. matrim. l. 2. l. 3. ff. quand. dies leg. ced. l. ſi patri. C de vſufruct. l. vnic. §. libertatibus. C. de caduc. tollend. l. ambiguitatem. C. de vſufruct. & ratio eſt, quia morte finitur. l. ſicut in annos. §. morte. ff. quib. mod. vſufruct. d. l. ambiguitatem. C. de vſufruct. §. finitur. inſtit. eod. de vſufruct. prout conſequenter
2 nec cautio ſuper vſufructu ad hæredes tranſit. l. tribus. §. finito. ff. de vſufruct. ear. rer. quę vſu conſum. nec actio pro vſufructu gloſ. per illum tex. in l. qui vſumfructum. §. ſtipulatus ſum. in verb. debiturum. ff. de vſufruct. & quemad. quis vtat.

3 Ampliatur primò caſus vt procedat etiam ſi vſufructus legatus ſit ad certum & limitatũ tempus, nam ſi legatarius interim moritur ante dictum tempus, non tranſmittit vſumfructum reſidui temporis ad hæredes. l. ambiguitatem. & ibi gloſ. in verb. ſub certo. & Bald. num. 1. Paul. de Caſtr. num. 3. C. de vſufruct. Caualcan. de vſufruct. num. 137. in fin. ſicut enim ad hæredes non tranſmittitur vſusfructus relictus ſine temporis præfinitione. l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis ità ſtipulatus fuerit, vti frui. ff. de verb. obligat. quia ille finitur morte. l. ſicut in annos. §. morte. ff. q b. mod. vſusfruct. amitt. §. finitur. inſtit. de vſufruct. multò minus ad hæredes tranſmittitur vſusfructus relictus cum temporis præfinitione, ne plus operetur minus plenum, quàm magis plenum legatum, ſic idem Bald. in d. l. ambiguitatem. num. 1. C. de vſufruct.

4 Declaratur primò ampliatio, quia licet legatarius cui relictus eſt vſusfructus ad certũ limitatũ tempus, interim decedens non tranſmittat vſumfructum reſidui temporis, nihilominus ſi ante finitũ tempus vſufructui præfixum decedat hæres teſtatoris, idem hæres bene tranſmittit proprietatem ad ſuos hæredes ſecuta tamen morte vſufructuarij nedùm cum relictum eſt legatum vſusfructus alicuius rei particularis, vt dixi in caſu. 1. num. 42. ſed etiam cùm relictum eſt legatum vſusfructus vniuerſalis totius hæreditatis, namquè hæres inſtitutus poſt mortem vſufructuarij cenſetur inſtitutus purè, & propterea decedẽs ante ipſum vſufructuarium tranſmittit hæreditatem ad ſuos hæredes, vt pariter dixi in caſu 8. num. 153.

5 Declaratur ſecundò iſta ampliatio, vt procedat in terminis in quibus loquitur quando ſcilicet ante limitatum tempus vſusfructus, moritur vſufructuarius, non quando moritur alius qui non ſit vſufructuarius, ſi enim exempli gratia teſtator relinquat aliquem vſufructuarium donec Sempronius peruenerit ad 25. annum, & eueniat quòd idem Sempronius decedat ante dictam ætatem, tunc vſusfructus nõ eſt perſonalis nec expirat per mortem eiuſdem Sempronij, ſed vſufructuarius habebit vſumfructum ſuum vſquè ad dictum tempus 25. annorum l. ambiguitatem. C. de vſufruct. Roman. ſing. 244. & poſt Iacob. Nouell. & Arm. tradit Caualcan. de vſufruct. nu. 137. quod pariter exemplificatur in eo qui promittit vſumfructum vſquè ad aliquod limitatum tempus, nàm licet idem promiſſor moriatur ante illud tempus, tamen non finitur vſusfructus; ſed tenentur quoquè hæredes ipſius ꝓmiſſoris l. 5. §. reo. ff. de vſufruct. & quemadmod. quis vtat. l. vti frui. §. vtrum. ff. ſi vſusfruct. pet.

6 Ampliatur ſecundò caſus, quia finito vſufructu, fructus omnes pertinent ad proprietarium, & procedit etiam ſi eſſent maturi, ac proximi recollectioni. Couar. var. reſol. lib. 5. cap. 15. num. 2. verſ. his accedit. Tiraq. de retract. conuent. §. 5. gloſ. 4. in princ. Honded. conſ 85. num. 1. lib. 2. Rot. deciſ. 278. num. 2. in fin. part. 2. in recent. namquè ad effectum, vt fructus tranſmittantur ad hæredes vſufructuarij requiritur quòd de tẽpore mortis eiuſdem vſufructuarij, ſint ſaltem ſeparati à ſolo Bart. & Bald. in l. ſi vſufructuarius. ff. quib. mod. vſufruct. amitt. Tiraq. in loc. cit. Ca-

ualc. de vſufruct. numer. 242. & latiùs dicam num. 11.

7 Ampliatur tertiò, vt locum habeat etiam ſi quis ſtipuletur vſumfructum ſibi, & hæredibus, quia vſusfructus qui erat in perſona ſtipulatoris non tranſmittitur, ſed alius de nouo conſtituendus eſt in perſona hæredis. l. ſtipulatio iſta. §. ſed ſi quis vti frui. ff. de verb. obligat. Ripa in l. re coniuncti, nu. 84. ff. de leg. 3.

8 Declaratur primò caſus non procedere, nec habere locum quando ſiue tacitè, ſiue expreſſè actum eſt vt ad hæredes tranſmittatur. l. qui vſumfructum. §. ſtipulatus ſum. cum. ll. ſeqq. ff. de vſufruct. & quemad. quis vtat. & hoc caſu veniunt nedum hæredes ſanguinis, ſed etiã extranei Menoch. de præſumpt. lib. 4. preſumpt. 139. num. 4. lib. 4. allegat. l. ſi quis titio. ff. de vſufruct. accreſcend.

Subdeclaratur, quia tali caſu primi tãtùm, non etiam vlteriores hæredes continentur. l. antiquitas. & ibi gloſ. in verb. cum herede. C. de vſufructu. Hinc Bart. ibidem conſtituit regulam, quod appellatio hæredis relata ad illud, quod ſui natura non eſt tranſmiſſibile ad hæredes, in perſona primi hæredis finitur; & illum ſequitur Paul. de Caſtr. & cæteri Doctores, idem reaſſumit in l. gallus. §. etiam. nu. 7. ff. de liber. & poſthum. & in l. Sempronius. num. 3. ff. de vſufruct. legat. & proſequitur Tiraq. de retract. conuent. §. 1. gloſ. 6. nu. 18.

Declaratur ſecundò caſus quia licet vſusfructus finiatur morte, hoc intelligitur de morte vſufructuarij vt dictum eſt, nõ de morte alterius qui non ſit vſufructuarius; Exemplum eſt de eo qui promittit ipſum vſumfructum, nam vſusfructus ex parte promiſſoris non eſt perſonalis, vt eſt ex parte vſufructuarij, ſed eſt in rẽ quia etiam heredes ipſius promiſſoris tenentur, ideo nõ finitur morte eiuſdem promiſſoris, ſed tranſit ad eius heredes, l. 5. §. reo. ff. de vſufruct. & quemad. quis vtat. l. vti frui. §. vtrum. ff. ſi vſusfruct. petat. Aliud exemplum eſt de morte illius ad cuius certam etatem limitatum eſt tempus vſusfructus, etſi enim is moriatur ante dictam etatem, tamen vſusfructus morte illius non finitur l. ambiguitatem. C. de vſufruct. Canalc. de vſufruct. num. 137. Roman. ſing. 244.

9 Declaratur tertiò non procedere in operis hominis legatis, quia legatarius eaſdem operas tranſmittit, cùm legatarius dicatur, non vſufructuarius, l. 3. ff. de vſufruct. legat, & eas tranſmittit à die mortis teſtatoris. Bart. in l. operę. ff. de vſufruct. legat, & facit. l. vnic. §. cum igitur. in fin. & §. in nouiſſimo. C. de caduc. tollend. quò verò ad intereſſe ipſarum operarum, ſi ſint incertę à die petitionis. d. l. operæ. ff. eodem. de vſufruct. legat. & ſi ſunt certę cedunt ante petitionem gloſ. in d. l. operę, in verb. petitionis, & ibi Bart. cũ allegatis.

10 Declaratur quartò procedere, vt vſusfructus non ſit tranſmiſſibilis ad heredes vſufructuarij principalis; ſecus dicendum eſt de heredibus alterius vſufructuarij ſubalterni, putà emptoris, vel ceſſionarij ipſius vſusfructus, nam ſi vſufructuarius vendit, vel cedit vſumfructum; quod facere poteſt, vt infra videbitur. num. 21. idemq; emptor, vel ceſſionarius predecedat venditori, vel cedenti ſuperſtiti, tunc vſufructus tranſit ad heredes dicti emptoris, vel ceſſionarij viuente ipſo venditore, ſiue cedente. l. neceſſario. §. vlt. ff. de peric. & commod. rei vend. ibi; heredi autem meo debebitur, ſi tu viuis; Et idem eſt de heredibus illius, qui vſumfructum cõſtituit, nam ſi proprietarius vendit vſumfructum alicuius rei, & predecedat emptori, obligatio dãdi vſumfructum eiuſdem rei tranſmittitur ad heredes ipſius venditoris predefuncti vita emptoris vſufructuarij durante; & ſic inſpicitur perſona vſufructuarij, non proprietarij. d. l. neceſſario. §. vlt. in fin. ibi; heres tuus debebit; & l. ſi patri. §. vſufructuario. C. de vſufruct. l. vti frui. §. 1. ff. ſi vſusfruct. petat.

11 Declaratur quintò caſus non procedere quoàd fructus iàm perceptos, hos enim vſufructuarius ad heredes tranſmittit. l. defuncta. l. queſitum. l. qui vſumfructum. §. fin. l. ſi operas. ff. de vſufruct. & quemadm. quis vtat. l. vti frui. §. fin. ff. ſi vſusfruct. petat.

Subdeclaratur quia ad effectum vt ijdem fructus tranſmittantur, non ſufficit quod ſint maturati, niſi etiam ſint percepti l. in ſingulos annos. in fin. ff. de ann. legat. §. is vero. inſtit. de rer. diuiſ. id eſt in horreo reconditi l. ſi vſufructuarius. ff. quib. mod. vſufruct. amitt. ſecundùm primam lecturam dictæ leg. ſi vſufructuarius; ſed ſecundùm aliam lecturam, quæ quoad fructus naturales verior eſt, & quam tenet ibi Bart. & Bald. & Tiraq. cum alijs per eum adductis, qui etiam teſtatur de communi in tract. de retract. conuent. §. 5. gloſ. 4. nu. 1. Ferret. conſ. 235. num. 7. Caualcan. de vſufruct. mulier. relict. num. 242. Gall. de except. tit. 4. except. 17. num. 68. part. 2. ſufficit quod ſint ſeparati à ſolo, dummodo nomine eiuſdem vſufructuarij ſeparati ſint.

12 Et quod dicitur de fructibus idem eſt de afflictibus qui ſoluuntur propter eos, quia ad effectum vt tranſmittantur afflictus debiti pro

fru-

fructibus locatis, inſpicitur an ijdem fructus
ſint ſeparati à ſolo, nõ autem an euenerit dies
ſolutionis affictuũ l. defuncta ff. de vſufruct.
Alex.conſ.28.num.2.lib. 1. Bero.conſ. 139.
num. 5.vol. 1. Honded.conſ.85.num.13.&
ſeqq.& num.23.& num.30.vol.2.Rot.Rom.
deciſ.240.num.5.part.1.& deciſ. 278. num.
1.part. 2. in recent. & ſi tempore mortis vſu-
fructuarij, fructus eſſent partim ſeparati à ſo-
lo & partim non ſeparati, tunc affictus tranſ-
mittuntur pro rata fructuum à ſolo ſeparato-
rum Salicet.in l.fructus num.3.verſ.& proba
tur ratione C.de action.empt.Alex. d. conſil.
28.num.2.lib.1.& conſ.15.nu.3.lib. 2. Rot.
d.deciſ.240.num. 5. part. 1. & d. deciſ. 278.
num.1.part.2.in recent.Ferret.conſ.151.nu.
5.Caualcan.in loco cit.num.243.Et idem pa
13 riter eſt de pẽſionibus, ac affictibus qui ſoluũ
tur pro illis fructibus ciuilibus qui percipiun-
tur ſingulis diebus, vt ſunt cẽſus, liuelli dena-
riorũ, penſiones domorũ, naulus nauis, & ſimi
les, qui ſingulis diebus ſunt in fructu, iſti nã-
què etiã ſi non euenerit dies ſolutionis, tranſ-
mittuntur ad hæredes pro rata temporis ideſt
pro tẽpore pręterito idẽ Salicet.in d.l.fructus
num.3.verſ.ſecundo caſu. Bart.in l.fin.§.fin.
verſ. quãdoque ex re ff.de iure fiſci.Honded.
conſ.85.nu.17.libr.2.Franc.deciſ.79.num.4.
Caccialup.de penſion. quęſt.25.num.3.verſ.
ſi verò.

14 Quò vero ad fructus ciuiles qui ſemel tan-
tum percipiuntur vt ſunt pænæ, condemna-
tiones, laudemia, & ſimiles magis vera eſt pri
ma lectura d.leg.ſi vſusfructuarius.quòd ſci-
licet non ſufficit quod ſint maturati, niſi etiã
ſint actualiter exacti & percepti, nam etſi illi
maturati ſint, nihilominus ſi non ſunt actua-
liter exacti, dicũtur fructus pendentes, & eos
tanquàm pendentes vſufructuarius vel alter
reſtituere grauatus non tranſmittit ad hære-
des.Socin.ſen.conſ.100.num. 2. verſ. ſed his
non obſtantibus.vol.1.Bero.conſ.133.num.
9.vol.2.Pariſ.conſ.400.nu.8.vol. 1. Crauet.
conſ.212.num.8.Surd.conſ.84.nu.4. & ſeq.
15 lib. 1. fructus enim pendentes non tranſmit-
tuntur, quia non conſiderantur per ſe, ſed vi-
dentur pars fundi l.ſi fructus pendentes ff.de
rei vendic.l.fin.§.fructus.ff.quæ in fraud.cre-
dit. l. ſi pendentes.ff. de vſufruct. & quemad.
quis vtat.

16 Ampliatur primò hæc quinta declaratio,
vt non ſolùm tranſmittantur ad hæredes fru-
ctus facto percepti, ſed etiam tranſmittitur
actio ad intereſſe vſusfructus, qui ex culpa hę
redis de præterito percipi non potuit, ſi enim
teſtator iuſſerit, vt hæres reficiat domum, cu-
ius vſumfructum legauit, idemque hæres do-
mùm non refecerit, & ob id vſufructuarius ea
frui non potuiſſet, tunc hæres vſufructuarij
etiam ipſo vſufructuario mortuo agere poteſt
contra hæredem teſtatoris pro intereſſe. tex.
eſt in l.quod ſi hęres.ff.de vſufruct. & quem-
adm. quis vtat.

17 Ampliatur ſecundò iſta quinta declaratio,
vt idẽ quoquè dicendum ſit de alimentis prę-
teritis, hæc enim ad hæredes pariter tranſmit-
tuntur, ſic per iura adducta in eadem declara-
tione dicit Gigas.de penſion.quæſt.52.nu.5.
Surdus.in tract.de aliment.tit.5.quæſt.1.nu.
39.& facit tex.in l.libertis.la.1.§.ſed & ſi de-
ceſſerit.in fin.& l.libertis.la 2.§. manumiſſis.
ff.de alim.& cibar.legat. licet ſecus ſit de ali-
mentis futuris, nàm alimenta futura ac lega-
tum alimentorum pro futuris annis ad hære-
des non tranſmittitur l.ſi cum pręfinitione.ff.
quand.dies leg.ced.& ratio eſt quia alimenta
finiuntur cum vita l.cum hi.§. modus. ff. de
tranſact. l.dominus.§.fin. ff. de vſufruct. ra-
tio autem rationis eſt quia legatis alimentis
plura cenſentur eſſe legata, primi anni purũ,
ſequentium conditionale, ideo decedens an-
te conditionem, & ſic ante diei ceſſionem, le-
gatum non tranſmittit.l. ſi in ſingulos. ff. de
ann.legat. gloſ. pen. in d. l.ſi cum præfinitio-
ne.

Declaratur tamen hæc ſecunda ampliatio
locum habere in alimentis, quæ debentur iu-
re actionis, ſecus autem in his quæ debentur
officio iudicis, nam ea pro tempore præterito
non poſſunt peti, nec tranſmitti. Bart.in d.l.li-
bertis.la.2.§.manumiſſis.nu.3.ſequitur Alex.
conſ.7.num.10.lib.2.Dec.in l. de alimentis.
num.5.C.de tranſact.Afflict. deciſ.10. nu. 3.
Menoch. conſ.8. num.22. verſ. non obſtant.
Surd.in d.tract.de aliment.tit.5.quæſt.1.nu-
mer.43.

18 Subdeclaratur primò, quia licet alimenta
præterita, quæ debentur officio iudicis non
poſſint tranſmitti, tamen ſi filius cui debẽtur
alimenta officio iudicis, aliquid mutuò acce-
piſſet vt ſe aleret, vel aliàs contraxiſſet debitũ
pro victu, tunc pater tenetur illud debitum
contractum pro alimentis perſoluere. not. in
d.l.libertis.la 2.§. manumiſſis. ff. de aliment.
& cibar.legat.& ibi Bart.num.3. per tex. in l.
fin.ff.de in rem verſ.Afflict.d.deciſ.10.nu.3.
Surd.vbi ſupra nu.46.

Subdeclaratur ſecundò quia licet huiuſ-
modi alimenta præterita officio iudicis debi-
ta, ſint perſonalia & finiantur cum morte, nec

ideo ad hæredes tranſmittantur, tamen hoc
procedit ex parte creditoris ipſorum alimen-
torum; ſecus autem ex parte debitoris eorum,
quia ex parte eiuſdem debitoris non ſunt in
perſonam, ſed in rem, nec ideo finiuntur mor
te ipſius debitoris ſed tranſmittuntur ad eius
hæredes, quia etiam hæredes tenentur. l. liber
tis quos. §. manumiſſis. ff. de aliment. & cibar.
legat. Bart. in l. eadem. §. cato. numer. 32. ff. de
verb. obligat. Alex. conſ. 18. nu. 17. lib. 5.

19 Declaratur ſextò caſus, vt quamuis legatũ
annuum ſimile ſit vſufructui. l. in ſingulos. ff.
de ann. legat. vſusfructusquè finiatur morte,
& non tranſmittatur, nihilominus in hoc eſt
diſſimile, quia ſi legatarius annui legati mo-
riatur anno incæpto, tranſmittit legatum il-
lius anni. l. à vobis. & d. l. in ſingulos. ff. de
ann. legat. l. generali. §. hæredis. ff. de vſu-
fruct. leg. & eſt ratio, quia legata annua pro
primo anno ſunt pura & maturantur in initio
cuiuslibet anni l. 1. C. quand. dies legat. ced.
l. nec ſemel. ff. eodem; quamuis pro ſequenti-
bus annis ea ſint conditionalia & non tranſ-
miſſibilia l. ſi in ſingulos ff. de annuis legat.

20 Ampliatur hæc declaratio, vt procedat
quoque in vſufructu ſurrogato in locum di-
cti annui legati, nam & ſi vſusfructus inſpe-
cta ſui natura non tranſmittatur etiam matu-
ratis fructibus, tamen quando ſurrogatus eſt
in locum annui legati, ſequitur naturam ip-
ſius, ita quod fructus præteriti non exacti ad
hæredes ad inſtar annui legati tranſmittun-
tur. l. generali. §. hæredis. ff. de vſufruct. legat.
Caualcan. de vſufruct. nu. 166. Roman. ſing.
70. Surd. conſ. 123. nu. 8. vol. 1.

21 Dubium autem eſt an vſufructus ceſſibilis
ſit ſaltem durante vita vſufructuarij; In hoc
caſu ita diſtinguitur, vt perceptio ſiue com-
moditas fructuum vendi, cedi, & locari poſſit
ab vſufructuario. §. 1. in fin. inſtit. de vſu. &
habitat. l. arboribus. §. vſufructuarius. ff. de
vſufruct. & quemadm. quis vtat. l. fundũ mihi
cum venderes. ff. de action. empt. l. neceſſario.
§. fin. ff. de peric. & commod. rei vend. & pi-
gnori etiam obligari valeat l. ſi is. §. vſusfru-
ctus. ff. de pignoribus; Ipſum autem ius vten-
di cedi non poſſit. §. finitur. verſ. nam ceden-
do. inſtit. de vſufruct. l. ſi vſusfructus. ff. de
iur. dot. & ſic diſtinguendo reſpondet gloſ. in
d. §. vſufructuarius. in verb. vel donet. & in d.
§. finitur. in verb. cedendo: & in d. l. ſi vſusfru
ctus. in verb. ad eum. Bart. in l. in venditione.
ff. de bon. aut. iud. poſſid. & in l. intereſt. C.
de vſufruct. & habit. & in l. cum titio. num. 2.
ff. ad leg. Falcid. Couarr. var. reſolut. lib. 1.
cap. 8. num. 7. verſ. quòd ſi patre. Fabian. de
monte in tract. de empt. & vendit. quæſt. 21.
ſub 4. quæſt. princ. Tiraq. de retract. conſang.
§. 26. gloſ. 1. num. 46. Et ſimile eſt de fructi-
bus decimarum, qui vendi & locari poſſunt.
c. 2. de locat. c. à nobis de decim. Ipſum autem
ius decimarum vendi, vel locari non poteſt,
cùm ſpirituale ſit. c. de iure. de iurepatronat.
c. querelam. de ſimon. gloſ. 1. in d. c. 2. de lo-
cat. Et de vtroque Bald. in d. l. ſi vſusfructus.
in fin. ff. de iur. dot. & idẽ eſt quoquè de alijs
fructibus eccleſiarum. c. fin. ne prælat. uic.
ſuas.

22 Et idem pariter eſt de penſione Eccleſiaſti
ca, quia fructus & commoditas penſionis vi-
uente penſionario poteſt liberè vendi, cedi, &
locari ſine aliqua ſuperiorum autoritate. Ro-
ta deciſ. 400. num. 1. & 2. part. 1. diuerſ. Ludo
uiſ. deciſ. 440. num. 7. Garz. de benefic. part.
1. cap. 5. num. 20. quod ſecus eſt de ipſa pen-
ſione, vel penſionis titulo. Ludouiſ. d. deciſ.
440. num. 7. & Garz. in loco cit. num. 29. cum
alijs allegatis per eum: Hoc tamen quod fru-
ctus & commoditas penſionis poſſit liberè vẽ-
di, cedi, & locari intelligitur de triennio in
triennium & non vltra iuxta extrauag. ambi-
23 tioſę. de reb. Eccleſ. non alien. nàm hodie pen
ſio non eſt profana, ſed annexa ſpirituali, at-
tento quod penſionarius ex Bulla Pij. V. tene
tur recitare officium Beatę Mariæ, & ex alia
Bulla Sixti. V. debet eſſe Clericus, & ſi ipſa
penſio excedit ſummam ſexaginta ducatorũ
de Camera debet etiam habitum & tonſuram
clericalem deferre, & ex his potiſſimum cau-
ſis eàm non eſſe profanam ſed ſpirituali anne-
xam, tenet Rota vt refert Pariſ. de reſignat.
lib. 6. quæſt. 4. num. 54. & poſt illum Garz. de
benefic. part. 1. cap. 5. numer. 10. ſed in ſpecie
quòd fructus, & commoditas penſionis non
poſſit vendi, cedi, vel locari vltra triennium
conſuluit Nauarr. conſ. 11. de reb. Eccleſ. non
alien. prout etiam ſe conſuluiſſe dicit idem
Garz. part. 2. cap. 1. nu. 37.

24 Aliud dubium eſt, vtrum legata aliqua re
ad vtendum, vel ad fruendum, vel ad habitan
dum, vel ad vſufructuandum, ſiue in gaudi-
mentum, ſiue ad alimenta, intelligatur legata
quòad ſolum vſum, vel vſumfructum, ſiue
commoditatem vtilis dominij tãtùm ita quod
finiatur cum morte vſuarij ſiue vſufructuarij,
vel etiam intelligatur legata quòad proprieta
tem, adeout eà tranſmittatur ad hæredes lega
tarij, nàm quòd iſtud legatũ intelligatur quo-
ad ſolum vſumfructum videtur tex. in l. titia.
§. fin. ff. de leg. 2. vbi legatum ad vſum non
tranſ-

tranſmittitur ad hæredes legatarij, & ſtringit ratio quia cauſa legati limitat legatum l. cum pater. §. dulciſſimis. ff. eod. tit. ſed tamen verius eſt quod iſtud legatum intelligitur etiam quoad proprietatem, & conſequenter tranſmittitur ad hæredes legatarij per tex. in l. libertis. & l. pen. §. qui fratris. ff. de alim. legat. vbi legatis prædijs vel vineis vt inde legatarij ſealant, venit non ſolum vſusfructus, ſed etiam proprietas, & per has leges dixit Iacob. de Aren. in d. l. libertis. quod ſi quis legat aliquas poſſeſſiones in gaudimentum, videtur legare proprietatem: ad idem videtur tex. in l. donationes. §. ſpecies. ff. de donat. vbi res data ad vſum mulieris, cenſetur data proprietas: & l. cum hi. §. ſi vni. ff. de tranſact. & ratio eſt quia in hoc legato non conceditur immediatè vſus vel vſusfructus, ſed prius relicta eſt res & ſic proprietas, quàm idem vſus, vel vſusfructus, hanc rationem adducit Bart. in d. l. donationes. §. ſpecies. ff. de donat. Caualcan. de vſufruct. num. 78. Dec. conſ. 262. nu. 6. verſ. tertio. nec obſtat tex. i d. l. titia. §. fin. ff. de leg. 2. quia ibi teſtator reliquit ad vitæ vſum, & quã diù viueret, ex quibus verbis apparet nolle legatum tranſire ad hæredes legatarij: nec obſtat pariter quòd cauſa legati limitat legatũ, quia non eſt verum, quando cauſa apponitur mero fauore legatarij, tunc enim non eſt retorquenda in eius odium l. quod fauore. C. de legib. ſed illa cauſa vel modus ad vtendum vel fruendum apponitur fauore legatarij d. l. libertis ff. de aliment. legat. ergo non arctat nec reſtringit legatum: & ità quòd re aliqua legata ad vtendum, fruendum, ſiue in gaudimentum modo ſupradicto, cenſeatur legata proprietas, & conſequenter ea tranſmittatur ad hæredes, tenet Bart. in d. l. libertis. & in l. donationes. §. ſpecies. ff. de donat. Bald. in l. ſi habitatio. §. ſed ſic. ff. de vſu & habitat. Iaſ. in l. ſi fundum per fideicommiſſum num. 22. ff. de leg. 1. & in vſib. feud. num. 103. & ſeqq. Fulgoſ. conſ. 13. num. 4. Marſil. ſing. 414. Socin. iun. conſ. 88. num. 8. vol. 1. Capicc. deciſ. 188. Natta conſ. 211. nu. 17. Bertrand. conſ. 233. nu. 1. vol. 2. part. 1. Caualcan. de vſufruct. d. num. 78. & nouiſſimè Surd. d. conſ. 11. nu. 4. vol. 1. & Alex. conſ. 150. num. 1. lib. 7. vbi dicit hoc procedere etiam ſi diſpoſitio contineret dictionem taxatiuam: tantùm; vt ſi teſtator diceret, relinquo fundum quoad vſumfructum tantùm.

25 Ampliatur iſta concluſio vt locum habeat non ſolùm in legatis ſed etiam in contractibus. Bart. in d. l. libertis. num. 6. & in d. l. donationes. §. ſpecies. ff. de donat. & illum refert ac ſequitur Surd. d. conſ. 11. nu. 4. vol. 1.

26 Declaratur tamen concluſio hæc, vt aliter ſit, quando dictum eſt, ad vtendum, fruendũ, ſiue in gaudimentum toto tempore vitæ ſuæ, ſeu in vita, vel quouſquè, donec, vel quamdiù vixerit, tunc enim quamuis legatum comprehendat proprietatem, nihilominus reſtringitur ad vitam legatarij tantùm. Bald. in l. 1. nu. 2. C. de fructib. & lit. expenſ. Pariſ. conſil. 21. num. 37. & ſeq. vol. 2. Caualcan. de vſufruct. num. 79. Craſſ. in §. legatum. quæſt. 38. verſ. aduerte.

27 Simile dubium eſt, ſi teſtator conceſſit alicui vſumfructum alicuius rei eo addito, vt illam rem vendere vel alienare non poſſit, an ex huiuſmodi prohibitione alienationis intelligatur relicta proprietas plena; & partem affirmatiuã tenet tota ferè Doctorum claſſis quos recitat Pinell. Caualcan. & Mantic. in locis in fracitandis: hi omnes mouentur per tex. in l. proculus. ff. de vſufruct. & quemad. quis vtat. negatiuam verò quòd non cenſeatur relicta proprietas tenet idem Pinell. in l. 1. 3. part. nu. 41. & ſeqq. C. de bon. matern. valdè deteſtãs tenentes cõtrarium, & Caualcan. de vſufruct. nu. 77. vbi dicit hanc ſententiam eſſe veram ſicut euangelium; ſequitur Craſſ. in §. legatũ. quæſt. 38. verſ. quęro item. & Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 9. tit. 5. num. 9. & ſeqq. hi enim partem iſtam comprobant ſolidioribus fundamentis, quæ longum eſſet referre, ſed ſatis erit quod tex. in d. l. proculus. nihil penitus probat dictum iſtud, quòd ex prohibitione alienationis cenſeatur vſufructuario relicta plena proprietas; ſine dubio igitur tenenda eſt hæc ſententia negatiua, quòd non intelligatur relicta proprietas plena & conſequenter quòd ad hæredes legatarij non tranſmittatur. Si autem teſtator è cõtra alienationem rei vſufructuario conceſſiſſet, tũc vtiquè plenum dominium. & proprietatem ei legaſſe cenſendus eſt, ſic enim conſuluit Socin. ſen. conſ. 210. verſ. primò. vol. 2. Cuman. conſil. 121. num. 2. & 3. Caualcan. de vſufruct. num. 77. verſ. contrarium. Alciat. reſponſ. 562. nu. 2. & ſeq. Curt. iun. conſ. 14. in princ. & hos ſecutus eſt Menoch. conſ. 10. num. 8. & 9. & facit ratio quia conceſſio alienandi conuenit naturæ proprietatis, & repugnat vſufructui, cũ vſufructuarius non poſſit rem alienare. l. intereſt. C. de vſufruct. ideo dum teſtator concedit alienationem, videtur velle legare proprietatem, vti neceſſarium antecedens ad l. illud. ff. de acquir. hæred.

SVM-

*SVMMARIVM.*

1 *Vſus nõ tranſmittitur ad hæredes, nec aliquo modo transfertur in alium.*

2 *Locatoris ſucceſſor ſingularis extante hypoteca tenetur ſtare locationi etiamſi rem velit pro ſuo vſu.*

3 *Habitatio non eſt tranſmiſsibilis ad hæredes ſed extinguitur morte: nec ceſsibilis eſt ex titulo donationis, at benè locari poteſt. 4.*

## CASVS LXVII.

*Vſus, vel habitatio, an ad alios tranſeat, & tranſmittatur.*

1 VSum qui habet non poteſt illum ad hæredem tranſmittere. l. 2. iuncta l. 3. ff. quand. dies legat. ced. l. vſus aquæ. ff. de vſu, & habit. l. Lucius Titius. ff. de ſeruit. ruſtic. præd. nequè locare, vendere, gratis concedere, cedere, vel in alium trãsferre poteſt. l. cæterum. in princ. l. ſed nequè. l. denique. l. plenum. §. ſi vſus. ff. de vſu, & habitat. §. nec vlli. §. item is. inſtit. eodem. Et ratio eſt quia vſus cohæret perſonæ, & quæ sũt à perſona inſeparabilia, in alterum tranſmitti non poſſunt l. mulier. §. ex aſſe. ff. de iure dot.

2 Et hinc eſt quod licet locator volens domum locatam pro ſuo vſu; poſſit expellere cõductorem etiam durante locatione l. æde. C. locat. c. propter. §. verum. de locat. ac etiam ſi dictam domum ſpeciali hypoteca obligaſſet cõductori pro obſeruantia locationis Couar. var. reſolut. lib. 2. cap. 15. num. 4. Surd. conſ. 103. num. 10. vol. 1. nihilominus ius iſtud expellendi ipſum conductorem ex cauſa proprij vſus (dum adeſt hæc hypoteca facta pro obſeruantia locationis) non tranſit in emptorẽ vel alium ſingularem ſucceſſorem, ſed tenetur idem ſucceſſor ſingularis ſtare eidem locationi etiam ſi re locata indigeret pro ſuo vſu Couarr. & Surd. in loc. cit. & annot. ad Ludouiſ. deciſ. 68. num. 10. & quod dicitur de ſucceſſore ſingulari, idem quoquè ex præmiſſis eſſe conſtat de ſucceſſore vniuerſali, prout ſic etiã ſenſit Surd. d. conſ. 103. num. 15. licet contrarium voluerit Couar. in d. cap. 15. nu. 4.

3 Habitatio legata, ſiue alio modo pactionibus, & ſtipulationibus conſtituta, ſimiliter ad hæredes non eſt tranſmiſſibilis. l. ſi habitatio. ff. de vſu, & habitat. quod ampliatur procedere etiam ſi habitatio in ſingulos annos relicta ſit: nam licet debeatur, & dies illius cedat in initio cuiuslibet anni. l. habitationis. ff. de vſu, & vſufruct. legat. tamen non tranſmittitur ad hæredes legatarij, ſi ipſe legatarius decedat poſt annum incæptum; & ratio eſt quia habitatio morte extinguitur, ſicut vſusfructus. l. cum antiquitas. §. in tantùm. C. de vſufruct. ſed vſusfructus relictus in ſingulos annos morte extinguitur. l. ſicut in annos. in princ. ff. quib. mod. vſusfruct. amitt. vbi dicitur quod finitur capitis diminutione; & ità per hanc rationem tenet Bart. in d. l. habitationis. nu. 2. 3.

4 Pariter non eſt ceſſibilis in alios ex titulo donationis. d. l. ſi habitatio. ff. de vſu & habitat. alijs autem benè locari poteſt. d. l. cum antiquitas. C. de vſufruct.

*SVMMARIVM.*

1 *Seruitus realis tranſmittitur ad hæredes: Itẽ tranſit etiam in ſingularem ſucceſſorem ſi eſt realiter conſtituta, ſecus ſi tantùm promiſſa 2. intellige quòd tranſmittitur vna cum prædio, ſecus de perſe. 7. Declaratur etiam vt in num. 8.*

4 *Seruitus realis non tranſmittitur, ſi expreſsè actum eſt, vt non tranſmittatur.*

5 *Seruitus realis quæ competit principaliter ratione perſonæ, dicitur perſonalis, & non trãſmiſsibilis; & perſonalis, quæ principaliter competit ratione rei, eſt realis & tranſmittitur.*

6 *Contractus, an ſit emptionis, vel permutationis dignoſcitur ex re principaliter data.*

9 *Seruitus perſonalis non tranſmittitur, nec cedi poteſt niſi cohæreat perſonæ ratione rei.*

10 *Seruitus quomodo dignoſcatur quod ſit realis, vel perſonalis, remiſsiue.*

## CASVS LXVIII.

*Seruitutes, an tranſmittantur ad alios.*

1 SEruitutum alia realis, ſiue prędialis, & alia perſonalis eſt: Realis ad hæredes tranſmittitur. l. 3. ff. quemadm. ſeruit. amitt. l. pecoris. l. via. §. ſi fundus. l. cum fundo. ff. de ſeruit. ruſtic. præd. & ratio eſt quia eſt ius prædij. l. ſi mihi. §. fin. ff. eod. & fundus trãſit cum ſua conditione. d. l. via. §. ſi fundus. & cum ſua cauſa. l. alienatio. ff. de contrahend. empt.

2 Ampliatur quia trãſit etiam in ſingularem ſuc-

ſucceſſorem.l.ſi aquæductus.ff.eodem.de cõtrah. empt.l. & in prouinciali. C.de ſeruitut. l.teſtatrix.§.plures.ff.ſi ſeruit.vendic.

Declaratur ampliatio locum habere in ea ſeruitute,quæ realiter conſtituta eſt, ſecus in ſeruitute tantùm promiſſa; puta de ſoluendo centum ſtaria frumenti ſuper fundo Seiano, hæc enim promiſſio, & obligatio perſonalis eſt, & non tranſit, nec afficit ſingularem ſucceſſorem eiuſdem fundi Seiani.l.vltim.§.Lucius.ff.de contrah.empt.&not. in d.l. & in prouinciali.per Mart.Sil.Cyn.& Bald. nu.1. C.de ſeruit.Barth.Veronen.in tractat.de ſeruit.vrban.præd.cap.2.nu.13.

3 Subdeclaratur iſta declaratio, quia ſufficit quod ſeruitus debeatur ex quadam conſuetudine,vel vſu etiam ſi non ſit realiter conſtituta;nec ideo debeatur iure ſeruitutis; veluti ſi teſtator habens duas domos, & per vnam habeat aditum ad aliam,domumquè ſeruientem ex vſu vel conſuetudine leget vel vendat alteri,cenſetur eam legare ſeu vendere cũ illo vſu Bald. conſil. 24. vol.5. mouetur per tex.in l.Olympico.ff.de ſeruit.vrban.præd.& per rationem quia aditus eſt pars neceſſaria & quaſi ſubſtantialis arg.d.l.ſi aquæductus. ff.de contrah. empt.

4 Declaratur primò caſus non procedere, quando expreſsè actum eſt, vt non tranſmittatur.d.l.pecoris.ff.de contrah. empt.

5 Declaratur ſecundò non procedere,quando ſeruitus relinquitur alicui principaliter contemplatione perſonæ, quod depræhendi poteſt ex qualitate rei legatæ, & perſonæ cui legatur, huiuſmodi enim ſeruitus reputatur perſonalis,& ad hæredes non tranſmittitur.l. pater.ff.de ſeruit.legat.Sicuti etiam è conuerſo ſeruitus perſonalis, quæ competit ratione rei reputatur realis, & tranſmittitur. Ioan. And.in addit.ad ſpec.tit.de ceſſion. action.§. 1.verſ.quid de actione iniuriarum. circ.med. Gozadin.in l.2.nu.105.C.de pact.int.empt. & vendit.& facit id,quod dicit Bald. in conſ. 436.num.4. lib.3.& Paul.de Caſtr. in l. 1.§. fin.num.5.ff.de nou.oper.nunciat. vbi interdictum vti poſſidetis, eſt ceſſibile per gloſ. in l.2.§.idẽ nerua.in verb. experiaris.ff.ne quid in loc. public. & hoc quia competit perſonæ ratione rei,ſequitur Roland.conſ.28. nu.32. lib.2.Menoch. de adipiſcend. poſſeſſ. remed. 4.num.251.adhoc etiam tex.in l.quæritur.ff. de ſtat. homin. vbi actus denominatur ab eo in quo præualet; Hinc eſt quod ſi ex vna parte datur res, & pecunia; ex altera vero res tantùm, ad cognoſcendum an iſte contractus ſit emptionis, vel permutationis, inſpiciendũ eſt quod principaliter agitur, nam ſi permutatur principaliter res cum re, poſtea in conſequentiam detur aliqua pecunia, erit permutatio.cap.ad quæſtiones.de rer. permut.ſi autem principalior eſt pecunia quàm res, tunc eſt emptio,& venditio.ſic Bart.in l.1.num.7. ff.de rer. permut. quem omnes ſequuntur ſecundum Iaſ.ibidem.num.11.& Roland.conſil.23.num.31.lib.1.conſ.13.num.13.14.& conſ.18.nu.22.& ſeqq.lib.3.

7 Declaratur tertiò caſus, quia licet ſeruitus realis tranſmittatur tamen intellige ſimul cũ prædijs,quibus debetur ſeruitus, & nõ alias, nam ſeruitutes reales ſunt iura prædiorum,& cohærent ipſis prædijs.l.ſi mihi.§.fin.ff.de ſeruit.ruſtic.præd.l.qui aliena.§.fin.ff.de negoc. geſt. ibi; ſententia prædio datur; Ideo non habenti prædium non poſſunt deberi.l. 1. ff. communia prædior. Vnde fit quod ſeruitus realis hac de cauſa locari non poteſt.l. locare. ff. locat. & ſi ſecus ſit de ſeruitute perſonali, quæ locari permittitur,vt per gloſ.& Doctores in d.l.locare.

8 Declaratur quartò caſus, quia differentia eſt inter ſeruitutem non habentem cauſam continuam, & ſeruitutem cauſam continuam habentem; nam ſeruitus quæ cauſam continuam non habet prout eſt ſeruitus viæ,itineris, vel actus, non cenſetur conſtituta niſi per teſtatorem vel venditorem expreſsè conſtituta & impoſita ſit.l.damnas.§.1.ff. de vſufruct. legat.l.ſeruum filij.§.fin. ff. de leg. 1.l. teſtatrix.in princ.ff. ſi ſeruit. vendic. l. in vendendo ff.de contrah.empt.Bart.in l.1.ff.de ſeruit. legat. Imol. Roman. & Paul. de Caſtr. in l. quod conclaue num.2.ff.de damn. infect.Berou.cõſ.132.num.13.& 15.vol.3.ideo ità vbi ea non eſt expreſsè conſtituta,non poteſt conſequenter ad hæredes tranſire ad l.eius qui in prouincia ff. ſi cert. pet. expreſsè autem conſtituta diceretur etiam ſi dictum eſſet; cũ ſuis iuribus,pertinentijs, conſuetudinibus, & acceſſibus,vt per Bero.d.conſ.132.nu. 14. cum alijs quos ipſe adducit; Seruitus autẽ quæ habet cauſam continuam & permanentem è contra cenſetur in dubio conſtituta ipſo iure,& de ea tacitè actum eſſe videtur, quod ità ſtet vti ſtat,ob id tranſit in emptorem,vel legatarium domus, vel fundi etiam ſi non ſit expreſsè dictum l.1.& ibi gloſ. in verb. videri, & Bart.num.1.2.& 3.ff.de ſeruit.legat. Bero.d. conſ.132.num.13.vol.3. exemplificatur huiuſmodi ſeruitus in ſeruitute luminum,veluti ne domui venditæ vel legatæ obſcurentur

lumina,

lumina, ſed poſſit liberè illud lumen iure ſeruitutis recipere, quod recipiebat ante venditionem vel legatũ l. binas.cum ibi not. ff. de ſeruit.vrban.præd.Bart.in d.l.1. ſub.num. 3. & per.DD.communiter in l. quod conclaue ff.de damn.infect.Bero.d.conſ.132.num.13. vol.3.ſed quænam ſeruitutes continuam, & quæ diſcontinuam cauſam habere dicantur, tradit Cæpoll.de ſeruit.vrb.præd.cap.19.nu. 2.& ſeq.

9 Perſonalis ſeruitus è contra non tranſmittitur.l.non ſolum.la 2.§. tale.ff. de liberat.legat.l.vſus aquæ.ff.de vſu, & habit.l. pecoris. verſ.ſi tamẽ.l.penult.ff.de ſeruit. ruſtic. pręd. nam ea quæ perſonalia ſunt, non poſſunt trãſmitti.d.l.non ſolum.§.tale.ff.de liberat.legat. nec cedi poſſunt Dyn.in c.priuilegium perſonale.de reg.iur.in 6.Ang.& alij in l.quod ſi in diem.§.Iulianus.ff.de petit.hæredit.

Declaratur tamen procedere in ſeruitute merè perſonali, quia tunc non tranſmittitur, nec cedi poteſt; ſecus in ſeruitute perſonali quæ cohæret perſonæ ratione rei, vt mox dictum eſt num. 5.

10 Quomodo autem cognoſcatur quæ ſit ſeruitus realis, & quæ perſonalis. vide Bart. in d. l.pater.num.4.& ſeqq.ff. de ſeruit. legat. Veronen.de ſeruit.vrb.præd.cap.2.numer. 5. & infra.& Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 103.num.29.vſque ad finem.& Iaſ.in §.æque.inſtit.de actionib.

## *SVMMARIVM.*

1 *Acquiſita per clericos ex bonis, & pecunia Eccleſiæ ad hæredes non tranſmittuntur; etiam ſi non eſſent acquiſita nomine proprio, ſed alieno, vel per interpoſitam perſonam. 2. vel extraneum negocia Eccleſiæ non gerentem, nec habentem illius adminiſtrationem. 4.*

3 *Bona empta ex pecunia Eccleſiæ, ſunt ipſius Eccleſiæ, non autem ementis; & eſt ſpeciale in Eccleſia.*

5 *Acquiſita ex beneficijs facta per eos, qui ſimpliciter & perſonaliter beneficiati ſunt, vt Canonici, & Capellani, ad hæredes ex teſtamento tranſmittuntur.*

6 *Beneficium cum adminiſtratione quis habere dicatur.*

7 *De conſuetudine Dominij Veneti, acquiſita facta à perſonis Eccleſiaſticis ad hæredes liberè tranſmittuntur: idem eſt de conſuetudine Galliæ, & Hiſpaniæ.*

## CASVS LXIX.

*Acquiſita per Clericos ex bonis vel pecunia Eccleſiæ, an tranſmittantur ad hæredes vel alios.*

1 ACquiſita per Clericos ex bonis, vel pecunia Eccleſiæ efficiuntur Eccleſiæ, & non tranſmittuntur ad hæredes.c.1.c. 3. de pecul.cler.c.1.& ibi gloſ.vlt.c. cum in officijs.c.quia nos.de teſtam.gloſ.in c. res Eccleſiæ.12.quæſt.1.Couar.in d.c.1.nu. 5.verſ. ſeptimò.de teſtam.modum autem cognoſcendi, quando bona cenſeantur acquiſita ex bonis Eccleſiæ vel ex bonis proprijs ipſius Clerici, tradunt Menoch.de arbitr. iud. caſ.195.Redoan.de ſpol.quæſt.9.§. quid dicendum. nu. 24. & ſeqq. Rocch. de Curt. de iurepatr.verb.ius.num.19.

2 Ampliatur etiam ſi non eſſent acquiſita nomine proprio ipſius clerici beneficiati, ſed nomine alieno vel per interpoſitam perſonam. quia ſi conſtare poteſt quod fuerint comparata de bonis eccleſiæ, remanent eccleſiæ, & non tranſmittuntur ad hæredes. c. inquirendum.de pecul.cleric. Et ſpeciale eſt ſignanter

3 in Eccleſia, quod bona empta de pecunia Eccleſiæ ſint ipſius Eccleſiæ cuius erat pecunia, & non ſint ementis.gloſ.vlt.in l.ſi patruus.C. comm. vtriuſq; iud. & in l. 1. in verb. conſtituam.C.ſi quis alter. vel ſibi. & in l. ſi vt proponis.in verb. non negabit. C. de rei vendicat.& in d.c.inquirẽdum.in verb. comparuit. vbi Abb.num.5.de pec.cleric.& in c.placuit. in verb. ſuo.12. q. 3. & in c. apoſtolicos. in verb.conſtruxiſſe.verſ.ſed dicas.12.q.2.nam de iure communi contrarium eſt, quia empta de pecunia alterius, efficiuntur ementis, non autem illius cuius eſt pecunia.l.ſi ea pecunia. C.de rei vẽdic.l. & ſi de tua. C. de donat.int. vir.& vxor.d.l.ſi patruus. C. comm. vtriuſq; iud.l.1.C.ſi quis alter.vel ſibi.l. ad probationem.1.C.de probat.

4 Declaratur ampliatio iſta, vt idem non ſit quãdo bona empta ſunt ab extraneo, qui negocia eccleſiæ non gerit nec illius adminiſtrationem habet, tunc enim ſecundum aliquos, res efficitur ementis, non eccleſiæ, niſi quò ad tacitam hypotecam pro prætio.l. 3. in princ. ff.de reb.eor.hanc opinionem tenet Bart.in l. ſi vt proponis.num.3.C.de rei vendic. Bald. num.4.& ibi Paul.de Caſtr.Cyn. Alber. & Salicet. & Couar.in d.c.1.num.5.verſ.eſt tamẽ dubium.de teſtam. Tiraquel. de priuileg.

piæ

piæ cauſ.priuileg. 120. hi dicuntur ſimpliciter argumento minoris ad Eccleſiam.c.1.c.auditis.de in integr. reſtit. l. orphanotrophos. C.de Epiſc. & cleric. ſed tamen vera eſt opinio, quod bona empta ab extraneo ex pecunia Eccleſiæ efficiuntur ipſius Eccleſiæ, non autem ementis, quamuis idem extraneus negocia Eccleſiæ non gereret, nec illius adminiſtrationem haberet, & moueor ex concluſione iàm ſupra firmata quod bona empta per interpoſitam perſonam de pecunia Eccleſiæ efficiuntur Eccleſiæ, non ementis, & maximè quia idem eſt quoquè in milite. Cyn. & Bart. in d.l.ſi vt proponis.num.1. Couar. in d. c.1.nu.5.in fin.de teſtam.& validè argumentatur de milite ad Eccleſiam.gloſ. in d. l. ſi vt proponis.in verb. non negabit, & in d. c. inquirendum. in verb. comparuit. & in c. apoſtolicos.verb. conſtruxiſſe.12.q.2. Euerard. in loc.legalib. loc. à milite ad Eccleſiam. & præſertim.nu.7.verſ. nonò, & quia ità in dubio tenendum eſt arg. l. ſunt perſonæ. in fin. ff.de relig. & ſumpt. funer.

5 Declaratur primò caſus habere locum in acquiſitis per Clericos, qui adminiſtrationẽ habent, quia illi æquiparantur vſufructuarijs in vita tantùm, in morte autem æquiparantur vſuarijs, ſecus eſt in ſimpliciter & perſonaliter beneficiatis, vt Canonici, capellani, & ſimiles, qui æquiparantur vſufructuarijs in vita, & in morte.gloſ.in c.præſenti. in verb. reſeruari.de offic.ordin.in 6. Hoſtienſ. in c. fin. de pecul.cleric.Clar.in §. teſtamentũ. quæſt. 27.verſ.quartò videndum. poſt Butr. Corn. Imol.Calder.Bellon. & Boer. per eum adductos.Redoan.de ſpol.quæſt.3.§. in hac materia.Guid. Pap.deciſ.110.Ferret. conſil.256. num.3.4.& conſ.372. num. 2. vbi teſtantur de communi.Honded.conſ.85. nu.22.lib.2. qui alios allegat.Surd.conſ.333.num.1.vol. 3.& conſequenter iſti vſufructuarij acquiſita ex beneficijs ad hæredes ex teſtamento trãſmittunt l. defuncta. ff. de vſufruct. & quemadm.quis vtat.gloſ.in d. c. præſenti. in verb. reſeruari.de offic.ordin.in 6.Ferret. d. conſil. 256.num.3.& 4. & conſ. 372. num.2. Garz. de Benefic.part.2.cap.1.nu.5.& 6. poſt multos per eum allegatos:

6 Beneficium autem cum adminiſtratione ad hunc effectum is habere dicitur, qui habet curam animarum, vel aliquod beneficium in titulum. Gemin. in d. c.præſenti.num.14.de off.ord.in 6. Iaſ.conſ. 75.nu.6.lib.3.ad effectum autem ſtandi in iudicio tàm actiuè, quàm paſſiuè omnes Prælati dicũtur legitimi adminiſtratores ſuarum Eccleſiarum, & monaſteriorum, ac congregationum.c.edoceri. de reſcript. c. cum deputati. de iudic. Rota deciſ.3. num. 2. de confeſſ. in nou.Bellamer.deciſ.695.num.2.

7 Declaratur ſecundò caſus, vt locum non habeat de conſuetudine Dominij Veneti, vbi Prælati, & Clerici omnes nulla facta differentia an adminiſtrationem, ſeu curam animarũ, vel beneficium in titulum habeant, vel non: indiſtinctè æquiparantur vſufructuarijs, & acquiſita omnia tàm ab inteſtato, quàm ex teſtamento ad hæredes trãſmittunt, quam quidem conſuetudinem validam eſſe affirmant Ioann. de Fantuc. quem refert, & ſequitur Ioan.de Lignan.in c.fin.de pecul. cleric. Hug. & Laurent. in c. alienationes. 12.q.2.Ioan. And.in reg.nemo poteſt plus.de reg.iur.in 6. & in c.cum in officijs, & ibi Couar. num.9. de teſtam.Gemin.in c. præſenti. num.13. de offic.ord.in 6.Ioan.de Anan.in d.c.fin. num.8. in fin.& ibi Imol.de pecul.cleric.Bellamer. in c.teſtamenta vero.nu.2.quæſt.12.Ioan.Fab. in §.is vero.num.2.inſtit.de rer.diuiſ.Vaſqu. in tract.de ſucceſſ.progreſſ.§.1. numer. 123. Guid.Pap. deciſ.110. Philip. Prob. in addit. ad Monach.in d.c.præſenti.de offic.ord. in 6. Summa Piſanella verſ. vtrum Clerici poſſint facere teſtamentum. ſumma Tabiena verb. Clericus.verſ.4.num.2. & verb.reſtitutio. §. 19.Guidobon.deciſ.51.cum alijs, quos recẽſet Column.de Eccleſiaſt.reddit.cap.26. nu. 1.& ſeqq. ſequitur Clar. in §. teſtamentum. quæſt.27.verſ.quartò videndum.in fin. Piaſecc.in prax.Epiſc. part.2. cap.5. num.40. & facit tex.in d.c.fin.§.porrò.de offic. ord. in 6. & extrauag.Ioann.xxij.ſuſcepti. §. cùm itaq; de elect. & ſolidis fundamentis ac plurimorum Doctorum autoritatibus validitatẽ iſtius conſuetudinis probat Gutierez pract. quæſt. lib.2.quæſt.114.& Cæuall. in tract. de cõm. contr.comm.quæſt.388.num.36.& ſeqq.vbi alios omnes allegant. & tãtò magis valida eſt conſuetudo iſta Dominij Veneti quia eſt immemorabilis, quę habet vim pacti.l.1.§.ſanè. vbi gloſ.in verb. diu. ff. de aqua pluu. arcen. Bart.in l.quòminus. num.25.ff. de fluminib. & ibi Iaſ.in repet. numer. 93. ſequitur Bald. conſ.24.num.1.circa medium.lib.4. Crauet. conſ.10.num.11.Roland. conſ. 66. num.45. lib.2. ac item habet vim legitimi tituli. l. hoc iure.§.ductus aquæ.ff.de aqua quot.& æſtiu. cap.1.de præſcript. in 6. & pariter habet vim legis.l.1.§.fin.& l.2.in princ.ff.de aqua pluu. arcend.

Præterea conſuetudo hæc concurrit cum

priuilegio nàm id quod poteſt concedi per priuilegium, poteſt etiam acquiri per huiuſmodi conſuetudinem. Oldrad. conſ. 172. nu. 1. Dec. conſ. 588. num. 17. & conſ. 649. num. 1. gloſ. 1. in c. catholica 11. diſt. Felin. in c. accedentes numer. 6. verſ. reſtringerem. de præſcript. Gabriel. concluſ. 1. num. 1. de preſcript. & facit tex. in c. duo ſimul. de offic. ordin. & in c. cum contingat in fin. de for. compet. & in c. ſuper quibuſdam. §. præterea. de verb. ſignif. certum eſt autem Romanum Pontificem poſſe concedere perſonis Eccleſiaſticis licentiam & facultatem teſtãdi de redditibus beneficiorum, vt probat Couar. in d. c. cum in officijs. num. 7. de teſtam. & Clar. in §. teſtamentum. quæſt. 27. num. 5. ſiquidem prohibitio teſtandi de eis inducta eſt de iure poſitiuo d. c. cum in officijs, ibi: hoc igitur quia antiquis canonibus conſtat inhibitum: igitur nimirum ſi etiã conſuetudine immemorabili poteſt induci quòd perſonæ eccleſiaſticæ poſſint diſponere de ipſis redditibus eccleſiæ, vel bonis intuitu Eccleſiæ acquiſitis. Eadem quoque conſuetudo quod Clerici poſſint teſtari de acquiſitis ex beneficijs, & illis ab inteſtato ſuccedatur viget in hiſpania quòad clericos Epiſcopis inferiores, de qua teſtatur Couar. in c. cum in officijs. nu. 9. de teſtam. Vaſqu. de ſucceſſ. progreſſ. §. 1. nu. 123. & Garz. de benefic. part. 2. cap. 1. nu. 12. vbi etiam firmat conſuetudinem ipſam fuiſſe approbatã à Rot. Rom. & Garſ. de melioration. cap. 11. nu. 71. dicit huiuſmodi conſuetudinem in hiſpania eſſe comprobatam lege Regia. Et ità quoque indifferenter non ſolùm quoad inferiores, ſed etiã quoad Epiſcopos viget in Gallia, vt per Couar. in d. c. cum in officijs num. 9. verſ. ſed & quantum. & Gulielm. de Benedict. in c. Rainutius. in verb. & vxorem nomine Adelaſiã. in princ. nu. 264. de teſtam. & nõ ſolùm apud Gallos, & Hiſpanos, ſed etiam apud Italos hanc eandem conſuetudinem ſeruari teſtatur idem Cæuall. de comm. contra comm. quæſt. 388. num. 38. propè finem poſt alios quos ipſe recenſet.

*SVMMARIVM.*

1 *Fructus beneficiorum non exacti quomodo tranſmittantur ad hæredes vel ſucceſſores. & ſeqq.*

2 *Conſuetudo contra ius Canonicum inducitur ſpatio quadraginta annorum.*

4 *Clauſulæ, ex certa ſcientia & non obſtante, habent vim ſpecialis derogationis.*

8 *Fructus locati dicuntur ſeparati à ſolo, quando venit tempus perceptionis, licet non venerit dies ſolutionis.*

9 *Fructuũ portio ſucceſſori relinquenda eſt pro victu, & alijs oneribus ſupportandis vſquè ad nouos reditus.*

10 *Fructus Eccleſiæ ſunt deputati pro oneribus totius anni.*

## CASVS LXX.

*Fructus beneficiorum non exacti quomodo ad hæredes & ſucceſſores tranſmutantur.*

SEquitur de tranſmiſſione fructuum beneficiorum vltimi anni, quo vacant ipſa beneficia, aliorumque fructuum non exactorum.

1 Et pro reſolutione, primò attendenda eſt conſuetudo, dummodo ea ſit præſcripta ſaltem ſpatio quadraginta anno-
2 rum, quia per tantum temporis ſpacium inducitur conſuetudo cõtra ius Canonicum Abb. in c. fin. num. 11. de conſuet. Iaſ. in l. de quibus. nu. 43. verſ. ſecunda eſt. ff. de legib. Aret. conſ 44. nu. 1. verſ. ſecunda concluſio. Alex. conſ. 5. num. 13. lib. 5. Anchar. conſ. 191. nu. 3. eam autem conſuetudinem in Dominio Veneto eſſe aduerti, vt in vacatione per obitum ſeruetur ius commune iuxta primam opinionem relatam inferius num. 6. videlicet quod fructus omnes naturales qui tempore mortis ſeparati ſunt à ſolo, ſiue affictus pro eis proportionabiliter debiti etiam ſi dies ſolutionis eorum non venerit, ſpectent ad hæredes; Affictus verò debiti pro fructibus ciuilibus diuidantur pro rata temporis, ità namquè pluries ſeruari vidi in facto.

3 Et vbi non adeſt conſuetudo præſcripta, recurrendum eſt ſecundo loco ad conſtitutiones ſinodales vel conciliares, ſiue ſtatuta confirmata à Papa cum ſpeciali derogatione, vel ſaltem ex certa ſcientia, ſeu cum clauſula; non
4 obſtante; quia huiuſmodi clauſulæ habẽt vim ſpecialis derogationis, prout de clauſula; ex certa ſcientia; tradit Socin. ſen. conſ. 3. num. 12. & conſ. 63. num. 4. verſ. ſed ad hoc faciliter. vol. 3. vbi teſtatur de magis communi opinione. Milis in ſuo repert. in verb. ſcientia certa. Gabriel comm. concluſ. in tit. de clauſul. cõcluſ. 1. num. 21. & 27. Menoch. conſ. 36. num. 17. Staphil. de vi & efficac. clauſ. num. 15. & de clauſula; non obſtante; idem Socin. d. conſ. 3. num. 10. verſ. & hanc partem. & conſ. 63. nu. 4.

nu.4.vol.3. Menoch.d.conſ.36.num.18.

5 At ſi non extat conſuetudo præſcripta, nec conſtitutio ſinodalis vel conciliaris, ſiue ſtatutum à Papa confirmatum modo ſupradicto; tunc pro tertio loco diſtinguendum eſt inter vacationem per obitum, & vacationem per reſignationem, nam ſi beneficium vacat per obitum, ſeruanda eſt conſtitutio Iulij tertij, vt fructus qui incorporati, & commixti ſunt cũ alijs bonis beneficiati tempore eius obitus, ſpectent ad hæredes ipſius beneficiati, & ad illos tranſmittantur: hi vero qui de tempore obitus exacti, & ſic incorporati, ac commixti non ſunt etiamſi à ſolo ſeparati ſint, & aduenerit dies ſolutionis; tranſmittantur ad ſucceſſorem in beneficio, iuxta quam cõſtitutionem, ſic etiam deciſum eſt à Rota Rom. vt per Marcheſ. de commiſſion. part.1. cap.13. nu.85. Seraphin.deciſ.683.nu.3.

6 Et vbi nec conſtitutio ipſa Iulij tertij vſu recepta eſt, tunc pro quarto in hac vacatione per obitum recurritur ad ius commune: ſed eſt attendendum, quòd in terminis iuris communis. ardua eſt controuerſia ſuper modo iſtius tranſmiſſionis; Duæ namquè ſunt opiniones, Vna quòd fructus collecti tranſmittuntur ad hæredes, pendentes vero ad ſucceſſores in beneficijs per tex. in l. ſi vſufructuarius.ff.quib.mod.vſusfruct. amitt. hoc voluit gloſ.in c.ſi propter. in verb. primi anni. & ibi DD.de reſcript.in 6.& gloſ.vlt.in l.1.C. de annon.ciuilib.lib.11. Corſett.in ſingul. verſ. clericus. Tiraq.de retract.conuent. §. 5. gloſ. 4.num.2. Ferret.conſ.225.nu.5. Caccialup. de penſion.quæſt.25.nu.1. Ioſeph. Ludouic. in deciſ.Peruſ.33. num.1. cum alijs adductis per Garz. de benefic. part.2.cap.1.num.94. & 95. & in hoc caſu tanquàm in caſu poſſeſſoris bonæ fidei, fructus dicuntur collecti quando ſunt ſeparati à ſolo etiam ſi à quocunque, ac etiam per caſum ſeparati ſint Bart. & Bald. í d.l.ſi vſufructuarius. Zerol. in prax. epiſc.part.1.verb. beneficium. verſ.ad ſextũ. Tiraq.de retract.conuent.§.5.gloſ.4.num.1. Honded.conſ.85.nu.7.vol.2. cum alijs quos recenſet Couarr.var.reſol.lib.1.cap.15.nu.2.verſ.verius tamen eſt: Et quod dicitur de fructibus vt ſeparati à ſolo ſpectent ad hæredes defuncti, pendentes vero ad ſucceſſorẽ, idem attenta iſta opinione dicendum eſſet de affictibus debitis ratione ipſorum fructuum quia pariter affictus ipſi diuidẽdi eſſent inter hæredes prædeceſſoris & ſucceſſorem in beneficio pro rata fructuum ſeparatorum, nempe quia pro illa rata fructuum à ſolo ſeparatorũ per affictuarium vel conductorem ante mortẽ prædeceſſoris, ſpectarent ad hęredes iuxta tex.in l.defuncta. ff. de vſufruct. & quemad. quis vtat. pro alia verò rata ſpectarent ad ſucceſſorem; & procedit iſta concluſio etiam ſi de tempore mortis dicti prædeceſſoris non veniſſet tempus ſolutionis ipſorum affictuũ, namquè adhuc diuidendi eſſent pro rata fructuum ſeparatorum à ſolo; nec eſſet conſiderandus dies ſolutionis eorundem affictuum; ſed tempus quo percipiuntur fructus pro quibus ſoluuntur d.l.defuncta.ff.de vſufruct. & per illum tex. ſic tradunt Salicet.in l. fructus. nu.3. verſ.& probatur ratione. C. de action. empt. Alex.conſ.28.num.2.lib.1.& conſ.15. num.3.& conſ.82.num.16.lib.2. Rota deciſ. 240.num.5.part.1.& deciſ.278.num.1.part.2.in recent. Ferret.conſ.151.num.5.& conſ.256.num.1. Honded.d.conſ.85.num.20.lib.2. Caccialup.de penſion.quæſt.25.num.1.& 2. quem ſequitur Gigas in eod. tract. quæſt. 53.num.1.& 2. Surd.conſ.333.num.3.& 4. vol.3. Et hoc eſt quantùm ad affictus debitos propter fructus naturales & induſtriales cùm iſti ſemel tantùm in anno percipiantur: quò verò ad fructus ciuiles, ſiue inſpiciamus opinionem iſtam ſiue opinionem ſequentem diſtinguendum eſt hoc modò; nam ſi tales ſunt qui ſingulis diebus percipiuntur, ſingulisquè diebus ſunt in fructu, vt cenſus, liuelli denariorum, penſiones domorum, naulus nauis, & ſimiles reſponſiones, iſti in hac vacatione per obitum ſemper diuiduntur inter hæredes & ſucceſſorem pro rata temporis etiam ſi de tempore mortis non euenerit dies ſolutionis: Salicet.in d.l.fructus.num.3.verſ.ſecundo caſu. Bart.in l.fin. §. vlt. verſ. quandoquè ex re.ff. de iure fiſc. Honded. d.conſ.85.nu.17.lib.2. & in iſtis terminis vacationis beneficij p obitum iudicauit conſ.Neapol.vt per Franc. deciſ.79.num.4. Si verò tales ſunt qui non ſingulis diebus ſed ſemel tantùm ſunt in fructu, vt pænæ, mulctæ, condemnationes, laudemia, & ſimilia; & ſi iſti non ſunt actualiter exacti per prædeceſſorem, dicuntur fructus pendentes, & ſpectant in totum ad ſucceſſorem nec tranſmittuntur ad hæredes. Socin.conſ.100. num.2.verſ.ſed his non obſtantibus.vol.1. Berou.conſ.133.num.9. vol.2. Pariſ.conſ.400. num.8.vol.1. Crauet.conſ.212.nu.8. Surd. conſ.84.num.4.& ſeq. lib.1. Alia fuit opinio quæ in terminis iuris communis verior eſt, vt fructus omnes illius anni, quò vacat beneficium per obitum ſint diuidendi inter hæredes beneficiati defuncti, & ſucceſſorem in bene-

ſcio pro rata temporis quo defunctus vixit intra illum annum facta numeratione temporis à die qua fuit prouiſus de ipſo beneficio nulla facta differentia an fructus ſint naturales, vel ciuiles, ſeu in afflictibus, & hanc opinionem tenuit Alberic. in l. diuortio. nu. 13. ff. ſolut. matrim. & eam tanquàm veriorem tuetur Couarr. var. reſolut. lib. 1. cap. 15. nu. 12. Molin. de primogenit. lib. 3. cap. 11. num. 4. qui illam frequentiſſime in forenſibus controuerſijs receptam vidiſſe teſtatur, idem tenet And. Barul. in l. 1. C. de annon. ciuilib. lib. 11. Pariſ. de confident. quæſt. 35. num. 48. & 49. Gutierez, Canon. quæſt. lib. 1. cap. 33. nu. 4 Garz. de benefic. d. part. 2. cap. 1. num. 96. & ſeqq. cum alijs ibi per eum allegatis, mouentur per rationem dictæ leg. diuortio, nempe propter onera, quæ ſuſtinet beneficiatus, cùm beneficium detur propter officium. c. fin. de reſcript. in 6. & fructus eiuſdem beneficij ſint deputati pro oneribus totius anni. c. videntes. 12. q. 1. Gemin. in c. fin. §. porrò. nu. 4. & Franc. nu. 2. de offic. ord. in 6.

7 Si autem beneficium vacat per reſignationem, adhuc ex eadem ratione idem videtur dicendum, quòd fructus ſint diuidendi pro rata temporis, & ita contra Alberic. voluit indiſtinctè Couarr. var. reſolut. d. lib. 1. cap. 15. num. 12. Pariſ. de reſignat. lib. 1. quæſt. 6. nu. 79. & 80. Zerol. in prax. epiſc. part. 2. verb. renunciatio. verſ. Si quis beneficiatus. Genuen. in prax. Archiepiſc. cap. 53. numer. 11. Garz. de benefic. d. part. 2. cap. 1. numero 96. & 97. vbi alios recenſet: ſed tamen in hac vacatione per reſignationem Rota Rom. diſtinxit, inter fructus ciuiles & fructus naturales, ac induſtriales, fructus enim ciuiles pro euidentia terminorum hi verè dicuntur quando proueniunt ex re non producente naturaliter fructum, vt per Bart. in l. & ex diuerſo. num. 1. ff. de rei vendic. & qui ſingulo die percipiuntur Honded. conſ. 85. numer. 17. cum alijs ibi per eum allegatis. vol. 2. vt ſunt cenſus, penſiones domorũ, reſponſiones, vecturæ & ſimiles, hi inquam ſi dies ſolutionis eorum de tempore reſignationis non venerat, tranſmittuntur ad ſucceſſorem reſignatarium, ad quem etiam ſpectant fructus pendentes. gloſ. in c. præſenti. de offic. ordinar. in 6. Card. in c. vlt. de pecul. cleric. Calder. conſ. 2. eodem tit. Couarr. variar. reſolut. lib. 1. cap. 15. ſub num. 2. Honded. d. conſ. 85. num. 8. lib. 2. ea ratione, quia eo ipſo, quod reſignans ſimpliciter dimiſit beneficium abdicauit à ſe omne ius, & poſſeſſionem Rot. deciſ. 1. de renunciat. in nou. Caſſad. deciſ. 4. num. 3. de reſtit. ſpoliat. Achill. deciſ. 10. eod. tit. ideoquè fructus aliquos percipere non poteſt, vt in dictis deciſionibus, & tradit Pariſ. de reſignat. lib. 1. quæſt. 6. itaut ſi aliquid de facto percipit, tanquàm male fidei poſſeſſor tenetur ad reſtitutionem cùm remãſerit abſque titulo colorato, poſſeſſionemque ciuilem, & naturalem amiſerit. Put. deciſ. 158. num. 4. lib. 3. Prob. ad Monach. in c. ſi te. nu. 3. de renunciat. Sarnen. ſuper regul. de annal. quæſt. 57. num. 3. verſ. pro quo eſt diligenter: ſic decidit Rota deciſ. 240. nu. 3. & ſeq. part. 1. & deciſ. 278. num. 3. & 4. part. 2. in recent.

8 Et licet huiuſmodi fructus ciuiles in vacatione beneficij per obitum diuidantur inter hæredes & ſucceſſorem pro rata temporis, tamen diuerſum eſt in hac vacatione per reſignationem, namquè nulla rata fructuum ciuilium debetur reſignanti, ſi non venerat dies ſolutionis de tempore reſignationis, vt contra Honded. d. conſ. 85. num. 8. & ſeqq. & nu. 32. & ſeq. lib. 2. qui pariter loquitur de vacatione per reſignationem; ſic deciſum eſt à Rota d. deciſ. 240. num. 2. & infra part. 1. & deciſ. 278. nu. 2. & ſeqq. part. 2. in recent. & mouetur Rota ex ea ratione quia per reſignationem ſimpliciter factam ſine reſeruatione fructuum præteritorum, ijdem fructus intelligũtur remiſſi, ſtante quòd cenſentur abdicata & remiſſa omnia iura tàm ratione dominij, quàm poſſeſſionis vt dictum eſt, maximè cùm ſatis ſit vt reſignans de eis cogitauerit in genere tantùm, ex traditis per Aret. conſ. 33. nu. 10. verſ. ad tollendum. Roland. conſ. 95. nu. 41. lib. 1. Menoch. conſ. 37. num. 81. & ſeqq. ad hoc tex. in l. ſi duo. §. idẽ Iulianus ff. de iureiur. adeout concluſio quòd afflictus debiti pro fructibus ciuilibus, ſint diuidendi inter hæredes & ſucceſſorem pro rata temporis, locum habet in actu neceſſario, prout eſt vacatio per obitum, non in actu voluntario prout eſt reſignatio. ità Socin. cõſ. 42. nu. 6. & ſeqq. vol. 3. Put. deciſ. 14. lib. 3. Rota d. deciſ. 278. nu. 6. part. 2. in recent. Gabriel. conſ. 191. nu. 3. & ſeqq. lib. 2.

Quò verò ad fructus naturales & induſtriales, eadem Rota ſecuta eſt regulam iuris communis traditam in vacatione per obitum ſecundùm primam opinionem ſuperius relatam num. 6. nempe quòd fructus ſeparati à ſolo de tempore admiſſæ reſignationis ſpectant ad reſignantem, alij verò ad reſignatarium iuxta terminos d. l. defuncta. ff. de vſufruct. & l. diuortio. cum ibi not. ff. ſolut. matrim. idquè locum habere voluit etiam ſi dies ſolutionis af-

fictus

fictus de tempore reſignationis non eueniſſet, quia de tali affictu, ſeu pretio locationis quod debetur ratione fructuum, idẽ indicatur quod de fructibus ipſis quorum loco affictus ſubrogatur, itaquòd non conſideratur dies ſolutionis affictus, ſed tempus perceptionis fructuũ pro quibus affictus ſoluitur, vt tradunt Doctores ſuperius citati num. 6. & decidit Rota d. deciſ. 240. num. 5. part. 1. & deciſ. 278. num. 1. part. 2. in recent.

9 Declarantur præmiſſa; nàm ſi defunctus, vel reſignans exegiſſet, & in horreis commixtos, vel à ſolo ſeparatos haberet vniuerſos fructus, vel tantam ratam ex eis, vt fructus remanentes ſucceſſori, non eſſent ſufficientes pro incumbentibus oneribus vſque ad nouos reditus ſupportandis; hoc caſu non reſiſtente conſuetudine, vel conſtitutione, ſiue ſtatuto confirmato à Papa modo ſupradicto, relaxanda eſt ſucceſſori portio ipſorum fructuum pro victu eiuſdem ſucceſſoris, & alijs neceſſarijs oneribus ſupportandis vſquè ad nouam recollectam, inſpecta ſcilicet quantitate redituum beneficij, & onerum ſupportandorum; ac qualitate ipſius ſucceſſoris per tex. in c. fin. §. porrò. de offic. ordin. in 6. & extrauag. ſuſcepti. Ioann. xxij. de elect. & per rationem quia

10 fructus Eccleſiæ ſunt deputati prò oneribus totius anni. c. videntes. 12. q. 1. Gemin. in d. §. porrò. num. 4. & Franc. num. 2. Gigas de penſion. quæſt. 72. ante num. 1. & cõſ. 124. num. 3. & Couarr. var. reſolut. lib. 1. cap. 15. num. 12. propè finem: & ratio rationis eſt, quia ſucceſſor, qui ſuſtinet onera beneficij, debet viuere de ipſo beneficio. c. ex his. 12. q. 1. c. cum ſecundum. de præbend. c. fin. de reſcript. in 6. facit. l. ſecundùm naturam. ff. de reg. iur. & ſic in ſpecie, quòd ſucceſſoribus relinquenda ſit portio fructuum pro victu, & alijs neceſſarijs oneribus vſquè ad nouos reditus, tenet Borgnin. deciſ. 37. num. 89. part. 2. & deciſ. 8. nu. 80. part. 3. Bolognin. in addit. ad Ioan. de Anan. conſ. 88. num. 6. & conſuluit Grilenz. conſ. 112. Peregrin. conſ. 85. numer. 4. vol. 5. Dominus Hieronim. Mainat. in ſuo. conſ. impreſſo. de ſpol. & fruct. benef. num. 182. & ſeqq. & voluit in effectu Gemin. conſil. 3. numer. 7.

*S V M M A R I V M.*

*1 Penſiones maturatæ in vita penſionarij tranſmittuntur ad hæredes in totum, non maturatæ autem pro rata fructuum. 2. Declaratur 3. & ſeq.*

*5 Penſionarius non tenetur facere diligentias contra hæredes prædeceſſoris defuncti ante maturatam ratam.*

*6 Succeſſor in beneficio tenetur ſoluere omnia onera realia etiam decurſa.*

*7 Vbi actus poteſt vnum, vel duo operari contra ius commune ſumenda eſt interpratatio; vt vnum tantùm operetur.*

*8 Solutio dimidiata maxima habet incommoda.*

*9 Penſio quoad commoditatem poteſt vendi, & cedi per triennium, ſecus quoad ius.*

## CASVS LXXI.

*Penſiones Eccleſiaſticæ an & quomodo ad hæredes tranſmittantur.*

1 NVnc conſequens eſt, vt videamus de penſione Eccleſiaſtica, an ſcilicet penſionarius penſiones ad eius hæredes tranſmittat: Et quoad penſiones maturatas ante obitum ipſius penſionarij non eſt dubium, quia ad hęredes tranſmittũtur Gigas. de penſion. quęſt. 52. cum allegatis per eum. Redoan. de ſpol. quæſt. 3. nu. 27. & quotidiè practicatur: quò

2 vero ad penſiones nondum maturatas tempore obitus eiuſdem penſionarij, veluti quando penſionarius decedit ante diem ſolutioni penſionis conſtitutam; tunc aliqui exiſtimarunt (& hæc opinio magis placet) penſiones trãſmitti ꝑ rata tẽporis; huius opinionis fuit Couarr. var. reſol. lib. 1. cap. 15. num. 13. & illum ſequitur Molin. de primogen. lib. 3. cap. 11. nu. 4. Peregr. de fideicom. art. 49. nu. 101. & Garz. de benefic. part. 2. cap. 1. nu. 120. & reſoluit aliàs Rota teſte Gabriel. conſ. 191. num. 6. lib. 2. quam æquiorem eſſe dicit num. 13. Aliqui dixerunt nullam ratam tranſmitti, vt Nauarr. in apolog. de redit. eccleſ. quæſt. 2. 16. Monit. Gutierez Can. quæſt. lib. 1. cap. 33. num. 35. vbi etiam refert Sarmient. teſtari de ſtilo Curiæ Romanæ.

Alij verò opinantur ſeruandam eſſe regulam vſufructuarij, nempè quòd ſi fructus omnes beneficij ſuper quibus impoſita eſt penſio, ſeparati erant à ſolo de tempore mortis penſionarij, penſio hæredibus eiuſdem penſionarij integra debeatur; ſi autẽ fructus omnes erant pendentes, nulla eis debeatur penſio: At ſi pars fructuum de eo tempore erat collecta ſiue à ſolo ſeparata, & partim colligenda, penſio ſit hæredum penſionarij pro rata fructuum collectorum tantùm, pro rata

col-

colligendorum ſecus;idquè procedere volue-
runt ſiue de tempore mortis eiuſdem penſio-
narij euenerit dies ſolutionis,ſiue non;ac etiã
ſi penſio anticipatè vel ante perceptionem fru
ctum ſoluta ſit,ità enim tenent Caccialup. de
penſion.quæſt.25.num.1.& 2.& numer.4.&
ſeq.& illum ſecutus eſt Gig in eod.tract.quę-
ſtio.53.num.1.& ſeqq.per tex.in l.defuncta.
ff.de vſufruct. & quemad.quis vtat.voluerũt
igitur in effectu penſionem,& ius eam exigen
di tranſmitti ad hæredes penſionarij non pro
rata temporis, ſed pro rata fructuum à ſolo ſe
paratorum, id eſt perceptorum à titulari à die
quo reſeruata fuit ipſa penſio vſquè ad diem
obitus eiuſdem penſionarij non habito reſpe-
ctu diſtributionis duorum terminorum, quæ
fit ex gratia commodioris ſolutionis tantùm,
& ità tenet etiam Gambar. de autor. legat. de
lat. de penſion.ecclеſ.nu.598.& ſeq. Gabriel.
conſ.191.num.4.& 5. lib. 2. Honded. conſil.
85.num.23.& ſeqq.lib.2.& hanc,tandem opi
nionem tanquàm magis æquam; quicquid ſit
in puncto iuris; amplexa eſt Rota de moder-
no eius ſtilo & obſeruantia, vt per Garz.de Be
nefic.part.2.cap.1.num.109. & per Gabriel.
d.conſ.191.num.13.& 14.pręcipuè vero pe-
nes Coccin.deciſ.327. & in alia Carpentora-
tten. penſ.coràm Cauallerio die 10. Decem-
bris.1610.vbi alię deciſiones allegantur; &
hac vltima opinione retenta.

3 Declaratur, vt penſio debeatur hæredibus
pẽſionarij pro rata fructuum perceptorum à
titulari, tunc demum, quando fructus ſuper
quibus impoſita eſt ipſa penſio, ſunt fructus
naturales, ſiuè induſtriales; ſecus quãdo ſunt
fructus ciuiles, vt ſunt cenſus, liuelli denario-
rum, penſiones domorum, fructus hortorum,
paſcuorum, vecturæ, diſtributiones quotidia-
næ, operæ ſeruorum, & ſimiles reſponſiones,
quæ ſingulis diebus ſunt in fructu; vel etiam
quando fructus eſſent partim naturales, & par
tim ciuiles, nàm penſio pro illa parte quæ tan-
git fructus ciuiles, non debetur hęredibus pẽ-
ſionarij pro rata fructuũ, ſed debetur eis pro
rata temporis, quo vixit idem penſionarius
per tex.in l.adhuc §.ſi operas.& l. ſi operas ff.
de vſufruct. & quemad. quis vtat. vbi operæ
ſeruorum pro tẽpore quo durat vſusfructus
debentur vſufructuario, & eius hæredibus;
pro tempore autem ſequenti debentur pro-
prietario, & ſic habetur, quòd fructus ciuiles
qui quotidiè percipiuntur, diuiduntur inter
fructuarium vel eius hæredes, & proprietariũ
pro rata temporis, & ità in terminis penſionis
eccleſiaſticæ, tenet Caccialup. de penſion.
quæſt.25.num.3.verſ.ſi vero. Gambar. de au-
tor.leg.de lat.de penſ.eccleſ.num.599.in fin.
Honded.conſ.85.nu.27.vol.2.Gabriel.conſ.
191.num.5.lib.2.

4 Subdeclaratur adhùc declaratio iſta quia
licet penſio debita reſpectu fructuum ciuiliũ
tranſmittatur ad hæredes penſionarij pro ra-
ta temporis, quo vixit idem penſionarius, id
tamen locum habet in caſu mortis penſiona-
rij, vel alio neceſſario actu, ſecus in ceſſione,
vel tranſlatione eiuſdem penſionis volunta-
riè & ſimpliciter facta ſine reſeruatione pen-
ſionis pro tempore decurſo, huius enim pen-
ſionis voluntariò ac ſimpliciter ceſſæ, vel trãſ-
latæ, ſi de eo tempore non venerat dies ſolu-
tionis, nulla pars, nullaquè rata hæredibus cè
dentis vel transferentis debetur, cùm cenſea-
tur remiſſa ad fauorem ceſſionarij, ſiuè trans-
latarij. Put.deciſ.14.lib.3.Socin.conſ.42.nu.
6.& ſeqq.vol.3.Gabriel.d.conſ.191.num.3.
lib.2.Honded.d.conſ.85.num.5. lib. 2. Rot.
d.deciſ.278.nu.6.part.2.in recent.

5 Poſtquàm vidimus quomodo morte pen-
ſionarij tranſmittatur penſio ad eius hęredes:
modò videndum eſt quomodo morte, renun-
ciatione, priuatione, vel tranſlatione titularis
tranſmittitur onus ſoluendi penſionem in
eius ſucceſſores; quocirca iàm diximus in ca-
ſu 28.num.83. & ſeq. penſionarium habere
electionem, an pro penſionibus decurſis tem-
pore præceſſoris velit agere contrà eundem
præceſſorem ſi viuit vel eius hæredes ſi eſt
mortuus, an contra ſucceſſorem in beneficio,
de ſtilo autem Rotę ab omnibus tribunalibus
recepto non poſſe eundem penſionarium age
re contra ſucceſſorem pro eiſdem penſioni-
bus decurſis de tempore pręceſſoris niſi prius
factis diligentijs contra ipſum præceſſorem
vel dictos eius hæredes: Dubium autem nunc
oritur, an ſint fiendæ huiuſmodi diligentiæ
etiam quando idem præceſſor ceſſit, vel deceſ
ſit, ſiue priuatus vel translatus eſt ad aliam ec
cleſiam antequàm venerit dies deſtinatæ ſo-
lutionis, & ſic antequàm decurſa ſit tota inte-
gra rata, puta cùm ceſſit, vel deceſſit, vel priua
tus fuit ſiue translatus eſt de menſe ſeptem-
bris, & ſolutio pẽſionis deſtinata eſt in die na
tiuitatis D.N.ſubſequenti.

Nàm quod penſionarius non teneatur age
re contra ipſum pręceſſorem vel eius hęredes,
nec contra eos facere aliquas diligentias ſtrin
git ratio, quia de eo tempore adhuc non vene
rat dies deſtinatæ ſolutionis, & ità nec idem
præceſſor erat debitor, nec penſio peti pote-
rat l.cedere diem.ff.de verb. ſignif. imò ſi pe-

tita

tita fuiſſet, eſſet petitũ plus tempore.c. vnic. de plus petit.& hanc opinionem tenet in ſpecie.Gambar.de offic.& poteſt legat.lib.6. de penſion.nu.467.verſ.fallit quintò: quòd autem è contra teneatur penſionarius ad dictas diligentias, facit ratio quia penſio eſt ſoluenda pro portione fructuum perceptorum habita ſcilicet ratione temporis prouiſionis beneficij, quod paſſim ſeruat Rota, vt per Coccin. deciſ.327.& per Garz.de benefic.part.1.cap. 5.num.199.& ſeqq.&alibi pluribus in locis, Vnde pro illa portione percepta à præceſſore dicendum videtur quod teneatur penſionarius diligentias facere, nam quod iuris eſt de tota integra penſione quoad totam idem eſt de parte quoad partem l.quæ de tota.ff.de rei vendic.l.qui ſit.ff.de vſur.l.an pars.ff.pro derelict. & ità ſecundum hanc partem videtur eſſe deciſum ab eadem Rota in vna cauſa Ceſaraugustana penſionis coràm D.Panfilio regiſtrata per eundem Garz.loco cit.num.199. & tenendo hanc opinionem,non obſtat quod de dicto tempore non venerit adhuc dies deſtinatæ ſolutionis,& conſequenter penſio peti non poſſet,quia reſpõderi poteſt quòd dies ipſa non facit penſionem eſſe conditionalem, cùm ea reſpiciat executionem,non obligationem,& appoſita ſit executioni ac præſtationi ipſius penſionis pro maiori commmoditate debitoris, non autem ſit appoſita ſubſtantiæ eiuſdem penſionis,& ſic ſtet in ſuſpenſo exercitium actionis,non obligatio l.in diem.ff. de cõdict. indebit.d.l.cedere diem.ff.de verb.ſignif.& facit textus in l.ſeius ſaturninus.ff. ad Trebell.l.firmio.§.1.ff.quand.dies leg.ced.l. ex his.C.eod.vbi dies appoſita executioni legati, vel fideicommiſſi non facit illud conditionale,ſed legatario vel fideicommiſſario interim decedente tranſmittitur.

Sed tamen in hac difficultate puto magis veram eſſe primam opinionem, quod onus ſoluendi hanc ratam penſionis,cuius ſolutionis dies non venerat de tempore mortis, reſignationis, priuationis, vel translationis præceſſoris,tranſeat ad ſucceſſorem in beneficio, nec penſionarius teneatur inuitus aliquas facere diligentias contra eundem præceſſorem
6 vel eius hæredes. Nàm certum eſt quod inſpecto iure communi ſucceſſor in beneficio tenetur ſoluere omnia onera realia ipſius beneficij etiam decurſa tempore præceſſorum, vt de decimis tradit Ioann. And.in c. non eſt in mora.nu.6.de reg.iur.in 6.Federic.de ſen. conſ.81. De collectis Gemin.cõſ.3. Franc.in c.præſenti.§.porrò. num.3. verſ. & aduerte. de offic. ordin. in 6.De tributis Cardin. in clem.1.num.6.de cenſib. De caritatiuo ſubſidio Bellenz. in tract. de ſubſid. carit. quæſt. 45.verſ. fateor tamen;& in ſpecie de penſione quod ſit onus reale & cohæreat beneficio, ideoquè ſucceſſor in ipſo beneficio teneatur ad penſiones decurſas de tempore præceſſorum,firmat Gigas de penſion.quęſt.39 num. 10.& ſeqq.& quæſt.43.num.5. Ludouiſ. deciſ.507.nu.1. & 2.cum pluribus alijs allegatis per Garz.de benefic.part.1.cap.5.nu.191. & pro his omnibus facit textus in l. Imperatores.ff.de public. & vectig. & ratio quia res tranſit cum ſuo onere.c.cum nõ ſit. de decim. c.ſi quis laicus.16.q.1.l. alienatio. ff. de contrah. empt.

Et licet eidem iuri communi videatur reſiſtere ſtilus Rotæ ſupradictus, tamen ad hoc dupliciter reſpondetur, Primò quod idem ſtilus intelligitur habere locum, quando de tẽpore obitus, renunciationis, priuationis, vel translationis venerat dies ſolutionis ipſius pẽſionis,itaquod ea peti poſſet,non etiam quando adhuc non venerat dies,nec penſio peti po
7 terat, & ratio eſt quia vbi ſtilus poteſt vnum vel duo operari contra ius commune,ſumenda eſt interprætatio, vt vnum tantùm operetur.Butr.in c.cum dilecti.de donat.Gozadin. conſ.19.num.5.Roland.conſ.74. nu.19. lib. 3.Oſaſch.deciſ.58.num.13. Roman.conſil. 199.num.6.Rota deciſ.432.num.10.part.1. diuerſ.& ratio rationis eſt,vt minus præiudicet iuri communi,quàm fieri poſſit, DD. in l. fin.§.in computatione C.de iure delib.& in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iur. & in l. 2. vbi etiam gloſ.1. C. de noxalib. & in c. cum dilectus.de conſuetud. Corn. conſ.100. num. 7. lib.3.Crauet.conſ.197.num.6.Nec obſtat argumentum de toto ad partem,quia illud procedit quando totius & partis eadem eſt ratio, ſecus aliàs.Doctores in l.cum notiſſimi §. in his.C.de præſcript.30.vel 40. ann. Euerard. in locis legalib. loc. à toto ad partem num.7. Surd.conſ.197.num.21. lib.2. ſed in hoc caſu non eſt eadem ratio, nàm ſi penſionarius pro eadem rata teneretur agere partim cum præceſſore;vel hæredibus,& partim cum ſucceſſore valdè grauaretur cum maximo damno & pręiudicio,grauaretur enim ex eo, quia ſic traheretur coràm diuerſis iudicibus c. fin. de reſcript.c. diſpendia eod.tit. in 6. ſic diuideretur continentia cauſæ l.nulli C.de iudic. & poſſet contingere,vt in eadem cauſa diuerſæ proferrentur ſententiæ l.1.& ibi gloſ. in verb. eundem. ff. de quib. reb.ad eund. iud.

eat.

eat. ſic cogeretur cum multis litigare, quod æquum non eſt l. ne in plures. ff. de exercit. l. iuſtiſſimè. §. proponitur. ff. de ædilit. edict. & ſua intereſt plures aduerſarios non habere c. 2. vt lit. pendent. in 6. ſic deniquè grauaretur quia ſolutio vel exactio dimidiata maxima habet incommoda l. planè. ff. famil. erciſc. & hæc omnia damna ſuſtineret ex perſona ſucceſſoris, quod lex non permittit l. 2. §. ex his. ff. de verb. obligat. Secūdò reſpondetur quod iſte ſtilus Rotæ procedit ex quadam æquitate, & ceſſat æquitate ceſſante, ſic dixit eadem Rota Coccin. deciſ. 327. num. 3. in fine: Satis autem compertum eſt æquitatem non permittere vt penſionarius ſit aſtrictus agere contra præceſſorem vel eius hæredes pro portione ratæ penſionis decurſæ vſquè ad obitum, renunciationem, priuationem, vel tranſlationē ipſius præceſſoris, cuius ſolutionis dies de eo tempore adhuc non venerat, quia ſic multa damna & præiudicia ſuſtineret vt præmittitur, igitur & ſtilum ipſum ceſſare concludendum eſt.

9 Si autem quærimus, an penſio ipſa tranſmitti poſſit in alium titulo ceſſionis diſtinguēdum eſt, nàm inquantum ad titulum ipſius penſionis, is non poteſt vendi, nec cedi ſine autoritate Papæ. Rota penes Ludouiſ. deciſ. 440. num. 7. Garz. de benefic. part. 1. cap. 5. nu. 20. Inquantum autem ad commoditatem eiuſdem penſionis, ea poteſt liberè vendi, cedi, & locari. Rota deciſ. 400. num. 1. & 2. part. 1. diuerſ. Ludouiſ. d. deciſ. 440. nu. 7. & Garz. in loc. cit. num. 29. de triennio ſcilicet in trienniū iuxta extrauag. ambitioſæ. de reb. eccleſ. non alien. & non vltra. Nauarr. conſ. 11. eod. tit. de reb. eccleſ. non alien. idem Garz. part. 2. cap. 1. num. 37. & dixi in caſu. 66. num. 22. & ſeq. ſaluo tamen ſi venditio, ceſſio, vel locatio facta eſſet cum autoritate ſuperioris, vel confirmatione Papæ, ſiue alijs modis ſuperius expreſſis in caſ. 28. num. 93. & ſeqq.

## *SVMMARIVM.*

1. *Confeſsio facta per modum contentioſæ iuriſdictionis nocet ſucceſſoribus in beneficio, ſecus per modum iuriſdictionis voluntariæ* 3. *& an noceat hæredibus vel alijs ſucceſſoribus.* 5.
2. *Confeſsio & ſententia æquiparantur.*
4. *Confeſsio nocet ſucceſſori in poſſeſſorio ſummariſſimo.*

## CASVS LXXII.

*Confeſsio præceſſoris, an & quando tranſeat ad ſucceſſores, vel eis præiudicet.*

Confeſſio an noceat, & præiudicet ſucceſſoribus infraſcriptorum caſuum diſtinctione diſcutitur.

1 Primus caſus eſt quoad confeſſionem Prælati, vel Rectoris, ſiue alterius officialis factam per modum contentioſæ iuriſdictionis, & tunc intrat diſtinctio, an Prælatus, vel Rector, ſiue officialis ſit legitimus adminiſtrator, vel non; ſi enim eſt legitimus adminiſtrator, illius confeſſio facta per modū contentioſæ iuriſdictionis ſucceſſoribus nocet, & præiudicat. c. fin. de confeſſ. c. ſuborta. 
2 de re iudic. & facit ratio quia confeſſio, & ſententia æquiparantur l. poſt rem iudicatam. ff. de re iudic. & cui nocet ſententia nocent etiā acta l. ſed etſi poſſeſſori. §. fin. ff. de iureiur. Innoc. in c. cauſam quæ. 1. in fin. & ibi Abb. nu. 3. & Dec. num. 5. de teſtib. Bart. in l. ſi ſuperatus num. 4. ff. de pignorib. & in l. ſæpe nu. 12. ff. de re iud. Alex. conſ. 126. num. 2. verſ. nec obſtat. conſ. 61. num. 9. & conſ. 135. num. 7. lib. 2. & in l. 2. nu. 11. C. de edend. idē Abb. in c. pen. num. 4. de re iudic. ſed ſententia lata contra Prælatum nocet ſucceſſoribus. c. cum inter. §. quamuis de re iudic. Abb. conſil. 62. num. 2. verſ. & maximè prædicta procedunt. lib. 1. Crauet. conſ. 10. numer. 8. Pinell. in l. 1. part. 3. num. 48. verſ. pro hac ſententia. C. de bon. matern. & ità in ſpecie quòd confeſſio Prælati, vel Rectoris legitimi adminiſtratoris facta per modum contentioſæ iuriſdictionis præiudicet eccleſiæ & ſucceſſoribus tenet Franc. de Rampon. inter conſ. Calder. conſ. 5. de confeſſ. cuius verba ad literam recenſet & comprobat Ang. conſ. 245. num. 8. verſ. ſi autem. Rot. Rom. deciſ. 3. num. 1. de confeſſ. in nou. & deciſ. 141. num. 4. & deciſ. 266. nu. 5. part. 2. diuerſ. Bellam. deciſ. 695. numer. 1. Alex. in l. ſæpe. nu. 126. & 127. ff. de re iudic. & Maſcard. de probat. concluſ. 367. nu. 22. ſi autem Prælatus vel Rector ſiue alius officialis non eſt legitimus adminiſtrator, tunc illius confeſſio etiam ſi facta ſit per modum contētioſæ iuriſdictionis ſucceſſoribus non nocet, nec præiudicat. Rot. d. deciſ. 3. num. 1. verſ. ſi vero. de confeſſ. in nou. & Bellam. d. deciſ. 695. numer. 1. verſ. ſi vero. poſt Petr. & Cyn. quos allegant.

Legi-

Legitimi autem adminiſtratores ad hunc effectum dicuntur Prælati ſuarum Eccleſiarum,& monaſteriorum,ac Congregationum. c.edoceri.de reſcript. c. cũ deputati de iudic. Rot.d.deciſ.3.nu 2.de confeſſ.in nou.& Bellam.d.deciſ.695.nu.2.

3 Secundus caſus eſt quoad confeſſionem Prælati vel Rectoris ſiue alterius officialis factam per modum voluntariæ iuriſdictionis; Et huiuſmodi confeſſio ſucceſſoribus non nocet nec præiudicat,nec cõtra eos tranſit.gloſ. in c.2.in verb.conuentum.il 2.de teſtib.in 6. Paul.de Caſtr.conſ.337.num.3.lib.1.Franc. de Rampon.inter conſ.Calder.d.conſ.5.de confeſſ.Ang.conſ.245.nu.8.Rot. deciſ.334. num.1.& 2.& deciſ.480.num.4.part.1.in recent.Menòch. qui multis rationibus id comprobat conſ.39.num.26. & ſeqq. Caſum autem hunc multis modis limitat Felin.in c.fin. num.11.de præſcript. & Maſcard.de probat. cõcluſ.367.& alijs quibuſdam modis reſtringit Tuſc.in litera.C.concluſ.669. quas limitationes & reſtrictiones hic repetere non ex-

4 pedit;aliam tamen addo,quòd confeſſio præceſſoris nocet, & præiudicat ſucceſſoribus in ſummarijſſimo iudicio manutentionis etiam ſi facta ſit per modum voluntariȩ iuriſdictionis Rota deciſ.573.num.5. part.2. in recent.

5 Tertius caſus eſt quoad hæredes & ſucceſſores vniuerſales,& quoad eos caſus eſt affirmatiuus,quòd confeſſio defuncti ad illos trãſit,eis nocet,& præiudicat, nec poſſunt ijdem hæredes vel ſucceſſores vniuerſales confeſſioni defuncti contrauenire Bald.conſ.89.num. 3.vol.1.Socin.ſen.conſ.13.nu.5.lib. 3. Dec. conſ.184.in fin.Ruin.conſ.32.num.6.vol. 1. Crauet.conſ.125.num. 2. Roland. conſ. 71. num.45.& conſ.82.nu.38.& ſeqq.lib.2.Cæphal.conſ.276. numer. 75. Menoch. conſ. 1. num.67.

Ampliatur iſte tertius caſus, vt procedat etiam quoad ſucceſſores ſingulares, namquè confeſſio regulariter nocet & præiudicat etiã ſucceſſori ſingulari Aret.conſ.36.nu.3.Ruin. conſ.36.num.6.vol.1.& conſ.76.nu.14.vol. 5.Crauet.conſ.29.numer.1.Menoch.conſ.2. num.373.Surd.conſ. 169.num.1.vol.2. mouentur per tex.in l.cum à matre C.de rei vendic.l. ex qua perſona.ff.de reg.iur.& l.ſi ab eo C.de neg.geſt.

Declaratur tamen iſta ampliatio pluribus modis recitatis per Tuſc.lit. C.concluſ. 663. & per Gabriel. cõcluſ. 11. de reg.iur.quorum dicta ſatis prolixa hic nõ repeto ſed ſatis erit aſſignare loca.

*SVMMARIVM.*

1 *Hæredibus, an præiudicet renunciatio vel conſenſus defuncti in eorum iure proprio.& num.ſeqq.*

2 *Renunciatio ſimplex non extenditur ad ius futurum.*

3 *Renunciatio filiæ de bonis paternis,vel maternis,ſi prædecedat patri,vel matri,non nocet filijs;etiam ſi dotem habuit.4.*

## CASVS LXXIII.

*An Renunciatio vel conſenſus vocatis noceat in eorum iure,ſi renuntiantis vel conſentientis hæredes ſunt.*

NVnc eſt agendum de renunciatione,repudiatione,vel conſenſu præſtito ſuper his quȩ competunt filijs vel hæredibus ex iure ſuo proprio & propria ſua vocatione, veluti ex cauſa fideicommiſſi,feudi, emphiteoſis,primogenituræ, vel alterius ſimilis ſucceſſionis, Vtrum ſcilicet renunciatio, ſiue repudiatio, & conſenſus huiuſmodi tranſeat ad filios vel hæredes, adeout qui renunciat vel repudiat in præmiſſis,ſiue renuncianti, vel alienanti conſentit, noceat eiſdem filijs aut alijs vocatis in eorum iure etiã ſi ſint hȩredes renunciantis,vel conſentiẽtis,Et pro deciſione iſtius caſus ſequenda eſt theorica Baldi in l.qui ſe patris.num.12. C. vnde liber quam approbat Aret.in l.apud iulianum.§. ſi quis alicui.propè finem, & eam legit cum l. cũ ſeruus.ff.deleg.1.Ruin.conſ.38.num.18.& conſ.42.num.17.vol.1.& conſ. 138. nu. 10. vol.2.& conſ.51.num.22.circa medium.vol. 5.Gabriel.conſ.125.num. 1.lib.1.Alba conſ. 74.num.1.Decian.conſ.33.num.109. vol. 1. & vltimo loc Peregr. de fideicomm. art. 52. nu.90.& ſeqq.diſtinguendo igitur hãc Baldi theoricam per caſus.

1 Primus caſus eſt quando quis ſimpliciter conſentit aliquid in ſui præiudicium, & tunc non prȩiudicat filijs, vel alijs eius hȩredibus in iure proprio ipſorum filiorum vel hȩredũ,

2 & ratio eſt quia ſimplex conſenſus non extenditur ad ius futurum, nec ius futurum abſorbet, etiam quod illud competat ex cauſa de prȩſenti.l.1.§.quod ait prȩtor. 2. ff. quor. legat.Bart.Bald.& alij in l.1.C.de pact.Socin. conſ.230.num.2.lib.2. Tiraquel.de retract. cõſang.§.1.gloſ.9.num.134. Iacob. de feud.

in verb.& vnus.ſub num.10. Aluarot. in cap. 1.§.deniquè.num.24.in 30.concluſ. tit. quæ fuit prim. cauſ. & quod dicitur de conſentiẽte, idem eſt de renunciante, nam ſimplex renunciatio non præiudicat hæredibus in eorũ iure poſt mortẽ creando gloſ. in l.fin.in verb. reſeruandis.C.de bon. libert. & idem pariter eſt de eo, qui ſimul conſentit & renunciat iuribus ſuis, nàm intelligitur renunciare iuribus introductis in eius fauorem, non autem in fauorem hæredum.gloſ.in l.iubemus.2.§. ſciẽtes.in verb.conſentiant.C.de ſacroſ.eccleſ.

3 Ampliatur hic primus caſus, vt idẽ ſit quoquè de renunciatione hæreditatis paternę vel maternæ facta per filiam, namquè ſi filia non habita portione ſua renunciat bonis paternis, vel maternis, & prædecedat patri, vel matri relictis filijs ex ea procreatis, iſta renunciatio non tranſit ad eoſdem filios, nec eis præiudicat, imò non obſtante ipſa renunciatione poſſunt ijdem filij venire ad ſucceſſionem aui, vel auiæ etiam ſi eſſent hæredes matris renũciantis, cùm non veniant ex perſona matris ſeu tanquàm eius hęredes, ſed ex proprijs eorum perſonis, & tanquàm vocati à lege, iſtam concluſionem probat tex. in l. ſi ex patronis. §.idem ait.ff.de bon.libert.& in l. ſi quis filio. verſ.ſed & ſi.ff.de iniuſt.rupt.& eam explicitè tenet Bald.in l.fin.num.16.C.de pact.& in l.pactum dotali.num.2.in fin.& ibi Alex. nu. 8.& Paul.de Caſtr.num:7.C.de collat. idem Paul.de Caſtr.conſ.54.col.1. lib. 3. vbi examinat materiam iſtius renunciationis cum diſtinctione trium caſuum.Socin.cõſ.183.col. 1.verſ.confirmatur.lib.2.Aret.conſ.143.nu. 3.Dec.conſ.181.num.6.Bertrand.conſil.23. num.5.vol.2.Gozad.conſ.75.nu. 21.& ſeq. Roland.conſ.11.num.4. vol.1. Gramat. deciſ.57.Alex.conſ.75.num.13. lib.1. Crauet. conſ.127.num.3. verſ. ex quibus & ratio eſt ſecundum eos, quia talis renunciatio cõtinet tacitam cõditionem, ſi ſucceſſio ei deferatur, hoc eſt ſi renuntians ſuperuixerit ei cuius bonis renunciauit, ideo ſi illa tacita cõditio non euenit, renunciatio habetur pro non facta. l. cedere diem.ff.de verb.ſignif.

4 Subampliatur ampliatio iſta, vt procedat etiam quando filia dotes recepit, & eis mediãtibus renunciauit, adhuc enim renunciatio non tranſit ad filios ipſius renũciantis, eis nõ præiudicat, nec eos excludit, & licet multi arbitrentur ampliationem iſtam procedere ſolummodo quando filia nihil recepit, attento quod dùm filia partem ſuam recepit, non conuenit quod nepotes ex ea aliam habeant portionem, vt declarat Roman. in l.qui ſuperſtitis. col. 4. verſ. quod limita. ff.de acquir.hæred.Caſtr.conſ.419.circa fin.lib.2. Dec.in l. pactum, num.18. verſ. prædicta. & d. conſil. 181.num.6.in fin.Cagnol.in l.1.num.42.C. quand.non pet.part.Rub. conſil.42. col. fin. Caſſan.conſ.47.nu.27. Bellon. conſ.15. nu. 6.Bero.conſ.49.num.42. vol.1. nihilominus frequentiori calculo receptum eſt renunciationem non excludere filios renunciantis, ſed ſiue dotem receperit, ſiue non, ſemper renunciatio annullatur tanquàm facta ſub conditione quæ non euenit, ità Bald.in d.l.fin. C. de pact.ſequitur Caſtrenſ.in d.l.qui ſuperſtitis. num.3.Alex.in d.l.pactum.num.7. verſ. Roman.Aretin.conſ.91.col.2.verſic. ex quibus. Natta in c.quamuis, nu.57.de pact.in 6. Gozad.conſ.75.num.21.& ſeq.vbi repræhendit Dec. contrarium tenentem & dicit hanc eſſe communem opinionem, & ab ea non eſſe recedendum in iudicando, vel conſulendo. Alciat. conſ.358. num.1. vbi ait hanc eſſe communẽ, & quicquid dixerint Roman. & Dec. non eſſe ab ea recedẽdum & ſubdit quod hęc opinio non habet aliquod dubium Roderic. in l.quoniam in prioribus in declar. leg. Regni in 4.limit.num.7.vbi dicit eſſe veriorem, & communem concluſionem.Crauet. conſil. 84.num.5.dicens quod in practica ſeruatur, quod renunciatio non nocet nepotibus, & latiſſimè alios referens hanc ſententiam comprobat Cephal. conſ.334. num. 40. & conſil. 336.num.16.

5 Secundus caſus eſt, quando quis conſentit, vel renunciat, & vlterius etiam promittit, quod non veniet contra conſenſum vel renũciationem, & tunc ſi promittit pro ſe tantùm, ſiue pro facto ſuo tantùm, non prę iudicat filijs vel hęredibus ſuis venientibus ex iure ſuo proprio ad fideicommiſſum, vel primogenituram, & idem ſi veniant ad feudum, vel Emphiteoſim non hęreditariam, ſed ex pacto pro ſe, filijs & nepotibus receptam.arg.l. cum pater.§.hæreditatem.ff.de leg.2. l. paulo Callimacho.§.1.ff.de leg.3. ſi autem promittit per ſe, filios, & hęredes ſuos, tali caſu diſtinguitur prout diſtinguitur in alijs bonis filij venditis vel donatis à patre, videlicet quòd aut filij, ijdemque hęredes non confecerunt inuentarium, & tunc tenentur ſtare conſenſui, & renunciationi factę per patrem, vel matrem, nec poſſunt contrauenire facto defuncti etiam ex cauſa fideicommiſſi, feudi, emphiteoſis, & ſimilium eis proprio iure competentium.l.cum à matre C.de rei vendic.l.ſi ab eo.C.de liber.

cauſ.

cauſ.l.venditrici.C.de reb.alien. non alien.l. ſiue poſſeſſio. C. de euict. quibus iuribus habetur non poſſe hæredem tanquàm de euictione obligatum venire contra factum defuncti. Aut confecerunt inuentarium, & tunc renunciatio, conſenſus, ac promiſſio non tranſit ad eoſdem filios, & hęredes, ſed contra factum patris vel matris venire non prohibentur l.fin. §. in computatione. C. de iur. delib. ratio autem differentię inter renunciationem ſimplicem, & renunciationem pacto, ac promiſſione vallatam eſt, quia renunciatio nititur conſenſu vnius tãtùm, pactum autem conſenſu duorum, iccirco potentius eſt, ac maioris efficacię. ſic gloſ. in l.1. in verb. te filio. ante medium.& ibi Bart. num.3. & Bald. nu. 6. C. de pact. aliam rationem differentię addit ibi idẽ Bald. poſt Iacob. Butr. videlicet quòd in renunciatione non reperitur, niſi verbum pręſentis temporis, ideſt renuncio, ideo non trahitur ad futurum arg. l. ſi ita ſcripſiſſet. ff. de leg. 2. l. cum ſtipulamur. l. ſi à colono. ff. de verb.oblig. in pacto autem reperitur verbum præſens, ideſt promitto, & verbum futurum, ideſt non contrauenire, & iſtam rationem refert, & pariter ſequitur ibi Dec. nu. 19. Paul. de Caſtr. num.6. & Ang. num. 1.

6 Ampliatur iſte ſecundus caſus quia ſi huiuſmodi promiſſio de non contraueniendo renunciationi præmiſſorum competentium filijs & hæredibus ex iure ſuo proprio, facta eſſet ſimpliciter ſine dictione taxatiua, tunc trãſiret ad hæredes inuentariũ non cõficientes, & eos obligaret etiã ſi de eiſdẽ hæredibus nõ eſſet expreſſum in ſpecie. Alex. conſ. 13. nu. 7. verſ. nõ obſtat. & nu. 8. vol. 5. Ruin. cõſ. 7. nu. 38. vol. 1. Martin. laud. in cap. 1. §. titius. in tit. ſi de feud. fuer. controu. Gabriel conſil. 125. num. 13. & ſeq. lib. 1. mouentur ex regula generali quòd promiſſio facti negatiui ſimpliciter facta càpit etiam hæredes. l. ſtipulatio iſta in princ. verſ. ſed ſi ſe. ff. de verb. obligat. & latius dixi in caſ. 28. nu. 172. & ſeqq.

7 Subampliatur ampliatio hæc vt locum habeat etiam in materia feudi ex pacto & prouidentia, vel etiam emphiteoſis non hæreditariæ, hoc enim caſu iſta promiſſio non contraueniendi pariter obligat hæredes; nam etſi videretur dicendum quòd hæc promiſſio hæredes non obliget, attento quod ad huiuſmodi feudum, vel emphiteoſim ex pacto & prouidentia non veniunt tanquàm hæredes, ſed tãquàm filij vel nepotes iure ſuo proprio, & ex propria eorum perſona vti vocati ex inueſtitura, & ſic non dicuntur contrauenire ex perſona promittentis nec vti eius hæredes; ſed vti filij, & nepotes proprio eorum iure & perſona, prout ſic in ſpecie firmiter tenet Ruin. conſ. 220. ſub nu. 3. verſ. non obſtat quod Bernardinus. & num. 4. vol. 1. Alex. d. conſ. 13. num. 11. & conſ. 18. num. 12. lib. 5. & illos refert ac ſequitu. Corbul. de emphit. tit. de cauſ. priuat. ob renunc. num. 32. nihilominus magis vera eſt prima opinio quòd iſta promiſſio obliget etiam hæredes, quodquè ijdem hæredes non poſſint venire contra factum defuncti neque in feudo ex pacto & prouidentia, ſiue emphiteoſi non hæreditaria, & hanc ſententiam amplexa eſt tota ferè claſſis Doctorũ, quos recitat. Roſentall. de feud. cap. 9. membr. 2. concluſ. 69. num. 5. lit. G. & num. 15. & concluſ. 70. & Craſſ. in §. hęreditas. quęſt. 12. num. 29. verſ. infertur ſecundo, cum ſeqq. niſi in caſu quo hæreditatem adiuerint cum beneficio inuentarij, idem Roſentall. loc. cit. concluſ. 71. vbi ex profeſſo: nec obſtat quod dicit Ruin. d. cõſ. 220. q̃a fundatur ĩ doctrina Bart. in l. vt iuris iurãdi. §. ſi liberi. nu. 4. ff. de oper. libert. vbi loquitur de renunciatione filiæ ſimpliciter facta abſque promiſſione non contraueniendi, quæ ſimplex renunciatio non extenditur ad ius futurum vt dictum eſt; non obſtat pariter doctrina Alex. d. conſ. 13. quia loquitur de feudo hæreditario, non de feudo ex pacto & prouidentia, & in d. conſ. 18. loquitur quãdo conſentiens vel alienans promittit taxatiuè pro ſe tantùm, vel pro facto ſuo tantũ; & hinc conſequitur malè locutum eſſe Corbul. qui hos ſecutus eſt in tract. de emphit. d. tit. de cauſ. priuat. ob renunciat. nu. 32.

## *SVMMARIVM.*

1 *Sententia prodeſt & nocet hæredibus & alijs ſucceſſoribus. 4. Fallit num. 11. & ſeqq.*

2 *Sententia non nocet non citatis; etiam ſi agatur de illorum intereſſe ſecundariò tantũ. 5.*

3 *Alienare prohibitus, prohibitus eſt actiones exercere. 6.*

7 *Adminiſtrationem qui habet, agere & conueniri poteſt.*

8 *Tranſactio eſt actus voluntarius.*

9 *Sententia vbi prodeſt, vel nocet, proſunt etiã & nocent acta, hæc enim a pari procedunt. 10.*

12 *Sententia contumacialis præſumitur lata potius ratione contumaciæ, quàm ob malam cauſam.*

14 *Tranſactio dicitur omnis actus per quem receditur à lite.*

16 *Sententiæ ſemper præſumitur iuſta.*

17 *Præſumitur ob intereſſe proprium quem eſſe diligentem & fidelem.*

20 *Appellare poſſunt ſucceſſores à ſententia lata contra præceſſores etiamſi tranſitum fecerit in rem iudicatam: ac etiam dicere de nullitate.21.*

22 *Nullitatis dicendi tempus, quantùm duret.*

## CASVS LXXIV.

*An & quando ſententia proſit vel præiudicet ſucceſſoribus, & ad eos vel contra eos tranſeat.*

1 NVnc videndum eſt, an ſententia
proſit vel præiudicet ſucceſſoribus, ita vt ad eos & contra
eos tranſeat, & ſuos effectus
producat etiam quoad illos; &
caſus conſtituitur affirmatiuus, vt proſit, &
noceat non ſolùm heredibus, & ſucceſſoribus
vniuerſalibus. l. exceptio ff. de except. rei iudic. gloſ. in l. & an eandem, in verb. perſonarum. ff. eod. tit. Alex. in l. ſæpe num. 69. ff. de
re iud. Dec. conſ. 445. num. 31. ſed etiam proſit, & noceat ſucceſſoribus in beneficio vel feu
do, ſiue fideicommiſſarijs, ſubſtitutis, emphiteotis, & alijs ſequentibus in gradu vocatis
ad aliquam diſpoſitionem: Nàm licet quædã
in contrarium adducantur, & primò quòd res
2 inter alios iudicata alijs non præiudicat tot.
tit. C. quib. res iud. non noc. c. quamuis. de re
iud. quod procedit etiam ſi habent intereſſe
ſecundarium tantùm, etſi enim pro ſubſtantia iudicij & ſententiæ non ſit neceſſe citari,
niſi ille de cuius præiudicio principaliter agitur. gloſ. in l. de vnoquoque. in verb. quos cauſa. ff. de re iud. Gabriel qui alios citat tit. de citat. concluſ. 1. num. 319. tamen ad hoc vt ſententia lata contra vnum præiudicet alijs etiã
ſi de illorum ſecundario intereſſe agatur, hi
debẽt citari. Bald. in l. ab eo. nu. 20. C. quom.
& quand. iud. Alex. in l. de vnoquoque num.
17. ff. de re iudic. Dec. conſ. 445. num. 23. Gabriel. d. concluſ. 1. nu. 330. ſaltem per proclama generale, Alex. in d. l. de vnoquoque num.
17. Socin. iun. conſ. 181. nu. 97. vol. 2. Achill.
deciſ. 135. Felin. in c. fin. nu. 5. de maiorit. &
obed. Iaſ. in l. decẽ nu. 41. ff. de verb. obligat.
3 & quia qui non poteſt alienare, non poteſt
actiones exercere, vel rem in iudicium deducere in præiudicium eorũ qui ſucceſſuri ſunt
l. ait prætor. ff. de iur. deliber. mediante enim
iudicio poſſet ſequi ſententia, quæ ſi tranſiret
in rem iudicatam induceretur alienatio: &
quia ſententia non præiudicat ei, qui non poteſt prohibere litigantem agere, vel ei qui cauſam non habet ab eodem litigante l. ſæpè. ff.
de re iudic. c. quãuis. extr. eod. tit. & quia idẽ
eſt quoquè de tranſactione, nàm tranſactio
pariter ſucceſſoribus non nocet, nec præiudicat, vt vidimus in caſu. 34. & in feudo quòd
ſententia ex huiuſmodi cauſis nõ noceat feudi ſucceſſoribus non citatis, & ignorantibus,
tradit Aluar. in c. 1. §. ſi vaſallus. il 3. ſub. nu.
4. verſ. quæro ab extra. & ibi Præpoſit. propè
finem. verſ. quæro ab extra. & Iſern. col. 2. &
Afflict. nu. 20. ſi de feud. defunct. milit. controuerſ. fuer. int. dom. & agnat. Dec. cõſ. 445.
nu. 29. & ſeqq. Socin. iun. conſ. 181. num. 93.
vol. 2. Tiraq. de legib. cõnub. gloſ. 5. nu. 207.
Felin. in c. fin. nu. 5. de maior. & obed. Zaſ. de
feud. alien. nu. 21. verſ. quartò fallit. Crauet.
conſ. 197. num. 7. Oſaſch. deciſ. 157. Capic.
deciſ. 20. num. 23. Et in bonis fideicommiſſarijs quod non noceat ſubſtitutis & fideicommiſſarijs tenet Bart. in l. filiusfamilias. §. diui
num. 9. ff. de leg. 1. Socin. iun. d. conſ. 181. nu.
91. & ſeqq. vol. 2. Dec. d. conſ. 445. num. 47.
4 Nihilominus vera eſt pars affirmatiua quòd
ſententia nocet, præiudicat, & prodeſt generaliter ſucceſſoribus, etiam nõ citatis & ignorantibus & tranſit ad eos & contra eos; &
pro hac parte adduco tex. in l. ex contractu. ff.
de re iud. l. 1. §. denunciari. ff. de ventr. inſpic.
l. exceptio. ff. de except. rei iudic. & ibi gloſ. in
fin. dicit quod ſicut tranſit ad damnum, ſic
tranſit ad proficuum, & tenet Innoc. in c. quãuis num. 2. in fin. de re iud. & Alex. in l. ſæpè
nu. 69. ff. eod. Azo in ſumm. C. quib. res iud.
non noc. num. 6. in fin. & facit ratio quia præſumitur præceſſorem ob intereſſe proprium
fideliter ac diligenter litigare. Socin. in l. gallus. §. & quid ſi tantùm nu. 30. verſ. conſidera. ff. de liber. & poſth. Pinell. in l. 1. part. 3. nu.
50. C. de bon. matern. & in ſpecie de ſucceſſoribus in beneficio, quòd ſententia lata contra
præceſſores noceat, & præiudicet eiſdem ſucceſſoribus allegatur tex. in c. cũ inter. §. quãuis. de re iudic. & voluit Abb. conſ. 62. nu. 2.
verſ. & maximè prædicta procedunt. lib. 1. Oldrad. conſ. 94. nu. 18. Frãc. de Rampon. inter
conſ. Calder. conſ. 5. verſ. ſed ſententia. de cõfeſſ. Angel. conſ. 245. nu. 8. verſ. ſed ſentẽtia.
Crauet. cõſ. 10. nu. 8. Pinell. in l. 1. part. 3. nu.
48. verſ. pro hac ſententia. C. de bon. matern.
& in feudis quòd ſententia pariter proſit &
noceat ſucceſſoribus non citatis & ignorantibus, tenet Iacobin. in ſua inueſtit. verb. & dicti vaſalli. nu. 41. Roland. conſ. 92. nu. 19. verſ.
ſimi-

ſimiliter.lib.4. Pinell.in d.l.1.part.3.nu.48.
verſ.ſed contraria.C.de bon.matern. vbi hāc
opinionem veriorem,& receptiorē eſſe dicit.
Soarez recept.ſent.litera F.nu.72.Iſern.ī tit.
ſi de feud.defunct.controuerſ.fuer.§.ſi vaſal-
lus de feudo nu.6. In fideicōmiſſis quòd ſen-
tentia lata ad fauorem hæredis vel contra eū
ante reſtitutionem hæreditatis, vel fideicom-
miſſi;poſt reſtitutionē proſit & noceat fidei-
commiſſarijs,& ſubſtitutis,contra Bart.tenet
Ang.Imol.Roman.& Alex. ī l.filiusfamilias.
§.diui nu.9.Crott.nu.38.& Iaſ.nu.47.in.1.
lect.& nu.91.in.2.lect.& cōmunem dicit Ri-
pa nu.60.61.& Ferd.Loaz.nu.126.ff.de leg.
1.Roland.conſ.92.nu.15.& ſeqq.lib.4.idem
Alex.in l.ſæpe nu.110.ff.de re iud.& cōſ.86.
nu.3.& conſ.156.nu.3.lib.2.Felin.in c.pen.
nu.16.de re iud,& propè infinitos allegat In-
trigl.de ſubſtit.cent.3.quæſt.73.nu.121.vbi
refert hanc eſſe veriorem, receptiorem,& ma
gis communem ſententiam. Peregr. de fidei-
com.art.53.nu.49.& ſeqq.vbi dicit hoc pro-
cedere in qualibet ſentētia,& in ſpecie in cau
ſa inofficioſi,in cauſa falſitatis,& in ſententia
lata ſuper ratione legis falcidiæ. In primoge-
nitura,quòd noceat & proſit ſucceſſoribus Ol
drad.d.conſ.94.nu.19.Tiraq.de iure primo-
gen.quęſt.35.nu.17.poſt Martin.Laud.& Al
ber. quos citat,ſeqtur Roſentall.de feud.cap.
9.mēbr.1.concluſ.27.nu.26.Boer.deciſ.255.
nu.12.propè finem.Couar.pract.quæſt.cap.
13.nu.6.qui multos allegat,& hanc magis cō
munem eſſe dicit; In maioratu qui in effectu
idem eſt quod primogenitura; quòd ſentētia
pariter proſit & noceat ſucceſſoribus, tradit
idē Couar.d.cap.13.nu.6.Pinell. in l.1.part.
3.nu.48.verſ.ſed cōtraria.C.de bon.matern.
Soarez recept.ſent.litera.M.nu.13.latè Mo-
lin.de primogen.lib.4.cap.8.nu.3.& Ceuall.
in tract.comm.contra comm.quæſt.636.nu.
2.& ſeqq.

5 Nec obſtat,quòd ſententia lata contra præ
ceſſores, ſit res acta inter alios & non noceat
non citatis etiam habentibus intereſſe ſecun-
darium tantùm, niſi ſaltem citati ſint per ge-
nerale proclama;prout non obſtat quod ſen-
tentia non præiudicet ei qui non poteſt pro-
hibere litigantem agere, nec ei qui non habet
cauſam ab ipſo litigante; quia reſpondetur ꝙ
imò iudicium agitatum cum præceſſore cenſe
tur agitatū cum ſucceſſore & ei nocet per tex.
in d.l.ex contractu.ff.de re iud.& l.1.§.denū-
ciari ff.de ventr.inſpic.ac alia quæ copioſè cō
gerit Iaſ.in l.filiusfamilias.§.diui nu.47.&
ſeqq.in.1.lect.& nu.91.& ſeqq.in 2.lect.ff.de
leg.1.Inn.in c.quamuis nu.2.in fin.de re iud.
Alex.in l.ſępe nu.69.ff.eod.tit.Azo in ſumm.
C.quib.res iud.non noc.nu.6.in fin.Pinell.in
d.l.1.part.3.nu.49.verſ.his autem.C.de bon.
matern. ſucceſſor enim tàm ſingularis quam
vniuerſalis fingitur eſſe idem cū præceſſore,
ob id obſtat ei exceptio rei iudicatæ l.ſi à te.§.
fin.& l.exceptio ff.de except.rei iud.Non ob-
6 ſtat pariter quod qui non poteſt alienare non
poteſt rem in iudicium deducere l.ait prætor.
ff.de iure deliber. quia dicta lex hęc nō ponit
pro regula,ſed loquitur in caſu ſuo, quòd ſci-
licet cum hæres deliberat non poteſt rem hæ-
reditariam alienare, nec eam in iudicium de-
ducere.ità ſpec. in tit. de actor. num.79.add.
ad Bart.in l.fin.§.vbi autem il. 1. litera, a. C.
de bon.quæ liber.Pinell.in l.1.part.3.nu.45.
verſ.quapropter tutius.C.de bon.matern.vi-
demus enim quòd clerici beneficiati, tutores,
Curatores,ſindici,æconomi,procuratores ge
nerales,& patres in bonis filiorū non poſſunt
per ſe alienare ſine autoritate, & decreto iudi
cis,& tamen poſſunt per ſe ſuper rebus quarū
adminiſtrationem habent actiones mouere;
7 generale namquè eſt quod quicunque habet
à iure,vel ex conſtitutione,vel de conſuetudi
ne,vel ab aliquo iudice ordinario adminiſtra-
tionē,is poteſt liberè agere,& conueniri l.fin.
ff.quod cuiuſq. vniuerſ.c.cum deputati.de iu
dic.Spec.in loc.cit.nu.80.prout nec congruit
8 exemplum allatum de tranſactione, quia eſt
diuerſa ratio inter tranſactionem, & ſenten-
tiam, cùm tranſactio ſit actus voluntarius. c.
veniens.de tranſact.l.ſi dictum.§.ſi cōpromi-
ſero.ff.de euict.ſententia verò ſit actus neceſ
ſarius.l.inter ſtipulantem.§.ſi ſtichum. ff.de
verb.oblig.

Ampliatur caſus,vt idem ſit de alijs actis iu
dicij,quod de ſententia,acta enim proſunt,&
nocent ſucceſſoribus prout facit ſententia, &
9 conſtituta eſt concluſio, quòd cui nocet vel
prodeſt ſententia, nocent etiā & proſunt om-
nia alia acta.l.ſed & ſi poſſeſſori.§.fin.ff.de iu-
reiur. Innoc. in c.cauſam quæ. 1. in fin.& ibi
Butr.& Abb.num.3.& Dec.num.5.de teſtib.
Din.& Bart.ī l.ſi ſuperatus.nu.4.ff. de pigno
rib.& in l.ſępe nu.12.ff.de re iudic.Alex.in d.
l.ſępe nu.125.& in l.2.nu.11.C.de edend.&
conſ.126.nu.2.verſ.nec obſtat.cōſ.61.nu.9.
& conſ.135.nu.7.lib.2. namquè ſententia &
10 acta procedūt à pari c. at ſi clerici.de iudic. c.
inter dilectos.§.porrò.de fid.inſtrum. Alex.ī
d.l.ſępe.num.125.& d.conſ.61.num.9.lib.2.
adeòut appellatione actorū venit etiā ſenten
tia Bart.in l.actorum in fin.ff.de re iudic.

11 De-

11 Declaratur primò caſus, vt locum non habeat in actibus voluntarijs, nàm licèt ſentẽtia tanquàm actus neceſſarius iudicij in quo ceſſat voluntas, & culpa ſuccũbentis, noceat ſucceſſoribus, tamen eis non nocet contractus, & alij actus volũtarij tot.tit.C.res int. alios act. c.veniens.de tranſact.Bart.in l.in diem.nu.1. ff.de aquã.pluu.arcend.& ibi Paul. de Caſtr. ſub.l.in concedendo,nu.2. idem Caſtrenſ. in l.factam.§.ſi hæres.nu.3.ff. ad trebell. Socin. in l.gallus.§.& quid ſi tantùm.nu.30.verſ.cõſidera.ff.de liber.& poſthum.Pinell.in d.l.1. part.3.num.49. verſ. eſt enim.C.de bon.matern. quæ tamen declaratio vt actus voluntarij non noceant ſucceſſoribus ſubdeclaratur in quantum ſpectat ad ſucceſſores in beneficio procedere eo modo, quo dictũ eſt in caſ. 28.nu.93.verſ.primus caſus.

12 Declaratur ſecundò non procedere quãdo ſententia lata contra præceſſorem, fuit contumacialiter lata, quia ſimiliter non præiudicaret ſucceſſoribus.l.ſi ſeruus plurium.§.1.ff. de leg.1.l.ſi proluſorio.§.quoties ff.de appellat. l.ſi ideo. ff. de euict.Roſental. de feud.cap.9. membr.1.concluſ.27.num.20.& generale eſt quod ſentẽtia contumacialis lata contra vnũ non præiudicat alteri non citato. l.qui repudiantis.§.fin.ff.de inoffic.teſtam.l.cum filiusfamilias vbi Bart.nu.4. ff. de verb.obligat.c. fin.de empt.& vendit.Alex.cõſ.84.nu.4.lib. 3.Marſil.ſing.4.Rota deciſ.588.nu.3.part.1. in recent. cenſetur enim lata potius ratione contumaciæ, quàm ob malam cauſam.Bart.in l.Papinianus.§.meminiſſe nu.3. ff.de inoffic. teſtam.Roland.conſ.29.nu.21.& ſeqq.lib.3. Menoch.de præſumpt.lib.2.præſũpt.70. nu. 1.& ſeqq.ſed tamẽ iſta declaratio adhuc ſubdeclaratur vt locum nõ habeat in quinque caſibus recitatis per Menoch.d.præſumpt.70.

13 Declaratur tertiò vt procedat quando ſententia lata eſt ſuper iuribus realibus eccleſiæ, & beneficij, feudi, fideicommiſſi, primogenituræ, maioratus, & ſimilium, in quibus etiam ſucceſſores intereſſe habent, ſecus ſi lata eſſet ſuper iuribus perſonalibus cõcernentibus intereſſe & præiudicium ipſius præceſſoris tantũ, hoc eſt ex cauſa obligationis, ſeu alterius cauſæ perſonalis, iſto enim caſu non præiudicaret ſucceſſoribus nec ad eos, vel contra eos tranſiret.ſic diſtinguit Iſern.in c.1.§.ſi vaſſallus de feudo ſuo nu.6.ſi de feud.defunct.contr.fuer.int.domin.& agnat.quem ibi ſequuntur alij.& Roſentall.de feud. cap.9. memb.1. concluſ.27.nu.1.& 2.& facit tex.in l.cum de hoc.ff.de except.rei iud.

14 Declaratur quartò caſus, quia ſententia lata contra præceſſorem qui non appellauit, pariter non nocet ſucceſſoribus, nec contra eos tranſit, attento quod omnis actus per quem receditur à lite, dicitur tranſactio.Bart.in l.ſiue apud acta nu.22. verſ. idem poſſumus. C. de tranſact.vbi dicit quòd ſiue recedatur à lite pacto gratuito, ſiue ſimplici renũciatione, ſiuè ſententia, poteſt dici tranſactio, & idem tradit Caccialup.in tract.de trãſactìon.quæſt. 3.nu.1.& Mantic.de tacit.& ambig.conuent. lib.26. tit.1.nu.2. namquè tranſactio dicitur quidam tranſitus ab actione.Iaſ.in rubric.C. de tranſact.nu.2.& in l.1.nu.7. ff. de pact. & compertum eſt quòd tranſactio ſucceſſoribus non nocet, nec contra eos trãſit c. veniens. de tranſact.l.Imperatores, in princ.ff.eod.l.2.C. res int.alios act.l.ſi vnus.§.ante omnia. ff.de pact.latè Mãtic.de tacit.lib.26.tit.4. & quòd ſententia lata contra vnũ qui non appellauit non noceat alijs, tenet Alex.in l. ſæpe nu. 83. verſ.nonò ff.de re iud.Dec.conſ.445.nu.36. verſ.tertiò.ſequitur Roſentall.de feud.cap.9. memb.1.concl.27.nu.20.ſimile eſt de ſententia lata contra emptorem, vel poſſeſſorem, ea enim non præiudicat vẽditori, vel autori, nec contra eos poteſt emptor ſiue poſſeſſor agere de euictione, niſi ab ipſa ſententiá appellauerit.l.herẽnius.§.caia, & per illum tex.gloſ.ibi in verb.vẽditore, & Bart.& Bald. ff. de euict. Gomez.var.reſolut.tom.2, cap.2.ſub nu. 39. col.pen.verſ.ſecundò, vbi de communi.

15 Subdeclaratur tamen declaratio, vt procedat quando ſuccumbens habet bonam, & iuſtam cauſam, tunc enim verum eſt quòd tenetur appellare ſi eſt in caſu appellabili, vt de tutore cõdemnato.l.ſi bonam. C. de adminiſtr. tut.de fideiuſſore l.ſi procuratorem.§. ſi ignorantes.ff. mandat. & de emptore vel poſſeſſore euicto.Bart.& Bald.in d.l.herẽnius.§.caia. ff.de euict.& Gomez.in loc.cit.ſecùs ſi malã, & iniuſtam cauſam habet, quia tunc non tenetur appellare.l.non eſt.C.de adminiſtrat.tut. l.quoties.§.ſicut.verſ.nec vtiquè.ff.eod.Bart. Bald.& Gomez.in locis cit. Angel. in l. inuitus.nu.4.C.de procurat.Boer.deciſ.285.nu. 9.verſ. vel etiã: prout non tenetur ſuccumbẽs appellare quãdo dubium eſt, an foueat iuſtã, vel iniuſtam cauſam, & an ſententia ſit iuſta vel iniuſta, Bart.Bald.& Gomez.in dictis lo-
16 cis, qui mouentur ea ratione, quia ſemper ſententia præſumitur iuſta c.in præſentia. de renunciat.Gabriel.in tit.de ſentent. concluſ.6. nu.1.Menoch.de præſumpt.lib.2.præſumpt. 67.nu.22.quomodo autem cognoſcatur, an

ſuccum-

ſuccumbens habeat cauſam iuſtam, vel iniuſtam, ſeu dubiam, hoc depræhenditur ex traditis per Menoch. de arbitr. iud. caſ. 177. & caſ. 445.

17 Declaratur quintò non procedere quando conſtaret de negligẽtia, vel incuria, vel dolo, fraude, & colluſione præceſſoris, namquè licet præſumptio ſit præceſſorem ob intereſſe proprium diligenter & fideliter litigaſſe. Socin. in l. gallus. §. & quid ſi tantùm. num. 30. verſ. conſidera. ff. de liber. & poſthum. Pinell. in l. 1. part. 3. nu. 50. C. de bon. matern. nihilo minus vbi apparet de contrario, tunc ſententia ſucceſſoribus non noceret. l. ſi ſeruus plurium. §. ſi hæreditatis, vbi Bart. Alex. & Iaſ. ff. de leg. 1. l. præſes. C. de pignorib. ad hoc tex. in l. eum qui. §. in popularibus. ff. de iureiur. Iſern. in tit. ſi de feud. defunct. milit. controuerſ. fuer. int. Dom. & agnat. §. ſi vaſſallus de feudo ſuo nu. 6. verſ. alij dicunt; & in fin. Iacobin. in verb. & dicti vaſalli. nu. 41. Alex. in d. l. ſæpe. nu. 110. in fine. ff. de re iud. Socin. in d. l. gallus. §. & quid ſi tantùm nu. 30. verſ. cõſidera. ff. de liber. & poſthum. Pinell. in d. l. 1. part. 3. num. 50. verſ. limitatur quartò. C. de bon. matern. Molin. de primogen. lib. 4. cap. 8. nu. 7. vbi omnes alios cõcordantes recẽſet.

18 Declaratur ſextò caſus vt procedat in ſuis terminis, nempè vt ſententia lata contra aliquem præiudicet ſucceſſoribus intrantibus in eius locum, alijs namquè regulariter non nocet. toto tit. C. quib. res iud. non noc. Tuſch. concluſ. 174. & 176. litera. S. & inter ſucceſſores, ac alios ratio differentię eſt, quia ſucceſſor fingitur eadem perſona cum præceſſore. l. ſi à te. §. fin. l. exceptio. ff. de except. rei iud.

19 Declaratur ſeptimò vt locum non habeat in ſententia lata contra aliquem ex eius renũciatione, conſenſu, vel confeſſione, quia huiuſmodi ſententia fundata ſuper ipſa renunciatione, conſenſu, vel confeſſione nõ nocet nec præiudicat ſucceſſoribus vel alijs vocatis, nec cõtra eos tranſit Pariſ. conſ. 5. nu. 37. lib. 1. Pinell. in l. 1. part. 3. nu. 50. verſ. limito. 2. & verſic. nona limitatio. C. de bon. matern. & quoad renunciationem, ac conſenſum ratio eſt, quia renunciatio non præiudicat ſucceſſoribus in eorum iure creando poſt mortem gloſ. in l. fin. in verb. reſeruandis. C. de bon. libert. nec in ſimplici conſenſu abſorbetur ius futurum l. 1. §. quod ait prætor. 2. ff. quor. legat. Bart. Bald. & alij in l. 1. C. de pact. Socin. conſ. 23. num. 2. lib. 2. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 9. nu. 134. Iacob. de feud. ĩ verb. & vnus. ſub nu. 10. Inquantum autem ad confeſſionẽ diſtinguendum eſt, an emanauerit per viam voluntariæ, vel contentioſæ iuriſdictionis, quia confeſſio emanans per viam contentioſę iuriſdictionis ſucceſſoribus nocet & præiudicat c. ſuborta. de re iud. Alex. in l. ſępe nu. 126. & 127. ff. de re iud. Ang. conſ. 245. nu. 8. verſ. ſi autem. Rot. Rom. deciſ. 3. nu. 1. de confeſs. in nou. & deciſ. 141. nu. 4. & deciſ. 266. nu. 5. part. 2. diuerſ.

Subdeclaratur declaratio hæc vt procedat duobus ſimul concurrentibus, & non aliter: primum quòd renunciatio, ſiue cõſenſus, vel cõfeſſio ſit perſonalis, ſecus ſi eſt realis vt probaui in caſu 28. nu. 93. verſ. primus caſus: & nu. ſeqq. vbi etiam explicaui quando perſonalis & quando realis eſſe dicitur: ſecundum quòd ſentẽtia ſit fundata ſuper ipſa ſola perſonali renunciatione, ſiue conſenſu vel cõfeſſione, quia ſi fundata eſſet etiã ſuper alijs actis proceſſus nõ perſonalibus, declaratio nõ procederet, ſed ſtandum eſset caſui, vt ſententia obliget ſucceſsores, illis præiudicet, & contra illos tranſeat, ſufficit enim vnam ex illis cauſis eſſe realem, & ad ſucceſſores tranſibilem ad tex. in l. ſi domus. ff. de ſeruit. vrban. præd. §. affinitatis. inſtit. de nupt. gloſ. in c. ex parte il. 1. in verb. & perpetuò. de reſcript. Ægid. deciſ. 280. Crauet. conſ. 141. num. 2. Tiraq. de cauſ. ceſſant. limit. 22. nu. 1.

20 Declaratur octauò, vt quamuis ſententia noceat & præiudicet ſucceſſoribus, non tamẽ nocet eis quoad appellationem, quia facultas appellandi eiſdem ſucceſſoribus non adimitur, ſed à die ſcientiæ, & notitiæ liberum eſt illis appellare. Alex. in l. filiusfamilias. §. diui. nu. 9. ad finem. ff. de leg. 1. & ibi Rip. nu. 62. Crott. nu. 39. verſ. ſecundò. Loaz. num. 128. verſ. ſecundò. Felin. in c. cum ſuper. nu. 11. de re iud. Roland. conſ. 92. nu. 21. lib. 4. Oſaſch. deciſ. 157. nu. 13. E contra vero, quòd ſucceſſores non poſſint appellare ab huiuſmodi ſententia poſtquam tranſiuit in rem iudicatam, ſtãte quòd eis nocet & præiudicat ex propria natura cauſæ, tenet Couar. pract. quæſt. cap. 15. nu. 2. & tuetur Peregrin. de fideicom. art. 53. nu. 56. verſ. ſed cũ. Ego autem puto quòd ſi ſententia lata contra hæredem, fideicõmiſſarium, vaſallum, vel ſimilem, erat appellabilis & non fuit appellatum, tunc ſucceſſores, agnati, vel alij vocati poſſint quidem appellare pro ſuo intereſſe, quia ſententia lata contra eum, qui non appellauit, non nocet alijs l. herennius §. caia. ff. de euiction. Alex. in d. l. ſæpè nu. 83. verſ. nonò. ff. de re iud. Dec. cõſ. 445. verſ. tertiò; At ſi ex diſpoſitione iuris vel

ſtatuti erat inappellabilis ſine culpa ſuccumbentis,tunc nec ijdem ſucceſſores,agnati, vel alij vocati poſſint appellare,quia ſingulis controuerſijs ſufficit vnus iudicati finis. l. ſingulis.ff.de except.rei iud.Hinc ſi tutores vel procuratores poſſunt appellare,& non appellant; principales ipſi eis non exiſtentibus ſoluendo appellare poſſunt.gloſ.vlt.in l.1.ff.quand. appell.ſit. gloſ.3. in auth. hodie C. de appellat. per tex.in l.properandum.§. fin. C. de iudic. Verùm ſi non appellant ex eo quòd non ſit permiſſa appellatio, nec principales ipſi poſſunt appellare ad tex.in l.2.C.de procurat. l. 1.§.vſus ff.eod. l. ſed ſi vnus. §. idē Iulianus. ff.de iniur.

21 Declaratur nonò, quia ſententia non præiudicat ſucceſſoribus non ſolùm ad effectum quin poſſint appellare vt proximè dictum eſt, ſed neque ad effectum quin de eius nullitate dicere poſſint durante tempore dato ad dicendum de nullitate.Pinell.in l.1. part.3.nu.50. verſ.limito.6.C.de bon.matern.quod verum eſſe puto,quia pro declaratione nullitatis cōpetit officium iudicis nobile. Vant.de nullit. tit.quid ſit nullit.num.2.vbi alios citat,quod quidem officium iudicis ad ſucceſſores tranſit l.non ſolùm.ff.de reſtit.in integr. tempus au-
22 tem dicendi de nullitate ſententiæ in nullitate propoſita per modum agendi durat de iure communi per annos 30.gloſ.in c.1.in fin.35. q.9.Ang.in l.ſicut nu.10.C.de præſcript. 30. vel 40.annor.Alex.conſ.59.nu.15.lib.4.Crauet.conſ.266.nu.6.verſ.non obſtat.Vant. de nullit.quot.& intra quod temp. nu.8.verſ..ſi verò.Tiraquel.de retract.lignag.§.36.gloſ.2. num.38. & in nullitate propoſita per modum excipiendi durat in perpetuum. Alex. conſil. 82.nu.13.lib.3.Ang.conſ.260.nu.3. verſ. ſi igitur.Dec.conſ.8.nu.6.verſ.& retēta Corn. conſ.302.nu.1.verſ.præterea licet ſtatutum. vol.1.Crauet.conſ.266.num.7.Vant. in loc. cit.verſ.aut quod nullitas:ea enim,quæ ſunt temporalia ad agēdum, perpetua ſunt ad excipiendum.l.purè.in fin.ff.de doli except.l.ſi pactum.C.de except.

23 Declaratur decimò caſus non procedere, nec locum habere quando quis conueniret poſſeſſorem feudi,fideicommiſſi, maioratus, emphiteoſis, & ſimilium petens ſententiari feudum, fideicommiſſum, emphiteoſim, vel maioratum ipſum poſt mortem dicti conuenti pertinere ad eundem agentem, nā talis ſententia ſucceſſoribus non præiudicat Loffred. conſ.10.num.7.Pinell.in l.1.part.3.num.50. verſ.limitatur quintò.C.de bon.matern. Roſentall.de feud. cap.9. memb. 1.concluſ. 27. nu.22.cùm enim non agatur de prȩiudicio ipſius poſſeſſoris rei conuenti,nec iudicium tangat illius intereſſe,ob id ceſſat non ſolùm prȩſumptio alicuius diligentis defenſionis ex dictis per Roman.conſ.353.num.2.ſed nec neceſſaria eſt illius citatio,vt in ſimili dicit Rota deciſ.133.nu.13. & 14. part.2. diuerſ. Seraph.deciſ.1078.nu.3. & Garz.de benef. part. 12.cap.2.nu.214.

24 Declaratur vndecimò, nàm ſententia lata ex iuramento victoris delato per ſuccumbentem non nocet ſucceſſoribus eiuſdem ſuccūbentis,qui iuramentum detulit, nec contra eoſdē ſucceſſores tranſit, ſic tenet & multùm laborando ſuſtinet Pinell.in d.l.1. part.3. nu. 50.verſ.ſeptima limitatio.C.de bon.matern. ſed tamen aduerto quòd hoc eius dictum nō eſt indiſtinctè verum, nec erat valdè in eo laborandum,quia ſi loquimur de ſucceſſoribus titulo vniuerſali, talis ſententia eis nocet. l. nàm poſteaquàm.§.fin.ff.de iureiur.ſi de ſucceſſoribus titulo ſingulari cauſam habētibus ab eodem ſuccumbente qui iuramentum detulit,ſimiliter eis nocet.Paul.de Caſtr.in d.§. fin.nu.4.verſ.& iſta.& nu.5.& Iaſ.nu.1.ſi autem loquimur de ſucceſſoribus ſingularibus cauſam ab ipſo ſuccumbente non habētibus, vt ſunt ſucceſſores in dignitate,officio, feudo antiquo,vel beneficio eccleſiaſtico,& ſimiles, tunc verum eſt dictum Pinelli, quòd huiuſmodi ſententia eis non nocet d.§.fin.verſ.cȩterum.cum l.ſeq. & Paul. de Caſtr. & Iaſ. in loc.cit,

F I N I S.

upna